CODICIS GREGORIANI

ET

CODICIS HERMOGENIANI

FRAGMENTA.

AD XXXVI LIBRORUM MANUSCRIPTORUM ET PRIORUM EDITIONUM
FIDEM RECOGNOVIT ET ANNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

GUSTAVUS HAENEL

LIPSIENSIS.

A. cIↃIↃCCCXXXVII.

PROSTAT BONNAE APUD ADOLPHUM MARCUM.

CODICIS GREGORIANI FRAGMENTA.

Neminem esse arbitror, quem non offendat mira illa diversitas, quae cum omnino in iuris Romani fontium, tum maxime in fragmentorum Codicis Gregoriani editionibus deprehenditur, quamquam commune earum fundamentum Breviarium Alarici est. Etenim praeterquam quod editiones Codicis ipsae non iisdem omnes limitibus circumscriptae sunt, etiam libri, tituli, constitutiones discrepant. Ita prima editio, dico Sichardianam — nam Aegidiana iam a. 1517 emissa huc referri non potest, quippe quae Codicis Gregoriani a Visigothis epitomati epitomen tantum exhibeat — et novissima in libro, qui inscribitur Jus Civile Anteiustinianeum, Berolini 1815 curata, omnium tenuissimae sunt. Dedit enim Sichardus in Breviarii Alariciani editione non plura, quam quae a Visigothis servata sunt; Sichardum autem novissimus editor omissa interpretatione iterum typis ita describendum curavit, ut neque ordo mutaretur, nec quicquam accederet praeter quinque incertae originis constitutiones, post Codicem Hermogenianum ex editionibus Cuiacii additas.

Minime autem credendum est, Codicem Gregorianum, qualis apud Sichardum habetur, talem in omnibus libris manu scriptis esse. Alia ratione in recipiendis Codicis Gregoriani fragmentis videntur Visigothi egisse, alia in Codice Theodosiano et in Paullo, cum in his divisionem in libros, quae in fontibus esset, constanter servarent, in Codice Gregoriano, ut ex multis libris manu scriptis apparet, omni librorum vestigio deleto, negligerent et titulos tantum, quos recepissent, enumerarent, quorum ultimus *de Patria potestate* tertius decimus est [1]), in aliis contra libris manu scriptis, ut ex Sichardiano intelligitur, servato tamen magna ex parte titulorum numero, quem dixi, divisionem in libros retinerent [2]). Proprium est enim Breviarii Alariciani codicibus, ut saepissime alii aliter scripti sint, alii leges contineant, quae in ceteris codicibus desunt. Alii titulorum numeros ex vero fonte proferunt, alii appendicibus instructi sunt, alii Novellis locupletati, ut etiam sine codicis Ottoboniani auxilio omnes Novellas Anteiustinianeas, praeter paucas restituere possimus; contra alii ita decurtati, nihil ut contineant, nisi misera ipsius Breviarii Alariciani fragmenta, quae diversitas non ab eius auctoribus nata est, sed ex eo, quod creberrimus erat posteriore aetate huius libri usus.

Reliquarum Codicis Gregoriani editionum quattuor praecipue nominandae sunt, quae omnes, ut Sichardiana et Berolinensis cum aliis iuris Anteiustinianei fontibus coniunctae prodierunt: Cuiaciana I. (Lugduni 1566 fol.), ad Breviarium Alaricianum facta quidem, sed uno titulo (*de Postulando*) et sedecim constitutionibus aucta; Cuiaciana II. (Parisiis 1586. fol.), alio consilio quam prior instituta et constitutionibus incertae originis in Cuiaciana I. omissis locupletata, a qua, quae a. 1607 eodem loco prodiisse dicitur, eo tantum differt, quod editioni Cuiacianae II., tunc nondum venditae, alius titulus in fronte totius collectionis agglutinatus est, ut utraque una eademque sit [3]); Genevensis (Aurelianae Allobrogum 1586. 4.), quacum Lugdunensis anni 1593 praeter titulum totius collectionis, similem ob caussam atque in praecedenti editione mutatum, in omnibus concinit, — nam quae in Novellis addita sunt, huc non pertinent —; denique Schultingiana Lugduni Bat. 1717 impressa et bis repetita: Lipsiae 1737 et omissis Schultingii notis et interpretatione Visigothorum Cervariae 1744. Quod autem primam Cuiacianam ad Breviarium Alaricianum factam esse dixi, cum ex titulis apparet, qui soli in ea commemorantur et ordine numeroque, si titulum *de Postulando* hic primum editum exceperis, cum Breviario conveniunt, tum ex constitutionibus concluditur, quae hic neque plures neque aliae quam apud Visigothos in ipso Codice Greg. sunt, praeter quattuor constitutiones in titulum *de Pactis et Transactionibus* ex Consultatione et ex appendice codicis cuiusdam translatas (cf. c. 1, 4 *de Pactis* I, 10 et c. 3, 4 *de Transactionibus* I, 11). Reliquae autem duodecim constitutiones, quae *Ex Incertis Titulis Corporis Gregoriani* desumptae hic leguntur, non in ipso Codice Gregoriano, sed in appendice eius exstant, quarum novem (c. 2, 3, *de Pactis* I, 10; c. 1 de *de Transactionibus* I, 11; c. 1, 2, 3 *de His, quae vi metusve cau.* II, I; c. 2 *de Dolo malo* II, 2; c. 8, 4 *Familiae herc.* III, 4) Cuiacius ex Consultationis cap. 1, 2, 9 deprompsit, unam (c. 1. *ad L. Juliam de adulteriis* XIV, 2) ex Augustino aut ex Hincmaro Rhemensi,

---

1) Idem est in Summae Aegidianae codicibus et in reliquis codicibus, quibus Breviarii Alariciani epitome tantum continetur.

2) Sichardiani codicis similes sunt codd. 1, 3 — 7, 9 — 12, 16 — 19, 29, 34.

3) Nonnulla tamen diversitas invenitur in c. 3 Cod. Greg. de Transact. (1, 11), ubi ed. 1586 & *C.*, sed ed. 1607 *I C.* habet.

duas (c. 1 *Quibus res iud. n. noc.* X, 1 et c. 1 *de Confessis* X, 2) ex codice ignoto, quocum Parisiensis 4406 et Rosnyensis plerumque congruunt, qui soli has constitutiones exhibent: quae omnia docent, Cuiacium non omnes Codicis Gregoriani constitutiones, quae in Consultatione sunt, huic editioni inseruisse, veluti c. 5 *de Pactis* et c. 1 *de Dolo malo*, neque Lege Romana Burgundionum, neque Collatione, nec appendicibus quidem ubique usum esse, quibus nonnullos Breviarii Alariciani codices instructos esse, iam supra dixi. Lacunas editio Cuiaciana II. quodammodo explevit appendicum ope. Primum enim hic editi sunt tituli *Si certum pet.* (III, 12), *Si cum eo* (III, 7), *Arbitrium tutelae* (VI, 18) et duae constitutiones (c. 1 *Si minor ab hered.* II, 4 ex appendice quadam et c. *Manifestum est* ex fonte ignoto) inter constitutiones ex incertis titulis, quae ut iam in editione I. Cuiaciana factum est, servato temporum et imperatorum, qui eas dederunt, ordine dispositae sunt. Itaque etiam in hac editione Cuiacius Legem Romanam Burgundionum et Collationem neglexit, neque constitutiones Consultationis in priore editione omissas aut in Cod. Hermogenianum falso translatas recepit et suo loco restituit. Aliud huius editionis a Cuiaciana I. discrimen est in eo, quod tituli, ut apud Sichardum, in libros distributi sunt, hac tamen a Sichardo differentia, ut liber I. in titulo *de Postulando* incipiat, III. in titulo *Si certum petatur*, X. in titulo *Quibus res iudicata non noceat*, denique liber VI. adiectus sit, quae omnia, praeter titulum *Quibus res iudicata non noceat* apud Sichardum desunt. Praeterea tituli, quod in I. Cuiaciana non factum est, numerantur, quamquam parum constanter, cum numeri post titulum *Si sub alterius nomine* omnes, uno titulo *Arbitrium tutelae* excepto, qui XVIIII. libri VI. appellatur, et vel ante titulum *Si sub alterius nom.* nonnunquam exciderint, veluti in titt. *Si certum pet.*, *de Hered. pet.*, et *de Rei vind.* Longe plura inveniuntur in Genevensi exemplo, cuius editor fontes, quorum in prioribus editionibus aut omnino non aut non omnino ratio habita erat, adhibuit ad constitutiones Codicis Gregoriani restituendas. Itaque adiecit ex Collatione titulos *de Deposito* (IV, 3), *de Nuptiis* (V, 1), *de Accusationibus* (XIV, 1), *ad L. Corn. de Veneficis et sic.* (XIV, 3), *de Maleficis et math.* (XIV, 4); ex Lege Romana Burgundionum c. 8, 9 *de Pactis* (I, 10) et titulos *de Iureiurando* (III, 5), *de Bonis libertorum* (VI, 2), *de Operis libertorum* (VI, 3) et *de Sponsoribus et fideiuss.* (XII, 1). Quamvis autem haec satis multa sint, tamen editor munere suo se functum esse non putabat, nisi ordinem in prioribus editionibus observatum sua ratione mutaret, qua de caussa constitutiones ex incertis Codicis Gregoriani titulis Codici ipsi intexuit, plane remota editionum Cuiacianarum appendice, titulos autem, etsi nullis numeris appositis, in libros distribuit, quorum tamen tertius in titulo *de Inofficioso test.* incipit, quartus in titulo *Quod cum eo* (ad Sc. Maced.), contra rationem priorum editionum, quintus et duodecimus hic primum additi sunt. Duabus insuper rebus haec editio a Cuiaciana II. differt: et quod duo libri, unus post quintum, alter post duodecimum nominantur, sed numeris omissis, quorum priori tituli: *Quibus res iudicata non noceat*, *de Confessis*, *de Patria potestate*, *de Bonis libertorum*, *de Operis libertorum* adscribuntur, posteriori omnia, quae apud Schultingium libro XIX. comprehenduntur: et quod hic desunt, quae in editione Cuiaciana II. primum edita sunt, veluti tituli *Si certum pet.*, *Si cum eo, qui in a. p.*, *Arbitrium tutelae*, c. 1 *Si minor ab hereditate*, quae res etsi admirationem movet, tamen facile explicari potest. Usus est enim editor Genevensis, ut suam editionem pararet, Sichardiana et Cuiaciana I., et addidit, quae ipse invenerat. Cuiacianae II., quae eodem anno prodiit, notitiam non habuit, qua de caussa, quae haec plura habet quam prima, in Genevensi editione desunt. Neque haec in editione Lugdunensi anni 1593 mutata sunt, cum bibliopola, ut Genevensem editionem venderet, ex Cuiaciana II. Novellarum potissimum supplementa reciperet, non Gregoriani Codicis, quae minora essent, quibus receptis nonnullas plagulas mutatas edere debuisset. Quod autem c. *Manifestum est* in utraque editione, et Genevensi et Lugdunensi profertur et in chronologia constitutionum Lugdunensi exemplari adiecta fragmenta omissa commemorantur, id non obstat, cum haec constitutio ex Cuiacii Observationibus, non ex Cuiaciana II. desumpta esse videatur, chronologia autem ex Cuiaciana II. descripta sit [4]). Schultingius denique, qui priorum editionum differentiam perspiceret, tollere eam atque editionem parare studuit, quae disiecta Corporis Gregoriani membra emendatiora quam superiores editiones complecteretur. Itaque Cuiacianam II. et Genevensem editionem conflavit, constitutiones restituit, veluti c. 6, 7 *de Pactis* et c. 5 *de Transact.*, quas Cuiacius contra Consultationis, cui debentur, auctoritatem titulo Codicis Hermogeniani *de Pactis et Transactionibus* assignaverat, c. 5 *de Pactis* addidit, libros, titulos eorumque numeros constituit, constitutionum annos apposuit, fontes fragmentorum indicavit, scholia Basilicorum consuluit, leges Codicis Justinianei cum fragmentis Codicis Gregoriani concinentes annotavit, diversitatem scripturae ex prioribus editionibus congestam in fine operis adiecit, fragmenta denique commentariis illustravit, ut, quaecunque in prioribus editionibus desideramus, ea omnia videatur praestitisse. Quam quidem laudem quo minus ex omni parte ei tribuam, praeter alias caussas hae maxime impediunt. Sunt fontes, quibus fragmenta Codicis Gregoriani debemus, interdum tam abscondite inter annotationes indicati, ut vix multum legendo reperiantur, origo autem complurium constitutionum, quae vel maxime conferunt ad ordinem, quo Codex Gregorianus scriptus erat, eruendum ne verbo quidem demonstratur, neque multo apertius aut rectius describitur locus, quem singula quaeque fragmenta aut in editionibus aut in fontibus, ex quibus hausta sunt, tenent, ut taceam, editorem non eam, quam debebat, diligentiam posuisse in diversitate scripturae ex prioribus editionibus enotanda. Quod autem ad restitutionem librorum et titulorum Codicis attinet, Schultingius non multum profecit, codicibus, quos sequeretur, destitutus.

---

4) Hugo, index editionum etc. p. 169 sq. 173 sq. Biener, Revision d. Justin. Codex p. 83, not. 4.

Itaque cum multa emendanda superessent, mihique contigisset, ut in itinere facto per complures Europae regiones ad perlustrandas bibliothecas, multis codicibus uti possem, quibus Codicis Gregoriani fragmenta illustrarentur augerenturque, non inutilem laborem suscepisse mihi videor, quod novam editionem paravi a priorum editionum erroribus purgatam et novis subsidiis instructam, collectis illis cum ex Vaticanis Fragmentis, tum ex codicibus a me collatis. Ratio autem editionis haec est. Recepi, Schultingium imitatus, eas tantum constitutiones, quas in Codice Gregoriano exstitisse, fontes earum aperte declarant, ne, si aliter egissem, constitutiones alienae irreperent. Omnes ergo Vaticanorum Fragmentorum constitutiones praeter quinque omittendae erant, cum, etsi multas earum et in Gregoriano et in Hermogeniano Codice fuisse verisimile est, tamen, quae sint illae, probari non possit. Eandem ob caussam non omnes ante Constantinum datae constitutiones, quae in Codice Justinianeo leguntur, recipi poterant, quamquam huius auctores illis Codicibus usos esse, Justinianus ipse dicit et sedulo id factum esse, tota Codicis conditio demonstrat. In culpa sunt Codicis auctores, qui non eadem diligentia, qua in Digestis et in aliis libris factum est, inscriptiones librorum servarunt, muneri suo se satisfecisse opinati, si inscriptiones et subscriptiones legum exhibuissent. Quapropter illarum Codicis Justinianei constitutionum ratio habita non est, nisi si forte aliqua cum uno alterove Codicis Gregoriani fragmento concinebat. Eodem modo non additae sunt nonnullae aliae constitutiones, quae ad Cod. Just. non pertinentes ex Codice Gregoriano videntur desumptae esse [5]). Neque scholia Basilicorum protuli, nisi ubi aperte Cod. Gregorianus nominatur [6]). Fragmenta recepta disposui, ut in Codice ipso videntur disposita fuisse, atque ad titulos et libros suos, quantum fieri poterat, revocavi, in quo ancipiti negotio multum me iuverunt appendices nonnullis Breviarii Alariciani codicibus subiunctae, quarum ope, cum non solum fragmenta incertae huc usque originis exhibeant, sed etiam locum, quem in Codice Gregoriano tenuerunt, indicent, constitutiones extravagantes reduxi, complures titulos in pristinum ordinem redegi, principium et finem librorum, adhibito simul Codice Justinianeo, nonnunquam etiam Consultatione demonstravi. Ita titulum *de Pactis et transactionibus* in duos titulos dissolvi *de Pactis* et *de Transactionibus*, Consultationis, Breviarii Alariciani et appendicum auctoritate, et in primo libro duodecim priorum titulorum seriem definivi [7]), quod non solum numerus libri et tituli in Consultatione ad constitutionem, quae nunc quinta tituli *de Pactis* est, adscriptus, sed etiam numerus XII., appositus in appendicibus ad titulum *de Postulando* postulabat, praesertim cum viderem, computationem titulorum ex Codice Gregoriano in primum et secundum Codicis Justinianei librum receptorum cum hac serie convenire. Eadem appendice duce titulum *Si minor ab hereditate*, qui apud Schultingium tertius libri secundi est, in XVII. eiusdem libri mutavi, tertii autem libri ordinem simili ratione, qua primi, restitui usque ad XII. titulum *Si certum petatur* [8]). Denique ut mittam, quae minoris momenti sunt, complura eiusdem generis de aliis libris disputavi, veluti de XII., XIII., XIV., praecipue ubi liber XII. desinat et liber XIII. incipiat; ad quemnam librum hic vel ille titulus, ut illi, qui ex Vaticanis Fragmentis nunc primum in Codicem Gregorianum recepti sunt, pertineant, qua occasione non dubitavi Blumii opinionem sequi, qui titulos, apud Schultingium libro XIX. attributos, libro XIV. assignat, ut Codex Gregorianus non amplius XVI libris constitisse existimandus sit. Quemadmodum autem libros et titulos restituere studui, ita etiam singulis constitutionibus operam navavi, veluti illis, quae antea uno titulo *de Pactis et transactionibus* comprehensae nunc a me inter titulos *de Pactis* (I, 10), *de Transactionibus* (I, 11), *de His, quae vi* (II, 1) et *de Dolo malo* (II, 2) distributae sunt, praeterea constitutionibus *de Postulando* (I, 12), quarum secunda nunc XXXIII. eiusdem tituli est, et multis aliis, quas commemorare longum est.

Quamquam vero ex his, quae dixi, ordinem Codicis Gregoriani non raro a me mutatum esse intelligitur, tamen non ita temere in hoc negotio versatus sum, ut priorum, maxime recentiorum editionum, licet ordine plane everso, usum tollerem, cui rei triplici modo prospexi, signis numerisque, annotatione et tabula in fine editionis adiecta: signis quidem numerisque, ut indicarem, qui sit tituli numerus et locus in mea editione et in Codice Gregoriano. Uncis enim inclusus numerus cum asterisco in fronte meam editionem significat, verbum *Tit.*, quod sequitur, titulum ipsius Codicis Gregoriani, qui si certus est, suum numerum habet, ut titulus *Si certum pet.* numerum XII. [9]), si incertus est, signo interrogationis notatur. Ita titulo *Si adversus donationes* praeposui (III*) *Tit.?*, in quo loco (III*) hunc titulum in mea editione tertium libri secundi esse significat, *Tit.?* indicat, de vero Gregoriani Codicis numero non constare. In constitutionibus, quarum numerus ex Codice Gregoriano proferri poterat, eandem rationem secutus sum, si plures eiusdem tituli sunt constitutiones [10]); si una tantum est eaque vero numero insignita, hunc solum numerum addidi [11]), in reliquis constitutionibus meae tantum editionis numerum posui [12]).

---

5) Vid. Bienerum, l. c. pag. 5, not. r, pag. 83, 84, 90.
6) Ita neglexi scholion, quod Heros scripsit ap. Fabrot. T. III, p. 60, quamquam Reizius ad Theophilum p. 1244 et Schraderus (Kritische Zeitschr. III, 323) Cod. Gregorianum ibi intelligi putant. Cf. Car. Witte, die leges Restitutae d. Justin. Codex, p. 72.
7) Cf. tit. de Pactis (I, 10), not. c et tit. de Postulando (I, 12), not. *q*.
8) Cf. tit. Si certum petatur (III, 12), not. *n*.
9) Vid. etiam titulos primi libri.
10) Vid. tit. de Pactis (I, 10).
11) Vid. tit. Si certum pet. (III, 12).
12) Vid. tit. de Transact. (I, 11).

Ubi constitutiones excidisse codicum ope probari poterat, lacunam lineolis supra constitutiones indicavi, ut in ipso Codicis Gregoriani initio conspicitur.

Quod de annotatione dixi, inprimis de superiori, singulis titulis subiuncta intelligendum est, in qua praeter fontes constitutionum editiones quoque et locos, ubi in his exstant, consignavi, qua re factum est, ut non solum omnium editionum conditio quasi uno conspectu in singulis constitutionibus nunc cognosci possit, sed etiam usus earum, qui difficilis fore videbatur, factus sit facillimus. Inferiores annotationes, quas, literis numerorum loco appositis, in ima pagina exprimendas curavi, compositae sunt et ex meis coniecturis de ordine titulorum et ex diversitate scripturae, quam congessi cum ex codicibus a me undique conquisitis et inspectis, tum ex editionibus Codicis Gregoriani fontiumque, quibus editores, saepe illi quidem arbitrio corrigentes, ad restituendum Codicem usi sunt. Interdum in iisdem annotationibus nonnulla dixi de Interpretatione, maxime ubi delenda esset, aut de emendationibus, vel codicum auctoritate vel sententia flagitante a me factis, quae sunt numero LVIII.

Quod ad codices a me adhibitos attinet, omnes Breviarium Alarici exhibent, quorum ea ratio est, ut duodecim prioribus et fragmenta Codicis Gregoriani et interpretatio contineantur, quibus annumerandi sunt 15, 16, 24, 25, 28, 34 et plerumque 17, 20, quorum tamen librarii in antecedentibus Breviarii Alariciani partibus, Gaio excepto, quem prorsus alia ratione Visigothi tractarunt, maiorem Interpretationi quam ipsis legibus imperatorum et Sententiis Paulli operam navarunt. Reliqui codices fragmenta vel omnino vel ex parte omittunt. Quae alia codicum cognatio sit, difficile est ad disputandum, neque hoc loco multis explicari potest. Fortasse unius familiae sunt codices 2, 5, 6, 7, 9, 36, propterea quod appendicibus instructi sunt, etsi illae in inscriptionibus librorum titulorumque saepissime non conveniunt, ut mittam scripturae diversitatem. Codex 12, quo Sichardus usus est, in hac parte descriptus est ex codice Murbacensi, adiecta in margine diversitate scripturae ex codice Argentinensi. Similiter ductus est codex 10 ex codice 4, quod quo minus statuam, non impediunt diversitates levioris momenti, tribuendae illae eius, qui codicem 10 scripsit, festinationi. Ex omnibus, quos adhibui, codicibus illi tantum a me in singulis locis commemorantur, qui constitutionem vel integram vel particulam eius habent, qui nihil habent, eos praeterii. In scriptura ex his codicibus deligenda nullus codex ceteris praestantior a me haberi poterat; nam omnes, quamquam illi codices, quos appendicibus instructos esse dixi et codices 20, 22, 23 magni habendi sunt, cum iis solis nonnullae leges debeantur, mendis corrupti sunt et saepissime turpiter depravati. Erat igitur id consilium tenendum, ut, ubi codices aeque bonam, quamquam diversam scripturam exhiberent, plurimorum codicum auctoritatem sequerer, ubi hoc non esset, id reciperem, quod aut sermonis latini aut argumenti ratio flagitaret. In fragmentis, quae ex aliis iuris fontibus quam ex Breviario Alarici deprompta sunt, eodem modo egi, quo fontium illorum editores, nisi quod nonnunquam aut propter codices ab editoribus adhibitos aut propter alias rationes ex ipsa re petitas ab iis recedendum esse existimavi.

Haec mihi videbantur de editionis meae consilio dicenda esse. Superest ut moneam, Interpretationem non mea, sed Illustrium Bonnensium Professorum voluntate adiectam esse; adiecta autem non in inferiore paginarum parte, sed suo quaeque loco statim post constitutionem, ad quam scripta est, necessario fuit ponenda.

Scribebam Lipsiae Id. Mai.

cIↃIↃcccxxxvII.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Cod. 1 Codex Monacensis D. 2, olim Wurceburgensis.
— 2 — Reg. Par. 4403, appendix.
— 3 — — — 4404.
— 4 — — — 4405.
— 5 — — — 4406.
— 6 — Aurelianensis 207.
— 7 — Montispessulanus H. 84.
— 8 — Vaticanus Reginae Sueciae 1128.
— 9 — Vaticano - Ottobonianus 2225.
— 10 — Reg. Par. Suppl. Lat. 398, olim Sorbonnensis 335.
— 11 — Gothanus form. maior. 84.
— 12 — Basileensis C. III. 1.
— 13 — Montispessulanus H. 136.
— 14 — Reg. Par. suppl. Lat. 65.
— 15 — — — 4408.
— 16 — — — 4409.
— 17 — — — 4410.
— 18 — — — 4411.
— 19 — — — 4412.
— 20 — — — 4412 *bis*. Est enim in cod. 4412 extrema Breviarii Alariciani pars inde a Paullo V, 36 usque ad c. 1 Cod. Greg. de Sc. Maced. (III, 8) bis scripta.
— 21 — — — 4413.
— 22 — — — 4414.
— 23 — — — 4415.
— 24 — Vaticanus Reginae Sueciae 1023.
— 25 — — — — — — — 1048.
— 26 — Ambrosianus C. 276 part. inf., unde corr. err. in Varietate Scripturae ex Paulli codd. coll. p. 8, ε.
— 27 — Lugduno-Batavus, olim Vossianus 47.
— 28 — Bernensis 263.
— 29 — Caroli de Savigny.
— 30 — Reg. Berolinensis quart. 150.
— 31 — Sangallensis 731.
— 32 — Fuldensis.
— 33 — Reg. Par. 4419, appendix.
— 34 — — — Suppl. Lat. 779 (olim Gayi Lugdunensis).
— 35 — monasterii Piperini in Helvetia (Pfeffers), ubi pars Cod. Gr. in appendice adiecta est post *Legem Romanam Utinensem*.
— 36 — P. Pithoei (nunc Reg. Berol., antea Bibl. de Rosny 2391) appendix.
R. — (i. e. Ranconetus), quod siglum P. Pithoeus apposuit annotationibus sua manu exemplari editionis Sichardianae ex Ranconeti codice adscriptis, inter libr. impr. Reg. Bibl. Par. F. 5 fol.
F. 6 — exemplar editionis 1566, quod servatur in Reg. Bibl. Par. inter libros impr., cui P. Pithoeus notas adscripsit.
NB. De his libris mss. consule, quae maxime ex meis schedis in Hauboldi Opuscc. T. II. p. 897—917 et Praef. p. LXXXIV.—CLXVIII. proferuntur.
Ed. 1 Editio Jo. Sichardi, Codicis Theodosiani Libri XVI etc. Basileae 1528. fol. 164—167 a. (C. Herm. fol. 167 a, b.)
— 2 — Jac. Cujacii, Codicis Theodosiani Libri XVI etc. Lugduni 1566. fol. p. 708—714. (C. Herm. p. 715—718.)
— 3 — Jac. Cujacii, Codicis Theodosiani Libri XVI etc. Parisiis 1586. fol. p. 634—641. (C. Herm. p. 641—644.)
— 4 — Jacobi Cujacii (?), Codicis Theodosiani Libri XVI etc. Aurelianae Allobrogum 1586. 4. (vulgo Genevensis dicta) P. II. p. 1—12. (C. Herm. p. 12—16.)
— 5 — Codicis Theodosiani Libri XVI etc. Lugduni 1593. 4. T. II. p. 1—12. (C. Herm. p. 12—16.)
— 6 — Jac. Cujacii, Codicis Theodosiani Libri XVI etc. Parisiis 1607. fol. p. 634—641. (C. Herm. p. 641—644.)
— 7 — Ant. Schultingii, Jurisprudentia Vetus Anteiustinianea. Lugd. Batav. 1717. 4. } p. 681—708. (C. Herm.
— 8 — — — — Jurisprudentia Vetus Anteiustin., cura Ritteri. Lips. 1737. 4. } p. 709—718.)
— 9 — Jos. de Finestres et de Monsalvo, Jurisprudentia Vetus Anteiustinianea etc. Cervariae 1744. 12. p. 469—503. (C. Herm. p. 504—516.) Ex bibliotheca Illustrissimi *Car. de Savigny*.
— 10 — Jo. Lud. Guil. Beckii, in Juris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8) T. I. p. 264—274. (C. Herm. p. 272—274.)

Ex his edd. proferunt Interpretationem Visig. edd. 1—8, omittunt edd. 9, 10.

**

Coll. — Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio, ed. Frid. Blumii. Bonnae 1833. 8.
Verc. — *codex Vercellensis* CXXII.
Vind. — — *Vindobonensis*, olim Salisburgensis CCCLX.
P. — — *Pithoeanus*, nunc Reg. Berolin., antea Bibl. de Rosny 2395.
Scal. — *apographum Scaligeranum.*
Pith. — *ed. pr. Paris.* 1573. 4, ex bibliotheca *P. Pithoei.*
Bl. — *Blumius.*
Bas. — *ed. Basileensis* 1574. 4.
Sch. — — *Schulting.* in Jurispr. Antei. p. 727—800.
Bi. — — *Bieneri* in Jure civ. Antei. p. 1419—1474.

Cons. — Consultatio Veteris Cuiusdam Jurisconsulti ed. Frid. Aug. Bieneri (Bi.) in Juris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8.) T. II. p. 1475—1498.

L. R. B. — Lex Romana Burgundionum, ed. Aug. Frid. Barkow. Gryphiswaldiae 1826. 8.
Ott. — *codex Ottobonianus* in bibliotheca Vaticana num. 327, olim Josephi Garampii.
V. 1 — — *Vaticanus* ex bibliotheca Reginae Sueciae, triplici num. signatus 379, 410, 1022.
V. 2 — — *Vaticanus* VMDCCLXVI, quem nuper Ang. Maius invenit.
P. — — *Parisiensis* 4412, quem contuli.
Pi. — — *P. Pithoei*, nunc Reg. Berolin., antea Bibl. de Rosny 2391.
Am. — *Joa. Chrph. Amadutii* Leges Novellae Quinque anecdotae. Romae 1767. Fol. p. 131—295.
Bi. — *Bieneri* editio in Juris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8.) T. II. p. 1501—1541.
Ba. — *Barkow.*

Vat. Fr. — Fragmenta Vaticana recogn. Aug. Bethmann-Hollweg. Bonnae 1833. 8.
V. — *codex Vaticanus* VMDCCLXVI.
Buchh. — *Alex. Aug. de Buchholtz*, Juris Civilis Anteiustinianei Vaticana Fragm. Regim. Boruss. 1828. 8.
Bg. — *Böcking.*
Ho. — *Hollweg.*

Cod. Just. — Justiniani Codex Rep. Prael., edd. Geo. Aug. Spangenberg. Gottingae 1797. 4.

Bas. — Basilicorum Libri LX, edd. Gust. Ernest. et Car. Guil. Ern. Heimbachii. T. I. Lipsiae 1833 (Lib. I.—XII.). In seqq. libris adhibui ed. Car. Ann. Fabroti T. II.—VII. Parisiis 1647. fol.

INCIPIT
CODICIS GREGORIANI
LIBER I.[a]

(I.*) TIT. X.[b] DE PACTIS[c].

— — —

(I*) 8. [d] *Imp. Antoninus A. Julio Maximo.* Si[e] debitori tuo heres exstitisti, actio[f], quam adversus eum[g] habuisti, adita hereditate confusa est[h]. Sed si eam[i], posteaquam in iudicio quoque[k] obtinuisti, ei tradidisti, quem sententia[l] superaveras, ea conditione pactoque, ut tam ceteris creditoribus, quam tibi in eo, quod tibi deberetur[m], si eam hereditatem non adisses[n], satisfaceret[o], pacti conventionisque fides servanda est: quae si non servatur, ex stipulatu, si modo[p] transactio facta

Tit. X. Cf. not. *c*. — c. 1. Append. codd. 5—7, 9, 33, 36. Cod. Just. II, 3, 7. Bas. XI, 1, 68. Edd. 2—9 *c.* 1 de Pactis et transact. (I, 2). Eodem die *PP.* est c. 2 C. J. (IX, 20) et in eundem fere diem incidunt c. 2 C. Gr. (II, 1), c. 5 C. J. (II, 3), c. 1 C. J. (II, 56), c. 3 C. J. (III, 33), c. 1 C. J. (IV, 5), c. 2 C. J. (V, 12), c. 1 C. J. (V, 36), c. un. C. J. (V, 41), c. 1 C. J. (V, 44), c. 1 C. J. (V, 60), c. 1 C. J. (VI, 38), c. 6 C. J. (VIII, 14), c. 1 C. J. (VIII, 23), c. 3 C. J. (IX, 9).

a) Ita optimi Breviarii Alariciani codices; alii *Incipit Gregoriani Liber I.* aut *Corporis Gregoriani Liber I.* Cod. 1 *Inc. tit. corporis grüeg. grüeg. lib. Primus.* Sed *Primus* scriptum est supra v. *lib.* Indici rubricarum, qui in nonnullis Breviarii codicibus reperitur, haec inscriptio praemittitur: *Incipiunt Tituli Ex Corpore Gregoriani* aut *Incipiunt Tituli Gregoriani Liber I.* Edd. 1, 4, 5, 7—9 *Codicis Gregoriani Liber Primus* aut *Liber I.* Ed. 2 *Tituli Ex Corpore Codicis Gregoriani.* Ed. 3, 6 *Tituli Ex Corpore Codicis Gregor. Lib. I.* Ed. 10 *Codicis Gregoriani Fragmenta. Ex Libro I.* b) Desunt IX tituli. Cf. infra tit. XII. de Postulando, not. *q*, ubi de huius et seqq. libri I. titulorum ordine disputabitur. c) Breviarium Alarici et ed. 1 *De Transactionibus*, in quo titulo exstat c. 2 seq. tituli. Plerique Br. Al. codices addunt numerum I, id est *I. tit.* Breviarii, non Codicis Gregoriani. Ed. 2 *De pactis et transactionibus.* Edd. 3, 6, 7—9 *de Pactis et Transactionibus Tit. II.* (lib. I.) Edd. 4, 5 *De pactis et transact. Tit.* * (i. e. II. lib. I.) Ed. 10 *Tit. I.* (lib. I.) *De Pactis et Transactionibus.* In appendice codd. 5—7, 9, 33 exhibetur *Tit. II.* (id est *secundus* appendicis) *de Pactis* una cum constitutione *Si debitori.* Perspicuum est igitur, si codicum rationem habemus, duos fuisse titulos Codicis Gregoriani, unum *de Pactis*, alterum *de Transactionibus*, quo praeter Consultationem, in qua cap. IX. titulus *de Transact.*, non *de Pactis et Transact.* commemoratur, ducit etiam Justinianeus Codex, ubi ex utroque titulo constitutiones proferuntur in titulis *de Pactis* et *de Transactionibus.* Male itaque egisse videntur Cod. Gregoriani editores, quod titulum *de Pactis et Transactionibus* commenti sunt, eique promiscue constitutiones assignaverunt, quas in Consultatione, Lege Rom. Burgundionum, Breviario Alariciano invenerant. Unde hunc titulum desumpserint, nescio, puto autem ex Lege Rom. Burg., in cuius titulo *de Pactis et Transactionibus*, qui titulus etiam in Codice Theodosiano legitur, duae constitutiones (8, 9) commemorantur, nisi forte tit. Cod. Hermogeniani *de Pactis et Transact.* eos induxit, qui in Consult. cap. IV. nominatur. Ego codicum auctoritatem, quae Justinianei Codicis ordine confirmatur, secutus, duos posui titulos *de Pactis* et *de Transactionibus*, inter quos constitutiones, quas Schultingius habet, ita distribui: titulo *de Pactis* tribui constitutionem 1 propter inscriptionem appendicis quinque codicum, quibuscum etiam Codex Just. consentit, ubi haec constitutio septima eiusdem tituli est; constitutionem 4 propterea, quod eam Cod. Just. in titulo *de Pactis* profert, quamquam malim eam ad tit. C. Gr. de Dolo malo (cf. II, 2, c. 1, not. sup.) transferre; constitutiones 13—15 propter numerum tituli et libri, ex quo Consultationis auctor eas se deprompsisse dicit, qui cum nostro numero concinit (cf. not. *n*, *o* et *q* ad c. 5—7 h. t.); constitutiones 5, 7, 16, 17 propter argumentum, nisi quis malit c. 16 tit. C. Gr. de His, quae vi metusve c. g. s. (II, 1) tribuere. Cf. c. 8 h. t. et tit. C. Gr. cit. (II, 1), not. sup. Sub titulo *de Transactionibus* posui constitutiones 3, 12 propter argumentum; constitutionem 6 Breviarii Al. auctoritate, ubi ei titulus *de Transactionibus* praeponitur; eadem de caussa constitutionem 8 ex Consultatione desumptam; denique constitutionem 9, quae in Codice Just. constitutio 12 est tituli *de Transactionibus.* Vid. etiam infra tit. de Postulando (I, 12), not. *q* de numero h. tit. Constitutiones autem 2, 10, 11 et illam, quae a Schultingio in annott. ad c. 4 profertur, transposui Consultationis auctoritate in lib. II. C. Gr., quamquam c. 2 in tit. Cod. Just. de Pactis exstat. Sed Cod. Just. auctores saepissime constitt. de suo loco movisse, inter omnes constat. d) Hunc numerum posui auctoritate codd. 6, 7, 9, qui habent *constitutio VIII.* Cod. 5 *constitutio II.* 36 *II.* (id est tit. app.) *De Pactis Constitutio.* e) Cod. 7 *Imp. — Julio. Mox si.* Ed. 9 *Si debitor, tuo.* f) Cod. 5 *heres institutis accionem.* Cod. 33 *existis actionem.* Codd. 7, 9 *actione.* 36 *Si debitor est tio heres institutus actionem.* g) Cod. Just. *Deb. t. si h. e. q. contra e.* h) *est* exc. in cod. 33. i) Codd. 5, 33, 36 *si ea.* Cod. Just. add. *hereditatem.* k) *quoque* om. in Cod. Just. l) Cod. 5 *ei tr. quo minus sententiam.* Cod. 7 *extradidisti qui minus s.* Cod. 9 *dedisti qui minus s.* Cod. 33 *et tr. cominus s.* 36 *obtenuisti et tr. quo minus sententiam.* m) Ita codd. 6, 7, 9 et Cod. Just. Codd. 5, 33, 36 *tibi in quo deb.* Edd. 2—9 *tibi id quod* (om. *tibi*) *deb.* n) Cod. 7 *adsis.* o) Cod. 5, 33, 36 *satisfecerit.* Cod. 33 *fide.* Mox 36 *serv. sunt.* p) Ita cod. 7 et Cod. Just., quocum conveniunt Bas. Vulgo *modo*, om. v. *si.* Cod.

est[q], actio dabitur[r]. *PP. VII.*[s] *Kal. Aug.* *) *Antonino IV. et Balbino*[t] *Coss.* (213.)

(2*) ? [u] *Imp. Alexander*[v] *Donato militi.* Si certa quantitas in condemnatione iudicii[x] deducta fuerit, pacisci exinde non posse etc. *PP. IX. Kalend. Jun.*[y] *Fusco II. et Dextro Coss.* (225.)

(3*) ? [z] *Imp. Alexander A. Dionysio.* Cum, posteaquam[a] adversarius matris tuae victus esset, matrem tuam circumvenerit, ut pacisceretur, nullam[b] se controversiam de servis moturam[c], id pactum mala fide factum irritum est. Et cum ex ea conventione cum matre tua agi coeperit, iudex eam liberabit, quia de re iudicata pacisci nemo potest[d]. *PP. prid. Id. Sept. Alexandro II. et Marcello Coss.*[e] (226.)

(4*) ? *Imp. Gordianus*[f] *A. Cliniae*[g] *Antoniae.* Pacta, quae contra bonos mores interponuntur, iuris ratio[h] non tuetur[i]. *PP. Non. Octob. ipso A. II. et Pompeiano Coss.* (241.)

(5*) ? [k] Qui contra arbitri[l] sententiam petit, sola in eum poenae actio ex compromisso competit, non etiam conceptio[m] pacti conventi[n].

(6*) ? [o] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sergiae et Anagio (inter cetera et ad locum).* De dubia vero lite facta transactio rescindi non potest. *PP. VIII. Id. April. Caess. Coss.*[p] (294—302.)

(7*) ? [q] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Hermogeni militi.* Pactum, quod contra iuris formam provinciae rector factum animadverterit[r], id infirmare minime dubitabit. *PP. XIV. Kal. Nov. Caess. Coss.* (294—302.)

(8*) ? *Summa.* Si[s] quis se vi et metu[t] coactum ad pacta venisse causetur[u], intra annum probaturus huiusmodi et[v] moveat et peragat actionem: quo tempore praeterito nullam sibi neque de vi neque de metu[x] suppetere noverit actionem[y].

(9*) ? *Summa*[z]. De successione viventium, nec

— c. 2. Cons. cap. IX. Ed. 2 (ex inc. tit. *c.* 7). Edd. 3, 6 (ex inc. tit. *c.* 8). Edd. 4, 5 (*c.* 6 tit. de Pactis et tr. I, 2). Edd. 7—9 (*c.* 5 eod.). Die non multum distant c. 8 C. J. (VI, 42), c. 5 C. J. (VII, 73), c. 4 C. J. (VIII, 28). — c. 3. Cons. cap. IX. Cod. Just. II, 3, 9. Bas. XI, 1, 70. Ivo, Decret. XVI, c. 201. Ed. 2 (ex inc. tit. *c.* 6). Edd. 3, 6 (ex inc. tit. *c.* 7). Edd. 4, 5 (*c.* 5 de Pactis et tr. I, 2). Edd. 7—9 (*c.* 4 eod.). Antecedit enim in edd. 4, 5 c. 1 C. Gr. de Dolo malo (II, 2). Vid. infra tit. de Dolo malo (II, 2) c. 1, not. sup. Eodem die *PP.* est c. 2 C. J. (III, 37) et eodem fere die c. 3 C. J. (IX, 49). — c. 4. Cons. cap. IX. Edd. 2, 3, 6 (*c.* 3 de Pactis et tr.). Edd. 4, 5 (*c.* 8 eod.). Edd. 7—9 (*c.* 7 eod.). In eundem fere diem incidunt c. 14 C. J. (II, 13), c. 2 C. J. (V, 23), c. 12 C. J. (V, 37). — c. 5. Cons. cap. IX. Edd. 7—9 (*c.* 13 de Pactis et tr. I, 2). Cons. edd. 1586 (4), 1593 om. hanc c. Desinunt enim hae edd. in c. *Si certa quantitas* cap. IX. Cons., unde tres extremas Cons. constitutiones in iis excidisse apparet. Cur desit in edd. 3, 6, nescio. — c. 6. Cons. cap. IX., sed om. in edd. 1586 (4), 1593. Edd. 2—6 (Cod. Herm. de Pactis et tr. *c.* 5). Edd. 7—9 (*c.* 14 C. Gr. de Pactis et tr.). — c. 7. Cons. cap. IX. Edd. 2—6 (*c.* 6 Cod. Herm. de Pactis et tr.). Edd. 7—9 (*c.* 15 C. Gr. eod.). Cons. edd. 1586 (4), 1593 om. hanc c. — c. 8. L. R. B. tit. XXXVIII. Edd. 4, 5 (* om. numero post *c.* 13). Edd. 7—9 (*c.* 16 de Pactis et tr.). Vid. tit. C. Gr. de His, qnae vi metusve (II, 1), not. sup. — c. 9. L. R. B. tit. XXXVIII. Edd. 4, 5 (* om. numero, vid. c. 8 h. t.). Edd. 7—9 (*c.* 17 de Pactis et tr.). Est etiam in edd. 4, 5, 7—9 in f. tit. C. Herm. *de Pactis et tr.* (tit. IV, c. 5).

36 *exstipulati modo.* q) Cod. Just. *si m. pacto subiecta est.* r) Cod. Just. *d. a.* et add. *vel praescriptis verbis, si stipulatio non intervenerit,* quae vv., cum a libris mss. absint (vid. Gebauerum ad c. 7 C. J. de Pactis, not. 33), Cuiacio in Comm. ad c. 7 cit. (ed. Neap. T. IX, p. 61) suppleta videntur ab Azone vel irrepsisse in contextum. Sec. Cont. h. vv. ex Glossis irrepserunt et illata sunt ab Azone et Accursio. s) Codd. 5, 7 *VI.* Cod. 6 om. *VII.* Cod. Just. *III.*, ubi c. 2 C. Gr. (II, 1) huic anteponitur. *) An add. *Romae*, nt est in nonn. C. J. constt. supr. citt.? t) Codd. 5, 7, 33, edd. 3, 6 *Ant. IV.* (cod. 5 *Antonio* et 7 *IV. III.*) *et Valente Coss.* Codd. 9, 36 *Ant. et Valente Coss.* Cod. Just. *Ant. A. IV. et B. C.* u) Cons. add. *Item eodem corpore.* v) Add. *A.* Edd. 2—8 *Idem A.* Ed. 9 *Idem A. D. Dionysio.* x) Ita Cons.; edd. 2—9 *iudicis.* y) Edd. Cons. 1586 (4), 1593 om. *Jun.* Edd. 2, 4, 5 *Tusco.* z) Ita Cod. Just.; Cons. *Imp. Al. Aurelio Dionysio.* Ed. 9 *Imp. — Aur. Militi.* Ceterum errore ap. Haubold. (Opp. T. II, 907 sq. et Praef. p. CLVIII sq.) haec et c. 1 sq. tit. dicuntur exhiberi in appendice cod. 5. a) Edd. 2—9 *Si postquam* ex cj. Cuiacii. Sed Cons. et Cod. Just. *Cum posteaquam.* b) Cod. Just. *ut ei caveret n.* c) Ita Cons. et Cod. Just. Edd. 2—6 *agitaturam* ex cj. Cuiacii. d) Cod. Jnst. om. *quia — potest.* e) Subscriptionem exhibet Cod. Just.; Cons. et edd. 2—9 *PP. — Alexandro A. Cos.* ant *Coss.* f) Ita Cons.; edd. 2—9 *Idem.* Antecedit enim in his edd. Gordiani const.: *Transactionis placitum* (c. 2 C. Gr. de Transact.). g) Edd. Cons. 1586 (fol.) et 1607 *Clyniae.* h) Edd. Cons. 1586 (4), 1593 et sec. Bi. Col. 78 et Opp. 84 *iuratio.* i) Edd. 2, 4, 5 *intuetur.* k) Edd. 7—9 add. *Imp. . . . . .*, sed Cons. *Item ex corpore Gregoriani.* l) Cons. edd. 1586 (fol.), 1607 *arbitrit.* m) Ita Cons. edd. 1586 (fol.), 1607, Bi. Sed Schult. et in Cons. et in edd. 7—9 *exceptio* ex cj., probabiliter. n) Cons. add. *Lib. I. tit. X.* i. e. Codicis Greg., qui nnmerus memorabilis est; mirifice enim cum ordine C. Greg., quem infra demonstrabo, convenit. Cf. tit. XII. de Postulando, not. *q.* o) Cons. add. *Ex eodem libro et tit.*, id est *lib. I. tit. X.* Antecedit enim huius tit. c. 5, quam ex tit. X. libri I. C. Gr. desumptam esse Consultationis auctor scribit. Cf. not. *n.* Qua de caussa hanc c. h. l. posui, etsi propter argumentum ad tit. de Transact. pertineat. Indicat antem v. *vero*, eam maioris constitutionis, quae sine dubio in h. t. de Pactis exstitit, particulam esse. p) Edd. 7—9 om. *facta.* Edd. 2—6 *CC. Coss.* q) Cons. add. *Item eodem corpore et titulo*, id est *lib. I. tit. X.* Cf. not. *n* et *o* et de num. tit. C. Gr. de Post. (I, 12), not. *q.* Edd. *Iidem AA.* r) Ita edd. 2—6. Edd. 7—9 et Cons. *animadvertit.* s) Edd. 4, 5, 7—9 add. * *Imp. A.* * *desideratur constitutio quaedam.* L. R. B. *Sciendum tamen quod si.* Codd. P. Pi. *S. t. quam si.* t) Ita Ott. A. P. Bi. Ba., sed L. R. B. edd. 1566, 1586 (fol.), 1586 (4), 1593, 1607, Schult., edd. 4, 5, 7—9 *si quisquam se* (om. *vi et*) *metu.* Pi. *viae et m. coactus.* u) Ott. *causatur.* v) Ita Ott. A. Bi. Ba., in rel. edd. exc. *et.* x) Ita Ott. A. Bi. Ba. Edd. 4, 5, 7—9 et L. R. B. edd. 1566, 1586 (4), 1593, Schult. *sibi de vi deque metu.* Edd. 1586 (fol.), 1607 *sibi denique de vi deque metu.* Pi. *sibi divinus divi neque de m. — supp. debet noverit act.* y) L. R. B. add. *secundum constitutionem Gregoriani.* Edd. 4, 5 add. *Papian.* et edd. 7—9 *Ex Papiano Responsor. Titulo XXXVIII.* z) Edd. 4, 5, 7—9 * *Imp. . . . Deest rescriptum quoddam.* Eaedem in C. Herm. add. * *Imp. A.* * *desiderantur verba rescripti*

de sua nec de aliena quemquam pacisci[a] posse, nec huiusmodi scripturam nomen pacti legibus[b] vindicare[c].

(II.*) TIT. XI. DE TRANSACTIONIBUS[d].

1. [e] *Imp. Antonius A. Prisciano militi*[f]. Summa sententia comprehensa, quam cessantibus curatoribus quondam tuis iudex, secutus[g] iurisiurandi[h] a te perlati[i] religionem, in condemnationem deduxit, minui pacto non potuit: [k]ac propterea[l] sublata[m] cautione transactionis, quae nullo iure interposita est, Septimius Varianus rem iudicatam[n] exsequatur. *PP. Kal. Jul.**) *Laeto*[o] *II. et Cereale Coss.*[p] (215.)

2. *Imp. Gordianus*[q] *A. Licinio Timotheo, Evocato*[r]. Transactionis placitum ab eo interpositum, cui[s] caussae actionem, non decisionem[t] litis mandasti[u], nihil petitioni tuae derogavit[v]. *PP. X. Kal. Jan.*[x] *Pio et Pontiano*[y] *Coss.*[z] (238.)

Interpretatio. *Si quis*[a] *per mandatum procurator litis fuerit institutus, et de compositione caussae in ipso mandato nihil continetur*[b] *adscriptum, litigare potest, componere penitus non praesumat. Quod si composuerit, non valebit*[c].

3. [d] *Imp. Gordianus A. Flavio Herculano*[e]. Super iudicato non subsecuta appellatione frustra transigi, non est opinionis incertae[f]. *PP. XIV. Kalend. Nov. Sabino et Venusto*[g] *Coss.* (240.)

4. [h] *Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Caes. Aurelio*[i]. Praeses provinciae aestimabit, utrum de dubia lite transactio inter te et civitatis tuae ordinem facta sit[k], an de re iudicata[l]: quia de re iudicata[m] pacisci nemo potest. *PP. III. Kalend. Jun.*[n] *Aemiliano et Basso Coss.* (259.)

5. *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Ulpiae Marcellinae.* Si praeses provinciae ignorantiam tuam[o]

Tit. XI. Nonn. codd., ut 9, *Incipit Lib. Gregoriani Lib. I. I. De Transactionibus.* Aeg. Br. Al. et edd. 1, 10 *Tit. I.* Edd. 2—9 *Tit. II.*, sed edd. 2, 4, 5 om. numero. Cf. not. *c* ad tit. de Pactis. — c. 1. Cons. cap. IX. Cod. Just. V, 53, 3. Bas. XXXVIII, 15, 3. Ed. 2 (ex inc. tit. *c.* 3). Edd. 3, 6 (ex inc. tit. *c.* 4). Edd. 4, 5, 7—9 (*c.* 3 de Pactis et tr. I, 2). Eodem die *PP.* est c. 2 C. J. (III, 34), c. 1 C. J. (VIII, 39), c. 7 C. J. (VIII, 41); in eundem fere diem incidunt c. 7 C. J. (III, 28), c. 3 C. J. (IV, 26), c. 3 C. J. (V, 51), c. 2 C. J. (VI, 31), c. 4 C. J. (VI, 54), c. 1 C. J. (VII, 29), c. 4 C. J. (VII, 73). — c. 2. Br. Al. *Tit. I. c.* 1. Cod. Just. II, 4, 7. Bas. XI, 2, 24. Codd. 3—12, 14, 15, 17, 20—24, 34. In codd. 13, 19 excid. inscriptio et textus et in codd. 16, 18, 25—30 solus textus, qui in cod. 12 marg. inf. ex cod. Argent. adscr. est. In cod. 32 exstat particula tantum interpr. Ed. 1 (*c. un.* de Transact.). Edd. 2, 3, 6 (*c.* 2 de Pactis et tr.). Edd. 4, 5 (*c.* 7 eod.). Edd. 7—9 (*c.* 6 eod.). Ed. 10 (*c.* 1 eod.). Eodem fere die *PP.* est c. 2 C. J. (V, 74). — c. 3. Cons. cap. IX. Edd. 2, 3, 6 (*c.* 4 de Pactis et tr. I, 2). Edd. 4, 5 (*c.* 9 eod.). Edd. 7—9 (*c.* 8 eod.). — c. 4. Cons. cap. IX. Cod. Just. II, 4, 12. Bas. XI, 2, 29. Edd. 2, 3, 6 (*c.* 5 de Pactis et tr. I, 2). Edd. 4, 5 (*c.* 10 eod.). Edd. 7—9 (*c.* 9 eod.). — c. 5. Cons. cap. IX. Edd. 2—6 (C. Herm. de Pactis et tr. *c.* 4). Edd. 4, 5 (*c.* 13 C. Gr. de Pactis et tr. I, 2). Edd. 7—9 (*c.* 12 eod.). Exhibetur ergo haec c. in edd. 4, 5 inter fragm. C. Gr. et C. Herm. Vid. praeterea c. 1 C. Gr. de Dolo malo (II, 2), not. sup.

---

ex conj. Ott. om. *De.* a) Ita Ott. P. A. Bi. Ba. Omnes reliquae edd. Codicis Greg., Herm. et L. R. B. *viventium* (om. *nec de*) *sua vel al. neminem pac.* b) Ott. *posset — scriptura — vindicari.* Ed. 9 *vindicari.* c) Edd. 4, 5 *Papian.* Edd. 7—9 *Ex Eodem Papiano Dicto Loco*, sed in C. Herm. *Ex Papiano Responsor. Tit. XXXVIII.* L. R. B. add. *secundum legem Gregoriani et Hermogeniani.*

d) Ita Br. Al. et ed. 1. Reliquae edd. *de Pactis et Transactionibus.* Cf. supra tit. I. de Pactis, not. *c.* e) Cons. add. *Ex corpore Gregoriano.* f) Ed. 9 *Idem Aulo.* Cod. Just. om. *militi.* g) Cons. edd. 1586, 1607 *fecutus*, mendose. h) Cons. edd. 1586 (fol., 4), 1593, 1607 *iureiurandi.* i) Cod. Just. vulgo *prolati.* k) Ed. 9 *potest.* Vv. *ac — exsequatur* des. in Cod. Just. l) Cons. edd. 1586 (4), 1593 *ac praeterea.* m) Cons. edd. 1586 (fol.), 1607 *oblata.* n) Ita Cons.; edd. 2—9 *exsequetur.* *) An add. *Romae*, quod habent nonn. constt. C. J. supra citt.? o) Cons. *Leto.* p) Cons. edd. 1586 (fol.), 1607 *Creale.* q) Codd. 5—7, 9 *Imp. Gratianus.* Codd. 12 (supr. lin. *Gord.*), 16, 25, 28, 34, ed. 1 *Imp. Gregorianus.* r) Codd. 4, 10, 11, ed. 1 *ad Licium* (in m. *Licinium*) *Timotheum.* Edd. 2, 4, 5, 7, 8, 10 *Licinio, Timotheo, Evocato.* Edd. 3, 6 *Licinio, Timotheo Evocato.* Complures codd. om. *Evocato*; alii scribunt *Evacato, Avocato.* Cod. Just. *Imp. G. A. Junio militi.* s) 5 *Transactione.* Cod. 17 *interposito.* Codd. 22, 23 *inpositum.* R. *cuius.* Cod. 34 *cui causa.* t) Ed. 1 et multi codd., veluti 12 *cui causam actionis non decisionis.* Plerique codd. *actionis non decisionis.* Cod. 5 *actiones n. decisiones.* Codd. 22, 23 *decessionis litem.* Cod. 21 om. *n. dec.* u) Codd. 4, 10 *m. n. mandatum pet.* Cod. 11 *mandati.* Cod. 6 om. *mandasti.* v) Ita plerique codd. et Cod. Just. Codd. 4, 10 — 12, ed. 1 *derogabitur.* Cod. 8 et R. *prorogabitur.* Edd. 2 — 10 *derogabit.* x) Ita edidi complurium codd. et Cod. Just. (vid. not. *z* sq.) auctoritate, quacum scriptura fere concinit cod. 7, qui *proposita p̄p̄. ā. X. Kal.* 5 *XV. Kal.* Nonn. codd., ut 12 et ed. 1 *Dat. X. Kal.*; rell. edd. et pauci codd. om. numerum. Obstare videtur vulgatae scripturae, quae etiam reperitur in c. 2 Cod. Just. (V, 70), ordo temporis, cum Gordianus *Kal. Jan.* h. ann. nondum regnaverit. Cf. Reland. in Fastis Consul. p. 181, 184 et Spangenb. ad c. 2 Cod. Just. cit. p. 325, not. 10 et ad c. 2 Cod. Just. (VII, 43) p. 437, not. 6. y) Codd. 3, 29, 30, 34 *P. et Pompeiano.* Cod. 19 *Portiano.* z) Nonn. codd. om. *Coss.*, alii ponunt *v̄v̄. c̄c̄.* aut *v̄. c̄.* Cod. Just. *PP. XIV. Kal. Jan. Gordiano A. et Aviola Coss.* (240.), sed in nonn. Cod. Just. codd. et edd. trahitur et inscr. et subscr. c. 8 (*Licinio — PP. X. Kal. Jan. Pio et Pontiano* 238.) ad c. 7 Cod. Just. quo fit, ut inter c. 7 cit. et c. 2 C. Gr. nulla sit discrepantia. a) Nonn. codd. et ed. 1 *Si quando — et de petitione — iniusto mand.* Ead. ed. in m. *Si quis — de compositione.* 12 in m. *repetitione* ex cod. Argent. Mox nonn. codd. om. *et.* b) Cod. 9 *contineatur.* 12 om. *adscriptum*, sed add. in m. ex cod. Argent. Mox nonn. codd. *litigari.* c) In cod. 12 ex cod. Argent. ad vv. *comp. n. p.* annot. *penitus* et *p̄sumat.* d) Cons. add. *Idem ex corpore Gregoriani tit. de Transact.* Cf. supra not. *c* ad tit. de Pactis. e) Edd. *Idem A.* Cons. *Hercolano.* f) Edd. 3, 6 add. *etc.* Cons. edd. 1586 (fol.), 1607 *incertae V. C.* Ed. 3 *inc. & C.* Ed. 6 *I C.* Leg. *Sabino II. et V. C.* g) Cons. *Veterano.* Edd. 4, 5 *Sabinio.* h) Cons. add. *Ex corpore Gregoriani.* i) Edd. 2—9 om. *et Val. C.* Cons. *Imp. Valentinianus et Galienus AA. et Valerius Caesar Aurelio.* Cod. Just. *Iidem AA. Primo. Praeses — tuae administratores facta sit.* k) Sequentia in Cod. Just. valde mutata sunt. l) Cons. edd. 1586 (fol.), 1607 om. *an de re iud.* m) Cons. edd. 1586 (4), 1593 om. *quia de re iud.* Edd. 1586 (fol.), 1607 *de re incerta.* n) Cod. Just. *PP. XVI.*

fraudulenta transactione ac dolosis artibus generi tui circumscriptam esse cognoverit, siquidem Aquilliana stipulatio et acceptilatio[p] insecuta non est, pactum callide scriptum integris singulorum actionibus amovebit. *PP. III. Non. Octobr. ipsis AA. Coss.* (293—304.)

(III.*) TIT. XII. DE POSTULANDO[q].

1. (?) *Impp. Severus et Antoninus*[r] *AA. Manilio*[s]. Si nulla[t] sententia contra te dicta est, quae[u] infamiae detrimentum affert[v], sine caussa times, ne existimatio tua[x] laesa sit ob id, quod[y] in carcerem per iniuriam coniectus es[z]. (198—210.)

— — — — —

(2*) 33. [a]*Imp. Gordianus A. Jovino**). Nullam existimationis[b] infamiam avunculus tuus pertimescet[c] ictibus fustium[d] subiectus[e], si sententia non praecessit igno-

Tit. XII. Hic tit. deest in Breviario Alariciano et in ed. 1. Exstat in appendice codicum 5—7, 9, 33, 36 cum duabus, quae hic dantur constitutionibus, inverso tamen ordine, cum in illis codicibus const. *Nullam* antecedat constitutionem *Si nulla.* Ceterum cf. not. *q.* — c. 1. Append. codd. 5—7, 9, 33, 36. Cod. Just. II, 12, 1, mutt. verbis. Bas. XXI, 3, 1. Coll. can. Ans. ded. VII, 114. In edd. 2—9 est *c.* 1 h. t. Ed. 10 (ex const. inc. orig. *c. un. de Postulando*). — c. 2. Append. codd. 5—7, 9, 33, 36. Cod. Just. II, 12, 14. Bas. XXI, 3, 13. Edd. 2—9 *c.* 2. Eodem fere die *PP.* est c. 2 C. J. (V, 11), c. 6 C. J. (VIII, 28), c. 2 C. J. (VIII, 42).

accendendi. Scal. Baronius *accedente.* P. *accendenti* g) vv. *ut — tempore* delet Bilderd. h) Vind. *conveniatur.* Verc. *conventur.* i) *per* om. omnes codd. et edd. not. *v* citt., coni. Pith. sec. ed. Paris. a. 1689. k) Vind. *et grande.* Verc. *et grandes.* l) Vind. *consuetudinem.* m) P. Pith. et edd. not. *v* citt. *istebas* (praeter ed. 9, ubi *incestas*), praeposito in nonnullis asterisco. Vind. *sevas.* Verc. *is scevas.* Vonck. p. 49 coni. *scaevas*, quod recepit Blum., Pith. sec. ed. a. 1689 et Barth. Advers. XXIV, 20 coni. *incestas.* Baronius *istas has.* Ed. Heidelb. *pristinas.* Bilderd. coni. *exteras*, H. Canneg. *detestabiles*, Alteserra sec. H. Canneg. *infestas*, Jo. Canneg. l. c. *inficetas.* Franc. Pith. sec. Cuiac. *Histaspeas*, ut edd. 1586 (fol.), 1607 in m. Voss. ad Catull. p. 315 *Thyesteas.* Bynkersh. p. 356 cj. *Aegystheas* s. *Bestias.* n) Bilderd. deleri vult *Persarum.* o) Vind. *innocentiores.* Bilderd. coni. *in nocentioris.* Idem et H. Canneg. *in innocentioris.* Roever. l. c. cap. XII. *inducere et innocentioris.* p) Ita edidi cum Blumio. P. Pith. et edd. not. *v* citt. *romana gente.* H. Canneg. p. 327 coni. *et romanam gentem.* q) Vind. *universam nrbem nostram*, sed corr. *urbem.* Scal. *ůrbem.* P. *urbem.* Ed. 9 add. *et.* r) Sic Blum. de coni. Pith.; codd. et edd. not. *v* citt. *venenis de suis.* Roever. l. c. coni. *de venenis suis*, Barth. Adversar. XXIV, 20 *venena de suis.* s) Verc. *malibolis.* Barth. l. c. coni. *malis ovis.* t) Haec lectio debetur coni. Cuiacii; codd. et edd. not. *v* citt. *infigere.* Pith. sec. ed. a. 1689 coni. *v. s. m. defigere*, prob. Schult. ad Cod. Gr., improb. ad Coll. u) Vind. *haec.* v) Verc. *prudentiam tuam.* vv) Vind. P. Pith. et edd. not. *v* citt. *relationem.* Bilderd. interpreti tribuit verba *in relatione* et *genera maleficiorum.* x) P. Pith. et edd. not. *v* citt. *statutis.* Vind. *statutum.* Verc. *statuti.* Sch. * *statutis.* H. Canneg. p. 329 coni. *statuimus.* Vonck. p. 51 *satis.* Blum. edidit *statuunt. statuis* edidi ex cj. mea. y) Scal. *evidentissimis.* Bilderd. coni. *evidentissime.* Ceterum Bas. edd. 1586 (4), 1593 in m.*. z) Vind. *acquisita.* Verc. *adquisita*, in quo Blumio *atque* latere videtur. Bondam coni. *sunt exquisita.* Blum. edidit *genera m. statuunt evidentissimorum* (*atque*), *exquisita etc.* Totus hic locus ita comparatus est, ut multa quidem coniici possint, vitium autem ipsum, ubi delitescat, difficillimum sit perspicere. Neque superiorum editorum quemquam verum coniectura assecutum esse existimo. Interim quae a me recepta lectio est, nec a codicibus multum discedit nec difficilem explicatum habet; sunt enim vv. *exquis. et a. c.* appositio antecedentium vv. *genera — evident.* Fortasse tamen in v. *statutis, statutum, statuti* (cf. not. *x*) latet v. *sunt*, ex cuius compendio *s̄t.* facile illa oriri potuerunt, praesertim cum statim sequatur *statuimus.* a) Vind. *inventa.* H. Canneg. coni. *astu inventa*, Roever. l. c. cap. XII. et Bondam *adinventis.* Bilderd. vv. *et adinventa* pro interpretamento habet. b) Bilderd. coni. *comperimus.* c) Baronius *adeo.* d) Ita Blum. ex Vind. Verc, qui *erumnas* exhibent. P. Pith. et edd. not. *v* citt. *eorum maenas;* sed ed. 9 *Moenas*, sed Sch. *eorum * maenas* et edd. 1586 (4), 1593 in m.*. Baronius *eorum minas.* Ed. Heidelb. *eorum machinas.* Ceterum, ut coniecturas quoque commemorem, Cuiac. coni. *eorum manes*, Bondam *eorum naevis*, H. Canneg. p. 329 *ea removemus*, Vonck. l. c. *non romanas*, Struchtmeyer p. 85 *commeritas*, Bilderd. denique *coërcitiones.* e) Vind. *adque.* Vonck. l. c. coni. *at*, Bondam *poenas aeque* verbis transpositis. f) Sic ed. Genev. et Schult.; Verc. Pith. Bas. (addito in m. asterisco). Edd. 1586 (fol.), 1607 *illi.* Vind. *illas.* g) Vind. *hac.* P. Scal. *ad*, in m. *ac.* h) Bilderd. vv. *una cum abominandis scripturis* librarii culpa huc aberrasse suspicatur. i) P. Vind. Scal. *poena.* Verc. *pena.* k) Verc. *aut* et om. *ita.* l) Verc. *consentaneus.* Baronius *consectantes.* Bilderd. coni. *consectarios.* m) Ita Blum. de coni. Pith. et Cuiac.; codd. et edd. 7—9, Bas. 1586 (fol.), 1607, Sch. Bi. *ad eos.* n) Bilderd. delet vv. *et usque adeo contentiosos.* o) Vind. *nomina.* p) P. Scal. Vind. Verc. edd. 1586 (4), 1593, ed. 9 *quis.* q) Bilderd. *etiam* pro glossemate habet. r) Vind. *personam.* Bilderd. delet *aut — personae.* s) Vind. Scal. P. *huc.* Verc. *hunc.* t) Bilderd. delet vv. *vel ad doctrinam Persarum.* u) Ita Vind. Pith. et edd. not. *v* citt. Blum. *transtulerint.* v) Baronius *bona.* x) Vind. *facias.* y) Vind. *ipsi.* Verc. *ipso.* Baronius *ipsosque*, om. *quoque.* z) Ita Blum. conferri iubens Ulpian. fr. 8, §. 4 de Poenis (XLVIII, 19), Justin. Nov. XXII, Plin. natur. hist. (ed. Harduin.) lib. V, cap. ult. aliosque. Codd. et edd. not. *v* citt. *forensibus.* Scal. *focensibus*, ut coni. Bynkershoek. p. 357. Pith. coni. *elaphonensibus*, propter locum Plinii. S. Petitus Obss. II, 10 et edd. 1586 (fol.), 1607 in m. *fonensibus.* Schult. coni. *fennensibus* sive *phaenensibus.* a) Verc. *p̃conensibus.* Pith. coni. *proconnensibus*, prob. Schult. b) Scal. *uti.* Edd. 4, 5 *V.* pro *Ut.* c) P. Scal. sec. Pugg. *strepitus.* Bilderd. delet hoc verbum. d) Ita Blum. de coni. Vryhoff. Obss. p. 184 et Bondam, Spec. cap. I. Verc. *mali.* P. Vind. Pith. Bas. edd. 1586 (fol.), 1607, Sch. Bi. *malis*, addito in Bas. et apud Sch. ante *malis* asterisco. Edd. 1586 (fol.), 1607 in m. *talis haec*, ut paullo post *nequitia.* Ed. Heidelb. *magis.* Pith. pro v. *malis* coni. *radix*, quod est in edd. 4, 5, 9, 1586 (4), 1593. Cuiac. coni. *messis*, H. Canneg. p. 331 *immanis*, Struchtmeyer p. 86 *inanis*, Bondam, Var. lect. 11 *magica.* e) Baronius *et.* f) P. Pith. et edd. not. *v* citt. *nequitiae.* Vind. *nequissi.* g) Vind. *de hoc seculo.* h) Baronius *possint.* i) Vind. Verc. *hac.* k) Verc. *statis.* Bilderd. delet vv. *ac statutis.* l) Vind. *ob secundari.* Bynkershoek. et Bondam, Spec. cap. I. coni. *obsecundato.* m) Hoc ex coni. add. Pith. receptumque est in edd. 1586 (4), 1593, quamquam aliis literis expressum. Edd. 4, 5, Bas. Sch. post v. *obsecundare* et edd. 1586 (fol.), 1607 in m. asteriscum ponunt. Ed. Heidelb. add. *procurabit.* Bilderd. coni. *studebit* vel *studeat.* n) Verc. om. subscr. et Vind. *Alexandriae.* Ed. 9 add. *Ex Coll. Leg. Mosaic. tit.* 15.

SERIES CHRONOLOGICA CONSTITUTIONUM

QUAE LIBRIS CODICIS GREGORIANI CONTINENTUR.

IMP. SEVERUS A.

196.

Dextro II. et Crispino (Prisco) Coss.

L. 1. C. Gr. de His, quae vi metusve c. (II, 1) — Julio Conserturino — Acc. Kal. Jul.

IMPP. SEVERUS ET ANTONINUS AA.

198.

Saturnino et Gallo Coss.

L. 1. C. Gr. Si minor ab hered. (II, 17) -- Vetoriis, Frontino et aliis — PP. V. Non. Mart.

198—210.

L. 1. C. Gr. de Postulando (I, 12) — Manilio.

205.

Antonino (A.) II. et Geta Coss.

L. 1. C. Gr. Si debito persol. (X, 1) — Octavio Prisco — PP. prid. Id. Jun.

IMP. ANTONINUS A.

211—222.

In annott. ad L. 1. C. Gr. de Nupt. (V, 1) — Muciano.

211.

Gentiano et Basso Coss.

L. 1. C. Gr. de Confessis (X, 2) — Juliano — Acc. prid. Kal. Oct.

212.

Duobus Aspris Coss.

L. 1. C. Gr. de Petit. her. (III, 1) — Aurelio, Pontio Ingenuo — PP. XII. Kal. Jul. Romae.

213—218.

L. 1. C. Gr. ad L. Jul. de Adult. (XIV, 2).

213.

Antonino A. IV. et Balbino (II.) Coss.

L. 1. C. Gr. de Pactis (I, 10) — Julio Maximo — PP. VII. Kal. Aug.
L. 2. C. Gr. de His, quae vi metusve c. (II, 1) — Juliae Basiliae — PP. V. Kal. Aug.
L. 8. C. Gr. Si cert. pet. (III, 12) — Julio — PP. III. Kal. Sept.
L. 1. C. Gr. Si amissis v. debit. (IV, 2) — Septimiae Martiae — PP. Id. Sept.

215.

Laeto II. et Cereale Coss.

L. 1. C. Gr. de Sicariis et venef. (XIV, 3) — Aurelio Herculano et aliis militibus — PP. prid. Kal. Febr.
L. 1. C. Gr. de Transact. (I, 11) — Prisciano militi — PP. Kal. Jul.

IMP. ANTONINUS (ELAG.) A.

218.

Antonino A. et Advento Cos.

L. 1. C. Gr. de Patria pot. (XIII, 1) — Victorinae — PP. III. Kal. Jan. Romae.

IMP. ALEXANDER A.

222.

Antonino A. IV. et Alexandro A. (C.) Coss.

L. 13. C. Gr. Arbitr. tut. (VI, 18) — Aglao — PP. III. Kal. Maii.
L. 2. C. Gr. de Sicariis et venef. (XIV, 3) — Aurelio Flavio et aliis militibus — PP. XIII. Kal. Aug.

223.

Maximo II. et Aeliano Coss.

L. 1. C. Gr. de Inoff. test. (II, 6) — Valeriae Coelestinae — PP. III. Kal. Sept.
L. 2. C. Gr. eod. — Valeriae Rufinae — PP. III. Kal. Sept.

225.

Fusco II. et Dextro Coss.

L. 2. C. Gr. de Pactis (I, 10) — Donato militi — PP. IX. Kal. Jun.
L. 1. C. Gr. Si cum eo (III, 7) — Satiro, Modestino et Censorino — PP. XII. Kal. Aug.

226.

Alexandro (A.) II. et Marcello Coss.

L. 3. C. Gr. de Pactis (I, 10) — Dionysio — PP. prid. Id. Sept.

227.

Albino et Maximo (Aemiliano) Coss.

L. 1. C. Gr. Quib. res iud. n. noc. (X, 1) — Crescenti — PP. XI. Kal. Apr.

229.

Alexandro A. III. et Dione II. Coss.

L. 1. C. Gr. de Donation. (XIII, 2) — Flavio Menandro — PP. III. Kal. Jan.

230.

Agricola et Clementino Coss.

L. 1. C. Gr. Ad Sc. Maced. (III, 8) — Septimiae Musae — PP. prid. Kal. Mart.

234.

Maximo II. et Urbano Coss.

L. 1. C. Gr. de Deposito (IV, 3) — Mestrio militi — PP. VII. Kal. Jul.

IMP. GORDIANUS A.

238.

Pio et Pontiano Coss.

L. 2. C. Gr. de Transact. (I, 11) — Licinio Timotheo, Evocato — PP. X. Kal. Jan.
L. 33. C. Gr. de Postulando (I, 12) — Jovino — PP. VI. Kal. Sept.

238—243.

In annott. ad L. 1. C. Gr. de Nuptiis (V, 1) — Rufino.
L. 1. C. Gr. de Libertis princ. (VI, 2) — ad Trophimum et Calpurnium militem.

239.

Gordiano A. et Aviola Coss.

In annott. ad L. 1. C. Gr. de Nuptiis (V, 1) — Rationalibus — Dat. Kal. Apr. Antiochiae.

240.

Sabino II. et Venusto Coss.

L. 2. C. Gr. Si amiss. v. deb. redd. (IV, 2) — Aurelio Prisco et Marco militibus — PP. III. Kal. Jul.
L. 3. C. Gr. de Transact. (I, 11) — Flavio Herculano — PP. XIV. Kal. Nov.

241.

Gordiano A. II. et Pompeiano Coss.

L. 4. C. Gr. de Pactis (I, 10) — Cliniae Antoniae — PP. Non. Octobr.

242.

Attico et Praetextato Coss.

L. 1. C. Gr. de Rei vind. (III, 2) — Aurelio Alexandro militi — PP. IV. Id. Mart.

243.

Arriano et Papo Coss.

L. 1. C. Gr. de Famil. herc. (III, 4) — Sextio Juvenali — PP. XV. Kal. Nov.

IMP. PHILIPPUS A. ET PHILIPPUS CAESAR.

244?

?L. 2. C. Gr. de Rei vind. (III, 2) — Aurelio, Victorino, Marco et Valerio — PP. Kal. Oct. (Coss. suprascriptis).

245.

Philippo A. et Titiano Coss.

L. 3. C. Gr. de Rei vind. (III, 2) — Aurelio Antonio — PP. XIV. Kal. Nov.
L. 1. C. Gr. Si maior fu. prob. (II, 5) — Aelio Maximo — PP. prid. Id. Nov. Aquis.

IMP. PHILIPPUS A.

249.

Aemiliano II. et Aquilino Coss.

L. 1. C. Gr. de Revocandis donatt. (XIII, 4) — Agilio Cominio — Dat. XV. Kal. Jul.

IMP. VALERIANUS A.

253—260.

In annott. ad L. 1. C. Gr. de Nuptiis (V, 1) — Probo. Cramerus (Opp. Praef. XLIV) Valentiniano h. c. tribuit.

IMPP. VALERIANUS ET GALLIENUS AA. ET VALERIANUS CAES.

259.

Aemiliano et Basso Coss.

L. 4. C. Gr. de Transact. (I, 11) — Aurelio — PP. III. Kal. Jun.
L. 1. C. Gr. Si sub alter. nom. (III, 3) — Aurelio Ausonio — PP. Kal. Jun.
L. 1. C. Gr. Si adversus donationes (II, 3) — Avinio Octaviano — Dat. prid. Id. Jun.

260.

Seculari II. et Donato Coss.

L. 2. C. Gr. de Famil. herc. (III, 4) — Antonio Potito — PP. XI. Kal. April.

262.

Gallieno II. (V.) et Faustino Coss.

L. 2. C. Gr. Si debito persol. (IV, 1) — Metrodoro — PP. VI. Id. Jun.

IMP. PROBUS A.

280.

Messala et Grato Coss.

L. 2. C. Gr. de Donationibus (XIII, 2) — Massiciae R. — PP. VI. Kal. Jan.

IMPP. CARUS ET NUMERIANUS AA.

283.

Caro et Carino Coss.

L. 2. C. Gr. de Dolo (II, 2) — Aurelio — PP. VI. Id. Decembr.

IMPP. DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA.

285.

Diocletiano A. III. (II.) et Aristobulo Coss.

L. 1. C. Gr. de Accusationibus (XIV, 1) — Aurelio Sacrato militi — PP. Non. Decemb.

286.

Maximo II. et Aquilino Coss.

L. 4. C. Gr. de Rei vind. (III, 2) — Aureliae Philoxenae — PP. XIII. Kal. Maii.
L. 2. C. Gr. Si sub alt. nom. (III, 3) — Aeliano Ingenuo — PP. III. Id. Maii.
?L. 3. C. Gr. de Fam. herc. (III, 4) — Aproniae Mammae — PP. VI. Kal. Jul.
L. 3. C. Gr. de Donationibus (XIII, 2) — Aurelio Abanti.

287.

Diocletiano III. et Maximiano AA. Coss.

L. 5. C. Gr. de Rei vind. (III, 2) — Aureliae Mammae — PP. VIII. Kal. Mart.
?L. 1. C. Gr. de Maleficis et manich. (XIV, 4) — Juliano, Proconsuli Africae — Dat. pr. Kal. April. Alexandriae.
L. 32. C. Gr. de Nuptiis (V, 1) — Flaviano — PP. V. Id. Jun.
L. 2. C. Gr. Quib. res iud. n. noc. (X, 1) — Aeliae Matronae — PP. Kal. Sept.

290.

Diocletiano IV. et Maximiano III. AA. Coss.

?L. 3. C. Gr. de His, quae vi metusve c. (II, 1) — Aurelio Heraclidi — PP. VIII. Id. Sept.
L. 3. C. Gr. de Sic. et venef. (XIV, 3) — Agato — Dat. prid. Kal. Dec.
?L. 1. C. Gr. de Donationibus, quae sub modo (XIII, 3) — Juliae Marcellae — PP. Sirmii.

293—304.

Ipsis AA. Coss.

L. 5. C. Gr. de Transact. (I, 11) — Ulpiae Marcellinae — PP. III. Non. Oct.

294—302.

Caes. Coss.

L. 6. C. Gr. de Pactis (I, 10) — Sergiae et Anagio — PP. VIII. Id. April.
L. 7. C. Gr. de Pactis (I, 10) — Aurelio Hermogeni militi — PP. XIV. Kal. Nov.

295.

Tusco et Anulino Coss.

L. 2. C. Gr. de Nuptiis (V, 1) — Exemplum edicti — Dat. Kal. Maias Damasco.

296?

Ipsis VI. et Constantio (Caes.) III. (II.)

?L. 4. C. Gr. de Fam. herc. (III, 4) — Aureliae Severae — PP. XVII. Kal. Jul.

INCERT. ANN.

L. 5, 8, 9. C. Gr. de Pactis (I, 10).
L. 1. C. Gr. de Jureiur. (III, 11).
L. 1. C. Gr. de Operis libert. (VI, 3).
L. 1. C. Gr. de Sponsor. et fidei. (XII, 1).

TABULA

qua ordo, quo Schultingius Fragmenta Codicis Gregoriani collocavit, cum hac novissima editione comparatur, unde omnes loci, qui ex editione Schultingii proferuntur, facile in hac editione inveniri possunt.

Schulting.	Nostra Editio.
Liber I.	Liber I.
Tit. I. de Postulando	(III.*) Tit. XII.
c. 1.	c. 1 (?).
c. 2.	c. (2*) 33.
Tit. II. de Pactis et transact.	(I.*) Tit. X. de Pactis (II.*) Tit. XI. de Transact.
c. 1.	c. (1*) 8 de Pactis (I, 10)
c. 2.	c. 2 de His, quae vi (Lib. II. Tit. 1.)
c. 3.	c. 1 de Transact. (I, 11)
c. 4.	c. (3*) de Pactis (I, 10)
— in annot.	c. 1 de Dolo malo (II, 2)
c. 5.	c. (2*) de Pactis (I, 10)
c. 6.	c. 2 de Transact. (I, 11)
c. 7.	c. (4*) de Pactis (I, 10)
c. 8.	c. 3 de Transact. (I, 11)
c. 9.	c. 4 eod.
c. 10.	c. 2 de Dolo malo (II, 2)
c. 11.	c. 3 de His, quae vi (II, 1)
c. 12.	c. 5 de Transact. (I, 11)
c. 13.	c. (5*) de Pactis (I, 10)
c. 14.	c. (6*) eod.
c. 15.	c. (7*) eod.
c. 16.	c. (8*) eod.
c. 17.	c. (9*) eod.
Liber II.	Liber II.
Tit. I. de His, quae vi metusve	Tit. I.
Tit. II. Si adversus donationes	Tit. III.
Tit. III. Si minor ab her.	(IV.*) Tit. XVII.
Tit. IV. Si maior fuer. prob.	(V.*) Tit. XXI.?
Tit. V. de Inoff. test.	Tit. VI.
c. 1—2.	c. 1—2.
Liber III.	Liber III.
Tit. I. Si certum petatur	(VI.*) Tit. XII.
Tit. II. de Petit. her.	(I.*) Tit. I.?
Tit. III. de Rei vind.	(II.*) Tit. II.?
c. 1—5.	c. 1—5.
Tit. IV. Si sub alterius nom.	Tit. III.?
c. 1—2.	c. 1—2.
Tit. V. de Fam. herc.	Tit. IV.?
c. 1—4.	c. 1, 2, 4, 3.
Tit. VI. Quod cum eo	Tit. VII.?
Tit. VII. Ad Sc. Mac.	Tit. VIII.?
Titulus de Jureiur.	(V.*) Tit. XI.?
Liber IV.	Liber IV.
Tit. I. Si debito pers.	Tit. I.
c. 1—2.	c. 1—2.
Tit. II. Si amissis	Tit. II.
c. 1—2.	c. 1—2.
Tit. III. de Deposito	Tit. III.
Liber V.	Liber V.
Tit. I. de Nuptiis	Tit. I.
c. 1.	Vid. not. super.
c. 32.	c. (1*) 32.
c. 3 (s. num.).	c. 2.
Liber VI.	Liber VI.
Tit. XIX. Arbitrium tutelae	(I.*) Tit. XVIII.
Titulus de Operis libertorum	Tit. III.
Titulus de Bonis libertorum	Tit. II. de Libertis principis
Liber X.	Liber X.
Tit. I. Quibus res iud. non noc.	Tit. I.
c. 1—2.	c. 1—2.
Tit. II. de Confessis	Tit. II.
Liber XII.	Liber XII.
Tit. de Sponsoribus	Tit. I.
Liber XIII.	Liber XIII.
Tit. I. de Patria pot.	Tit. I.
desunt	Tit. II. de Donationibus Tit. III. de Donationibus, quae sub modo Tit. IV. de Revocandis donationibus
Liber XIX.	Liber XIV.
Tit. I. de Accus.	Tit. I.
Tit. II. Ad Legem Juliam de adult.	Tit. II.
Tit. III. Ad Legem Corneliam de sicariis	Tit. III. Ad Legem Corneliam de sicariis et veneficis
c. 1—3.	c. 1—3.
Tit. IV. de Maleficis et manichaeis	Tit. IV.

CODICIS HERMOGENIANI FRAGMENTA.

Titulorum Codicis Hermogeniaui primus et secuudus e Breviario Alariciano desumpti sunt et in omnibus exstant editionibus (1 — 10). Tertius, quem in duobus Breviarii Alariciani codicibus inveni, primum editus est in editione secunda, repetitus in posterioribus. Sequentes titulos, qui omnes in editione prima et in decima desunt, varii iuris veteris fontes suppeditaverunt; plurimos (tit. IV, c. 1—4, tit. V. VII.—XII.) Consultatio, duos (tit. XIII, XIV.) Collatio, tres (tit. XV.—XVII.) et unam constitutionem (tit. IV, c. 6) Lex Romana Burgundionum, unum (tit. VI.) Vaticaua Fragmenta, item unum (tit. XVIII.) et unam constitutionem (tit. IV, c. 5) Scholiastes Basilicorum.

Quae ex Consultatione deprompta sunt, leguntur in editionibus 2—9 *), Collationis, Legis Romanae Burgundionum fragmenta et Scholiastae locum (tit. IV, c. 5) exhibent editiones 4, 5, 7—9 praeter verba c. 3 de Pignoribus (tit. XV.), quae Schultingius (edd. 7—9) ex Lege Romaua Burgundionum recepit. Ipse adieci titulum sextum et titulum duodevicesimum. Praeterea in editionibus 2 — 6 post c. 3, tit. IV. tres constitutiones adduntur ex Consultatione, quas, cum in Consultatione Codici Gregoriauo, non Hermogeniano attribuerentur, cum Schultingio in Codicem Gregorianum transtuli. Illo enim loco ut Cuiacius eas poueret, motus fortasse eo est, quod omnes Diocletianum et Maximianum auctores habent, unde putasse videtur, horum imperatorum constitutiones a Consultationis auctore ex solo Codice Hermogeniano desumptas esse **), in qua opinione sibi non constitit, cum, si sibi constitisset, c. 3 Cod. Greg. de His, quae vi metusve cau. (II, 1) et c. 3, 4 Cod. Greg. de Famil. herc. (III, 4) Hermogeniano, non Gregoriano Codici, in cuius appendice in editionibus Cuiacianis proferuntur, debuisset assignare. Ego in re dubia, praeeunte Schultingio secutus sum auctoritatem codicis, cui Consultationem debemus, praesertim cum in utroque Codice, et Gregoriano et Hermogeniano, Diocletiani et Maximiani constitutiones receptas fuisse certum sit, hoc discrimine, ut Gregorianus Codex antecedentium quoque imperatorum constitutiones amplecteretur, non item Hermogenianus. Quod vero septem illa rescripta, quae in Consultatione, cap. IX. dicuntur ex Corpore Hermogeniano desumpta esse, omisi, id iure fecisse mihi videor, cum propter temporis rationem, sunt enim omnia Valentis et Valentiniani, nullo modo credere possim, ea ex Codice Hermogeniano descripta esse, quicquid docti in contrariam sententiam disputant. Fortasse libro Codicis Hermogeuiani manu scripto, quo Consultationis auctor usus est, ab alio homine addita erant, itaque etsi Consultationis auctor se decipi passus est, tamen in Codice Hermogeniano ipso non fuerunt, ut Legem Romanam Burgundionum, quae in codice, ex quo ad nos pervenit, cum Papiani fragmento cohaerebat ***), Papiani sive Papiniani Responsorum partem esse, etsi primus Legis Romanae Burgundionum editor hoc errore lapsus est, nemo facile affirmabit.

Quod ad meam editionem attinet, iam supra dixi, me tertii tituli fontem indicasse et duos titulos (VI.XVIII.) ex Vaticanis Fragmentis et ex Scholiis Basilicorum adiecisse, quamquam posterioris rubricam tantum, cum ipsa verba legis in fontibus non inveuiantur. Effectum vero est titulo sexto addito, ut numeri titulorum, qui in editionibus 7 — 9 post titulum quiutum sequuntur, deinceps usque ad titulum tertium decimum uno numero aucti sint, quod quidem in reliquis editionibus, quas Schultingius inde a quarto decimo titulo imitatus est, fieri non poterat, cum in his titulorum numeri plane deessent. Praeterea tituli septimi rubricam, quae in prioribus

---

*) Titulum V. *de Calumniat.* iam edidit Cuiacius anno 1564 in Observ. Lib. VII, c. 5, 28.

**) Vid. Cuiacii Paratitla in Libr. IX. Cod. Just. Praef. Tom. III, pag. 2, A (ed. Francof. 1595. fol.).

***) Similis videtur fuisse conditio codicis Vaticani 1022.

editionibus *de Donationibus* est, mutavi, ut esset *de Donationibus inter virum et uxorem*, Consultationem potius sequendam esse ratus, quam Just. Codicem, ubi prima constitutio in titulo *de Donationibus* exstat. Eodem modo transposui constitutionem, quae hucusque in editionibus c. 2 *de Successionibus* erat, in titulum *de Pactis et transactionibus*. Nihil enim temere mutandum est in titulis et legibus, quas uni unius tantum fontis codici debemus. Constitutionem 5 *de Pactis et transactionibus*, cuius verba non sunt nobis servata, abieci in annotationem. Alias leges omisi, quod iam in Codice Gregoriano editae sunt, veluti c. 6 *de Pactis et transactionibus*, c. 1 *de Nuptiis*, aut praeter inscriptionem nihil in fontibus reperitur, veluti c. 2 *de Pignoribus*. His paucis exceptis, quae aliter a me disposita sunt, seriem titulorum, quam in editionibus 2—9 inveni, etsi non ipsius Codicis Hermogeniani est retinui, ne, cum in re tam difficili certi quid definiri nequeat, a prioribus editionibus nimis recessisse viderer. Est autem haec titulorum series ex eo nata, quod titulis Breviarii Cuiacius in Lugdunensi editione tertium titulum addidit, huic vero titulos Consultationis eodem ordine subiunxit, quo in Consultatione exhibentur, quibus titulis reliqui denique, qui ceteris fontibus debentur, in editione quarta et in posterioribus adiecti sunt, praeter duas constitutiones, quas editores titulo *de Pactis et transactionibus* interposuerunt.

Ceterum in edendis Codicis Hermogeniani fragmentis idem consilium secutus sum, quod in Codice Gregoriano mihi proposueram, neque quicquam in annotationis ratione neque in siglis mutatum est, nisi quod nonnulli codices Breviarii Alariciani, qui mutili sunt, non commemorantur.

Scribebam Lipsiae Id. Mai.
cIↃIↃcccxxxvII.

EX CORPORE HERMOGENIANI[a].

TIT. I. DE CAUTA ET NON NUMERATA PECUNIA.

1. *Aurelius*[b] *Alexio*[c]. Ex cautione[d] non numeratae pecuniae[e] non anni, sed quinquennii[f] spatio deficere, nuper censuimus. *Scripta*[g] *VII.*[h] *Id. April. Sirmio*[i], *Caes. A. Cos.*[k] (293—304.)

Interpretatio. *Secundum legem ex corpore Theodosiano*[l]: *Si*[m] *certum petatur de chirographis, quia de quinquennio habetur expositum, ideo hanc legem ex Hermogeniano credidimus adiungendam*[n], *quae*) tempora, intra quae*[o] *contestari*[p] *convenit*[q] *de cauta et non numerata pecunia, id est intra quinquennium, evidenter ostendit.*

TIT. II. EX DELICTIS DEFUNCTORUM QUEMADMODUM CONVENIANTUR[r] SUCCESSORES.

1. *Aurelius*[s] *Ennio*[t] *Saturnino.* Licet[u] ante litem contestatam defuncto eo[v], qui ex proprio[x] delicto con-

Tit. I. Br. Al. Aeg. Edd. 1, 7—10 *Tit. I.*; edd. 2—6 om. num. Idem in seqq. titt. factum est. — c. 1, id e. un.; om. autem in ed. 1 num. c. et hic et in sq. tit. Codd. 3—12, 16, 17, 19, 22, 23, 25, 28, 29, 36. Cod. 21 om. textum et inscr., cod. 13 solum textum, cod. 30 textum et interpr. usque ad v. *pecunia*. In cod. 32 exstat lacinia tantum interpr.

Tit. II. In Aeg. ed. deest hic tit., sed in libr. mss. est *tit. II.*, ut in Br. Al. In ed. 1 hic tit. appellatur *III.*, sine dubio errore typothetae. — c. 1. Edd. 1—10 *c.* 1, id e. *un.*, sed in ed. 1 valde mutata. Codd. 3, 5—9, 11, 12, 16, 25, 28, 34, 36. Codd. 19, 21, 30 om. omnia praeter interpr., codd. 22, 23 textum cum inscr., codd. 13, 17, 29 solum textum. Particula interpr. est in cod. 32. Textum constitutionis, qualis est in edd. 2—10, restituit Cuiacius in Comm. ad L. 16 D. Quod met. cau. (IV, 2). Interpr. Ivo, Decr. lib. XVI, cap. 202.

Ita plerique Br. Al. codd.; nonnulli *Tituli Ex Corpore Hermogeniani.* Cod. 11 *Inc. lib. Hermogeniani ex corpore Gregoriani.* Cod. 30 in indice rubric. *Incipiunt capitula libri I. Hermogeniani.* Ed. 1 *Hermogeniani Corporis Liber.* Edd. 2, 4, 5, 7—9 *Tituli Ex Corpore Hermogeniani Codicis*, sed in ed. 2 ponitur in superiore margine paginarum, quae Cod. Herm. exhibent: *Tituli Ex Corpore Codicis Gregoriani*, err. typoth. Edd. 3, 6 *Tituli Ex Corpore Codicis Hermogeniani.* Ed. 10 *Codicis Hermogeniani fragmenta.* b) Ferendum non esse nomen *Aurelii* Schult. et alii, inprimis Pohl, p. 29 demonstrarunt, qui reponi volunt *Impp. Dioclet. et Maxim. AA.* Codd. 3, 7 *Imp. Aurelius.* Cod. 11 *Aurilio* (a m. sec. *Aurelio*). Fleetwood, Inscript. p. 117 *Imp. Caes. C. Aure-(lius) Val. Diocletianus* etc. Fortasse v. *Aurelius* natum est ex mala interpretatione literae *A.* Cf. Cod. Gr. III, 1, c. 1, not. *e.* Vid. etiam Glück., T. XII, p. 101, not. 50. c) Codd. 12 (sed Argent. in m. *Alexio*), 16, 25, 28, ed. 1 *Alexandro.* d) Codd. 5, 7, 36 *Et cautionem.* Cod. 11 *Et ex cautione.* Cuiacius in not. ad Instit. III, 21 (ed. Francof. 1695. T. I, p. 117), edd. 2—6 in m. et R. emend. *Exceptionem*, prob. Schult. e) Nonnulli codd. *non numerata pecunia.* f) Codd. 3, 4, 6, 7, 9, 10, 17, 19, 34, R. *sed in q.*, quorum codd. mox nonnulli *spatium.* g) Nonnulli codd. *Scripta data*, alii et R. *Data.* h) Codd. 3, 5, 7—10, 12, 17, 19, 23, 25, 28, 29, 34, 36 *VIII.* Cod. 21 *III.* i) Ita fere omnes codd. et edd. 1—9, neque mutandum est in *Syrmii*, quod ed. 10 habet; significatur enim locus, ex quo missa est c., non ubi scripta est. Nonn. codd. *Firmio.* Edd. 1, 2, 4, 5, 7—9 *Syrmio.* Ed. 10 *Syrmii.* Edd. 3, 6 *Sirmio.* k) In nonn. codd. om. *A. Cos.*, in aliis *A.*, in cod. 13 *Caes. A.* Ed. 1 om. *Caes. A. Cos.*, edd. 2, 3, 6 *Cos.* l) Plerique codd. et R. *Theodosiani.* Significatur titulus 27 libri II. Cod. Theod. m) Nonn. codd. add. *id.* Cod. 12 *totum*, sed supr. lin. *certum.* Mox multi codd. *petitur.* n) Cod. 11 *credimus.* R., omnibus, quae sequuntur, deletis, haec tantum profert: *quae habet tempus, extra quod contestari convenit.* *) Ita plerique codd. et edd. Nonnulli codices *qui.* In m. cod. 12 rep. ex cod. Arg. totius loci vera script. o) In compluribus codd. *tempus intra quod* aut *quo.* p) Cod. 11, ed. 1 *constari*, sed cod. 12 et in m. ed. 1 *testari.* q) In v. *convenit* desinit cod. 4 et cod. 10 ex cod. 4 transscriptus.

r) Cod. 11 *Ex illicitis def.* Cod. 1 *quae ammodum.* Codd. 5, 29, 36 *Conveniuntur.* Cod. 7 *veniantur.* Cod. 36 *Ex deliciis.* Cod. 12 *suo censoris*, sed in m. *successoris.* s) Cf. supra not. *b.* Codd. 5, 7 *Aurilius.* Cod. 36 *Imp. Aur.* t) Ed. 1 *Tennio* (in m. *Tineo*, ut cod. 12). Edd. 2—6 in m. *Tinio*, cum nonn. codd. Cod. 11 *Aurilio et Tennio.* Codd. 17, 34 *Hennio.* Cod. 29 *Einio.* u) *Licet* om. codd. 12 (in m. add. ex cod. Arg.), 28. v) Cod. 11 *contestato* (a m. sec. *contestata*). Codd. 5, 8, 11, 12, 28, 36 om. *eo.* x) Codd. 12, 28 *quem proprio.* Codd. 5, 36 et 12 in m. ex cod. Arg. *qui ex priori.*

veniri potuit, successores non possint*) poenali actione conveniri, tamen hos etiam in tantum[y], quantum ad[z] eos pervenit[a], teneri, ne[b] scelere ditentur[c] alieno, certissimi iuris est. Auditis itaque[d] partium allegationibus[e], V. C. proconsul[f] provinciae Africae, amicus noster, in pronuntiando formam[g] iuris sequetur[h]. *Scripta VII.*[i] *Kal. Oct. Sirmio*[k], *Aug. Cos.*[l] (293—304.)

INTERPRETATIO. *Haec lex praecipit, ut in criminalibus caussis, si quis, antequam moriatur, non fuerit de facti sui scelere conventus atque convictus, si post eius obitum, quod ab eo cum poena reddendum erat*[m], *apud successores eius fortasse repertum fuerit, hoc tantum ab heredibus*[n] *reddendum, quod ad eos cognoscitur pervenisse. Ceterum in tali re heredes nec ad poenam nec ad alium quamcunque**) *satisfactionem tenentur obnoxii.*

TIT. III. DE JURE FISCI.

1. *Aurelius*[o] *Ennio Lucello et Marco Severiano.* Si pro possessione[p] Titi Claudii[q] vos debita fiscalia exsolvisse constat[r], vestram esse possessionem, notissimi iuris est[s]. Ideo V. C. proconsul si[t] partium[u] vestrarum allegatione[v] solutam[x] ansariam[y] pro aliena re cognoscit, ut tradat[z] vobis hanc ipsam cum fructibus rem, aequitatis ratione[a] provisum est. *Scripta*[b] *X. Kal. Mart. Sirmio**). (293—304.)

TIT. IV. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS.

1. [c]*Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sebastiano*[d]. Neque ex nudo pacto nascitur actio[e], neque si contra bonos mores verborum intercessit obligatio, ex

---

Tit. III. Edd. 2—9 *Tit. III. c.* 1, sed in edd. 2—6 om. num. tit. Ed. 10 int. const. inc. or. Inveni hanc c. in codd. 22, 23, ubi inter interpretationem tit. II. et fragmentum Papiniani interposita est, his vv. praemissis: *Ex Corpore Ermogeniani Sub Titulum de Jure Fisci Aurelius Enhio* (cod. 23 *Enhi*) *L. et M. S.*

Tit. IV. c. 1—3. Cons. cap. IV. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. IV.* c. 1—3. — c. 4. Cons. cap. VI. Cod. Just. VI, 30, 7. Edd. 2—9 (*c. 2 tit. XII. de Successionibus*). In edd. 2, 3, 6 est c. ult. totius Cod. Herm. — c. 5. Ex scholiis Bas. ad L. ult. C. de Transaction. Cuiac. Obs. XII, 35. Edd. 4, 5, 7—9 hoc loco constitutionem quandam exhibent, cuius argumentum ex schol. Bas. desumptum est: *Imp. A.** (edd. 7—9 **Imp. A.***) *Deest constitutio quaedam* (haec vv. om. in edd. 7—9). *Haec lex irritam facit transactionem habitam de conditione servili, hac scilicet ratione, ne si aliter constituatur et revera servus sit is, cum quo transactum est de liberali caussa, eveniat, ut inter servum et dominum habita transactio rata sit, quod ius non patitur.* Edd. 7—9 add. *Ex Scholiis Basilicorum Ad L. Ult. Cod. De Transactionibus.* Edd. 4, 5 add. *Et haec constitutio postea interpretatione fuit porrecta ad adscriptitios, quoniam servorum conditionem imituntur et improbata etiam transactio inter adscriptitium et dominum de conditione adscriptitia. Basilic.*, quae vv. Schult. reiecit, cum non contineant nisi explicationem Scholiastae. Totam interpretationem ab eo, qui ed. 4 curavit, factam et in formam legis redactam esse, demonstrant ipsa vv. Scholiastae, quae haec sunt: *Ἦσαν τὸ παλαιὸν διατάξεις μάλιστα ἐν τῷ ποτε λεγομένῳ Ἑρμογενιανῷ κώδικι λέγουσαι, τὴν περὶ τύχης διάλυσιν** (in m. *μὴ*) *ἐῤῥῶσθαι· καὶ λογισμὸν εἶχον ἀκριβῆ, ὅτι, εἰ συνέβη τῇ ἀληθείᾳ, δοῦλον εἶναι τὸν περὶ τύχης διαλυσάμενον, δύναται μεταξὺ δοῦλον καὶ δεσπότην τὰ σύμφωνα κρατεῖν· ἐξ ἐκείνων τῶν διατάξεων ἐπεχείρουν τινὲς ἄνευ διαιρέσεως λέγειν, ὅτι οὐδὲ πρὸς ἐναπόγραφον ἔξεστι τῷ δεσπότῃ τοῦ ἀγροῦ περὶ τῆς τύχης αὐτοῦ διαλύεσθαι.* Fabrot. T. I, p. 816 sq. ea sic reddidit: *Exstabant olim constitutiones, maxime in Codice Hermogeniano, quae irritam faciebant transactionem* (q. tr. de statu i. f.) *hac ratione ex summo iure petita* (idque subtili ratione), *quod si re vera servus sit* (quod si servus esse repertus sit), *qui de statu transegit, eveniat* (eveniret), *ut inter servum et dominum habita transactio rata sit* (ut tr. i. s. et d. r. esset). *Ex his constitutionibus quidam sine distinctione conabantur dicere, neque fundi domino licere cum adscriptitio de conditione eius transigere* (Ex h. c. c. q. s. d. d., n. c. a. f. d. de statu tr. licere). Heimbachius vero in Bas. Tom. I, p. 726 sq. pleniorem Scholiastam edidit, quem repetimus. „*Ἡ δι 'ταξις κελεύει] Περὶ ἐναπογράφου καὶ δουλικῆς καταστάσεως διάλυσις γίνεται, εἰ μὴ ἄρα νόμῳ κωλύεται· μέμνησο τῆς ιδ'. διατ. τοῦ παρόντος τιτ., ἐξ ἧς ἔγνως, ὅτι δεσπότης πρὸς δοῦλον ἴδιον οὐ διαλύεται, δηλονότι ἐφ' ὅσον δουλεύει αὐτῷ, ἵνα μὴ ἐναντιωθῇ σοι ἡ παροῦσα διάταξις εἰς πολλὰς διατάξεις, μάλιστα ἐν τῷ ποτε λεγομένῳ*

In v. *proprio* desinit cod. 11. Mox codd. 12, 28 *eiecto* pro *delicto*. y) Cuiac. l. c. *potuerint*. Codd. 6—9, 12, 16, 28, 34 *successor non potuit* (aut *possit*, ut cod. 36) *tamen. Hoc etiam* (codd. 12, 28 *hoc iam*) *tuntum.* 34 *hoc etiam.* Ceterum multi codd. *convenire*, alii *successori* aut *successorū.* z) Codd. 12, 28 om. *ad.* a) Cod. 8 *pertinent.* b) Codd. 12, 28 *perv. terreris nec.* Codd. 3, 7, 34 *nec.* c) Codd. 5, 7, 9, 12, 16, 25, 28, 36 *detinentur* s. *detenentur.* Cuiac. *ne ex sc. al. dit.* d) Codd. 5, 6, 8, 12, 16, 28, 34, 36 *addidit etiam.* Cod. 3 *uddidit itaque.* Codd. 7, 9 *adita etiam.* e) Codd. 12, 28 *parti obligationibus.* f) Cod. 34 *Afr. pr.* Codd. 12, 28 om. *proc.* et mox *amicus noster.* Cuiac. om. *prov.* g) Cod. 12 *forum* et cod. 28 *pronuntiano forum.* Ita etiam ed. 1. h) Nonn. codd. *forma* (9 *pr. primani*) *i.* (s. *iuri*) *sequitur* et mox alii *scriptura.* Cod. 25 om. *iuris.* i) Plerique codd. *Dat.* Cod. 6 *VI.* Codd. 12, 25, 28 om. *VII.* k) Multi codd. *Sermio.* Cod. 7 *iun. Simbria.* Cod. 17 *nov. Sirmio.* Edd. 1, 2, 4, 5, 7—9 *Syrmio.* Ed. 10 *Syrmii.* Cf. not. *i* ad tit. de Cauta et non num. pec. Edd. 3, 6 *Sirmio.* l) Nonn. codd. et ed. 1 om. *Aug. Cos.*, alii *Cos.* Edd. 3, 6 *Cons.* Ed. 1 hanc c. ita exhibet: *Licet — defuncto qui — successor non poterit poenali — hoc iam in — pervenit ex alienis, nec sc. detinentur alieno — est, addidit etiam parti* (in m.*) *obligationis V. C. prov. Afr. in pronuntiano forum sequitur.* m) Ed. 1 et nonn. codd. *fuerat*; 12 *fuerit.* n) Cod. 12 et alii codd., ed. 1 *totum ab haerede*; iidem om. *ad eos* et habent *cognoscetur.* *) Cod. 12 *nec poenum nec aliquam satisf. t. obnoxius.* Ed. 1 *nec aliquam sat.* Post interpr., quae in plerisque codd. male scripta est, vulgo add. *Explicit Liber Ermogeniani.*

o) Cf. supra not. *b* ad c. 1 de Cauta et non num. pec. p) Cod. 23 *positione.* q) Codd. et edd. 2, 4, 5, 7—9 *Claudi.* Edd. 3, 6 *TitI. ClaudI.* r) Codd. *contest.* s) Codd. om. *est.* t) Codd. om. *si.* Cod. 23 *procul.* u) Cod. 22 *placium.* v) Cod. 23 *allegationem.* x) Cod. 22 *salutem.* y) Cod. 22 *asuriam.* Cod. 23 *ansuriam.* z) Codd. *cognoscitur tradere.* a) Cod. 23 *rationem.* b) Cod. 22, edd. 3, 6 *Subscripta.* *) Edd. 2, 4, 5, 7—9 *Syrmio.*

c) Cons. add. *Ex corpore Hermogeniani tit. de pact. et transact.* d) Ita edd. 2—9. Cons. *Sevastiano.* e) Ita edd. 2—9. Cons. *Neque ex nudo nascitur pacto actio.*

his actionem dari convenit et reliqua. *PP. IV. Kal. Jun. iisdem Coss.**) (293—304.)

2. [f] *Iidem AA. et CC. Flavio Rumitalo.* (*Inter cetera et ad locum*:) Pactum neque contra bonos mores neque contra leges emissum valet et reliqua. *PP. Id.* AA. Coss.*[g] (293—304.)

3. [h] *Iidem AA. et CC. Zeuxiano*[i] *Antonino.* Pacto transactionis exactio iudicati non tollitur. Unde si pater tuus condemnatus iudicio, post transegit et solvit, solutione magis quam transactione tuum defende negotium et reliqua *). *PP. XVIII.*[k] *Kal. Jan. ipsis AA. Coss.*[l] (293—304.)

4. *Iidem AA. Eusebio.* (*Inter cetera et ad locum*[ll]:) Manifesti atque evidentis iuris est, antequam cerneret vel pro herede gereret vel bonorum possessionem peteret defuncta[m], successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. *PP. X. Kal. Mart. iisdem AA. Coss.*[n] (293—304.)

5. *Summa.*

6. *Summa.*

TIT. V. DE CALUMNIATORIBUS ET PLUS PETENDO.

1. [o] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Dextro.* (*Inter cetera et ad locum*:) Si tutor vel curator plus petierit, caussa cadit. Quod cum factum esse dicas, frustra a nobis remedium quaeris, quia te ratio iuris impugnat. *PP. IV. Id. Decembr. Nicomediu, Constantio et Maximo*[oo] *Coss.* (294.)

2. [p] *Iidem*[q] *AA. et CC. Claudio Menandro.* Quotiescunque ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo *) petitor cogitur specialiter genus litis edere, ne plus debito aut eo, quod competit, postuletur[r]. Sive itaque fideicommissum, sive fundus sive pars fundi, sive domus sive pars domus, sive debitum aut quodcunque petatur, specialiter designari debet petitionis summa vel quantitas, cum genus litis editur. Si quis igitur[s] plus ab[t] eo, quod ei competit vel debetur, petierit, rem et caussam, de qua agitur, perdit. Plus enim petitur, sicut responsis prudentum continetur, summa, loco, tempore, caussa, qualitate, aestimatione *). Unde[u] istius lege rescripti excipe adversarium apud iudicem competentem; quem si iudex plus petiisse perspexerit, exstinctis adversarii *) tui petitionibus, pro partibus tuis sententiam dicet. *PP. Mediolani XII. Kal. Aprilis Tusco et Aquilino*[v] *Coss.* (295.)

3. *Iidem AA. Quintiano*[x]. Tibi[y] magis quam adversario, qui per calumniam petit, contra quem supplicas, iudicio[z] tutelae convenit excipere[a] actionem, ad quam respondere debes; quippe, si per calumniam hoc eum facere confidis, remedio repromissionis initio postulatae, calumniae decimae partis eius, quod petit, tibi

---

'Ερμογενιανῷ κώδικι λεγούσας, τὴν περὶ τύχης διάλυσιν μὴ ἐῤῥῶσθαι, καὶ λογισμὸν εἶχον ἀκριβῆ, ὅτε συνέβαινε τῇ ἀληθείᾳ δοῦλον εἶναι τὸν περὶ τύχης διαλυσάμενον. καὶ πῶς δύναται μεταξὺ δούλου καὶ δεσπότου τὰ συμφωνούμενα κρατεῖν; ἐξ ἐκείνων τῶν διατάξεων ἐπεχείρουν τινὲς [ἄνευ διαιρέσεως λέγειν], ὅτι οὐδὲ πρὸς ἐναπόγραφον γεωργὸν ἔξεστι τῷ δεσπότῃ τοῦ ἀγροῦ περὶ τῆς τύχης αὐτοῦ διαλύεσθαι. *Constitutio sancit. De adscriptitia et servili conditione transactio iniri potest, nisi lege prohibeatur. Memor sis const. 14. huius tituli, ex qua didicisti, dominum cum servo suo non transigere, quamdiu scilicet ei servit, ne haec constitutio multis aliis, potissimum in Codice Hermogeniano positis adversari tibi videatur, quae dicunt, transactionem de statu non valere, et rationem ex summo iure petitam habent, si revera servum esse eum, qui de statu trunsegit, eveniat. Nam quomodo inter servum et dominum pacta conventa valere possunt? Ex his constitutionibus quidam sine distinctione dicere conabantur, neque fundi domino licere cum adscriptitio de conditione eius trunsigere.*" Itaque cum non ipsa legis vv. proferantur, omnia in annotationem reieci. Ceterum in edd. om. num. c.; est autem sec. seriem h. c. in edd. 4, 5 *c.* 7 h. t. et *c.* 4 in edd. 7—9. — c. 6. L. R. B. Tit. XXXVIII. Edd. 4, 5, 7—9 om. num., est autem sec. seriem in edd. 4, 5 *c.* 8 h. t. et *c.* 5 in edd. 7—9. Cf. c 9 Cod. Greg. de Pactis (I, 10), ubi haec c. a nobis est.

Tit. V. c. 1 et 2. Cons. cap. V. Cuiacius Obs. VII, 28. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. V*, *c.* 1, 2. — c. 3. Cons. cap. VI. Cuiacius Obs. VII, 5. Edd. 2—9 *c.* 3.

---

*) Ed. 9 add. *Ex veteri consultatione.* f) Cons. add. *Item eodem corpore et lib.* Schult. cj. *tit.* Praeterea edd. 2—9 om. *et CC.* g) Ita Cons. Edd. 2—9 *PP. iisdem AA. Coss.* Ed. 9 add. *Ex vet. consultatione.* h) Cons. add. *Item eodem corpore et tit.* i) Edd. 2—9 *Zotiano.* *) Edd. 2—9 *et cetera.* k) Edd. 1586, 1607 *XVIIII.* l) Edd. 2—9 *iisdem.* Ed. 9 add. *Ex veteri consultatione.* Sequuntur in edd. 2—6 tres constitutiones, quas praeeunte Schultingio transtuli in Cod. Greg. Cf. Cod. Greg. lib. I, tit. 10, c. 6, 7 et tit. 11, c. 5. ll) Cons. *Item eodem corpore, titul. de pact. et transact. Impp. Dioclet. et Maxim.* etc. Cod. Just. *Iidem AA. et CC. Eusobino. Quoniam sororem tuam prius defunctam esse proponis, quam cognosceret, an a fratre sibi aliquid hereditatis fuisset relictum, manifestum atque evidens est, antequam* (om. *cerneret vel*) *pro.* m) Ita recte Cons. Edd. 2, 4, 5, 7—9 *defuncto.* Edd. 3, 6 *defunctam.* Cod. Just. *poss. admitteret defuncti.* n) Cod. Just. *PP. Kal. Muii, Thiralli, AA. Coss.*

o) Cons. add. *Ex corpore Hermog. titul. de calumniatoribus et plus petendo.* oo) Schult. ad Cod. Herm. coni. *Maximiano.* Paullo ante Cuiac. l. c. *Nicomediae.* Ed. 9 add. *Ex vet. consult.* p) Cons. add. *Idem eodem corpore.* q) Cons. *Et iisdem.* *) Cons. edd. 1586 (fol.), 1607 *petitur. Ideo p.* r) Cuiac. Obs. l. c. *ne plus ab eo quod comp. post.*, et des. seqq. usque ad v. *aestimatione*, quae sine dubio Icti verba esse putavit: errorem ed. Berol. videtur recepisse. In edd. Cod. Herm. a Cuiacio recepta sunt. s) Edd. 1586 (fol.), 1607 *Si q. itaque.* t) Schult. ad Cod. Herm. deleri vult *ab.* *) Vv. *qual. aest.* interpretationem esse v. *causa*, Schult. dicit ad h. l. not. 7. u) Edd. 3, 6, 1586 (fol.), 1607 add. *instructus.* Ceterum vv. *Unde — dicet* Icti sunt, unde subscriptio ponenda est post v. *aestimatione.* v) Schult. ad Cod. Herm. coni. *Anulino.* Ed. 9 add. *Ex vet. consult.* x) Cons. add. *Ex corpore Hermogeniani tit. de calumniatorib. Impp. Diocl. et Max. AA. Quintiano.* y) Ed. 2 *Sibi.* z) Ed. 2 *petit supplicas* Judicio.* Edd. 3, 6, 1586 (fol.), 1607 *petit supplicus contra quem iudicio.* a) Edd. 2—6, 1586, 1607, Cuiac. in Obs. l. c.

condemnari[b] eum desiderare potes. *PP. Kalend.*[c] *Novembr. AA. Coss.* *) (293—304.)

TIT. VI. DE DONATIONIBUS.

1. [d] *Divi Diocletianus et Constantius Caeciliae Anagrianae.* Si donationibus in unam filiam collatis quarta non retenta patrimonium exhaustum[e] in fraudem ceterorum filiorum probetur, has rescindi ad instar inofficiosi testamenti[f] sacris constitutionibus parentum nostrorum evidenter continetur. Matre quoque filiae res venumdante nihil ei auferre*) posse non ambigitur. *Subscripta V. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Coss.* (294.)

TIT. VII. DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM[g].

1. *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Septimio Sabiniano*[h]. Cum de bonis tuis partem quidem tertiam[i] penes te retinuisse, partem vero tertiam[k] in eum, quem tu[l] in potestate habebas[m], ac tertiam in emancipatum donationis titulo contulisse commemores, non est iuris incerti[n], in eum quidem[o], qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae voluntatis factam, quam perpetuam[p] donationem pervenisse[q], nec in emancipatum translatam, si generaliter idem pater tertiam[r] bonorum donasti; quia generaliter bonorum portionem donare non posses[s], cum singulae res nominari debeant, quae donatione, mancipatione[t] vel in iure cessione transferuntur et reliqua. *Dat. prid. Kalend. Maii Heraclea, ipsis AA. Coss.*[u] (293—304.)

2. [v] *Iidem AA. Cretiano Maximo.* Nec venditio donationis caussa bonorum omnium valet: sed rerum singularum nominatim donatio facta capit effectum etc. *Dat. VIII. Kal. Januar. Caesarib. Coss.* *) (294—302.)

3. [x] *Iidem AA.*[y] *et CC. Aurelio Altino.* (*Inter cetera et ad locum:*) Codicillis autem sine testamento legatum nec adimi, nec dari potest. *Datum sub die VIII. Kal. Januar. Nicomedia, CC. Coss.* *) (294—302.)

TIT. VIII. AD EXHIBENDUM.

1. [z] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Diogeni* *). Nimis grave est, quod petitis, urgeri ad exhibitionem partem adversam[a] eorum, per quos[b] sibi negotium fiat. Unde intelligitis, quod intentioni vestrae[c] proprias afferre debeatis[d] probationes, non adversum*) se ab adversariis adduci[e]. *PP. Kalend. Maii AA. et CC.*[f] *Coss.* (293—304.)

Tit. VI. c. 1. Vat. fr. §. 270.

Tit. VII. c. 1. Cons. cap. VI. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. VI, c.* 1. Cod. Just. VIII, 54, 11. Bas. XLVII, 1, 44. Vid. infra not. *g.* — c. 2, 3. Cons. cap. VI. Edd. 2—9 *c.* 2, 3 h. t.

Tit. VIII. c. 1. Cons. cap. VI. Cod. Just. IV, 20, 7. Bas. XXI, 1, 30. Decret. Grat. can. 3, cau. 4, qn. 4, §. 35. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. VII, c.* 1, id e. *un.* h. tit.

---

excipi, sed edd. 4, 5 in m. *excipere.* Mox ed. 9 *ad quem* et *considis.* b) Ed. 2 *cal. in decimam partem eius q. petiit* (om. *tibi*) *cond.* Edd. 3, 6 *cal. in decimam partem eius q. CONpetit* (om. *tibi*) *cond.* Edd. 4, 5 *cal. dec. p. in decimam partem eius q. petiit* (om. *tibi*) *cond.* Edd. 1586 (fol.), 1607 *quod competit.* Cuiac. Obs. l. c. *cal. in decimam partem eius q. petiit t. c.*, quod valde placet Schult. c) Cuiac. l. c. et edd. 2—9 *Dat. XI. Kal.* Edd. 1586, 1607 *PP. XI. Kal.* *) Ed. 9 add. *Ex vet. consult.*

d) Vat. fr. *Hermog. tit. de donationibus*, sed haec alio scripturae genere inter versus addita esse, Maius ann. e) Ita Mai.; Vat. fr. *exhastam*; alia manu *exhastum.* f) „Vat. fr. *tt.* superimposita *i.*" Mai. *) Buchh. cj. *auferri*, quo facile caremus; gravius illud est, quomodo cohaereant vv. *Matre quoque* cum antecedentibus. Aut excidit aliquid, aut legendum est: *M. q. f. r. v. nihilo, ei auf. p. n. a.* — Mox Vat. *Sirmi.*

g) Edd. 2—9 *Tit. VI. de Donationibus.* Sed Cons. *ex corpore Hermogeniani, tit. de donat. int. vir. et uxor.* Videntur quidem c. 1 et 2 huius tit. ad tit. *de Donationibus* pertinere, cui ipsi c. 1 in Cod. Just. interposita est, tamen consultius est non recedere a Consultatione, harum constitutionum fonte, praesertim cum Consultationis auctor lacinias tantum ampliorum constitutionum protulisse videatur. h) Cod. Just. *Iidem AA. et CC. Sabino.* i) Cod. Just. om. *tertiam.* k) Cod. Just. om. *tertiam.* l) Edd. 2 — 6 et Cod. Just. om. *tu.* m) Cod. Just. *habes* et om. *ac t. in m.* n) Cod. Just. *incerti iuris.* o) Cod. Just. om. *quidem.* p) Cod. Just. *perfectam.* q) Cod. Just., omissis, quae sequuntur: *Delegationes autem nominum in emancipatum collatae, perfectam donationem efficiunt.* r) Edd. 2—9 *eidem partem tertiam*, probante Schult. ad Cod. Herm. s) Edd. 2—9 *bonorum portio donari non potest.* Edd. 1586, 1607 *p. donari non posse.* t) Ita edd. 2—9. Cons. *emancipatione.* u) Cod. Just. *S. II. Kalend. Maii, CC. Conss.* Paullo ante edd. Cons. 1586 (4), 1593 *Heracleae.* Ed. 9 add. *Ex ead. vet. consult.* v) Cons. add. *Idem eod. lib. et tit. Impp. Diocletianus et Maximianus.* Admirationem movet haec inscriptio, quae indicare videtur, Cod. Hermogenianum non solum titulis constitisse, sed etiam in libros divisum fuisse. Fortasse excidit constitutio Cod. Greg., ut ad hunc et inscriptio et constitutio referenda sit, quae coni. firmatur inscriptione: *Ex corpore Hermogeniani tit. de donat. int. vir. et ux.*, quae in Cons. statim post hanc c. sequitur, quasi auctor significare voluerit, seriem constitutionum e Cod. Herm. prolatarum aliis constt. ex Cod. Greg. descriptis interruptam esse; alioquin suo more dixisset: *Idem eodem corpore et tit.* *) Ed. 9 add. *Ex ead. consult.* x) Cons. add. *Ex corpore Hermogeniani tit. de donat. inter vir. et uxor.* y) Edd. 1586 (fol. et 4), 1593, 1607 *Iisdem.* *) Ed. 9 add. *Ex ead. consult.*

z) Cons. add. *Ex corpore Hermogeniani tit. ad exhib.* *) Vide ne scribendum sit *Aurelio, Diogeni*, cum ad plures rescribatur. Cod. Just. *Iidem AA. et CC. Diogeni.* a) Edd. 2 — 9, 1586 (fol.), 1607 *diversam.* Cod. Just. *urg. partem diversam ad exhib. eor.* b) Schult. mavult *per quae.* c) Edd. 2—9, Cod. Just. *intentionis vestrae.* Edd. 1586 (4), 1593 *intentiones vestras*, quod etiam edd. 1578 et Opp. 1584 habere dicuntur in ed. Berol. not. *v* ad h. l. d) Edd. 2—9, Cod. Just. *debetis.* *) Cod. Just. *adversus.* e) Schult. in not. 3 ad h. l.: Forte quid excidit et scriptum fuit, *non petere ad s. a. a. adduci.* Perperam. f) Edd. 2—9 om. *et CC.* Cod. Just. *Dat. VI. Kal. Maii CC. et Cons.*

TIT. IX. UBI AGI DEBEAT.

1. [g] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Flavianae.* (*Inter cetera et ad locum:*) Quaecunque ad te pertinentia *) detineri dicis ab his, quorum meministi, vel probaveris tibi [h] deberi, praeses provinciae restitui providebit. *PP. VII. Id. Januar. AA. Coss.* (293—304.)

TIT. X. DE INSTRUMENTIS.

1. [i] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Julio Pancratio.* (*Inter cetera et ad locum:*) Omissis itaque istius modi moris, si intentionem suam incipiat adversarius tuus implere, praescriptionibus [k] temporis, vel alterius et [l] tu caussam magis tuam [m] defende, habens securitatem victoriae, si [n], quod intendit adversarius tuus, probationibus implere non possit. *PP. DD. Diocletiano A.* [o] *V. et Maximiano A.* [p] Coss. (293.)

TIT. XI. DE TESTAMENTIS.

1. [q] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Secundino Optioni* [r]. (*Inter cetera et ad locum:*) Scriptura [s], quae nec iure nec legibus consistit, nec a nobis hanc [t] confirmari convenit; quippe cum beneficia citra cuiusdam [u] iniuriam petentibus decernere minime soleamus. *PP. VII. Kalend. Novemb. Martianopoli, CC. Coss.* (294—302.)

TIT. XII. DE SUCCESSIONIBUS.

1. [v] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Asterio.* (*Inter cetera et ad locum:*) Si secundum edicti formam testamentum obsignatum [x] exstitit, bona, quae, cum moreretur auctor [y] tuus, eius fuerunt, solenniter petes [z] et reliqua. *PP. III. Kal. April. Sirmio, CC. Coss.* [a] (294—302.)

TIT. XIII. DE DEPOSITO [b].

1. [c] *Idem Augustus et* [d] *Caesar Fl. Munatio.* Eum, qui suscepit depositum, dolum, non etiam casum praestare, certi [e] iuris est. Cum itaque [f] proponas, ignis [g] vi [h] quaedam cremata de his, quae tibi fuere [i] commendata, nec ullum dolum in subtrahendis rebus adhibitum [k], rector [l] provinciae nihil contra iuris rationem fieri *) patietur. Et quoniam nec tu [m] quereris moras [n], adhibita [o] varietate [p] negotium inter vos ortum [q] secundum iuris *) ordinem sua ratione [s] decidetur [t]. *Subscripta* [u] *VIII. Kal. Jul. Serdica* [v], *Augustis Coss.* [x] (293—304.)

2. [y] *Idem* [z] *Augustus et Caesar* [a] *Fl. Aurelio Atte-*

Tit. IX. c. 1. Cons. cap. VI. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. VIII, c.* 1, id e. *un.* h. tit.
Tit. X. c. 1. Cons. cap. VI. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. IX, c.* 1, id e. *un.* h. tit.
Tit. XI. c. 1. Cons. cap. VI. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. X, c.* 1, id e. *un.* h. tit.
Tit. XII. c. 1. Cons. cap. VI. Edd. 2—6 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. XI, c.* 1. Vid. c. 4 C. Herm., de Pactis, not. sup.
Tit. XIII. c. 1. Coll. Tit. X, cap. 3. Edd. 4—5 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. XII, c.* 1. Lex Baiuvar. XIV, 2. — c. 2. Coll. Tit. X, cap. 4. Edd. 4, 5, 7—9 *c.* 2.

---

g) Cons. add. *Idem eodem corpore titu. ubi agi debeat.* *) Edd. 2, 3, 6 add. *quae.* h) Edd. 2—6 *probaveris vel tibi.*

i) Cons. add. *Idem eod. corpore tit. de instrum.* k) Edd. 1586 (fol.), 1607 *perscriptionibus.* l) Edd. 2, 4, 5 *alterius* et.* Sine dubio aliquid excidit. m) Edd. 1586 (4), 1593 *tuam magis.* n) Edd. 2, 4, 5 *securitatem. victoria est si.* o) Edd. 2—9 om. *A.* Edd. 1586 (fol. et 4), 1593, 1607 *V. A.* p) Edd. 2—9 *Maxim. AA. Coss.* Schult. ad h. l.: *Excidit IV. sive quartum.*

q) Cons. add. *Eodem corp. tit. de testament.* r) Edd. 2—9 *optioni.* s) Edd. 2—9 *Scripturam.* Edd. 4, 5 in m. *scriptura.* t) Edd. 2—9 om. *hanc.* Edd. 4, 5 in m. *a nobis hanc conf.* u) Edd. 2—9, Col. 78, edd. 1586 (4), 1593, Schult. *cuiusquam.* Vulgata lectio sine dubio corrupta est. Admodum verisimile est, scriptum fuisse *circa cuiusquam iniuriam pet.*

v) Cons. add. *Ex corpore Hermogeniani tit. de successionibus.* x) Edd. 2—9, 1586 (fol.), 1607 *signatum.* y) Ita edd. 2—9, prob. etiam Schult. ad Cod. Herm. Cons. *actor.* Utrumque in libris mss. saepissime commutatur. z) Edd. 2—9 *petis.* Sch. coni. *pete.* a) Post hanc c. legitur in edd. 2—9 const. *Manifesti atque evidentis*, quam tit. de Pactis et transactionibus interposui, ex quo sec. Cons. deprompta est.

b) Coll. add. *Kp. III.* (P. *DCLXXII.* Vind. *LXXIV.* Verc. *LXXX. Idem.*) *Ermogenianus* (Vind. et Verc. om. *Ermogenianus — Munatio*) *Sub Titulo De Deposito* (P. Scal. *Depositi*) *Huiusmodi Inserit Constitutionem* (P. *inseri constitutione*). c) Edd. 4, 5 om. *Idem.* d) P. Pith. edd. 4, 5, 7—9, 1586 (4), 1593, Sch. Bi. om. *et.* Cuiac. coni. *Augusti et Caesares.* Leg. *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC.* e) Verc. *et rei.* f) Scal. *igitur.* g) Verc. *pro paena signis.* h) Scal. (in m. *vi*) P. Vind. *sui.* Verc. *suis.* i) Verc. *fuerit.* k) Scal. *adhibitis.* l) Vind. *rectorem.* *) Edd. 4, 5 om. *fieri.* m) Vind. Verc. om. *tu.* H. Canneg. l. c. p. 237 cum Anonymo coni. *metu* pro *nec tu.* n) Cuiac. coni. *morae*, Jo. Canneg. *moras aut*, Pauw., Obss. p. 70 *mora.* o) Vind. *adhibitam*, quod idem coni. Cuiac. et Jo. Canneg.; H. Canneg. l. c. coni. *adhibitas.* p) Sic edd. 4, 5, 7, 8, Blum. cum Scal. Verc.; Vind. P. Pith. Bas. edd. 1586 (fol.), 1607, Sch. Bi. *varietatem.* Ed. 9 et in m. edd. 1586 (fol.), 1607 *veritate.* Ed. Bas. in m.* H. Canneg. l. c. coni. *varie totum.* Pauw. l. c. *variatam rem.* Certum videtur post *moras* interpungendum esse; verba autem antecedentia duplici modo intelligi possunt, ut aut ad depositarium spectent intelligantur que *morae accipiendi* deponentis, aut ut ad deponentem referantur, qui moras reddendi queratur, quod postremum etsi parum probabile videatur, cum rescriptum ipsum nullum praebeat indicium orationis ad adversarium quoque conversae, tamen in his constitutionum fragmentis non omnino reiiciendum est. q) Vind. *certam* vel *aertam.* *) Schult. Bi. om. *iuris.* r) Vind. Verc. *suam.* s) P. Scal. *rationem.* Vind. *nationem.* Verc. *natione.* t) Vind. Verc. *decidatur.* u) Verc. prorsus om. subscr. v) Vind. om. *Serdica — Coss.* x) Ita Blum. de coni. Cuiac. et Schult.; Pith. Bas. edd. 4, 5, 7—9, 1586 (fol. et 4), 1593, 1607, Sch. Bi. *Caesaribus.* P. *augustus cesarib;.* y) Coll. add. *Kp. IIII.* (P. *kp. DCLXXIII.* Vind. *LXXV.* Verc. *LXXXI. Idem.*) z) Vind. Verc. om. inscriptionem. Edd. 4, 5, 7—9 om. *Idem.* a) P. Scal. *Caesare.* Cuiac. coni. *Augusti et*

nico Andronico. Eos, penes[b] quos[c] vestem et argenti materiam[d] deposuisse[e] proponis, apud rectorem provinciae convenit interrogari. Quod[f] sive teneant sive dolo fecerunt[g], quominus possint restituere, secundum bonam fidem tibi satisfacere compellet[h]. *Subscripta*[i] *VI.*[k] *Kal. Aprilis Sirmi*[l], *Caess. Coss.*[m] (294—302.)

3. [n] *Idem*[o] *Augustus*[p] *et Caesares Aurelio et Eustatio et*[q] *Diosimo*[r]. Is, qui depositum accepit[s], ultra dolum, si non aliud[t] specialiter convenit, praestare nihil necesse habet. Cuius memor iuris, rector provinciae partium allegationibus auditis, pro ereptorum qualitate[u] suam[v] ordinabit[x] sententiam[y]. *Subscripta*[z] *XIIII. Kal. Nov. Appiaria*[a]. (294—302.)

4. [b] *Idem Augusti*[c] *et Caesares*[d] *Septimiae Quadratillae*[e]. Qui[f] dolo malo[g] depositum non restituit, suo nomine conventus[h], ad eius cum infamiae periculo restitutionem[i] urgetur[k]. *Subscripta*[l] *pridie*[m] *Idus Decembres Nicomediae*[n], *CC.*[o] *Coss.* (294—302.)

TIT. XIV. DE NUPTIIS.

TIT. XV. DE PIGNORIBUS.

1. *Summa.* [p] *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. ad Viventium, Herennium, Antigonum*[q]. Debitor[r] solutionem differens potest ad satisfactionem pignorum usurpatione compelli. Quod tamen sine sententia iudicis fieri[s] non licebit[t].

2. *Iidem AA. ad Septimum*[u].

3. [v] *Summa.* Oblato debito vel deposito pignus a creditore[x] sine dilatione reddendum est[y].

— c. 3. Coll. Tit. X, cap. 5. Edd. 4, 5, 7—9 *c.* 3. — c. 4. Coll. Tit. X, cap. 6. Cod. Just. IV, 34, 10. Bas. XIII, 2, 43. Coll. can. Ans. ded. VII, 127. Edd. 4, 5, 7—9 *c.* 4.

Tit. XIV. c. 1. Coll. Tit. VI, cap. 5. Edd. 4, 5 sec. ord. titt., 7—9 *Tit. XIII.* Exhibita est haec c. supra in tit. Cod. Greg. de Nuptiis (V, 1), ubi, quae ad Cod. Hermog. spectant, annotavimus.

Tit. XV. c. 1. L. R. B. Tit. XIV. Edd. 4, 5, 7—9 *Tit.* (id est XIV. sec. ord. titt.) *c.* 1 et textus *c.* 2. Vid. infr. not. *p.* — c. 2. L. R. B. Tit. XIV. Edd. 4, 5, 7—9 (inscriptio) *c.* 2. — c. 3. L. R. B. Tit. XIV. Edd. 7—9 *c.* 3. Vid. infra not. *v.* Cf. Cod. Just. IV, 24, 11.

Caesares. Mox P. *altenico.* b) Vind. *eas poenas.* Verc. *eas paenas.* P. Scal. *Eusperne* (sec. Roever. *Eos sperni*). c) Vind. *quas.* d) P. Vind. Verc. Scal. *materia.* e) H. Canneg. l. c. p. 241 coni. *te deposuisse.* f) Cuiac. coni. *quos.* g) Pith. et edd. not. *x* citt. *fecerunt*, quod ferri potest. Blum. corr. *fecerint.* h) Vind. Verc. *compellit.* i) Verc. om. subscriptionem. k) Vind. *VII.* l) Ita Blum. et edd. not. *x* citt., praeter edd. 1586 (fol.), 1607, quae habent *Syrmio.* P. *Syrmi.* m) Scal. *Cons.* n) Coll. add. *Kp. V.* (P. *DCLXXIIII.* Vind. *LXXVI.* Verc. *LXXXII. Idem.*) o) Vind. et Verc. om. inscriptionem et edd. 4, 5, 7—9 *Idem.* p) Cuiac. coni. *Augusti.* q) Scal. om. *et.* Ceterum leg. *Eustathio.* r) H. Canneg. l. c. p. 241 coni. *Diotimo*, potius leg. *Diosemo*, quod similiter, ut *Dioclitianus*, *Asclipiodotus* et similia propter itacismum perperam a librariis scriptum est. s) Ita Blum.; P. edd. not. *x* c. 1 citt. *suscepit.* t) Vind. *alium.* u) Vind. *qualitutemque.* v) Ita Blum., sicut infra *sententiam.* Pith. et edd. not. *x* c. 1 citt. *sua.* P. Scal. Verc. *suae.* x) Omnes codd. *ordinavit*, sed edd. recte *ordinubit.* y) P. Pith. et edd. not. *x* c. 1 citt. *sententia.* z) Vind. et Verc. om. subscriptionem. a) Edd. 4, 5, Bas. 1586 (fol. et 4), 1593, 1607 post *Appiaria* asteriscum ponunt, sed vid. Schult. ad h. l. b) Coll. add. *Kp. VI.* (P. *DLXXV.* Vind. *LXXVII.* Verc. *LXXXIII.*) c) Ita Blum. cum Cod. Just.; P. Pith. Bas. edd. 1586 (fol. et 4), 1593, 1607, Sch. Bi. *Idem Augustus.* Edd. 4, 5, 7—9 *Augustus* et om. *Idem.* Verc. *IDEM.* Vind. haec omittit. d) Vind. Verc. haec omittunt. c) Ita Blum. edidit, et *Septimiae* quidem cum Cod. Just. (et Coll. c. Ans. ded.) sec. codd. Pistoriensem, Vaticanum 1427 et Montis Cassiui, *Quadratillae* autem ex indicio cod. Vind., qui habet *quadrat illae.* Verc. om. prius nomen, Cod. Just. posterius. P. Pith., edd. Bas. 7—9, Sch. Bi. *VII. et Quadrat.* Idem edd. 1586 (4), 1593, sed in m.: „for. *Septimio et Quadrato.*“ Edd. 4, 5 *Septimio et Quadrat.* Edd. 1586 (fol.), 1607 *Septimae et Quadrat.* *Quadrat.* etiam Verc. habet. f) Verc. Pith. et edd. not. *x* c. 1 citt. *Ille qui.* g) Vind. *dolum malum.* Cod. Just. ct Coll. c. Ans. ded. haec omittit. P. *posito.* h) Cod. Just. et Coll. c. Ans. ded. add. *et condemnatus*, quod perperam factum esse censet Schult. i) Ita omnes codd. et edd. not. *x* c. 1 citt.; Blum. cum Cod. Just. *ad eius restitutionem c. inf. p.* k) Vind. *urguntur.* l) Ita Vind.; P. Pith. et edd. not. *x* c. 1 citt. *scripta.* m) P. Pith. et edd. not. *x* c. 1 citt. om. *pridie.* n) Ita Blum. et Scal. in m.; Pith. et edd. not. *x* c. 1 citt. *Nicomedia.* P. Scal. *Il. Comedia*, sed in m. corr. *Nicomediae.* In Vind. des. vv. *Nicom. CC. Coss.*, Verc. om. totam subscriptionem, quae adhuc etiam in Cod. Just. desiderabatur, sed in cod. ms. bibliothecae Pistoriensis haec exstant: $\overline{D}$. $\overline{III}$. $\overline{K}$. $\overline{IV}$. $\overline{D}$. $\overline{CC}$. o) Edd. 1586 (fol.), 1607 *Caesaribus.* Scal. *ā. cons.*, sed in m. corr. *CC. conss.*

p) Edd. 4, 5, 7—9 *Imp. — Antigonum. Desideruntur verba huius constitutionis.* Deinde vv. *Debitor — licebit* in iisdem dicuntur *ad Septimium* rescripta. Efficit ergo in his edd. inscriptio *Impp. — Antigonum* primam c., omissis tamen verbis, c. 2 autem constat vv. *Iidem AA. ad Sept. Debitor* etc. Tamen L. R. B. accuratius inspecta, vidi, vv. *Debitor* etc. contineri sententiam rescripti ad *Viventium* etc., rescriptum autem *ud Septimum* deesse. Dicit enim L. R. B. *Debitor — non licebit secundum II. constitutionem — ad Viventium* etc. *et aliam ad Septimum datam*, ex quo perspicuum est, priora ex rescripto ad Viventium desumpta esse, deinde aliud rescriptum ad Septimum commemorari, sed omissis vv., cum de impp. sententia iam ex prioribus constaret. q) Edd. 4, 5, 7—9 *Desiderantur verba huius constitutionis.* r) Edd. 4, 5, 7—9 *II. Iidem Impp. ad Septimium. Desiderantur et huius. Summa. Debitor* etc. s) Vulgo *fucere.* Cod. Par. *fuerit.* t) L. R. B. add. *secundum Hermogeniani* (edd. 1566, 1586 (4), 1593 *Hermogeniam*) *constitutionem sub titulo de pigneribus Diocletiani et Maximiani ad Viventium* (Ott. *Viennium*), *Herennium, Antigonum* (Pi. *Antiguum*) *et aliam ud Septimum* (edd. 4, 5, 7—9, Am. *Septimium*) *datam* (Ott. *vel alia ad Septimum dato*). u) Cf. not. *p*, *r*, *t.* v) Edd. 7—9 *Imp.* A.* Desiderantur et huius.* Omnia des. in edd. 4, 5. x) Ott. *debeto. deposito pignora credetore* et om. *Oblato.* Am. *Obl. d.* (om. *vel*) *depositum p. a. cr.* y) Ott. Am.

4. *Summa.* ** *ad Nonnusam*[z]. Obligatis cautione mancipiis debitor promisit, se usuras[a] praestaturum; ea mancipia creditor intra statutum tempus de domo debitoris abduxit; operas eorum in usuras specialiter imputandas[b].

TIT. XVI. DE EORUM CONTRACTIBUS, QUI ALIENO JURI SUBJECTI SUNT.

1. [c] *Summa.* [d] Nec servum nec colonum peculium suum posse[e] distrahere: insuper et ementes furti actione[f] tenendos[g].

TIT. XVII. DE JUREJURANDO[h].

TIT. XVIII. DE ADULTERIIS[i].

— c. 4. L. R. B. Tit. XIV. Edd. 4, 5 *c.* 3. Edd. 7—9 *c.* 4.
Tit. XVI. c. 1. L. R. B. Tit. XIV. Edd. 4, 5, 7—9 sec. ord. titt. *XV. Tit.*; om. enim, ut in antec. et in sq. tit. numerus tituli.
Tit. XVII. c. 1. L. R. B. Tit. XXIII. Edd. 4, 5, 7—9 sec. ord. titt. *Tit. XVI.* Vid. tit. antec., not. sup. Cod. Greg. de Jureiur. (III, 5).
Tit. XVIII. Schol. Bas. ap. Fabr. T. I, p. 811. Reizius ad Theoph. Exc. XX, p. 1243. Heimbachius de Bas. Orig. p. 70 sq. et in ed. Bas. T. I, p. 704. Cod. Greg. Ad L. Jul. de Adult. (XIV, 2), not. sup.

Pi. om. *est.* Cod. Par. *credendum est.* L. R. B. add. *sub eodem titulo.* z) Edd. 4, 5, 7—9 *Imp.* A.* Desideratur.* a) Pi. *cautionis — usuram — adduxit.* Ott. Am. Bi. *usuram*, om. *se*; paullo post Ott. *et* pro *ea.* b) Edd. 4, 5, 7—9 *operas specialiter imputare necesse habebit*, quibus vv. in edd. 7—9 add. *Sunt Ex Papiano Respons. Tit. XVI.* L. R. B. *imputandas, sub eodem Hermogeniani titulo lege ad Nonnusam data comprehensum est.* Ita Ba. Bi. Edd. 1566, 1586 (fol. et 4), 1593, 1607, Sch. om. *ad N. d.* P. Pi. om. *ad — est.* Ott. *sub eodem ermogeniani lib. legitimo ad Nonnusam datam.* V. 1 *lege ad Nanosam datam.* Am. *Herm. libro lege ad Nonnusam data.* Ott. V. 1, Am. om. *comprehensum est.*
c) Edd. 4, 5, 7—9 *Imp.* A.** Desiderantur verba huius constitutionis.* d) In edd. 4, 5 praemittuntur vv. *Filiisfamilias — legitimus iudicatur*, quae in L. R. B. antecedunt, quamquam non videntur ex Cod. Herm. desumpta esse. e) Edd. 4, 5, 7—9, 1566, 1586 (fol. et 4), 1593, 1607 *Nec servus nec* (cod. Par. et Ott. *vel*) *colonus p. s. distr. potest.* f) Edd. not. *e* citt. *insuper emtor f. a. tenetur.* Ott. *ins. et ementis furti racionem tenendus.* Cod. Par. om. *et.* Idem habet *furati.* V. 1 *Ins. emptoris furti actione tenendus.* g) L. R. B. add. *Secundum constitutionem Hermogeniani sub titulo de eorum contractibus, qui alieno iuri subiecti sunt.* Cod. Par. *S. constitutione II. sub eodem tit. — iuri subtracti sunt.* Schult. add. *Ex Papiano Responsorum Tit. XVI.*
h) Huius argumenti constitutionem in Cod. Herm. exstitisse, in L. R. B. l. c. disertis vv. declaratur. Cf. tit. Cod. Greg. de Jureiurando (III, 5). Edd. 4, 5, 7—9 *Imp.* A.* desideratur. Summa. Sacramenti ordo notatis infamia denegatur.* Edd. 4, 5 add. *Papian.*, sed edd. 7—9 *Ex Papiano Responsor. Tit. XXV. Titulorum Ex Corpore Hermogeniani Codicis Finis.*
i) Cf. Cod. Greg. tit. Ad legem Juliam de Adulteriis (XIV, 2).

SERIES CONSTITUTIONUM

QUAE CODICE HERMOGENIANO CONTINENTUR, CHRONOLOGICA.

IMPP. DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA.

287.

Diocletiano A. III. et Maximiano A. Coss.

L. 1. C. Herm. de Nuptiis (XIV).

293.

Diocletiano A. V. et Maximiano A. Coss.

L. 1. C. Herm. de Instrumentis (X) — Julio Pancratio — PP.

293—304.

Ipsis AA. Coss.

L. 1. C. Herm. de Cauta et non num. pec. (I) — Alexio — Scripta VII. Id. Apr. Sirmio.
L. 1. C. Herm. ex Delictis def. (II) — Ennio Saturnino — Scripta VII. Kal. Oct. Sirmio.
L. 1. C. Herm. de Jure fisci (III) — Ennio Lucello et Marco Severiano — Scripta X. Kal. Mart. Sirmio.
L. 1. C. Herm. de Pactis et transact. (IV) — Sebastiano — PP. IV. Kal. Jun.
L. 2. C. Herm. eod. — Flavio Rumitalo — PP. Id.*
L. 3. C. Herm. eod. — Zeuxiano Antonino — PP. XVIII. Kal. Jan.
L. 4. C. Herm. eod. — Eusebio — PP. X. Kal. Mart.
L. 3. C. Herm. de Calumn. (V) — Quintiano — PP. Kal. Nov.
L. 1. C. Herm. de Donatt. int. vir. et ux. (VII) — Septimio Sabiniano — Dat. prid. Kal. Maii Heraclea.
L. 1. C. Herm. ad Exhibendum (VIII) — Aurelio Diogeni — PP. Kal. Maii.
L. 1. C. Herm. Ubi agi debeat (IX) — Flavianae — PP. VII. Id. Jannar.
L. 1. C. Herm. de Deposito (XIII) — Munatio — Subscripta VIII. Kal. Jul. Serdica.

DIOCLETIANUS ET CONSTANTIUS.

Caess. Coss.

L. 1. C. Herm. de Donationibus (VI) — Caeciliae Anagrianae — Subscripta V. Kal. Mai. Sirmii.

IMPP. DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS AA.

294.

Constantio et Maximo Coss.

L. 1. C. Herm. de Calumniat. (V) — Aurelio Dextro — PP. IV. Id. Dec. Nicomedia.

294—302.

Caess. Coss.

L. 2. C. Herm. de Donatt. int. vir. et ux. (VII) — Cretiano Maximo — Dat. VIII. Kal. Januar.
L. 3. C. Herm. eod. — Aurelio Altino — Dat. sub die VIII. Kal. Jannar. Nicomedia.
L. 1. C. Herm. de Testamentis (XI) — Aurelio Secundino Optioni — PP. VII. Kal. Nov. Martianopoli.
L. 1. C. Herm. de Successionibus (XII) — Aurelio Asterio — PP. III. Kal. Apr. Sirmio.
L. 2. C. Herm. de Deposito (XIII) — Aurelio Attenico Andronico — Subscr. VI. Kal. Apr. Sirmi.
L. 3. C. Herm. eod. — Aurelio et Eustatio et Diosimo — Subscripta XIIII. Kal. Nov. Appiaria.
L. 4. C. Herm. eod. — Septimiae Quadratillae — Subscripta prid. Id. Decembr. Nicomediae.

295.

Tusco et Aquilino (Anulino) Coss.

L. 2. C. Herm. de Calumniat. (V) — Claudio Menandro — PP. Mediol. XII. Kal. Apr.

INCERT. ANN.

L. 1. C. Herm. de Pignoribus (XV) — ad Viventium, Herennium, Antigonum.
L. 2. C. Herm. eod. — ad Septimum.
L. 4. C. Herm. eod. — ad Nonnusam.
L. 3. C. Herm. eod.
L. 5. C. Herm. de Pactis et transact. (IV).
L. 6. C. Herm. eod.
L. 1. C. Herm. de Contract. eor., qui al. i. s. s. (XVI).
Tit. C. Herm. de Jureiurando (XVII).
Tit. C. Herm. de Adulteriis (XVIII).

CODEX THEODOSIANUS.

AD LIV LIBRORUM MANU SCRIPTORUM ET PRIORUM EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT ET ANNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

GUSTAVUS HAENEL

LIPSIENSIS.

A. cIↃIↃcccxlii.

PROSTAT BONNAE APUD ADOLPHUM MARCUM.

IOANNI PAULLO

DE

FALKENSTEIN

IUR. ET PHIL. DOCTORI DIOECESIS LIPSIENSIS PRAEFECTO PLURIUM INSIGNIUM ORDINUM COMMENDATORI ET EQUITI ETC.

FAUTORI ET PATRONO SUO

GUSTAVUS HAENEL

S. D.

Quod illustrius nomen, quam Tuum, huic Codicis Theodosiani editioni inscribam, nescio. Summus est Tuus splendor, summa Tua de patria merita. Te rex Augustissimus omniumque Optimus ad altissimam fere dignitatis sedem provexit, Tuaeque prudentiae salutem publicam commisit. Tua sapientia, moderatio, integritas difficillima diversi generis negotia ad prosperum finem perduxit, probitas Tua virtutem, non virtutis insignia expetit, et honorem praemium esse recte agendi, finem non esse confirmat. Quapropter cives Te colunt atque admirantur, et vel exteri honoribus Te cumulant nomenque Tuum venerantur.

Dicam de Tuo literarum et bonarum artium amore? Non opus est. Docti laudibus Te extulerunt, Te omnis doctrinae et liberalium studiorum defensorem appellaverunt, Te digito demonstrant, ut antesignanum et propugnatorem suum. Verum non solum splendor Tuus me movet, ut librum hunc, quasi gnatum meum auctoritati Tuae commendem; maxime me movet humanitas Tua, quam laudant omnes, summam ego tum expertus sum, cum me moerore afflictum atque prostratum adiuvisti, erexisti, conservasti. Itaque ut observationis pietatisque officio satisfaciam ac gratum animum Tibi significem, me sinas, quaeso, huic libro, in quo instruendo, ordinando, perpoliendo quattuor lustra magnamque valetudinis atque patrimonii partem consumpsi, nomen Tuum inscribere. Quod si eum benigne exceperis, feram in coelum benevolentiam Tuam, colam animo, tuebor officiis, Tibique ut satisfaciam, studio certe, si minus re licebit, elaborabo. Vale.

Lipsiae, Kal. Ian. A. P. C. N. MDCCCXLII.

Codicis Theodosiani libri manuscripti in tres classes distribuendi sunt. Etenim aut solius Codicis libros sive titulos habent, aut fragmenta, quae Visigothi, cum Alarici regis iussu Legem Romanam componerent, ex Codice selegerunt et interpretati sunt, aut utriusque generis particulas coniunctas cum iuris ecclesiastici scriptis. Primae classis sex libri manuscripti supersunt: Vaticanus Reginae Sueciae DCCCLXXXVI., Charpini nunc Regius Parisiensis, Regius Parisiensis MMMMCCCCVI., duo Taurinenses, Vaticanus VMDCCLXVI.; Legis Romanae Visigothorum permulti; ultimae classis duo: Regius Parisiensis, olim Scti Germani CCCLXVI. et Phillippicus MDCCXLI., ad quem duo folia pertinent, codici Vaticano MCCLXXXIII. assuta [1]). Et de Legis quidem Romanae Visigothorum libris manuscriptis, quorum plerique nihil continent, nisi quod Visigothi ex Codice Theodosiano excerpserunt, tredecim autem titulis et constitutionibus aucti sunt, quibus compositores Legis abstinuerunt — Ambrosianum dico Part. Inf. C. XXIX., Regium Parisiensem MMMMCCCCIII., Bodleianum MMMCCCLXII., Vaticanum Reginae Sueciae MCXXVIII., Wallersteinensem, Regium Parisiensem MMMMCCCXII., Vaticanum Reginae Sueciae MXXIII., et septem codices appendicibus instructos, Regios Parisienses MMMMCCCCVI. et MMMMCCCCXIX., Aurelianensem CCVII., Montispessulanum H. LXXXIIII., Vaticano-Ottobonianum MMCCXXV., Regium Berolinensem MSS. Lat. Fol. CCLXX., quibus accedit Regius Parisiensis MMMMCCCCVI., quem modo nominavi — hoc loco exponere longum est. Faciam id in editione eius Legis, breviterque iam fecit ex literis meis doctissimus Stiebérus [2]), praestantiorum autem librorum partes formamque illustr. Hauboldus [3]), chartis meis usus, et adhibito Bodleiano codice clar. Witte [4]) enumeraverunt, aut ego, si qua occasio erat, hic et illic descripsi [*]). Neque opus est de iuris ecclesiastici codicibus dicere, postquam a me explanati sunt in dissertatione de Sirmondi constitutionibus. Continebo igitur me in exponendis primae classis libris manuscriptis, quibus Ambrosianum addam, qui multas constitutiones solus habeat. Eorum omnium, etsi maximam partem aut per alios aut per me noti facti sunt, imaginem descriptionemque ut hic explicem, et praestantia eorum postulat et auctoritas.

Maxime memorabilis est codex bibliothecae Vaticanae, quem Niebuhrius inter libros Reginae Sueciae anno MDCCCXVII. invenit numero DCCCLXXXVI. distinctum, et in epistola ad Car. de Savigny, inserta ephemeridibus literariis, quae *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* inscribuntur, Tom. III. p. 409—412 descripsit. Etenim cum propter literarum formam, quae pervetustum eum esse evincit, tum propterea insignis est, quod solus octo posteriores Codicis Theodosiani libros integros praebet cum summariis, ab antiqua manu ad singulas constitutiones adscriptis [5]). Habet ille tegumentum scorteum multo undique

1) Cf. *Gust. Haenel, de Constitutionibus, quas Iacobus Sirmondus Parisiis A. MDCXXXI. edidit, dissertatio.* Lipsiae 1840. 4. 2) In *Chr. Gottl. Hauboldi Opusculis academicis.* Lipsiae 1828. 8. T. II. p. XCIX—CXXXVII. 3) In *Promuls. I. Praetermissorum in primis ad Breviarium Alaricianum pertinentium e codicibus a Gustavo Haenelio, Professore Lipsiensi, novissime collatis.* Lips. 1822. 4. (Opusc. Acad. T. II. p. 897—932.) 4) In Diss. *de Guilelmi Malmesburiensis codice Legis Romanae Wisigothorum.* Vratislaviae 1831. 8. *) Cf. lib. XVI. tit. 1—3, not. sup. 5) De hoc codice cons. *Io. Tilius in praef. ad Io. Bertrandum* editioni octo posteriorum Codicis Theodosiani librorum praemissa (Paris. 1550. 8.): „*Caeterum superioribus his diebus in manus meas inciderunt posteriores integri libri magni illius Codicis Theodosii Imperatoris — cuius* (codicis) *senio iam multis in locis erat species deformata et pene deleta. Literis autem grandioribus liber erat descriptus*" — idemque *in praefatione ad Lectorem* totius Codicis editioni praemissa: „*Posteriores octo libros Theodosii Augusti Constitutionum, qui soli in manus nostras pervenerunt.*" — *Montfaucon, Bibl. Biblioth.* T. I. p. 38. col. b. n. 1166 (Bibl. Reg. Suec.): *Vetustissimus codex Theodosianus incipit a libro 9°.* — *B. G. Niebuhr, Notizen über Handschriften in der Vaticana. An Savigny. Erster Brief.* Rom, den 5. März 1817. — *Göttinger Gel. Anz.* 1819, p. 202. — *M. Tullii Ciceronis Orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta etc. ex membranis bibliothecae Vaticanae edita a B. G. Niebuhrio.* Romae 1820. 8. p. 14. — *Iuris Civilis Anteiustinianei Reliquiae Ineditae etc. curante Angelo Maio.* Romae 1823. 8. p. XXI. — *A. W. v. Schroeter, Uebersicht der seit* 1813 *neuentdeckten Stücke der griechischen und römischen Literatur* (Hermes XXV. T. II. Heft p. 336 sqq.) — *Haubold, Opuscula academica.* T. II. p. LXXXVIII. not. *. — *Gust. Hugo, Lehrbuch der Geschichte des römischen Rechts seit Iustinian.* Berlin 1830. 8. p. 323, not. 1. — *Gust. Haenel, Summaria Codicis Theodosiani ex codice Vaticano cum Codicis et Summariorum descriptione nunc primum ed. Accedit scripturae specimen.* Lipsiae 1834. 8.

auro et fibulis inauratis ornatum. In tergo praeter verba: *Codex Theod.* | No. 886. | trium virorum insignia impressa sunt, quorum primum in superiore parte tergi positum Alexandri VIII. Pont. Max. est, alterum infra verba illa tergo aptatum gentis Ottobonianae esse videtur, tertium vero in ima parte conspicuum cardinalis cuiusdam est. Haec quoque auro expressa sunt. In primo codicis folio recentior manus post verba: *De Accusationibus et Inscribtionibus* annotavit: *Codicis* | *Theodosiani* | *Liber Nonus* | *Tit. I.* | ; Alexandri vero Petavii codicem olim fuisse, cognoscitur ex iis verbis, quae ipse in ima eiusdem folii margine adscripsit: *Alexander Pauli filius Petavius* | *Senator Parisiensis* | 1647. Forma libri maior est, quam vulgo quartam nuncupamus. Antiquae quibus constat membranae, quarum prioribus glutinator folia chartacea interiecit, a primo ad vicesimum usque folium corrugatae, omnes tactu laeves et molles sunt et nonnunquam tam tenues, ut scriptura in aversa membranarum pagina appareat; qua re librarius in ea scribere non potuit [6]). Nonnullae situ et mucore corruptae sunt, aliarum margini nescio quis flavum quendam et glutinosum liquorem illevit. Quod autem Niebuhrius dicit, codicem CCCCXLVIII foliis constare, in errorem ductus numeris, qui singulis foliis nostra demum aetate adscripti sunt, non ex omni parte verum est, cum is, qui numeros scripsit, inter CXV. et CXVI. unum folium numerare neglexerit, quo addito CCCCXLIX folia efficiuntur *). Membranae in LVIII quaterniones et unum dimidium compositae sunt, quorum seriem in ima parte ultimae paginae uniuscuiusque quaternionis numerus antiquis literis graecis expressus indicat [7]). Primus quaternio periit, in quo Niebuhrius titulum codicis scriptum fuisse existimat, ego vero praeter titulum rubricarum indicem exstitisse puto. Neque servatus est ultimi quaternionis numerus. Mancum esse codicem cum ex supplementis apparet, quae libris, quos codex comprehendit, nostra aetate accesserunt, tum ex iis, quae in *Summariis* ex hoc codice *a me editis* pag. IX. demonstravi et infra demonstrabo. Verum non ubique, ubi lacunae sunt, folia in codice periisse, sed illas partim in libro manuscripto, cuius hic codex apographum est, iam fuisse, luculenter mihi videor ostendisse ad c. 6 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4); lacunae autem minores festinatione librarii ortae sunt. Complectitur hic codex posteriores Codicis Theodosiani libros a IX. usque ad verba: *probabuntur fisco* c. 12, §. 2 de Paganis (XVI, 10), quae verba ostendunt, Niebuhrii opinionem falsam esse existimantis, postrema codicis folia eo tempore, quod inter Tilii et Al. Petavii aetatem intercessit, a fure quodam ablata esse, cum Tiliana editio ex hoc codice instituta iisdem verbis terminetur et qui in ea tituli sequuntur, ex Alarici Breviario a Tilio additi sint. Incipit liber XI. a quaternione IH fol. CXXIII^{a}., XII. vero desinit fol. CCXCIV. in dimidio illo quaternione, quod hac de caussa memorabile est, quia XI. et XII. liber ab alia manu scripti sunt. Lineae graphio ductae sunt, XXIX in quaque pagina, qua re idem ubique numerus versuum efficitur, illis paginis exceptis, ubi rubricae titulorum proferuntur, quae tam grandibus literis scriptae sunt, ut unus versus duas lineas occupet; maius etiam spatium inscriptionibus librorum a librario concessum est. Quod ad scripturam attinet, iam Niebuhrius hac de re dixit, qui amplam eam appellat et grandioribus, uncialibus sive maiusculis, quae dicuntur, literis constantem, quod fere cum Tilii descriptione concinit [8]). Praeterea in Marci Tullii fragmentis p. 14, ubi de Senecae fragmentis agit, haec habet: „*Scriptionis* (Senecae) *specimen in tabula dedi* [9]). *Eam semiminusculam satis apposite nominare possumus. — Denique titulus libri de vita patris illam refert, qua in scribendo utimur. — Utramque autem scripturae genus, quod in his Annaeanis conspicitur, in volumine librorum S. Hilarii de Trinitate obtinet, quod in tabulario Basilicae Vaticanae asservatur; Carthagine sub Trasimundo Vandalo rege, primis sexti saeculi annis scripto* [10]). —

---

6) Velut fol. 122^{b}. *) Cf. X, 20, 14, not. *pp.* 7) Fol. 8^{b} *B*, fol. 16^{b} *Γ*, fol. 24^{b} *Δ*, fol. 32^{b} *Є*, fol. 40^{b} *Ϛ*, fol. 46^{b} Z (desunt duo folia, sed integro textu), fol. 54^{b} *H*, fol. 60^{b} *Θ* (desunt duo folia, sed integro textu), fol. 68^{b} *I*, fol. 76^{b} *IA*, fol. 83^{b} *IB* (abscissum est unum folium post fol. 77^{b}, in quo desinit liber IX. Sed nihil deesse demonstrant vv. in extremo fol. 77^{b}: „*Theodosiani Lib. IX. Expl.*“, post quae vv. fol. 78^{a} incipit in vv. *Inc. Lib. Felic.*), fol. 91^{b} *IΓ*, fol. 99^{b} *IΔ*, fol. 107^{b} *IЄ*, fol. 115^{b} *IϚ*, fol. 122^{b} *IZ* (primum h. quatern. folium non est numeratum, ultima pagina literis vacua est, libro X. in antecedente pagina desinente), fol. 130^{b} *IH*, fol. 138^{b} *IΘ*, fol. 146^{b} *K*, fol. 154^{b} *KA*, fol. 162^{b} *KB*, fol. 170^{b} *KΓ*, fol. 178^{b} *KΔ*, fol. 186^{b} *KЄ*, fol. 194^{b} *KϚ*, fol. 202^{b} *KZ*, fol. 210^{b} *KH*, fol. 218^{b} *KΘ*, fol. 226^{b} *Λ*, fol. 234^{b} *ΛA*, fol. 242^{b} *ΛB*, fol. 250^{b} *ΛΓ*, fol. 258^{b} *ΛΔ*, fol. 266^{b} *ΛЄ*, fol. 274^{b} *ΛϚ*, fol. 282^{b} *ΛZ*, fol. 290^{b} *ΛH*, fol. 302^{b} *M* (exciderunt, sed integro textu, quattuor folia cum numero *ΛΘ*), fol. 310^{b} *MA*, fol. 318^{b} *MB*, fol. 326^{b} *MΓ*, fol. 334^{b} *MΔ*, fol. 342^{b} *MЄ*, fol. 350^{b} *MϚ*, fol. 358^{b} *MZ*, fol. 366^{b} *MH*, fol. 374^{b} *MΘ*, fol. 382^{b} *N*, fol. 390^{b} *NA*, fol. 398^{b} *NB*, fol. 406^{b} *NΓ*, fol. 414^{b} *NΔ*, fol. 420^{b} *NЄ* (desunt duo folia, sed integro textu), fol. 428^{b} *NϚ*, fol. 434^{b} *NZ*, fol. 440^{b} *NΘ*. Desunt ergo duodecim folia, id est duo quaternionis *NZ*, quaternio *NH* et duo prima quaternionis *NΘ*, quae continebant c. 66 tit. de Haeret. (XVI, 5) usque ad vv. *sectam et ad* c. 1 tit. de Iudaeis (XVI, 8). Cf. ed. 1550. p. 562. Quot quaterniones post ultimum huius codicis desint, incertum est. Si codicis Paris. 4406 rationem habemus, unus tantum videtur excidisse. Notandum etiam est, fol. 272 cum c. 185—187 (XII, 1) transpositum esse et interponendum inter fol. 268 et 269. 8) Vid. supr. not. 5. 9) Cf. Tabulae aeri incisae spec. 4. 10) De codice Vatic. S. Hilarii cons. *Nouveau Traité de Diplomatique* T. II. p. 381, not. 1, T. III. p. 263 sq., *Mabillon de Re Diplomatica*, Lutet. Paris. 1709. fol. p. 355 sq., *Ang. Maius, Iuris Civilis Anteiustinianei Fragmenta*, Romae 1823. p. XVIII. Specimen scripturae exhibent Mabillon et Maius. Eiusdem aetatis est alter codex S. Hilarii, quem vidi in bibliotheca Turonensi. Cons. *Nouveau Traité de Diplomatique* T. III. p. 170 sq. et tabula 43, VII, ubi scripturae specimen est, et *Catalogi Librorum Msstorum*, quos Lipsiae a. 1830. 4. edidi, p. 482.

Quod vero ad literam semiminusculam attinet, volumen alterum Codicis Theodosiani inter libros manuscriptos Reginae haud dubie ad eadem fere cum codice S. Hilarii tempora referendum, eadem illa, licet crassiore, scriptum est.“ Apparet Niebuhrium sibi ipsum non constare. Primo enim loco literis uncialibus sive maiusculis codicem scriptum esse affirmat, altero autem literam semiminusculam esse; quae diversa sunt. Nec illud verum est, utrumque scripturae genus, quod in Annaeanis fragmentis conspicitur, in Vaticano S. Hilarii codice inveniri, ut et horum codicum species et singulae literae, maxime *e*, *g*, *r*, *s* docent, quae in utroque codice plane differunt. Codicis vero S. Hilarii et eius, de quo hoc loco agitur [11]), magnam esse similitudinem ex scripturae specimine aperte cognoscitur. Quamquam enim Hilarii codex robustioribus et pinguioribus literis scriptus est, in utroque tamen codice excepta *e*, quae in codice Vaticano fere semper uncialis literae formam habet, idem est scripturae genus, id est ex literis minusculis, quas dicunt, proceris et uncialibus interdum interiectis mixtum, qua de caussa cum Niebuhrio Theodosii librum eadem fere aetate scriptum esse existimo atque illum, quem primis sexti saeculi annis S. Benedicti patres tribuunt. Aliud scripturae genus prodere videntur liber XI. et XII., rotundum illud et quadratum, crassioribus nec raro cohaerentibus literis constans. Tamen praeter rubricas literis uncialibus pulchre pictas, idem esse scripturae genus, neque antiquius neque recentius, quamquam venustius, specimen quod dedi ostendit [12]). Ceterum his, quae de aetate codicis disputavi, alia antiquitatis signa accedunt: nullus lineolae post verba in fine versuum discerpta usus; nulla interpunctionum frequentia, nisi quod interdum punctum aut colon supra lineam, sed sine certa ratione ponitur; vetus orthographia [13]); notarum sive siglorum omissio praeter punctum aut virgulam, si qua syllaba per compendium scripta est; denique materiae, qua librarius ad scribendum usus est, compositio, quae, ubi nigrae sunt literae, atramento sinensi haud absimilis est, ubi rubricae aut verba: „*Imp. Impp.*“ pingenda erant, ex milto consistit, haud raro vero, cum non bene profluxisset, siccitate a membranis soluta est [14]). Quae codex Graeca habet, eodem modo scripta sunt [15]). Constitutiones librarius secundum titulos numeravit. Haec hactenus de scripturae genere. Commemorandum nunc est, praeter eos, qui codicem ipsum scripserunt *), quattuor alios industriam suam in corrigendis crebro mendose scriptis membranis posuisse, quorum vetustissimus eas ad exemplum, quod hic transscriptum est, videtur emendasse, mutans ille literas, quae falsae aut transpositae essent, cuius rei exempla in specimine graeco conspiciuntur; alter autem flavo quodam succo nonnullos locos correxit [16]); tertius denique recentiore tempore rubro succo totum codicem lectu faciliorem reddidit, a quo is, qui notas atramento pictas adiecit, aetate non videtur distare. Et profecto neque inutilis neque vulgaris amborum industria fuit, cum ille, qui rubrum succum adhibuit, non solum literas deletas restituerit, omissas addiderit, orthographiam emendaverit, errores correxerit, sed etiam singula quaeque verba rubris lineis separaverit, syllabas verborum in fine versuum discerptorum lineolis adiectis coniunxerit, denique sententiarum finem et principium interpungendo indicaverit, hic vero, praeterquam quod menda ab illo neglecta sustulit, constitutiones non ad singulos titulos, sed per libros continuatas numeraverit [17]) et lacunis asterisco indicandis operam navaverit, quae omnia primus editor, antequam volumen typis exprimendum curaret, videtur fecisse [18]).

Pariter atque Tilianus pervetustus est codex bibliothecae Rosniensis MMCCCLXXXIII. [19]) anno h. s. septimo et tricesimo, quo bibliotheca illa Parisiis publice vendebatur, a Regiae bibliothecae praefectis

---

11) Vid. spec. 1. *Summariis* a me additum. 12) Cf. l. c. spec. 2. 13) Literae additae: sancximus, vaccilare. cohercemus, hostendi, harena, his, machedonianum, thelonarii, Iohanni, exhorta. hii, utipote. quaerellis, sollertibus, medellam, silliquas. quotiens, aliquotiens, totiens. temptaverint, repperietur, consumpserit, redempti, suppremam, dempsimus. perrenni. rettulisse, posttremo, brittaniarum. urguere. Literae omissae, *c:* artari, multa. *h:* ac, aruspex, abita, orreo, concyliis, apoca. *i:* obiciendum, proiciendum. *in:* strumentum. *l:* ilico. *s:* exeri, expectare, exequi. *ae* pro *e:* depraehensus, paenates, aeculea, interpraetatio, perspicuae (perspicue), saepta, quaerellis, sanae, praetio. *e* pro *oe:* fecundus, fenebrem, cenaculis, fetus. *i* pro *e:* alligavit. o pro *u:* poniri, iovenis, nomismata. *oe* pro *e:* oboedire. *u* pro o: consubrino, suboli, epistula, nungentorum. *b* pro *p:* inscribtis, praescribtio, scribtus, elabsus; scribitur etiam obponere, obpetere etc. *b* pro *v:* bilitas, binum, bisellia, habe, conhibentia, iubantur, relebetur. *c* pro *d:* quicquam. *c* pro *t:* solacio, condicio, quociens. *d* pro *t:* adque, kapud, reliquid, quod; scribitur praeterea adserere, adpetere, adtemperies, adfigatur. *f* pro *ph* ponitur in nominibus et verbis graecae originis, v. g. Dagalaifo, Zenofili. *h* pro *i:* hisdem. *h* pro *n:* conhivere. *k* pro c: kapud, arkarius, kanon. *m* pro *n:* cuiuscumque, numquam, sollemnibus, tamquam. *n* pro *l:* inlustris, conlatio, inlicitum. *n* pro *m:* conpetentibus, inponere, conportare. *n* pro *s:* bensis. *p* pro *b:* optineat, puplicari. *s* pro *x:* sestantem, destantem. *t* pro *c:* indutias. *t* pro *d:* aput, at. *v* pro *b:* iuvemus, invibisset, acervitate, acervior, praevendis. 14) Tilius l. c. *senio iam multis in locis erat species deformata et pene deleta.* 15) Cf. l. c. spec. 3., quod *Gust. Ern. Heimbachii* amicitiae debeo. *) In lib. XVI. diligentius scriptus est codex quam in superioribus libris. 16) Is videtur aliud exemplar C. Th. consuluisse et ex eo interdum emendasse. Vid. e. g. X, 10, 28, not. *nn*; X, 10, 30, not. *k*; X, 10, 33, not. *y*; X, 19, 11, not. *n*. Nonnunquam librarius ipse correxit. 17) Secundum hanc computationem liber IX. exhibet 221 constitutiones, X. 143 constitutiones, XI. 306 constitutiones, XII. 272 constitutiones, XIII. 125 constitutiones, XIV. 99 constitutiones, XV. 116 constitutiones, XVI. denique liber 155 tantum constitutiones propter lacunas, quas habet. 18) Cf. tit. de Accus. (IX, 1), not. *a* i. f. De Summariis, quae huc non pertinent, cf. ed. mea p. XII. sq. 19) *Catalogue de la riche Bibliothèque de Rosny etc. à Paris* 1837. 8. p. 211. Imago codicis in lapide picta add. est ad pag. 211.

MMMMDLXXX nummis gallicis emptus. Fuit olim Stephani Charpini, idem igitur est, in quo tres libri Codicis Theodosiani, a Iacobo Cuiacio primum editi, sextus, septimus et octavus a Charpino *inventi et proditi* sunt *). Postea pervenit in bibliothecam Francisci Pithoei. Ab eo dono datus est P. Pithoeo [20]), a Pithoeo commodatus Gothofredo. Hereditatis iure transiit in bibliothecam generosissimae gentis Le Peletier-Rosanbó, ibique mansit, usque dum princeps gentis eum et multos alios Pithoeorum libros manuscriptos Rosniensi bibliothecae constituta auctione vendendae adiunxit, ut pecunia ita comparata res afflictas Carolinae, ducis Bituriae viduae, cui pariter atque toti ex Gallia fugatae regiae stirpi studet, quantum posset, sublevaret. Tegumentum libri cum vendebatur membranaceum fuit, quo plerique Pithoeani codices induti sunt. Id cum novo dolco commutatum esse, praesertim cum sine damno codicis fieri non potuerit. Constat codex ex membranis quadruplicatis, quarum CXXII folia supersunt. Sunt illae plerumque laeves, molles, tenues, et fere albae, nisi ubi per eos, qui codicem tractaverunt, sordescere inceperunt, aut situ vel mucore maculas et fuscum colorem contraxerunt. Primi et secundi folii vix dimidia pars superest, tertii, quarti et quinti paullo amplior; similiter duorum ultimorum foliorum sola fragmenta servata sunt, et quemadmodum septem illa folia humore iacturam magnae partis fecerunt, ita triginta quoque foliorum, quae proxima sunt a sexto, margo adesus est, sed magis priorum quam posteriorum. Quae in fol. XXIV., XXXVI., XXXVIII., LII., LIV — LVIII., LXXXII., LXXXIII. foramina patent, ea iam illo tempore, quo membranae praeparabantur, orta sunt, et ubi sunt, scripturae nihil detrahunt. Quaternionum numeri literis romanis expressi sunt, quorum primus, XXXIII., in inferiore aversae folii septimi paginae margine additus est, ultimus, XLVII., in eodem folii CXVI. loco. Perierunt igitur, praeter ultimas membranas, priores XXXII quaterniones, unde antiquitus XLVIII, fortasse plures huius codicis quaterniones fuisse perspicuum est [21]). Lineae versuum graphio acuto, quod nonnunquam membranas dissecuit, ductae sunt, triginta in quaque pagina. Ut titulos scriberet, librarius X — XII versus impendit, plures, ut novi libri initium indicaret. Singuli versus XL aut paullo plures literas comprehendunt, nunquam XLV amplius. Tamen ubi nova constitutio incipit, numerus earum voce *Imp.* s. *Impp.* s. *Imppp.* in margine adscripta augetur, contra ubi constitutio in medio versu terminatur, reliquum versus spatium vacuum relictum est. Sunt vero literae illae, si forma earum et color spectatur, atro succo, qui vetustate saepe gilvus factus est, pulchre pictae, grandiores, et admixtis semiuncialibus maximam partem unciales. Neque vero posterior pars codicis, quod nitorem attinet, cum priore comparari potest. Nam inde a quaternione XLII. non solum tremebunda manu codex scriptus esse videtur et coloris magis etiam gilvi succo, quam in antecedentibus, sed etiam ex crassioribus, durioribus, flavis quoque constat membranis. Quare eum a duobus librariis scriptum esse arbitror et compositum. Tituli hic et illic milto picti sunt, eo etiam saepe notata vv. *Imp.*, *Impp.*, *Imppp.* et proximum ab iis imperatoris nomen. Compendia scripturae pauca inveniuntur praeter punctum et virgulam, sed ubi inveniuntur, prisca sunt et nonnunquam singularia [22]). Similiter orthographia vetus est [23]). Nec lineolae post verba in fine versuum discerpta deprehenduntur, nec ulla interpungendi signa. Quae omnia tam antiqui temporis speciem prae se ferunt, ut codicem si non sexto at primis sequentis saeculi lustris scriptum esse putem. Graeca a latinis aetate non differunt. Ceterum nonnunquam constitutiones secundum titulos numeratae sunt. Mutilum esse codicem ex iis, quae supra dixi, apparet. Factus est mutilus partim negligentia eorum, qui eum ab humoribus et mucore servare debebant, partim per nefarios homines, qui non solum duo et triginta quaterniones avulserunt,

---

*) Vid. infr. not. 77.

20) Hoc apparet ex vv., quae Pithoeus chartae interiectae adscripsit: „*Hoc vetustissimum exemplar. libror. VI. VII. et VIII. Codicis Theodosiani quo V. C. Cuiacius in edendo eo libro usus est dono mihi dedit V. C. Franciscus Pithoeus, patruus anno* 1620. *Pithou.*“ In Catalogo bibliothecae Rosniensis haec falso descripta sunt.

21) Quaternionum numeri hi sunt: fol. 7 XXXIII.; fol. 14 XXXIIII. (excidit enim inter decimum et undecimum unum folium. Vid. infr. not. 24); fol. 22 XXXV.; fol. 30 XXXVI.; fol. 38 XXXVII.; fol. 46 XXXVIII.; fol. 54 XXXVIIII.; fol. 62 XL.; fol. 70 XLI.; fol. 78 XLII.; fol. 86 XLIII.; fol. 94 XLIIII.; fol. 102 XLV.; fol. 108 XLVI. (desunt duo folia, sed integra superest scriptura); fol. 116 XLVII.

22) *b.* (bus), *q.* (que), *ā*, *c̄*, *ō*, *ū*, *māgtro offorum* (magistro officiorum), *vicūm* (vicarium), *pcs* (proconsul), ɔ (con), *ɔstp* (Constantinopoli), *d* cum virgula traiecta (dixit), *t̄* (tim), *nō.dum* (nondum), *laq.is* (laqueis), *quā.do* (quando), *mag.tro* (magistro), *quib.q.* (quibusque), *agā.lis* (augustalis), *quS* (quos), *nStrae* (nostrae), *co̅sulares* (consulares).

23) *iuncxerit*, *vincxerit*, *neclexit*, *paenitus*, *litterae*, *quattuor*, *praetium*, *sumptus*, *repppererint*, *nancti*, *thensaurus* (thesaurus), *thensaurarius*, *hisdem*, *hii*, *his* (pro *is*), *ɔprachendit*, *temptare*, *urguent*, *neotherio*, *cohercere*, *hordine*, *coeperint* (pro *ceperint*), *taestabuntur*, *quaerellae*, *quaeri* (pro *queri*), *quaerimonia*, *expraessa*, *sollertia*, *sollennis*, *quae* (pro *que*), *adficere*, *adfirmare*, *inlustris*, *inminere*, *inponere*, *inplere*, *conplere*, *afuerit* (pro *adfuerit*), *haut*, *quod* (pro *quot*), *capud*, *adque* (pro *atque*), *praescribsimus*, *praescribtum*, *optinere*, *quicquam*, *forsitam*, *dumtaxat*, *tamquam*, *quicumq.*, *valitudo*, *nis* (pro *nes*, v. c. *omnis* pro *omnes*), *rus*, *nus* (pro *ros*, *nos*, v. g. *virus* pro *viros*, *bonus* pro *bonos*), *cercenses*, *epistula*, *cohibentia*, *subpeditare*, *acervitas*, *revellis*, *gleva*, *glevalis*, *nubtias*, *innubserint*, *retenere*, *intellegere*, *abicias*, *subicere*, *inquoatum*, *trachum*, *anthiocia*, *actenus*, *litora*, *mensum*, *executio*, *expectare*, *extiterit*, *exauriri*, *secuntur*, *exortes*, *oblaticium*, *condicio*, *nuncius*, *Stilicho*, *Aurilianus*. Neque vero librarius sibi constat, nam *glebalis* et *glevalis* scribit, *praetium* et *pretium*, *inminere* et *imminere*, *executio* et *exsecutio*, *quaeri* et *queri*, *hordine* et *ordine*, *taestabuntur* et *testabuntur*.

verum etiam vel in medio codice membranas nonnullas exsecuerunt vel dissecuerunt [24]), quas librarius, si titulus [25]) aut liber [26]) incipiebat, nitoris caussa a scriptura vacuas reliquerat. Commemorandum est denique praeter librarium duos alios emendando codici operam navasse, quorum alter, fortasse eodem tempore, quo codex scriptus est, menda correxit et literis supra scriptis et punctis infra positis; alter recenti aetate lacunas codicis, eas potissimum, quae in margine sunt, supplevit, similes locos et leges in Codicem Iustinianeum translatas notavit, alia quoque adscripsit, veluti in superiore folii octavi margine: „*Hic legum codex vetustissimus nondum publicatus anno* 1557.“, quae omnia quin Iacobus Cuiacius, qui codice usus est, fecerit, literarum ductu cum tabulis eius comparato, non dubito.

Utroque codice recentior est Regius Paris. MMMMCCCCVI., olim P. Pithoei, ut et tegumentum libri docet et nomen Pithoei in aversa folii LVI. pagina inscriptum, tum Colbertinus MDCCLXI., denique Reg. Paris., sed antiquitus numero $\frac{5199}{4}$ insignitus. Constare eum ex diversorum codicum fragmentis iam Hauboldus ex literis meis exposuit [27]). Huc inprimis pertinet compages foliorum I — LVI., quibus cum Breviarii Alariciani, quo tralaticio nomine Legem Romanam Visigothorum in posterum, ut brevis sim, appellabo, fragmentum comprehenditur, tum ipsius Codicis Theodosiani liber XVI. (fol. VII — XLII. col. a), separatus ab illo Breviarii fragmento, in quo ultimorum Codicis Theodosiani a Visigothis in brevem summam contracti librorum tituli antecedunt. Membranarum, quae tactu laeves sunt et colore albae potius quam flavae, forma maior est. Quaternionum numeri [28]) codicem mutilum esse demonstrant; nam primus, XVII., in aversa folii XVI. pagina est, ultimus, XXXV., in eadem folii LVI. pagina. Desunt igitur quindecim priores quaterniones, non sedecim, cum XVI. quaternionis numerus fuerit quidem in folio octavo, sed abscissus sit cum maxima eius et antecedentis folii parte *). Desunt etiam tredecim quaterniones post XX., et sine dubio nonnulli post XXXV. quaternionem. Graphio XXX quaque in pagina lineae ductae sunt et ita quidem, ut duas versuum columnas, spatio interiecto inter se separatas efficiant, quarum unaquaeque descripta est duabus lineis ad perpendiculum directis, etsi versuum lineae trans totam membranam currant. Scriptus est codex atramento et literis minusculis, quibus Galli exeunte saeculo X. utebantur; at verba *Id*, *Imp* et titulorum rubra literis uncialibus distincta sunt, eiusdemque formae est prima singularum legum vel interpretationum litera, illa quidem fere ubique milto colorata. Compendia crebro offenduntur, etsi non aliter nisi virgulis sive transversis sive curvatis, aut signo, quod semi-colon dicunt, sunt expressa [29]). Interpuncta verborum nulla deprehenduntur praeter punctum, quo librarius usus est, ut eius codicis, quem descripsit, singulorum versuum finem indicaret, neque vero ut sententias divideret. Nec in extremis versibus signum additum est discerptis verbis. Orthographia antiqua est [30]), sed ut posterioris temporis ingenium fert, valde depravata; saepe etiam librarium festinanter egisse, perspicitur ex ingenti mendorum multitudine.

---

24) Veluti illam, quae inter decimam et undecimam olim fuit cum ultimis tituli quarti libri sexti constitutionibus et illam, quae post folium 44 olim exstitit cum extrema libri sexti parte. Cf. infr. p. 531, not. *r*, p. 608, not. *g*.
25) v. g. fol. 48. Cf. p. 617, not. *uu*.
26) v. g. fol. 80. Cf. p. 686, not. *o*.
27) In Promulsid. cit. p. 9—12 s. in Opp. Acad. T. II. p. 906—914.
28) XVII. fol. 16^b, XVIII. fol. 24^b, XIX. fol. 32^b, XX. fol. 40^b, XXXV. fol. 56^b. Quindecim priores quaterniones non dubito, quin Codicem Theodosianum a Visigothis in brevem summam contractum comprehenderint, tredecim vero illi, qui post vicesimum desunt, Novellas in Br. Al. receptas, Gaium, Paullum, cum quidem sententiis, quae non sunt in Br. Al., locupletatum. Hunc enim esse Vesontinum illum codicem, ex quo Cuiacius Paullum auxerit, infra demonstrabo.
*) Etiam quaternionis XXXIV. numerus deest, quia folii XLVIII. margo inferior abscissus est.
29) *ā*, *ē*, *ī*, *ō*, *ū* in fine v.; *p*, *p̄*, *p*; *k̄l*, *k̄* (Kalend.), *n̄on* s. *n̄o* (nonis, nonas), *id*; *iān*, *febr*, *mār*, *aprl*, *mā* s. *māi*, *iū* s. *iun*, *iul*, *āu* s. *āug*, *sept*, *oct*, *n̄o* et *n̄ob* (Novembr.), *dec*; *ā* s. *āg* (augustus s. augusti, etiam augustalis), *ppa* (proposita), *imp*, *ppo* (praef. praet.), *ppm*, *pu* (praef. urb.), *vic*, *knp* (karissime nobis), *dm̃*, *qd*, *qm*, *clrs*, *episc*, *prbr*, *diac*, *subd* (subdiaconus), *scis* (sanctis), *sclis*, *nris* (nostris), *nri*, *vris* (vestris), *vri* (vestri), *tā* (tamen), *epla*, *scdm*, *xpianus*, *Cp* (Constantinopoli), *css* (consules), *spm* (spiritum), *vv cc*, *span* (hispaniarum), *s̄*, *ee*, *sēp*, *sup*, *m̃te* (mente), *docm̃tis*, *m̃to*, *r̃* (res, rem, runt, v. c. *er̃*, erunt, *fer̃*, ferunt), *q;* (que et quae), *cũq;*, *vl̃*, *lib;* (libus), *n̄*, *v̄o*. Monendum est librarium pro eodem compendio modo virgulam transversam (—), modo curvatam (~) adhibere.
30) Sic ponitur *ae* pro *e*: *ae*tiam, *ae*mortuae, ca*e*lebratur, repr*ae*hensio, iur*ae*, fasc*ae*, speti*ae*, *ae*molumentis, int̄pr*ae*tatio, puni*ae*ndum. *e* pro *ae*: qu*e*, palestin*e*, su*e*, tu*e*. *e* pro *o*: hon*e*ratos. *e* pro *i*: ant*e*stites, v*e*ro, intell*e*git, coll*e*gitur. *i* pro *e*: omn*i*s, sollemn*i*s, salt*i*m, dec*i*m, deb*i*tor (debetur), d*i*feratur. *i* pro *y*: s*i*nagoga, Ol*i*brio, S*i*agrio, Porf*i*rio. o pro *u*: debit*o*r (debetur), c*o*nsolari, c*o*muletur, sec*o*toris, turb*o*lentum, concili*a*bola, i*o*condissime. *u* pro *o*: c*u*mpetentes, c*u*mpetitio. *oe* pro *e*: c*oe*cali, ob*oe*dientia, c*oe*teri, p*oe*tere. *uo* pro o: q*uo*hortolina. *y* pro *i*: m*y*seris, ext*y*rpare. *ue* pro *e*: perurg*ue*ri. *is* pro *e*: possession*is*. *b* pro *v*: consta*b*it, confla*b*it, inhia*b*erunt. *c* pro *t*: condi*c*io, senten*c*ia, exaecio, par*c*ium, supersti*c*io, mili*c*ia, conven*c*io, ul*c*io, reveren*c*ia, li*c*ium, po*c*iuntur. *c* pro *ch*: eu*c*iciano. *c* pro *g*: a*c*itatum, pro*c*rammate. *c* pro *qu*: anti*c*um. *co* pro *quo*: *co*tidie, *co*que (quoque), *co*s (quos). *t* pro *c*: spe*t*ialiter, auda*t*ia, offi*t*iis, suppli*t*io, falla*t*ie, benefi*t*io, provin*t*ia, iudi*t*io, suffi*t*iant, perni*t*ies. *d* pro *t*: dereliqui*d*, a*d*que. *t* pro *d*: apu*t*, se*t*, aliqui*t*, qui*t*. *b* pro *p*: ba*b*tisma, praescri*b*tum. g pro *c*: agrioris. *quu* pro *cu*: exe*quu*tio, exe*quu*tus. Aliis vv. literae additae sunt: em*p*tum, adsum*p*tio, solem*p*niter, adtem*p*tandi, condem*p*natio, sanc*t*imus, sanc*x*imus, arc*h*ariis, *h*is (is), *h*isdem, hi*i*, *h*ii, querel*l*arum, rep*p*ulisse, op*p*inio, arc*h*adius, sup*p*ellectilem, arc*h*emus, co*h*ire, co*h*ercitus, co*h*itionis, ad*h*ipiscendum, o*b*miserit, am*m*issio, vel*l*it, scismat*h*ici, nichil *h*ominus, *h*usus, *h*ac,

Quartus codex octonis mai. scriptura saeculi XI. exaratus [31]) sine dubio e Bobiensi [32]) in Regii Taurinensis Athenaei bibliothecam translatus est, ubi propter minutos literarum Longobardicarum ductus pessimumque nonnullarum membranarum habitum, et quia nota Coenobii Bobiensis in primo folio lacerato periit, iacuit adeo despectus atque contemptus, ut a triumviris, qui Catalogum Taurinensium codicum conscripserunt, ne commemoraretur quidem, et nostra demum aetate a Peyrono examinaretur. Is iam adolescens codicem pervolverat, et recentiori scripturae antiquiorem subesse animadverterat; sed cum atramentum evanidum et literae delitescentes vix permitterent, ut intenta oculorum acie ex universo codice quattuor continentes versus legi possent, de vetere scriptura ad lucem revocanda non cogitavit, donec anno MDCCCXX., chimici succi vim in Tulliano Palimpsesto expertus, eundem succum huic quoque codici adhibuit. Et statim quidem vidit, quanti hoc κειμήλιον, quod Codicem Theodosianum augeret, faciendum esset, sed tamen puri sermonis latini amore incensus, primum in fragmenta Ciceronis explananda edendaque incubuit, hisque prelo paratis demum animum ad Codicem Theodosianum appulit. Ita factum esse videtur, ut non omnes membranas Codicis Theodosiani fragmentis refertas ederet, sed triginta tantum, quarum tredecim [33]) ad priores quinque libros pertinent, una fragmentum libri sexti adhuc incognitum exhibet, reliquae eundem librum et praeterea VIII., IX., XI., XIII., XIV. diversis scripturis illustrant. Nam abhinc quinque annos clar. Vesmius quattuordecim alias eiusdem palimpsesti membranas, quas Peyronus, dum reliquas edidit, in volumine aliquo bibliothecae suae seposuerat et postea ex eo depromere oblitus erat, ibidem invenit [34]), quibus duo libri, primus et tertius augentur, sexto vero, octavo, nono, decimo et sexto decimo magna diversarum scripturarum suppellex affertur. Supersunt igitur quattuor et quadraginta codicis Taurinensis membranae, quarum series ad Codicis Theodosiani ordinem redacta haec est [35]):

Folium I. continet magnam tit. 1 lib. I. partem, tum initium tit. 2: in his potiorem partem eius de Theodosiano Cod. faciendo constitutionis, quam Clossius Gestis insertam reperit, sed praeterea aliam eiusdem argumenti, atque duas tit. 2 incognitas. Vid. edit. huius p. 98 — 101. Peyron. p. 19 — 42.

Folium II. totum spectat ad tit. 5 lib. I., cuius leges exhibet undecim novas, plerasque cum Ambrosiano cod. communes, duas tamen quae etiam illic deficiunt. Vid. p. 115 — 122. Peyron. p. 43 — 56.

Folia * III. / * IV. } quattuor titulis librum I. augent. Vid. Richteri Annales crit. iurispr. germ. T. I. p. 92.

Folio (III.) V. novem continentur constitutiones ad lib. II. tit. 8 spectantes (cuius etiam tit. numerus in dextra paginae rectae ora conspicitur), in quibus sunt septem novae; tum tit. 9, reiectis spuriis, duabus, initium autem tit. 10 tribus constitutionibus augetur, quae deerant. Vid. p. 207 — 219. Peyron. p. 57 — 73.

Folium * VI., in inferiore parte mutilum, titulum de Sponsalibus et ante nuptias donationibus (III, 5) auget. Cf. Richter l. c.

Folium (IV.) VII. (in cuius superiore ora pagina recta notatus conspicitur: *lib. III.*, pagina aversa: *thcod.*) in fine libri III. versatur, exhibens postremam partem eius tituli, qui nunc 30 est, tum duos titt. a Visigothis plane omissos. Unde quinque constitutiones cognoscuntur in Cod. Theod. olim desideratae. Vid. p. 345 — 356. Peyron. p. 74 — 84.

---

*h*origo, *h*abundare, *h*ortum, *h*ulciscendae, *e*scevi (saevi), af*f*rica, legit*t*ima, sepulc*h*ri; aliis demtae: *tr*aciarum, ort*o*doxarum, *a*ve, o*p*ortuna, mi*l*ibus, co*h*ibentiam, e*x*pectat, e*x*poliare, e*x*ortes, ort*o*rum, ortatur, *a*rum, *a*c, *a*bitacula, vi*l*icus, i*l*ico, ca*t*olice, mul*t*a, *sc*isma. Cognoscitur ex his, quae sit aliorum multorum verborum scriptura; hoc addam scribi etiam: a*d*ligi, a*d*gregari, a*d*ponere, du*m*taxat, u*m*quam, nu*m*quam, aquilega, pro*ph*ana, qūr (cur), i*n*possibilis, i*n*ponere, i*n*licita, qui*p*piam, qui*e*quam. 31) Sic *Peyronus*, praef. p. 10; at *Wenckius*: „*codex formae octonariae, scriptura saeculi XI exaratus.*“ Sed si recte vidi, membranae quadruplicatae sunt, formae igitur quartae, quam vocant. Quod si ita est, octo uno quaternione comprehendebantur. Ceterum quae de Taurinensibus et Vaticanis membranis disserui, maximam partem hausi ex Peyroni, Maii et Wenckii praefatione. Mihi enim iis uti non licuit. 32) Cf. *Peyronus*, praef. p. 13 et *Eiusdem Commentatio de Bobiensi bibliotheca*, praemissa *Ciceronis Orationum pro Scauro pro Tullio et in Clodium fragmentis ineditis etc.* Stuttgard. et Tubing. 1824. 4. p. XXVIII. 33) Mero errore a Peyrono in praefat. p. 14 *quattuordecim* commemorari, iam Wenckius vidit. 34) Cf. *Carlo Vesme del Codice Theodosiano e di alcuni frammenti inediti del medesimo da un manoscritto palimpsesto della R. Università di Torino*, in libro, cuius titulus est: *Estratto dal Subalpino, Giornale di Scienze, Lettere ed Arti*, quem (deest enim annus) anno 1836 editum esse puto, et cum Germanis communicavi in *Richteri* Annalibus (*Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft*), Tom. I. Lipsiae 1837. p. 91. 35) Ordinem membranarum Peyronianarum iam *Wenckius* l. c. praef. p. XIII — XVII. restituit. Iis interposui membranas a Vesmio inventas. Ut prima specie discerneretur, quae a Peyrono indagatae et editae, quae a Vesmio inventae essent, illas uncis inclusi, his asteriscos praefixi, qua ratione pristinus illarum ordo per se cognoscitur. Neque vero omnium membranarum, quas Vesmius invenit, prima et ultima verba indicare potui.

Folio (V.) VIII. (rursus notis: *lib. IIII.* et *theod.* instructo) tit. 6 lib. IV., ad quem totum spectat, quinque constitutionibus novis ornatur, quarum tamen duae sunt mutilae. Vid. p. 371 — 378. Peyron. p. 85 — 95.

Folium (VI.) IX. (iisdem quibus antecedens notis munitum) ad tit. 8 eiusdem libri pertinet, nec praeter unius constitutionis incognitae fragmentum quicquam nisi nota repraesentat. Vid. p. 381 — 394. Peyron. p. 96 — 104.

Folium (VII.) X. (simili orae inscriptione decorum) clausulam tit. 11, qui male antea 9 fuit, inque ea duas constitutiones novas, tum tit. 12 octo constitutionibus auctum ostendit. Vid. p. 401 — 407. Peyron. p. 105 — 116.

Folio (VIII.) XI. (praenotato: *lib. V. — theod.*) pars tit. 4 lib. V., tum quintus ac sextus paene integer leguntur, duaeque constitutiones cognitis accedunt. Vid. p. 460 — 465. Peyron. p. 117 — 126.

Folia (IX.) XII. (Peyron. p. 127 — 137); (X.) XIII. (ib. p. 138 — 149); (XI.) XIV. (ib. p. 150 — 156); (XII.) XV. (ib. p. 157 — 168); (XIII.) XVI. (ib. p. 169 — 175) pertinent ad partem deperditam libri V. (qui hucusque in titulo 12 desinebat), puta ad ius agrarium. Saltem XIII. (decimum) folium et notas: *lib. V. — theod.* in superiore margine, et in dextra ora indicium: *T. XIII.* gerit: ceteris autem et numeri legibus adscripti ac chronologia, et argumenti similitudo proximum hisce locum assignant, quamvis intermedia multa deesse concedendum sit. Quibus quinque foliis, quorum duo, XIV. (XI.) et XVI. (XIII.) sunt dimidiata, triginta tres constitutiones continentur novae, sed partim admodum mutilae. Verum enim vero haec folia non satis recto ordine videri a Peyrono composita, quodque ille XV. (duodecimum) fecit, XIII. (decimo) appropinquandum, XIV. (undecimum) autem postremo loco collocandum esse, iam docuit Wenckius. Vid. infr. p. 478 — 502 et inprimis p. 489, not. *c*.

Folium (XIV.) XVII. incipit a supplemento tit. 4 lib. VI. iam commemorato, unde anteriorem folii partem Peyronus repraesentavit, quem vide p. 176 — 179, nostrae autem editionis p. 531 — 533.

Iam ceterorum foliorum, e quibus lectionis tantum varietatem Peyronus p. 182 — 192 collegit, ego vero clar. Vesmii beneficio multas novas scripturas profero, materia haec est:

Folio (XV.) XVIII. continuatur antecedens; incipit enim a vv.: *rintpraefecturam* lib. VI. tit. 8, c. 1, et desinit in vv.: *insinuatparemgradumcumconsu*, tit. 10, c. 1.

Folii (XVI.) XIX. principium sunt vv.: *protinusexequidebent*, obvia lib. VI. tit. 22, c. 3, finis in vv.: *inofficiispubliciseipostferendu*, eod. tit. c. 8.

Folium * XX. incipit a literis: *itisenatoria*, lib. VI. tit. 24, c. 8, et pergitur in eo usque ad vv.: *cumulamusutint*, lib. VI. tit. 26, c. 4. Vid. p. 561, not. *xx*.

Folium (XVII.) XXI. incipiens a vv.: *datXVIKiunmodestoetarintheoss*, lib. VIII. tit. 4, c. 12, desinit in vv.: *soloadq.statussuireddat*, ibid. c. 22.

Folii (XVIII.) XXII. initium est: *illiquiddederit*, e lib. VIII. tit. 5, c. 7, exitus: *amputarioportere-decernimusquemmaxime*, c. 16 eod. tit.

Folii * XXIII. prima vv. sunt: *tarditasnulla*, lib. VIII. tit. 5, c. 33, ultima: *Constpl.Anthonio*, c. 39 eod. Vid. p. 727, not. *zz*.

Folium * XXIV., quod incipit a vv.: *itumternosmovere*, c. 49 eod., terminatur vv.: *propublicafact*, c. 59 eod. Vid. p. 735, not. **.

Folii (XIX.) XXV. dimidiati pagina recta incipit a vv.: *quodeiparetsciatseXXXlibris*, eod. tit. c. 62, desinit in vv. c. 65: *deincepsusurpantiumpraesumptionib.*; aversa autem pagina inchoatur verbis: *literissuasubscribtione*, tit. 6, c. 1, finitur in vv.: *ordocustodiendusestutpr....*, tit. 7, c. 1.

Folio (XX.) XXVI., quod huic olim adhaesit, continuatur eadem lex, vv.: *ficiositquiprimusinconsequendo*: extrema vv. leguntur: *officiiinquoparentvocabulocense.....*, c. 12 eiusd. tit.

Folii * XXVII. prima vv. sunt: *necquicquam*, eiusdem tit. c. 12, et pergitur usque ad vv.: *sedparidilegen*, c. 21 eod. Vid. p. 748, not. *v*.

Folium * XXVIII. incipit a v.: *decernimus*, lib. VIII. tit. 8, c. 5, et pergitur in eo usque ad vv.: *transirepermittantDat.III*, lib. VIII. tit. 10, c. 2. Vid. p. 756, not. *.

Folii (XXI.) XXIX. initium tale est: *nisisubeatinscribtionisvinculum*, e lib. IX. tit. 1, c. 11. Ea vero pars, quae c. 15 sequitur, propter literas prorsus evanidas legi amplius non potest.

Folii (XXII.) XXX. prima vv. sunt: *olentiaecausamexaminarepraecipimus*, lib. IX. tit. 10, c. 3; extrema: *quisquiscummilitibusvel*, quibus inchoatur tit. 14, c. 3.

Folium * XXXI. continet lib. IX. tit. 19, c. 4 inde a vv.: *proiudicismotussententiam*, usque ad tit. 21, c. 6 vv.: *nonnullosflaturariosmai*. Vid. p. 883, not. *t*.

Folium * XXXII. quod maucum est, incipit a vv.: *solumfructumpropriae*, c. 10 eod., et terminatur c. 1, tit. 24 eiusd. libri. Vid. p. 891, not. *.

Folium (XXIII.) XXXIII. incipit a vv.: *tinimicusdatpridKnou*, lib. IX. tit. 34, c. 6, desinit in vv.: *desideriouicquisquis*, tit. 36, c. 1.

Folium (XXIV.) XXXIV. incipit a vv.: *usquieosanteccdathcredilalc*, lib. IX. tit. 42, c. 9, desinit in vv.: *sifortecumproscriblibonismixtas*, ibid. c. 15.

Folium *XXXV. incipit a vv.: *ullapravitatecorruptum*, lib. IX. tit. 43, c. 1, terminatur vv.: *somnumintratemp*, lib. IX. tit. 45, c. 4. Vid. p. 961, not. *ff*.

Folii *XXXVI. prima vv. sunt: *AadAemilium*, lib. X. tit. 8, c. 1, ultima: *saepiushabilahor*, lib. X. tit. 9, c. 2. Vid. p. 988, not. *.

Folium (XXV.) XXXVII. lacerum et maximam partem evanidum, priores tit. 7, lib. XI. leges comprehendit, cui adhaesisse videtur.

Folium (XXVI.) XXXVIII., quod incipiens a vv.: *debitoribusinmincrculpereeplis*, lib. XI. tit. 7, c. 16, desinit in vv.: *rationabiliterintellexcri*, tit. 8, c. 3.

Folii (XXVII.) XXXIX. dimidiati pagina recta incipit a vv.: *nisiurismulieribusautem*, desinit in vv.: *citranostramconscientiam*, lib. XIII. tit. 11, c. 3; aversae principium est: *peraequatorisaecusct*, ibid. c. 4, exitus: *contraiudiciumculminis*, c. 6.

Folium (XXVIII.) XL. incipit a lib. XIV. tit. 3, c. 5, desinit in c. 13 cod., sed valde evanidum est.

Folium (XXIX.) XLI. incipit a vv.: *npcteuodiou̅eo̅ss*, ibid. c. 18, desinit in vv.: *prodiucrsitate loeorumctte......*, tit. 4, c. 2.

Folium (XXX.) XLII. quod huic adhaesit, incipit a vv. eiusd. legis: *practiadandasuntnisi*, sed adeo evanidum est, ut vix aliquae voces legi possint.

Folium *XLIII. incipit a v.: *cognoseant*, lib. XVI. tit. 10, c. 24, et complectitur reliquas C. Th. constitutiones usque ad finem eius. Vid. p. 1626, not. *x* et p. 1630, not. *v*.

Folium *XLIV. indicem titulorum lib. XVI. continet. Cf. Diss. mea de Const. a Sirmondo editis p. 13.

Recens codicis scriptura exhibet res gestas Alexandri Macedonis ab *Aesopo Graeco* descriptas, quas *Iulius Valerius* latine interpretatus est et Angelus Maius e codice Ambrosiano primus edidit [36]). In primo libri folio detrito atque evanido ex integro operis titulo vix nomen *Aesopi* reliquum est, totusque liber ab amanuensi indocto tam mendose scriptus, ut cum pariter atque omnem recentiorem membranarum scripturam Peyronus spreverit, et Maium specimen varietatum lectionis non moratum esse narraverit [37]), quamquam Maius aliter iudicavit [38]). Posuit igitur Peyronus industriam in enucleanda antiqua scriptura [39]), qua Codicem Theodosianum prodi intellexerat. Tribuit eam primis saeculi sexti annis. Codicem enim Theodosianum in Italia neque ante annum CCCCXXXVIII. scribi potuisse, neque videri post annum DLIV., quo Iustinianus libros suos in Italiam miserit, amplius descriptum esse. Accedere rationes partim ex palaeographia partim ex orthographia ductas. Maius tamen septimi potius saeculi scripturam esse putat [40]), quae dissensio in re tam subtili tolli nequit, nisi accurate inspectis membranis comparatisque cum aliis vetustis codicibus. Verba in illo codice continenter scripta sunt, nonnullae literae, *d*, *e*, *h*, *m*, *q*, iam rotundatae sunt; nullae diphthongi occurrunt, nulli literarum nexus. Saepe enclitica particula *que* et terminatio *bus* siglis *q*. et *b*., puncto igitur apposito expressae sunt; raro etiam Peyronus vidit in fine versuum impositam extremae vocali lineolam, quae absentiam consonae notaret, uti *omniu̅*, nulla denique vocabula, praeterquam in epigraphis legum et subscriptionibus paucisque aliis locis decurtata offendit.

---

36) *Iulii Valerii res gestae Alexandri Macedonis translatae ex Aesopo Graeco. Prodeunt nunc primum edente notisque illustrante Angelo Maio.* Mediolani Reg. typis 1817. 8. Adiunctus est liber *Itinerario Alexandri*, quod idem vir perillustris eodem anno edidit. Cf. etiam *Classicorum Auctorum e Vaticanis codicibus editorum cur. A. M.* Romae 1835. 8. T. VII. p. 61 sqq. 37) Praef. p. 11. 38) Dicit enim aliquot codicis Ambrosiani suaeque editionis lacunas hinc suppleri posse. Vid. *Virgilii Maronis interpretes veteres* etc. *edente notisque illustrante Angelo Maio.* Mediol. Reg. typ. 1818. 8. (ad f. *Philonis de cophini festo et de colendis parentibus*). Ibi in Appendice praefationis p. XXXVIII. ita *Angelus Maius*: „*Ante quam lectorem dimitto neque ingratum neque inutilem nuncium ei afferam, de Iulii Valerii, a me superiore anno editi supplementis, in antiquo codice superstitibus. Editionis meae duae sunt amplae lacunae, prior in exordio libri primi, altera post dimidium secundi. Iam vero per autumni praeteriti ferias quum Augustam Taurinorum accessissem, ibi vir eximius, amicus meus, Amedeus Peyronus ostendebat mihi codicem membraneum saeculo circiter XII. scriptum, praefixo titulo: Iulii Valerii* etc. *Is codex magnam quidem sui partem amisit, ea tamen quae superest, illi omnino loci sarciuntur, qui ex Ambrosiano codice exciderunt, exceptis fortasse paucis versibus aut vocabulis, propter aliquot damna, quae Taurinensi item codici acciderunt.*" 39) Imaginem scripturae Peyronus libro suo addidit. 40) Nam l. c. p. XXXIX. ita pergit: „*Illud mirum est, quod Iulius Valerius Codici Theodosiano superinductus fuit. Videbatur autem mihi Theodosiani Codicis scriptura saeculi circiter septimi, a Symmachiana codicis Ambrosiani parum abludens, diversa tamen a Codice, si bene memini, Theodosiano item bis scripto, quem animadverti Veronae.*" In quibus notandum, inquit *Wenckius*, primo Symmachi Ambrosiani et huius Theod. Cod. scripturam, si specimina a Maio et Peyrono proposita inter se conferas, admodum diversam, ac mihi certe Taurinensem antiquiorem videri; deinde Veronae non Theodosianum sed Iustinianeum Codicem rescriptum extare, de quo vid. *Goeschen Praefat. ad Gaium* p. LXVII. sq. coll. p. LXXI. sqq. primae edit., ubi specimina etiam exhibentur, in secunda editione omissa, quam vide p. LXVI. sq. Adde *Frid. Blume, Iter Italicum* Vol. I. p. 262 sq. *F. A. Biener, Beiträge zur Revision des Iustinianischen Codex.* Berlin 1833. 8. p. 50 sq.

In orthographia multa esse, quae antiquam aetatem indicent [41]), affirmat. Si qua constitutio in medio versu terminatur, reliquum eius spatium vacuum est. Margines membranarum plus minusve detonsi sunt, unde versuum primae literae in pagina recta, ultimae in pagina aversa desunt; nonnulla etiam folia discissa atque truncata in superiore vel inferiore ora aut omnino ita trita sunt, ut vix legi possint. Ipsius tamen Codicis Theodosiani fragmenta inesse in iis, quamquam rubrum titulorum literis, quantum discerni possunt, maioribus scriptorum plerisque in locis erasum sit, nec legi nec restitui possit, forma operis et multae leges iam dudum editae, quin etiam ipsa librarii nota in superiore quorundam foliorum ora, maxime in extremo libro III. conspicua demonstrant [42]). Ceterum in hoc quoque codice emendando corrector operam posuit, punctis vel literis ad mendosos locos additis [42 a]). Utrum vero idem ille scholia, quorum alterum in margine folii octavi minutis literis scriptum est, alterum in margine folii primi ... *nipuidultum* ... *sum exemplum* ... *graec lib. V*, adiecerit *), an alius id fecerit, equidem ignoro [42 b]).

Sed praeter has triginta membranas tres alias alterius palimpsesti Peyronus invenit inter Bobienses schedas. Recens scriptura continet Collationes Patrum, veluti *Conlationes Ab. Pafnutii*, tum illas *Ab. Danihelis*, in quibus sermo est *de tribus abrenuntiationibus de concupiscentia carnis et spiritus*, et Peyrono saeculi decimi videtur esse. Ei subest scriptura ampla, rotunda, pulchre picta [43]), quae libri XIV. et XVI. Codicis Theodosiani fragmenta exhibet. Hanc Peyronus sexti, Wenckius [44]) septimi saeculi esse putat. Verum non solum Taurinensis, sed etiam Vaticana bibliotheca fragmenta veterum Theodosiani libri codicum locupletavit. Contigit enim clar. Maio, ut in Vaticano palimpsesto VMDCCLXVI. undecim ampla Codicis Theodosiani folia, quibus complicatis librarius numerum spatio minore duplicaverat [45]), inveniret. Ea Peyronus tribus illis membranis Taurinensibus paria esse coniicit, in qua re non solum Maium [46]) consentientem habet, verum etiam Wenckium. „Suadet id, inquit Wenckius [47]), et veteris scripturae, si specimina intuearis, similitudo, et novitiae in argumento ductibusque concentus, et Bobiensis origo communis, denique nobilissimorum editorum in ea re consensus [48]). Taurinensium autem trium membranarum, e quibus spicilegium Peyronus p. 193, 194 exhibuit, materia haec est:

Fol. I. incipit a lib. XIV. tit. 3, c. 5, ideoque eiusdem ferme argumenti est, quod in prioris palimpsesti folio XXVIII. legitur, sed adeo evanidum, ut paucae tantum lectionis varietates delibari inde possint [49]).

Fol. II. incipit a vv.: *ecclesiasticisobtinendosest*, lib. XVI. tit. 2, c. 23, finem autem eius Peyronus annotare neglexit.

Fol. III. incipit a vv.: *sequiadquehabitareiubeantur*, lib. XVI. tit. 3, c. 1, et finitur in c. 3, tit. 5.

Iam cum undecim ampla Codicis Theodosiani folia sint in palimpsesto Vaticano complicata *), etsi singulorum materiam, quia Maius paginas tantum codicis sui in margine adlevit, accurate describere non possimus, ipsa tamen variarum lectionum quam inde collegit seges probat, nullam ex istis undecim membranis, quae omnes incidunt in libros XIV., XV. et XVI. Cod. Theod., congruere cum Taurinensium foliorum argumento: quo ipso non parum confirmatur opinio, disiecti codicis membra per Vaticanam atque Taurinensem bibliothecam sparsa esse."

Ambrosiani codicis fragmenta inedita Clossius vicesimo quidem huius saeculi anno reperit, sed sequenti demum anno, quo alterum iter Mediolanum fecit, in chartas suas transscripsit [50]). Paucis annis ante

---

41) Inter alia pro*b*ocatio, gra*b*atio, apu*t*, se*t*, neclexit, prae*u*endas, mo*u*ilia, a*d*que, co*n*nbio, neglegentes, intell*e*git, leg*e*timi, rep*p*erit, co*h*ercitio, i*n*plendas, i*n*pleant, i*n*lustris, co*n*latio, co*n*modo, co*n*petit, co*n*missi, co*n*pendia, diocesis, interpr*ae*tati, pr*ae*ces, qui*a*eta, c*ae*pta, sc*ae*nica, compr*ae*hensus, rescri*b*ta, praescri*b*tio, ad*i*cimus, *h*ii, pascae, epi*f*aniae, en*f*ateutici, en*f*iteutici, geno*f*ilo, dagalai*f*o, chirogra*f*o, solle*m*nes, du*m*taxat, con*h*ibentia, temp*t*averit, condicio, ex*p*ectare, ex*t*iterit, *e*stimat, po*e*nitus. Neque vero librarius sibi constitit. 42) Cf. c. 2 de Praed. minor. (III, 32), not. *b*. 42[a]) Sed remanserunt menda. Cf. inter al. IV, 8, 4, not. *t*, *z*, *e*; c. 5 eod., not. *o*, *y*, *r*, *y*; c. 6 eod., not. *m*; IV, 11, 6, not. *o*, *p*; c. 7 eod., not. *t*; c. 8 eod., not. *x*, *y*, *a*; IV, 12, 2, not. *d*, *e*; c. 3 eod., not. *g*; c. 6 eod., not. *t*; c. 8 eod., not. *b*, *c*; c. 9 eod., not. *f*. Ut in duabus membranis, ex quibus haec menda, quae multis aliis augere facile est, protuli, ita in reliquis saepe librarius erravit. Interdum etiam totos versus omisit. Cf. VIII, 7, 10, not. *h*. *) Cf. etiam IX, 24, 1, not. *d*. 42[b]) Quin membranae a Vesmio inventae eiusdem indolis sint, non dubito. Tamen de iis accurate dicere nequeo, cum praeter ambitum earum et diversam scripturam, quam continent, certi nihil sciam. 43) Cf. Specimen, quod *Peyronus* aeri incidendam curavit. Memorabile est quod pro *qu* scribitur *q'*, v. g. *aliq'id*, *q'i*. 44) Secutus esse videtur hac in re ill. *Maium*. Vid. not. 46. 45) Cf. *Giornale Arcadico*. Roma. Settembre 1821. p. 366 et *Iuris Civilis Anteiustinianei | Reliquiae Ineditae | Ex Codice Rescripto | Bibliothecae Pontificiae Vaticanae | Curante | Angelo Maio | Bibliothecae Eiusdem Praefecto. | Romae | In Collegio Urbano Apud Burliaeum | M. DCCC. XXIII.* | 8. p. XX. Saeculi prope VII. folia esse dicit Maius. 46) In Iuris Civil. Anteiust. Rel. p. XII. 47) In Codicis Theodosiani praefatione p. XVIII. sq. Repetii Wenckii vv., quia opinionem eius, cui assentior, brevius complecti non potui, quam ab ipso exposita est. Assentitur etiam clar. *Schroeter* l. c. p. 336. 48) Cf. *Peyronus* in praef. p. 18, in *Annotatt. ad Inventarium librorum S. Columbani de Bobio* adiectum *Ciceronis fragmentis* citt. p. 155 et in praemissa Commentat. *de bibliotheca Bobiensi* p. XXVI. *Maius* l. c. p. XII. 49) Nonnulla, quae *Peyronus* legere non potuerat, eruit clar. *Vesmius* mecumque communicavit. *) *Maius* l. c. p. XX.: „*Undecim quippe ampla folia sunt, quibus in palimpsesto complicatis librarius numerum spatio minore duplicavit.*"
50) Antequam ea Clossius edidit, apographum codicis in meum usum feceram. Eo potissimum in mea editione usus sum.

ex eodem libro ab ANGELO MAIO, insignis eruditionis et industriae viro, edita erant scholia ad quattuor orationes Ciceronis [51]). Codici duo folia praefixa sunt, in quorum altero dicitur [52]) emptus esse codex iussu *Cardinalis* FRIDERICI BORROMAEI, bibliothecae Ambrosianae ineunte saeculo decimo septimo conditoris. Haec sequuntur diversi argumenti opera: 1) Ciceronis de Officiis libri tres; 2) Ciceronis orationes quattuor in L. Catilinam, pro M. Marcello, pro Q. Ligario, pro Rege Deiotaro cum scholiis ad quartam Catilinariam et ad tres reliquas orationes, quae omnia Maius saeculo X. scripta esse dicit; 3) Iustiniani Institutionum libri quattuor [53]); 4) (fol. 144 — 161) Legis Romanae Visigothorum sive Breviarii Alariciani pars; denique 5) Rhythmus in assumptione virginis Mariae, cui in aversa penultimi folii pagina gallico literarum ductu haec subscripta sunt: *hanc prosam attuli de mōt agut in fest'. s̄. Katine ano MCCXII' ab IC'n'l' dn̄i* [54]). Iam quod Breviarii partem attinet, eam librarius auxit constitutionibus ipsius Codicis Theodosiani [55]). Ac primum *Gesta in Senatu urbis Romae anno CCCCXXXVIII. de recipiendo in Occidente Codice Theodosiano* descripsit, quibus ad historiam Codicis optime illustrandam interposita est constitutio de Theodosiano Codice faciendo, anno CCCCXXIX. data; tum sequitur Valentiniani III. constitutio de exemplaribus Codicis Theodosiani per constitutionarios publica fide muniendis. Eam excipit index titulorum Cod. Theod., quatenus Breviario continetur, incipiens a const. *de Theodosiani Codicis auctoritate*, atque continuatus usque ad finem libri XVI. Qui quidem index, paucis exceptis, conspirat cum eo, quem exhibuit Sichardus: libro tamen primo inter eorum titulorum, qui adhuc quintus atque sextus erant, rubricas novem alias addit in Breviario omissas, quas librarius largiore marginis spatio relicto, a ceteris distinxit; duas praeterea in fine libri XVI. commemorat, quae neque in Breviario neque in Codice inveniuntur. Indicem sequitur ipsa *de Theodosiani Cod. auctoritate* constitutio. — Singulis legibus supposita est interpretatio Gothica. Sed primo post eam legem, quae tit. 3, lib. I. sola est, sequuntur duae leges, manifesto ad quartum tit. referendae; tum ubi nunc quintus tit. incipit, duae, post eam autem, quae nunc tertia est, antea unica erat, novem constitutiones leguntur, in Breviario omissae, quas librarius ab iis, quae ad illud corpus spectarent, ubique vacuo duarum linearum spatio relicto diligenter discrevit. Mox ubi quintum titulum desinere argumentum prodit, quadraginta et tres constitutiones novae sequuntur, in novem rubricas, quas soli indici debent, ab editoribus distributae. Denique ii tituli, qui sextum septimumque locum adhuc occuparant, iam vero quintus atque sextus decimus sunt, rursus viginti et duabus constitutionibus, antea in Codice Theodosiano frustra quaesitis, locupletantur. Ceteri autem tituli libri primi, pariter ac quattuor priores libri II. (nam in vv. *proponat et* interpretationis c. 6 *de Denunt. vel edit. rescripti* (II, 4) subito desinit librarius) non aucti sunt praeterque diversam scripturam novi nihil exhibent. Quae autem caussa fuerit, cur librarius alios titulos novis rebus augeret, alios intactos relinqueret, iis etiam quos supplet titulis, ut iam ex Taurinensibus membranis intelligitur, non omnes quae desunt, sed quasdam constitutiones adderet, denique cur inchoatum opus tam mature derelinqueret, nemo certo dixerit *). Equidem auguror librarium, quia ultima duo folia, quibus paullo post alius Rhythmum inscripsit, vacua reliquit, non plura invenisse in codice, quem describeret, mutilum igitur codicem in manu habuisse. Quod si ita est, non ex authentico aut veteri ipsius Codicis Theodosiani exemplo constitutiones in Breviario omissas recepit, sed ex Breviarii Alariciani aliquo exemplo, in quod aliunde translatae erant, unde fortasse orta est magna mendorum copia, quibus codex contaminatur. Forma eius quadrata est. Membranae complent XXI fasciculos [56]), inde ab Institutionibus numeratos et corio fusco indutos. Illa pars, quae Breviarium Alarici continet, ex membranis constat laevigatis, admodum luridis et crassis. Singulae paginae in binas columnas divisae sunt, columnae in duodequadragenos versus [57]). Intercolumnium et singulos versus lineae stylo impressae definiunt, pariter atque margines, qui lati quidem sunt, sed tamen notis et scholiis vacui. Si qua constitutio

---

51) *M. Tullii Ciceronis trium Orationum* etc. *fragmenta inedita* etc. *edebat Ang. Maius.* Mediol. typis Ioannis Pirotae 1814. 8. p. 127 — 136. *M. Tullii Ciceronis sex orationum partes ante nostram aetatem ineditae* etc. *Editio altera quam — — recensuit* etc. *Angelus Maius.* Mediolani Regiis typis 1817. 8. p. 190 — 200, 208 sq. 52) In aversa secundi folii pagina haec a rec. manu scripta sunt: *Cic. de officiis Ej'sd. in Catil. orationes pro M. Marcello, Ligario et Deiotaro. item Imp. Iust. Institut. Rithmus in assumptione Mariae virginis. Hic codex duplici constat charactere, quorum primus, quo Ciceronis opera scripta sunt, est antiquissimus. Emptus Mediolani iussu Ill.*^mi^ *Cardinalis Frederici Borrh. Ambros*^ae^ *biblioth. fundatoris.* 53) De qua codicis parte cf. *Prodromus Corporis iur. civ. a Schradero, Clossio, Tafelio edendi.* Berol. 1823. 8. p. 53, n. LXXXI. 54) *Clossius* praef. p. XXI. id peccat, quod ultima lineola, quae pro puncto est, inductus MCCXIV scribit, nam illo tempore non *XIV* sed *XIIII* scribebatur; deinde quod *sc'n't* legit haecque sigla *ab sancta nativitate domini* interpretatur, ubi leg. est *ab incarnatione domini*. In qua terra fuerit *Mons Agut*, multis verbis Clossius disputat. Cum literarum ductus ii sint, quos Galli scribere solebant saeculo XIII., eum montem in Gallia fuisse et locum significari puto, qui hodie *Montaigu* dicitur. Quare non dubito, quin patria codicis Gallia sit. 55) Quae sequuntur de partibus huius Breviarii, deprompsi paucis mutatis ex Wenckii praef. p. VII — IX., qui Clossii verba contraxit. *) Cf. *Clossius* l. c. p. XXVI. Is vero *librarium pleniorem genuini Codicis Theodosiani librum pro se habuisse* opinatur. 56) Accurate de hac re agit *Clossius* praef. p. XVII. 57) In folii sexti paginae secundae columna secunda, in qua terminatur const. de Theod. Cod. auct., lineae post nonam omnes vacuae sunt et quattuor priores sequentis paginae. In nonnullis paginis sunt 39 aut 40 versus.

in medio versu desinit, in reliquo versu nihil scriptum est. Versus literae minutae, fractae et contortae occupant, quae nec elegantes sunt nec multum discrepant ab ea literarum specie, quam codices saeculo XII. in Gallia scripti prae se ferunt *). Atramentum palluit. Prima inscriptionum, proximi ab iis verbi, interpretationum litera maiori forma a reliquis distincta est et milto picta, paucis locis exceptis, ubi pictor eam non coloravit. Eadem cura in indice titulorum adhibita est primis titulorum literis, usque ad XVIII. libri noni titulum, post quem omnino desunt **). Rubra titulorum librorumque extra indicem spatio relicto omissa sunt, nisi quod post clausulam: *Expliciunt Tituli ∻ Lib' Teodosiani* rotundis literis scriptam rubrica *De theodosiani codicis auctoritate* adest. Nonnunquam etiam literae *r* et *s* rotundam formam habent ***). Picturis aut alio ornamenti genere codex non decoratus est; sola prima Gestorum et c. 1 de Constit. princ. (I, 1) litera rubro colore et altitudine eminet. Rasurae raro deprehenduntur, ubi vero deprehenduntur, corrigendi caussa factae sunt. Quod reliquum modum scribendi attinet, librarius voces in extremo versu tum lineola adiecta tum sine ea abrupit, interpunctionibus etiam verborum („ ; .) sine delectu usus est. Orthographiam [58]) et compendia scribendi [59]), quorum magna copia est, Clossius exposuit. Cum utraque re codex non multum differat a codicibus in Gallia saeculo XII. scriptis, non opus est quicquam addere; eorum enim multi ad nos pervenerunt.

Ut codices ita editiones in classes describi possunt, sed priusquam classes describantur, de habitu editionum eodem, quo in publicum prodierunt [60]), ordine breviter dicendum est, praesertim cum in editionum expositione nonnullas classes necesse sit commemorari. Et primi quidem editores, Petrus Aegidius [61]) et Ioannes Sichardus [62]), ille anno MDXVII., hic a. MDXXVIII. Breviarii Alariciani codices, quibus utebantur,

---

*) Falso eas Clossius Longobardicas esse dicit. Scripturae codicis imaginem, quae in Clossii editione est, delineavit *Blume.* **) Librorum rubra spatio relicto desunt, desunt etiam numeri titulorum. ***) Etiam subscriptionum primae literae rotundatae sunt, similiter post punctum librarius crebro eandem formam literarum adhibet. Ceterum vid. infr. Gesta de Rec. C. Th., not. *b* et *i*. 58) Crebro *c* pro *t* ponitur (in syll. *cio*, *cium*) et *e* pro *ae*, *d* pro *t* (posse*d*), *f* pro *ph*, aut demtae sunt literae (*e*lioni, ad*i*cere, sub*i*cere, a*s*ercio, s*c*olasticae etc.) aut additae (comit*t*are, et*h*iam, ni*c*hil, *h*abunde). Reliqua ad morem saeculi XII. facta. Dicendum est, multa mendose et corrupte scripta esse; nihil corruptius nominibus propriis. Cf. Clossius l. c. p. XXX., XXXIII. 59) Exprimuntur siglis ~, ⸝, ∘, ;,). Notabile est compendium ꝑ, quo librarius utitur, ut diversa significet. 60) Vid. Signorum explicationem p. IV. et V. a v. *Aeg.* — *W.* 61) In fronte libri haec sunt: „*Summae Sive Argumenta Legum Diversorum Imperatorum, Ex Corpore Divi Theodosii, Novellis Divi Valentiniani Aug. Martiani, Maioriani, Severi, Preterea Cai et Iulii Pauli Sententiis Nunc Primum Diligentissime Excusa Caesarei Iuris Studiosis Utilitatem Allatura Non Mediocrem, Ex Vetustissimo Archetypo. — Cum gratia et privilegio. A Caesare Max. Aug. Et Carolo Aus. Hispaniarum Rege. — Magnifico D. Ioanni Sylvagio Burgundiae Cancellario Petrus Aegidius Anverpiensis S. D.*“ Sequitur praefatio, in cuius fine additur annus: *Anverpiae Idibus Februarii anno supra millesimum quingentesimo decimo septimo.* Post haec: *In Christi Nomine Incipit Praefatio Legum Romanarum. Autoritas Alarici Regis.* In quarta demum pagina incipit Elenchus Titulorum, qui complet novem folia non numerata. Summae ipsae impressae sunt in quattuor et quadraginta foliis, quorum 21 priora complectuntur Codicem Theodosianum. In extremo libro scriptum est: *Apud Theodoricum Martinum Alustensem.* Anno M. D. XVII. Libri forma maior est, neque vero maxima (*klein Folio*). Cf. *Hugo*, *Index Editionum Fontium Corporis Iuris Civilis* (post *Iulii Pauli Sententiarum Recept.* edit. Berol. 1795. 8.) p. 123. *Kämmerer*, *Beiträge zur Geschichte und Theorie des Röm. Rechts.* T. I. p. 227—235. *Car. de Savigny*, *Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter.* T. II. p. 59 (ed. II.). Berol. 1834. 8. 62) In fronte libri haec sunt: „*Codicis Theo | dosiani Li | bri XVI. | Quibus Sunt Ipsorum Prin | cipum Autoritate Adie | ctae Novellae. | Theodosij. | Valentiniani. | Martiani. | Maioriani. | Seueri. | Caij Institutionum lib. II. | Iulij Pauli Receptarum sententiarum lib. V. | Gregoriani Codicis lib. V. | Hermogeniani lib. I. | Papiniani Tit. I. | Hiis Nos Adiecimus Ex Ve | tustissimis Bibliothecis, eò quod ad ius civile pertinerent, et al | terius etiam responsa passim in Pandectis legerentur, | L. Volusij Metiani de Asse. | Iulij Frontini lib. de Controuersijs limitum, | cum Aggeni Vrbici Commentarijs. | Excudebat Basileae Hen | ricus Petrus, Mense | Martio, Anno |* M. D. XXVIII. | *Cum gratia et privilegio Caesareo.*“ | Praefatione, quae sequitur, librum dedicat *Serenissimo Ferdinando, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regi, huius nominis primo, Infanti Hispaniae, Archiduci | Austriae, Duci Burgundiae, Styriae, Principi optimo, | atque potentissimo, Io. Sichardus.* Scripta est praefatio *Basileae, Mense Martio* e. a. Tum sequitur Titulorum index. Ea omnia sex plagulas complent. Codex Theodosianus 84 folia occupat. Custodes et signaturae adsunt. Alucinari nonnunquam bonum Sichardum in praefatione, iam alii viderunt: inter alia haec dicit: „*Theodosii — exemplũ, eius dico cuius nunc nos Codicẽ sub tui no | minis auspicio ꝓferimus veluti ex orco, Sereniss. Rex, non possum nõ probare, , qui | alia via ingressus gregarios quosdã iuris civilis autores in ordinẽ coëgit, nonnullorũ | autẽ dignitatẽ pretiũꝗ suspiciendũ in sublimi constituit: omniũ tamen scriptis nihilo | minus in medio relictis — Quae — Caij, Pauli, Grego | riani, Hermogeniani adiecimus, ea coniunctim quoꝗ; in omnibus, quos in hunc diẽ | vidimus codicib. legebanť, quae sunt haud dubie a Theodosio in unũ cumulũ cõge | sta hoc animo, ut esset quasi promptuariũ, unde Praefecti iudiciorũ, si res postularet | haurirẽt, quae in quavis causa ad dirimẽdas lites adferrent momentũ. Maluit eñ pu | dentissimus Princeps aliena legi, quam hijs loco motis sua substitui. — Quas* (interpretationes) *nõ possumus equidẽ alias nobis in animũ inducere, quàm | Principũ autoritate loco paratitlorũ adiectas fuisse, quorũ in edicto suo Iustinianus | quoꝗ meminit.*“ Extremo libro unum folium adiectum est, in cuius pag. adversa (p. 178) haec leguntur: „*Cum iam supremã operi manũ essemus impositurі, Humaniss. lector, | commodũ ad nos est aliud exemplar è bibliotheca Augustensi opera Si | gismundi Ilsungi allatũ, ad quod cũ priores tres terniones, quos benefi | cio Ioan. Cochlaei humanissimi viri è bibliotheca Mogontinẽsi obtinu | eramus, contulissemus, deprehendimus quaedã non indigna notatu. Ea, | ne vel ulla parte nos cessasse volentes*

descripserunt, commentariis autem aliove modo leges illustrare neglexerunt, nisi quod Sichardus nonnullorum codicum, quos consuluit, diversam scripturam in margine enotavit et corruptos locos emendare studuit [63]. Menda librariorum retinuerunt, plerumque etiam compendia et reliquos modos scribendi [64]. Indicem titulorum adiecerunt, et Sichardus quidem duplicem, alterum ante totum Codicem, alterum, qui solus apud Aegidium est, ante singulos libros. Memorabile est, Aegidium Commonitorium Alarici habere, sed mutatum paullulum, Sichardum id omittere, hunc vero Novellam Theodosii de Auctoritate Codicis Theodosiani Codici praefigere. Inscriptiones et subscriptiones Aegidius omittit omnes, plurimarum etiam legum verba; contra Sichardus libros manuscriptos secutus interpretationem, addito v. „*Interpretatio*" constitutionibus subiecit. TILIANAE editionis a. MDL. pervulgatae duae partes sunt, quarum prior [65] Codicis Theodosiani octo priores libros a Visigothis in breve compendium contractos complectitur, sed emendatos [66] et notis in margine diversam codicum scripturam indicantibus instructos, altera reliquos exhibet, et ipsius quidem Codicis Theodosiani [67]. Illa ex CXXIII [68] paginis constat, haec ex DLXXX [69]; illa dicata est Lectori [70], haec Io. Bertrando, quod nonnulli eo detorserunt, ut a Bertrando locupletiorem Codicis Theodosiani editionem factam esse dicerent [71]. In reliquis utraque pars convenit; nam in utraque Tilius titulorum indicem sive elenchum praemisit, interpre-

---

criminari queas, adiecimus. Caete | ra vero emendatiora paulo ex Argentoralensi et Morpacensi biblio | thecis mutuati sumus. Vale." Sequitur diversa scriptura, eam haec vv.: „*Caetera sunt emendatiora Excudebat*" etc. (ut supra). Cf. *Hugo* l. c. p. 130 sq. *Savigny* l. c. p. 64.

63) Cf. c. 7 C. Th. de Diversis rescr. (I, 2), not. *l*; c. 3 C. Th. de Responsis prud. (I, 4); c. 1 C. Th. de Off. iud. omn. (I, 19), not. *; c. 3 C. Th. de Iurisdict. (II, 1), not. *u*; c. 3 C. Th. de Dilationibus (II, 7), not. *t*; c. 1 C. Th. de Dolo malo (II, 15), not. *g*; c. 1 C. Th. de Iudiciis (II, 18), not. *c*; c. 1 C. Th. de Inoff. dot. (II, 21), not. *p*; c. 3 C. Th. de Incestis nuptiis (III, 12), not. *m*; c. 6 C. Th. de Administr. tut. (III, 30), not. *p*; c. 1 C. Th. de His, qui a non domino (IV, 9), not. *z*; c. 7 C. Th. de Custodia reor. (IX, 3), not. *u*; c. un. Si quis solidi (IX, 22), not. *e*; c. 14 de Metallis (X, 19), not. *b*; c. 5 de Censu (XIII, 10), not. *m*. Apparet ex his saepius esse emendatos priores libros quam posteriores. In commemoranda scriptura diversa Sichardus crebro intermittit codicem indicare.

64) Interpretationes diligentius edidit Sichardus quam constitutiones. Duarum legum tituli de Dilationibus (II, 7) et unius de Incestis nuptiis (III, 12) solas interpretationes habet. Cf. etiam VIII, 15, 2, not. *q*.

65) In fronte illius haec leguntur: „*E Libris Constitu | tionum Theodosii A. | Libri Priores Octo | longè meliores quàm adhuc circumfe | rebantur: sed ab Alarico rege Got | thorum ita deminuti, ut vix de | cima pars in his hodie appa | reat corū quae in Theo | dosiano codice con | tinebantur. | Posteriores octo integri, nunc primùm | post. M. annos in lucem revocati à Io. Tilio | Engolism. | Dicati | Io. Bertrando. V. C. Curiae Pa | risiorum praesidi, et ab interiori consilio Henrici. II. | Galliae regis optimi maximi. | Cum privilegio Regis et Curiae. | Parisiis. | Apud Carolam Guillard sub sole aureo, et Gulielmum | desboys sub cruce alba, via ad divum Iacobum. | M. D. L.*" | Libri forma octava est eaque minor. Alterius partis frons ita se habet: *E Libris Constitutio | num Theodosii | Libri Posteriores | — maximi |* (ut supra) *Parisiis. | M. D. L. |* In dedicatione huius partis *Io. Bertrandus vocatur V. C. Regis consiliarius, et summae Curiae praeses.* Titulum libri ineptum dicit *Hugo*, *Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts seit Justinian.* 3. Aufl. Berlin 1830. 8. p. 240 et p. 230.

66) Potissimum inscriptiones et subscriptiones priorum librorum em. sunt. Tilius hac de re sic: „*Caeterū hoc quicquid est, ex magno reliquū | opere, cū antiquis manu scriptis exēplarib' | ditigēter collatum, magna ex parte correxi | mus, et praestantius ꝙ Germanica editio* (intelligit Sichardi editionem, Aegidii librum non videtur vidisse) *ha | beret, reddidim'.*" — Multa alia se editurum esse promisit quidem in eadem praefatione, neque vero fidem solvit: „*Quamꝗ autē quicquid hoc est operae à | praecipuis nostris sacrarū literarum studiis | semotum est, speramus tamen nos edituros | aliquādo propter summum in bonas literas | studiū, adnotaciunculas quasdā non inuti | les, cū in has constitutiones, tū in ipsum Iu | stiniani Augusti codicem, quem lōgè inte | griorem ꝗ adhuc erat, brevi reddemus, ut | post Florētinas pandectas his diebus publi | catas, constitutiones itidē imperatorias in | melius restitutas habere possis. Et si per ociū | liceat, unà Cōsulum catalogum multò ecr | tiorem et instructiorem edemus. — Hoc volumine veterum Imperatorū | quod reliquum est, totum complexi sumus: | alterum tibi de veterum Iurisconsultorum | scriptis paramus.*" Cf. *Hugo*, *Lehrbuch der Geschichte* etc. p. 230. Idem vir perill. accurate de hac editione disserit in Indice cit. p. 137 sqq. Diligenter eam a Gothofredo collatam esse, nego. Custodes et signaturae adsunt.

67) Illis titulis exceptis, quos extremo libro XVI., cum codex, quo uteretur mancus esset, Tilius ex Br. Al. adiecit, titulum dico de Apostatis et de Religione.

68) Exc. titulo, praefatione, titulorum indice, Commonitorio, quae omnia sex folia explent. Memorabile est in aversa demum folii sexti pagina esse Commonitorium; duas autem paginas, adversam eiusdem folii paginam et aversam folii quinti nihil continere.

69) Non computato titulo, praefatione et elencho titulorum, quibus sex folia complentur.

70) „*Io. Tilius Engolism. Lectori: Quia posteriores*" etc. Scripta est haec praefatio *Lutetiae Parisiorum XV. Kal. Maias MDL.*, altera eod. l. XI. *Kal. Decemb. MDXLVIIII.* Videtur igitur posteriori demum impressae parti prior adiecta esse.

71) Putavit *Brunnquell* in Hist. iur. Rom. p. 202 a *Io. Bertrando* C. Th. eodem anno eademque forma editum esse. Cf. *Ritter*, praef. C. Th. Tom. I. fol. V. pag. avers., qui editionem illam comparare summe studuit: „*Magnum etiam me tenuit desiderium*, inquit Ri., *videndae conferendaeque editionis, quam Ioan. Bertrandum Parisiis* 1550. *in* 8. *edidisse Cl. Brunnquellus in histor. Iur. ex Biblioth. Duboisiana pag.* 445. *refert, frustaneam tamen in ea quaerenda collocavi operam.*" Cf. *Hugo* in Indice, quem dixi p. 139 et *Lehrbuch der Geschichte* etc. p. 230. *Suadente Bertrando* et *quia hoc illi gratum esset*, se Codicem Theodosianum edidisse dicit Tilius: „*Quia posteriores octo libros Theo | dosii Augusti Cōstitutionum, qui | soli in manus nostras pervenerūt, | ut in lucem proferremus Io. Bertrandus. V. | C. Curiae Parisiorū praeses voluit, visum est | eadē opera priores reliquias librorum, quos | Alaricus Gotthorū rex olim contraxerat, ut | mutilas partes integris membris adiūgere,*" | — (in praef. poster. partis) „*Accedit etiam, quòd E. Ranconetus, cum quo mihi à puero | communia semper fuerunt studia, tecumq; familiaritate et | officiis cōiunctus est, affirmavit opus tibi gratū fore.*"

tationem Visigothorum omisit [72]), lacunas stellulis indicavit, tacite locos corruptos emendavit [73]), et summam in edendo Codice, in posterioribus potissimum libris, diligentiam adhibuit. Utrum Raneonetus Tilium adiuverit, quod quidem a nonnullis video affirmari, diiudicare nequeo [74]). Proxima editio priores DXXV [75]) paginas eius voluminis complet, in quod Iaeobus Cuiacius a. p. C. n. MDLXVI. fontes Iuris Anteiustinianei, qui tum noti essent, congessit [76]). Composuit eam tum ex iis, quae Stephanus Charpinus et P. Pithoeus contulerant [77]), tum ex iis, quae vel Io. Tilius et Sichardus in eommune contribuerant, vel ipse recenter invenerat aut ex aliis iuris libris deprompserat. Conglutinavit igitur Breviarium Alariei et veri Codicis Theodosiani libros atque fragmenta. Illud maximam priorum quinque librorum partem occupat, in reliquis non dispieitur, nisi si interpretatio inculcata est. Eodem modo, qui postea totum Codicem Theodosianum ediderunt, praeter Beekium, qui Tilii ratione egit, Breviarium adiecta interpretatione cum Codice commiseuerunt. Interpretationem igitur a Tilio omissam Cuiacius denuo apposuit [78]), emendationes autem Tilii saepe neglexit [79]), Sichardum potius secutus, quem vero hic et illic correxit *). Inde a quinto libro aut eodices expressit, quibus utebatur, aut Tilium, neque vero sibi omnino constitit, saepe mutans et compendia seripturae et orthographiam. Laeunas, potissimum libri VI., VII. et VIII. aut asteriscis indicavit, et pluribus quidem, si quam amplam offenderat, aut intervallo,

---

72) Praef. prior. part. „*Rescidimus prae | terea illas interpretationes, quas Alaricus, | aut certè Anianus quidā eius Cācellarius, | qui has leges cōponebat, adiecerat: ꝗ parum | utiles visae fuerint, aut aliis è locis repeterē | tur.*“ Graviter hoc tulit *Ritter* l. e.: „*De Tiliana parum fui sollicitus, cum viderem, Gothofredum excerpsisse, quae erant digna notatu, valdeque ego semper doluissem, reiectas in ea, nesciu quo fato, interpretationes a Gothis subiectas legibus.*“ Commonitorium a *Tilio* appellatur *Alarici Gotthorum regis praefatio ἀνεπίγρα | φος, quā praeposuerat breviario Theod. Cod.* Primus etiam seribit *Theodosiani Codicis*, non *Codicis Theodosiani*. 73) Modeste Tilius „*Nec verò*, inquit, *hanc primam vetustissimi libri editionem prorsus erratis carere affirmare ausim.*“ 74) *Götting. gel. Anz.* 157. St. d. 4. Oct. 1830. p. 1564. „*Von Ranconnet, von dem ja ein Kenner sagt, er habe zuerst die wahren Quellen des römischen Rechts eröffnet* (intelligitur *de Thou*, qui Raneonetum dicit *primum veros iuris romani fontes aperuisse*), *doch wohl weit er es war, der bisher ganz unbekannte Bücher, worin echtes Vorjustinianisches Recht stand, die Titel von Ulpian und den halben Theodosischen Codex, zu der Ausgabe seines Freundes Tilius bearbeitete, mag der Verf. wohl so wenig wissen*“ ete. Cf. not. 71. 75) Non veniunt in numerum a) Frons libri, in cuius aversa parte est *Familiae Redingerorum Δεῖγμα* et *Extraict du privilege du Roy*; b) Praefatio („*Nobilissimo Et | Ornatissimo Et Omni | Virtutis Atque Eruditionis | Genere Praestantissimo Viro | D. Io. Redingero Silesio | Iac. Cuiacius S. | — Bituri | gis Kalend. Mart.* | 1566.“ |); c) Praefatio Siehardi; d) Praefationes Tilii et ad C. Th. et ad Ulpiani fr.; e) *Elenchus Auctorum | Ex Quibus Hoc Volumen | Congestum Est*; f) *Index Titulorum Codicis | Theodosiani ex ordine librorum descriptus* |; g) Typographi exeusatio ad Lectorem, Errata et in aversa pagina eiusdem folii h) Commonitorium, quae omnia 12 folia, numeris non deseripta explent. Etiam in extremo volumine quinque folia sine numeris sunt, cum Notis *Iuris a Magnone et Valerio Probo Collectis*. 76) Haec sunt in fronte libri: *Codicis | Theodosiani | Lib. XVI. Quam Emen | Datissimi, Adiectis | Quas Certis Locis Fece | Rat Aniani Interpre | tationibus. | Ex his libris nunc primùm integri prodeunt* VI. VII. | VIII. XVI. *Ceteri aucti sunt innumeris Constitutionibus. | Novellarum Theodosii, | Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi, Libri V. | Cum Aniani interpretationibus. | Ex his etiam Novellis multae tenebris auferuntur. | Tituli ex corpore Codicis Gregoriani et Hermogeniani, et mutto plu | res, quam prioribus editionibus haberentur. | Ex Gaij Institutionibus Liber. | Iulij Pauli Receptarum Sententiarum ad filium lib. V. cum Aniani | interpretationibus, et auctiores et castiores quàm antea fuerint. | Tituli ex corpore Ulpiani. | Volusii Maetiani de partibus assis, Liber. | Papiani Liber Responsorum: qui etiam nondum fuerat editus. | Item Notae Iuris, à Magnone collectae. | Haec omnia curante Iacobo Cuiacio. | Lugduni, | Apud Guliel. Rovillium, | Sub Scuto Veneto. | M. D. LXVI. | Cum privilegio Regis ad novennium.* | Cf. *Hugo* in *Indice* eit. p. 146 sq. et *Barkow*, *Lex Romana Burgundionum*. Gryphiswaldiae 1826. 8. p. IV. Custodes et signaturae adsunt. Forma libri maxima est. Initiales, quas dieunt, primae singulorum titulorum constitutionis literae maiores sunt et linearum ductibus atque figuris ornatae, quas sequentes etiam totius C. Th. editiones, praeter Ritterianam et Beekianam habent. Falso *Gothofredus* ad III, 12, 3, not. *h Parisianam Anno* 1566 C. Th. editionem commemorat et in *Bibliotheca Iuris* p. 64 Codicem Theodosianum a Cuiacio *Lutetiae in fol. A. D.* 1566 editum esse seribit. Errasse Gothofredum *Ritterus* reete contendit, quicquid *Hugo* in Indiee cit. p. 151 obloquitur. Neque me movet *Brunnquelli* et *Hofackeri* (Princ. iur. civ. Rom. Germ. T. I. §. 59, p. 49) auctoritas; nam ex Gothofredo pendent, praesertim cum Brunnquellus in prima Hist. iur. rom. editione anno 1727 divulgata Parisinam quidem C. Th. edit. anni 1586 eommemoret, neque vero Lugdunensem anni 1566. Errorem *Heineccii*, qui hanc editionem Gregorio Tholosano tribuit in Syntagm. Antiq. Prooem. §. 21, correxit *Hauboldus* et refutavit eel. *Berriat-Saint-Prix* in vita Cuiacii. 77) Praef. ad Reding.: „*Sed desudauimus magis in eo | Constitutionum corpore, quod Imp. Theodosij nomine conditum est, malè la | cero quoad potuimus reficiendo et conglutinando — unde vix solus profectò quiuissem expedire me, et tot ad eam rem | praestare quot desiderabantur adminicula, nisi me optimorum et doctissimo | rum virorum benignitas et in iuris studiosos propensissima voluntas adiu | uisset, è quibus primam gratiam habeo à Stephano Charpino homini mire | studioso et erudito et probo, à quo inventi et proditi sunt hi libri VI. VII. | VIII. Constitutiones perelegantes de S. C. Claudiano et Novellarum, | quae desunt notitiam, contulit ultrò Petrus Pitheus. — Cetera vel nos contulimus, vel iam ante | Io. Tilius et Io. Sichardus praestantissimi dignitate et doctrina viri, veluti | lege Rodia iacturae sarciendae causa in commune contribuerant.*“ Vid. infr. not. 188. 78) Eod. l.: „*Pene oblitus sum dicere Aniani interpretationes, ubi erant, non indignas existimasse me quae apponerentur: et ubi non erant, quae reponerentur.*“ Vid. not. antee. In reponenda interpretatione nonnunquam lapsus est. Vid. infr. not. 188. 79) Potissimum inscriptiones et subseriptiones a Tilio emendatas. *) v. g. in duobus libri secundi titulis, sexto et septimo, quorum leges ad verum ordinem revocavit.

quod versibus abruptis descripsit [80]), aut formula, quam addidit: „*Desunt quaedam*“ [81]); minores autem interque eas, quae originem ducerent ex margine codicis Charpini arroso, maximam partem tacite supplevit. Diversam codicum scripturam et coniecturas suas in ora versuum, ad quos pertinerent, posuit, crebrius vero in prioribus quinque libris quam in posterioribus. Errorum nonnunquam magna copia est [82]), etsi volumen nitore typorum et chartarum commendatur et ut omni modo excelleret, magna cura provisum videtur esse. Paullo post Cuiacius alteram Codicis Theodosiani editionem paravit. Complectitur ea priores DXXIX paginas voluminis, quo libri Iuris civilis Anteiustinianei Parisiis a. MDLXXXVI. collecti et locupletati sunt [83]). Sed minoris aestimanda est quam prior. Nam praeter unam legem nihil fere novi ad Codicem accessit [84]), nec differt ab illa nisi emendationibus [85]), quibus Cuiacius locos corruptos libri XVI. potissimum, in quo alium

---

80) Vid. c. 4, 5 C. Th. de Matern. bonis (VIII, 18). 81) v. g. post c. 33 C. Th. de Praetoribus (VI, 4). 82) v. g. XIV, 2, 1, not. *t*; XIV, 4, 2, not. *g* et 6, not. *. 83) In fronte libri haec sunt: *Codicis | Theodosiani | Libri XVI. | Imppp. Theodosij, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Leo | nis, Severi et Anthemij Novellae Constitutiones. | Tituli ex corpore Codicis Gregoriani. | Tituli ex corpore Codicis Hermogeniani. | Adiectae sunt suis locis Aniani V. S. interpretationes. | XII. Tabular. Fragmenta. | Fragmenta ex libris Institutionum Gaij. | Eiusdem Gaij Institutionum epitome. | Volusij Metiani de Asse liber singularis. | Fragmentum ex Papiniani libro I. Responsor. | Iulij Pauli Sententiarum receptarum libri V. cum Aniani | interpretationibus. | Eiusdem Pauli Fragmentum ex lib. II. Institutionum. | Domitij Vlpiani Regularum liber singularis. | Fragmentum ex Modestini libro III. Regularum. | Lex Dei, sive Mosaïcarū et Romanarū legum velus collatio. | Consultatio veteris cuiusdam IC. | Fragmentum ex Dosithei Magistri Grammatica. | Stemma quemadmodum hereditates lege redeant. | Burgundionis IC. qui Papiani Responsorum titulum | praetulit, liber. | Notae Iuris à Magnone collectae. | Notae Iuris ex Valerio Probo. | Omnia ex veteribus libris auctiora aut emendatiora, | curante Iac. Cuiacio. | Parisiis. | Apud Sebastianum Nivellium, sub | Ciconiis, via Iacobaea.* | CIϽ. IϽ. XXCVI. | *Cum Privilegiis Caesareae Et Regiae | Maiestatis.* | Vv. *curante Iac. Cuiacio* desunt in nonnullis exemplis, meo etiam (ubi vero pro *praetulit* legitur *praefert*), quare nonnulli negarunt, hanc editionem Cuiacio deberi. Cf. *Hugo* in Indice cit. p. 162—169. Errorem *Barkow* l. c. p. VII. exemplis inspectis refutavit. Zizense quoque, quod Reinesius possedit, verba illa habet. Fuerunt igitur aliis exemplis alii tituli praefixi. Constat haec editio ex duabus partibus, quarum prior 644 paginis constitutiones imperatorum, posterior 152 paginis *Veterum Iurisconsultorum Reliquias* et *XII Tab. Fragmenta* comprehendit. Forma libri maxima est. Adsunt custodes et signaturae. Primum locum prioris partis tenent folia viginti, in quibus paginarum numeri non inscripti sunt, sed insunt: 1) Frons libri; 2) Praefatio ad priorem editionem; 3) pars Epistolae Cuiacii ad Ranconetum in Notas suas ad Libros V Sententiarum Pauli; 4) Praefatio Sichardi; 5) Praefationes Tilii ad C. Th.; 6) Praefatio Pithoei ad Novellas; 7) Almarici Bouchardi ad Paullum et Gaium; 8) Tilii ad titulos Ulpiani; 9) P. Pithoei ad Collationem LL. Mos. et Rom. (vv. quae in fine sunt: „*Ex eiusdem praefatione P. Pithoei in Notas suas*“ in exemplo meo charta obducta sunt); 10) Eiusdem in Notas suas ad Collationem; 11) *Tituli Codicis Grego | riani Omissi Post Titulos | Novellarum Restituendi;* 12) *Summa Privilegii Imperatorii — Pragae undecima die mensis Februarij, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. | Subsignat. Rudolphus. | Ad mandatum sacrae Caesareae maiestatis proprium. Aercenberger;* 13) *Extrait du Privilège du Roy* e. a.; 14) *Extraict des Registres de Parlement* e. a. (irrogata sunt haec privilegia editioni Operum Cuiacii, quam curavit Seb. Nivellius), in cuius fine haec legnntur: *Achevé d'imprimer le* 15. *iour de Mars, l'an de grace | mil cinq cens quatre vingts et six;* 15) *Index Titulorum | Codicis Theodosiani Ex | Ordine Librorum Descriptus;* 16) *Index Novellarum Impp. Theodosij, | Valentiniani, Martiani, Maioria | ni, Severi et Anthemij;* 17) *Tituli Codicis Theo | dosiani Per Literarum Se | riem Dispositi;* 18) *Index Legum Novel | larum — Per seriem litterarum digestus;* 19) Commonitorium. Is igitur, qui editionem fecit, praefationem non scripsit. Quod *Hugo* l. c. p. 164 dicit, *in margine paginae* 73. *ad C. Th. IV.* 13. *const.* 2. *legi allegationem „Cuiac.* 18 *obs. c.* 28.“ *at papyro eam obductam esse*, id in iis quidem, quibus usus sum, exemplis factum non est. Idem l. c.: „*Atius*, inquit, *tamen quidam ICtus huic editioni praefuerit necesse est, admonitiones enim ad lectorem indici et fragmentis XII tabularum adiectae Parisiis datae sunt, ubi tunc temporis Cuiacius non commorabatur.*“ Quem in mente habeat Ictum, declarat in libro cit. *Lehrbuch* etc. p. 313: (*Franz Pithou — hat höchst wahrscheinlich die Sammlung des vorjustinianischen Rechts von* 1586 *besorgt, welche den Namen von Cuias führt*). At ea sententia de posteriore parte libri vera esse videtur, neque vero de C. Th. Certe in libro XVI. adhibitus est codex, quem Cuiacius tractavit. Ceterum priori editionis parti post Cod. Hermog. s. pag. 644 tria supplementa hic primum adiecta sunt: 1) *Magistratuum, Digni | tatum, Ceterorumque Officio | rum Et Vocabulorum Insigniorum Quae In | Gregorian. Hermog. atque Theodosiano Codicibus | et Novellis reperiuntur, Index fidelissimus;* 2) *Index capitum ex Breviario Aniani quae in iure | Pontificio aliis tributa leguntur;* 3) *Chronologia Om | nium Constitutionum Impe | ratoriarum, quae in his III. Codicibus et Novellis referuntur, | servata Consulum, mensium et dierum ratione. | Adiecta est brevis earum Constitutionum et Novellarum, quas | in suum Cod. Iustinianus retulit, collatio.* Complent haec supplementa 51 folia, quae numeros non habent; sequuntur deinde alia 19 folia numeris non signata, sed ad posteriorem partem pertinentia. 84) Accessit nihil nisi titulus de Off. vicarii, cum una lege, quae nunc ultima est. 85) Etsi non sunt in m. prioris ed. Cf. I, 5, 3, not. *s*; XIV, 3, 20, not. *a*; XIV, 3, 21, not. *g*; XV, 1, 1, not. *c* et c. 9 eod., not. *r*. Contra saepe repetuntur, quae in m. Cui. 1 sunt; alia tacite recepta sunt aut mutata. Cf. v. g. I, 5, 3, not. *t*; I, 16, 14, not. *i*; I, 17, 1, not. *d*; I, 18, 1, not. *t*; I, 19, 2, not. *b*; I, 21, 2, not. *d*; II, 1, 1, not. *b*; II, 1, 4, not. *g*, *i*; II, 1, 8, not. *z*, *a*; II, 1, 9, not. *c*; II, 1, 10, not. *z*; II, 1, 11, not. *e*; II, 2, 1, not. *e*; II, 4, 1, not. *d*; II, 6, 1, not. *q*; II, 6, 3, not. *f*; II, 19, 4, not. *d*, *e*; II, 25, 1, not. *r*, *s*; II, 27, 1, not. *h*, *l*; II, 33, 3, not. *n*. Alia omnino omittuntur, v. g. II, 1, 1, not. *z*; II, 1, 4, not. *h*; II, 4, 2, not. *s*; II, 4, 6, interpr. v. *proponat;* II, 8, 1, not. *q*; II, 18, 1, not. *z*; III, 13, 2, not. *; III, 17, 2, not. *o*; IV, 8, 5, not. *t*; XVI, 2, 43, not. *l*; XVI, 5, 8, not. *t*. Alia in m. huius demum ed. adiecta sunt; cf. II, 4, 1, not. *t*; III, 15, 1, not. *f*; IV, 13, 2, not. *p*; VI, 2, 10, not. *q*; IX, 7, 7, not. *g*; IX, 27, 4, not. *u*; XIII, 11, 6, not. *q*; XVI, 1, not. sup. et XVI, 2, not. sup.; XVI, 2, 38, not. *y*; XVI, 2, 42, not. *y*; XVI, 2, 44, not. *k*; XVI, 5, 6, not. *f*; XVI, 5, 13, not. *z*; XVI, 5, 17, not. *o*; XVI, 5, 37, not. *g*; XVI, 5, 54, not. *n*; XVI, 6, 4, not. *c*; XVI, 10, 10, not. *a*. Praeterea eo differt haec

etiam codicem adhibuit [86]), correxit. Et id quidem tacite plerumque fecit [87]). Tot autem sunt menda, ut operarii librum formosis literis splendidaque charta nitentem deformaverint [88]). Editionem, quae Parisiis anno MDCVII. curante Iac. Cuiacio facta esse dicitur, nihil esse nisi Parisinam anni MDLXXXVI., sed mutata fronte, dudum Hugo luculenter demonstravit [89]). Eodem anno MDLXXXVI. alia editio Corporis Iuris Anteiustinianei Aurelianae Allobrogum curante, ut titulus libri dicit, Iacobo Cuiacio *) divulgata est, cuius prioribus DXXII paginis Codex Theodosianus comprehenditur [90]). Repetitum esse Codicem Theodosianum [91])

---

ed. a prima Cui., quod saepe punctis neque vero asteriscis vel maiores lacunas indicat, illam autem lacunam, quae est post tit. 4 libri VI., accuratius quam in Cui. 1 factum est, his vv. describit: „*Hic folium integrum deest in authentico.*" Denique ex iis, quae hac de ed. dixi, apparet, quomodo, quod quidem ad C. Th. attinet, intelligenda sint *Hugonis* vv., qui in Indice cit. p. 168: „*Caeterum*, inquit, *nec haec editio notis instructa est, in margine tamen varietas lectionum, auctore non laudato, adscribitur, et si locum corruptum sine novis codicibus sanari posse editor desperavit stellulam in ora lineae posuit. At quo plura emendavit vel supplevit haec editio, eo magis dolendum est de editore eiusque subsidiis ne verbum quidem adiici.*" Id enim ego quoque doleo. Stellulae in ora versus inveniuntur XII, 1, 155; XIV, 3, 18; XIV, 6, 3; XV, 1, 42 et 53; XV, 7, 9; XVI, 5, 44; XVI, 6, 4 (bis); XVI, 8, 19. In tribus illis prioribus locis et in ultimo lacunam demonstrant, in reliquis corruptam scripturam. Illas Cuiacius in prima editione legum verbis interposuerat. Dicendum est praeterea, notis in m. utriusque editionis positis non solum diversas scripturas ex codicibus erutas indicari, verum etiam emendationes Cuiacii, has vero ab illis discerni siglo γϱ. Cf. II, 6, 4; II, 14, 1; III, 1, 1; III, 11, 1.

86) At vero in libro XVI. saepe in peius mutatum est, quod in priore ed. recte se habuit, v. c. XVI, 5, 41, not. *s*.

87) Inter al. vid. XIV, 6, 3, not. *h*; XIV, 24, 1, not. *q*.

88) Nonnulli errores indicati sunt in extrema totius voluminis pagina; multo plures esse perspicitur ex mea ed., in qua omnium editionum errores accurate consignati sunt; cf. VIII, 1, 6, not. *i*; VIII, 1, 7, not. *p*; VIII, 1, 9, not. *h*; XIV, 3, 1, not. *d*; XIV, 3, 21, not. *g*; XIV, 4, 1, not. *y*; XIV, 4, 2, not. *f*; XIV, 4, 8, not. *q*: qui paucarum plagularum errores aliis aliunde petitis facile augeri possunt. Numeri paginarum, titulorum et constitutionum saepe falsi sunt. Miram illam scripturam utriusque editionis *CON* pro *con*, v. g. CONstitutio, CONmissum nonnunquam commemoravi.

89) l. c. p. 178. Frons libri mutata est; ita enim habet: *Codicis* | *Theodosiani* | *Libri XVI.* | *Itemque Impp. Theodosij, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Leonis,* | *Severi et Anthemij Novellae Constitutiones. Tituli etiam ex corpore* | *Codicum Gregoriani et Hermogeniani: Adiectis suis quibus* | *que locis Aniani V. S. interpretationibus.* | *Accesserunt praeterea varia veterum Iuris Authorum Opuscula, quorum* | *Elenchum octava pagina complectitur.* | *Omnia ex veteribus libris auctiora aut emendatiora* | *curante Iac. Cuiacio.* | (expressum est h. l. scutum typothetae) *Parisiis,* | *Apud Viduam Sebastiani Nivellii, sub Ciconiis,* | *via Iacobaea.* | *M. DCVII.* | *Cum Privilegiis Caesareae et Regiae Maiestatis.* | Vv. *Codicis, Libri XVI, Omnia — Cuiacio, Parisiis, Sebastiani Nivellii, MDCVII.* rubro colore impressa sunt. Elenchus ille ipse est, qui in fronte ed. anni 1586 est. Eum typotheta in aversam quarti folii paginam, quae in ed. anni 1586 vacua est, transtulit, quo facto posteriorem epistolae Cuiacii ad Ranconetum, Paulli notis praemissae partem, quae in adversa folii quarti pagina est, iterum typis excudere necesse erat. Reliqua utriusque editionis inter se conveniunt, forma libri, charta et signum officinae, in qua charta facta est, custodes, qui dicuntur et signaturae, paginarum numeri, versuum ambitus, notae margini adiectae, errores. Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin eadem editio sit, sed mutata fronte. At vero diversam scripturam inveni III, 17, 4, not. *k*, ubi in ed. 1586 *Neotetio* est, in ed. 1607 *Neoterio*, et XIV, 16, 1 (utor enim exemplo, quod in bibliotheca Senatoria Lipsiensi est); hanc tamen operariorum potius esse, qui dum imprimebatur liber, menda correxerint, perspicitur ex illo loco, quem in praef. Codicis Gregoriani not. 3 diversum esse in meis exemplis recte equidem dixi, clar. autem *Vesmius* in suis diversum esse negavit. Cf. infr. not. 100.

*) Quis editionem curaverit, utrum Cuiacius, qui in fronte libri nominatur, an alius ficto nomine Cuiacii, incertum est. De Cuiacio dubito; festinanter enim et negligenter liber editus est, contra morem Cuiacii, qui elegantiae, cum libros ederet, studuit, iisque magnam diligentiam impendit. Neque qui vitam Cuiacii scripserunt, hanc editionem a Cuiacio factam esse narrant. Iurisconsulto eam acceptam referri, demonstrant tum ea, quae emendata, tum quae post C. Th. in altera parte libri recens addita sunt. Cf. quae dixi in praefatione Codicis Gregoriani et supra de edd. ann. 1566 et 1586, cum sq. not. et not. 91.

90) Antecedunt quattuordecim folia, quae numeros non habent. In primo haec scripta sunt: *Codicis* | *Theodosiani* | *Libri XVI. Quam* | *Emendatissimi,* | *Cum Aniani In* | *terpretationibus.* | *Novellarum Theodosii,* | *Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi libri V.* | *Codicum Gregoriani et Hermoge* | *niani fragmenta quae restitui potuerunt omnia.* | *Gaii Institutionum liber.* | *IulI Pauli Receptarum sententiarum ad filium* | *libri V. cum Aniani interpretationibus.* | *Papiani liber Responsorum.* | *Ulpiani Regularum liber singularis.* | *VolusI Maetiani de partibus Assis liber.* | *His Recens Accesserunt* | *LicinI Ruffini Collatio legum Iudaicarum* | *et Romanarum.* | *Consultatio veteris cuiusdam Iurisconsulti.* | *Haec omnia curante Iac. Cuiacio.* | (sequitur signum typothetae) *Aurelianae Allobrogum* | *excudebat Iohannes Arnoldus.* | *Anno* M. D. LXXXVI. | Aversa pagina vacua est. In sqq. foliis sunt: 1) Praefatio Cuiacii inscripta Redingero; 2) Sichardi; 3) Tilii altera (deest enim Tilii praef. prior et praef. ad Ulpianum, haec quidem ad Ulpiani fragmenta pag. 98 part. II. translata); 4) *Index Titulorum Codicis* | *Theodosiani ex ordine librorum descriptus* (deest *Excusatio typographi* priori ed. addita); 5) *Elenchus Auc* | *torum Ex Quibus Hoc Vo* | *lumen Congestum Est;* 6) Commonitorium. Libri forma ea est, quam quartam solent appellare. Custodes et signaturae adsunt. Charta crassa est et vilis. Literae minores sunt et nitore carent. Ceterum volumen ex duabus partibus constat, quarum altera 586 (potius 594) paginis Codicem Theodosianum et Novellas, altera 175 paginis Gregorianum et Hermogenianum Codd. una cum scriptis Ictorum comprehendit. Dicendum est etiam Indicem titulorum post Novellas enumeratas paullo differre ab eo, qui in ed. 1566 est. Primo enim loco sunt tituli Cod. Greg. et Herm., deinde Gaii, tum Paulli, Ulpiani, Papiani. Papiani titulis adiiciuntur *Tituli ex corpore Gregoriano huic editioni recens additi* et *Tituli ex corpore Hermogeniano huic editioni recens additi.*

91) Reliquae partes utriusque editionis inter se discrepant. Praefationum alium ordinem esse docet not. antec. Etiam Novellis Valentiniani tres ex Cuiacii Observationibus (XVI, 22 et 23) adiectae sunt: *de Advocatis non perpetuandis; de Afris; de Siliquarum exactionibus.* Quid novi factum sit in Codice Gregoriano et Hermogeniano, accurate demonstravi in illorum Codicum editione. Accedere in extremo libro LL. Mosaicarum (hic *Iudaicarum*) et Romanarum Collationem et Consultationem in fronte libri dictum est; non dictum est accedere *Fragmentum regularum* et *Modestini fragmentum*, quae postremo loco Consultationem sequuntur.

ex prima Cuiacii editione, inter omnes constat. Nulla enim re ex libris Codicis Theodosiani manuscriptis auctus est, contra desunt, quae accesserunt in altera Cuiacii editione; sunt praeterea non solum lacunae eaedem, quas prior Cuiacii editio habet, verum etiam annotationum in m. additarum [92]), emendationum, mendorum denique convenientia atque similitudo, quae inter utramque editionem est, admirationem movet. Neque vero haec editio cum Cuiaciana prima omni ex parte congruit [93]). Etenim is qui Aurelianensem curavit, aliquoties scripturam mutavit emendavitque [94]), interpretationem etsi plerumque falso auxit [95]), Legem Romanam Burgundionum [96]) et Mosaicarum et Romanarum Legum Collationem [97]) ad supplendum Codicem adhibuit, et in interpretatione Sichardum, in posterioribus libris Tilium consuluit. Hunc quoque Codicem operarii multis mendis inquinaverunt *). Omnino cum Aurelianensi editione convenit, quae Lugduni a. MDXCIII. dicitur prodiisse [98]). Consonant enim inter se editiones cum chartae atque literarum qualitate, numeris paginarum, signis, quae custodes et signaturas appellant, mendis denique et notationibus in margine adiectis, tum supplementis, quae in Aurelianensi ex Lege Romana Burgundionum aut aliunde accessisse supra dixi. Eandem igitur esse Lugdunensem editionem atque Aurelianensem, sed mutata fronte libri, apparet. Id vero de solo Codice Theodosiano accipiendum est; nam reliquas Aurelianensis voluminis partes, Novellas potissimum hic et illic in editione Lugdunensi mutatas et plagulis interiectis ex Parisina editione anni MDLXXXVI. auctas esse probaverunt Hugo et Barkow [99]). Verum Codex Theodosianus, cui nihil fere accrevisset in editione Parisina, nullo modo neque mutatus neque auctus est [100]).

Hactenus commemoravi editiones, quae commentariis non instructae sunt. Primus iis Codicem Theodosianum adornavit Iacobus Gothofredus, vir summus, cuius merita de emendando illustrandoque Codice nemo adhuc adaequavit, nedum superavit. Neque vero ei contigit, ut librum suum ipse ederet.

---

92) Aliae mutatae sunt: II, 4, 6, not. *c*; II, 21, 1, not. *r*; V, 7, 2, not. *s*; V, 9, 2, not. *p*; VIII, 4, 13, not. *i*; aliae in m. accesserunt, nonnunquam corrigendi caussa: I, 4, 3, interpr.; I, 5, 3, not. *q*; I, 16, 7, not. *q*; I, 16, 9, not. *h* et *m*; I, 16, 13, not. *b*; II, 1, 8, not. *x*; II, 1, 10, not. *m*; II, 4, 6, not. *h*; II, 18, not. *u*; IV, 2, 1, not. *k*; IV, 13, 2, not. *p*; IV, 22, 4, not. *x*; V, 1, 2, not. *i*; V, 2, not. *c*; V, 11, 1, not. *t*; VIII, 18, 6, not. *; IX, 1, 14, not. *o*; IX, 24, 1, not. *s*; IX, 37, 4, not. *f*; IX, 39, 3, not. *xx*; X, 3, not. *q*; XI, 16, 11, not. *; XI, 39, 5, not. *a*; XIV, 4, 1, not. *y*; aliae ex Sich. et Til. ed. depromptae sunt et legibus admixtae, in Brev. Alar. receptis. 93) Idem sensit *Herm. Noordkerk, diss. de Lege Petronia.* Amst. 1731. 8. p. 140. 94) Cf. not. 92; praeterea I, 16, 13, not. *b* et 14, not. *i*; V, 1, 5, not. *y*; VI, 4, 3, not. *l*; VI, 28, 8, not. *l*; VII, 7, 5, not. *l*; VII, 8, 5, not. *m*; VII, 8, 16, not. *v*; VII, 9, 2, not. *i*; VII, 9, 4, not. *q*; X, 18, 2, not. *p*; XI, 7, 18, not. *q*; XI, 15, 2, not. *i*; XI, 18, 1, not. *f*; XI, 30, 11, not. *a*; XI, 31, 7, not. *i*; XII, 1, 36, not. *i*; XIII, 6, 7, not. *o*; XIV, 1, 5, not. *h*; XIV, 6, 3, not. *q*; XIV, 7, 1, not. *c*; XIV, 15, 5, not. *o*; XIV, 16, 1, not. *b*; XV, 1, 51, not. *m*; XVI, 2, 40, not. *l* etc. Ea partim ex Tilio hausta sunt partim ex Cod. Iust., maximam partem etiam Go. probabilia videntur. 95) Cf. I, 2, 7, not. *x*; I, 18, 1, not. sup.; III, 5, 6, not. *; III, 13, 3, not. *; III, 16, 1, not. *v*; IV, 4, 2, not. *u*; IV, 5, 1, not. sup.; IV, 17, ult., not. *; IV, 18, 1, not. *u*; IV, 22, 2, not. *o*; IX, 9, 1, not. *o*, *q*; IX, 19, 4, not. *m*; IX, 37, 4, not. *ý*; IX, 39, 3, not. *z*; X, 16, 3, not. *i*; XI, 16, 11, not. *b*; XIII, 1, 13, not. *t*, *u*; XVI, 7, 1, not. *k*, quae interpr. partim ex Aeg. partim ex fonte ignoto auctae sunt. 96) Cf. IV, 21, 1, not. *r*; IV, tit. 24. 97) IX, 7, 6, not. sup. *) Solus liber XVI. diligentius expressus est. 98) In fronte libri haec sunt: *Codicis | Theodosiani | Libri XVI. | Itemque Imppp. Theodosii, | Valentiniani, Martiani, | Maioriani, Leonis, Severi et Anthemij | Novellae Constitutiones. | Tituli Etiam Ex Corpore | Codicum Gregoriani et Hermogeniani adie | ctis suis quibusq; locis Aniani V. S. | interpretationibus. | Accesserunt praeterea varia Veterum Iuris auctorum opuscula tam ex | Editione Aurelianensi quam ex Parisiensi postrema | supplemento adiecta. | Quorum Elenchum decima sexta pagina indicat.* | (scuto Fabri, quod h. l. affixum est, inscribitur: *Tractant Fabrilia Fabri*) *Lugduni*, | *Apud Franciscum Fabrum.* | CIↃ. IↃ. XCIII. | Vv. *Theodosiani*, *Itemque* — *Martiani*, *Tituli* — *Corpore*, *Lugduni* rubro colore expressa sunt. Sequuntur deinde 21 folia, quibus numeri non sunt adscripti. Insunt 1) Praefatio Sichardi; 2) Tilii Praefationes ad C. Th.; 3) Praef. Tilii ad Ulpianum; 4) *Elenchus Aucto | rum, Ex Quibus Hoc Vo | lumen Congestum Est;* 5) Praef. Bouchardi; 6) P. Pithoei ad Collationem et repetita in secunda parte p. 140; 7) Eiusdem ad Novellas; 8) Cuiacii ad Redingerum; 9) Eiusdem ad Ranconetum; 10) P. Pithoei in notas Collationis; 11) *Index Titulorum Codicis | Theodosiani ex ordine librorum descriptus* et depromptus ex Aurel. ed.; 12) *Tituli Novellarum D. | Theodosii in Indice omissi | et post paginam* 538 *restituti;* 13) Commonitorium. Constituit igitur typotheta priorum ed. Aur. foliorum, quae C. Th. praecedunt, alium ordinem, in quo constituendo Parisinam quidem editionem ante oculos habuit, neque vero omni ex parte secutus est; omisit etiam indicem titulorum serie literarum dispositum, at indices magistratuum, chronologiam, indices rerum et verborum, qui in ed. Parisina in extrema prima parte additi sunt, ad finem totius libri ante Notas Iuris relegavit. Fragmenta XII Tabb. desunt. Constat editio ex duabus partibus; prior 598 paginis (non computatis plagulis, quae Novellis interiectae, in ora numeros non ferunt) C. Th. et Novellas comprehendit; haec 175 paginis eadem scripta, quae in Aurel. ed. sunt. Ea sequuntur indices, quos dixi. 99) *Hugo* l. c. p. 172—176. *Barkow* l. c. p. VIII. sq. Neque vero intelligo, quae *Hugo* l. c. p. 174 dicit: „*Cum ed. Parisiensi conveniunt haec fere: primo numerus titulorum libri quarti in C. Th. ipso.*" Deest potius in ed. Paris. ultimus titulus, quem Lugdun. ed. habet. Discrepat igitur haec ab illa. 100) In paucis locis utriusque editionis diversitas est, quae nullius momenti est. Cf. III, 8, 2, not. * (Aur. *possessione*, Lugd. *postessione*) et not. *z* (ubi Lugd. om. *XVI.*, quem numerum Aur. in m. habet); XI, 30, 53, not. *b* (Aur. *E noio*, Lugd. *En oio*) et XV, 14, 7 (ubi in Aur. *vaframente* est, sed in Lugd. *vafra mente*). Nuntiavit autem mihi *Vesmius*, suum ed. Lugd. exemplar convenire cum Aur. ed., videri igitur haec menda in officina, dum imprimebatur Aur. ed., a correctore quodam, qui ea animadvertisset, sublata quidem esse, sed remansisse in nonnullis exemplis, quorum frons postea mutata esset. Vid. supr. not. 89.

Prius morte absumptus est, quam absolvisset eum, et fortasse interiisset aut occultus adhuc iaceret, nisi curam, ut ederetur, Marvillius suscepisset [101]) eumque anno MDCLXV. Lugduni divulgasset [102]). Itaque cum et de praestantia et de vitiis editionum dicendum sit, distinguendum esse arbitror, quid Gothofredo debeatur, quid Marvillio. Et Gothofredus quidem, qui intellexisset Codicem Theodosianum insignem fontem esse, ex quo cognosceretur cum iuris privati tum imperii romani status saeculo p. C. n. quarto et ineunte quinto, sed illarum rerum cognitioni nudam Codicis editionem non sufficere perspexisset, per triginta et amplius annos nihil fere egit, nisi ut leges a mendis purgaret, commentariis instrueret et omni modo explanaret. Scripsit igitur Prolegomena [103]), quibus indagavit indolem Codicis Theodosiani et cum Iustinianeo comparavit, tum titulis paratitla et singulis legibus brevem summam, qua argumenta earum exponeret, praefixit, denique

---

101) Quo modo chartae *Gothofredi* manu scriptae ad *Marvillium* pervenerint, incertum est. Ipse *Marvillius* in extrema praefatione „*fatear*, inquit, *me adductum fuisse praevia Authoris dum viveret admo* | *nitione in civitate Parisiensi, ut id officium praestarem, si ante excusum* | *opus, e vivis decederet.*“ *Genevensis* vero ille, qui Marvillii vitam scripsit in Ritteri Codicis Th. ed. (T. I. fol. X^a^.) „*Obierat*, inquit, *Gene* | *vae anno* 1652 *Iacobus Gothofredus Dionysii filius, genuinae illius, ac vere Romanae Iu* | *risprudentiae alter post Cuiacium parens: huius prostabat Bibliotheca satis ampla, et spes* | *erat omnes tum typis editos, tum manu scriptos Codices, brevi distractum iri. Sed ubi pri* | *mum ea res Marvillio innotuit, Genevam accurrit, omnemque hanc tum librorum, tum codicum copiam, una auctione ab heredibus Gothofredi redemit. Non alium certe Gothofredus ipse literariae suae hereditatis emptorem, moriens optaturus fuisset, quive melius ipsius famae consuluisset.*“ Quibus rebus inter se comparatis, Gothofredus quidem videtur vivus a Marvillio petiisse, ut librum suum aliquando ederet, neque vero ei chartas manu scriptas tradidisse, Marvillius autem defuncto Gothofredo fidem ita solvisse, ut commentarios eius emeret ederetque.

102) In fronte libri haec sunt: *Codex* | *Theodosianus* | *Cum Perpetuis* | *Commentariis* | *Iacobi Gothofredi* | *Viri Senatorij et Iurisconsulti huius* | *saeculi eximij.* | *Praemittuntur Chronologia Accuratior,* | *Cum Chronico Historico, et Prolegomena:* | *Subijciuntur Notitia Dignitatum, Prosopographia, Topographia,* | *Index Rerum, et Glossarium Nomicum.* | *Opus Posthumum;* | *Diu In Foro Et Schola Desideratum,* | *Recognitum et ordinatum ad usum Codicis Iustinianei,* | *Opera Et Studio Antonii Marvillii Antecessoris* | *Primicerij in Vniversitate Valentina.* | *Tomus Primus* | (aut *Secundus* etc., nam solo numero inter se discrepant tituli diversorum voluminum. Hoc loco est signum typothetae) *Lugduni,* | *Sumptibus Ioannis — Antonii Huguetan,* | *et Marci Antonii Ravaud.* | M. DC. LXV. | *Cum Privilegiis S. Caes. Majest. et Regis Christianissimi.* | Vv. *Theodosianus, Iacobi Gothofredi, Praemittuntur — Prolegomena, Opus Posthumum, Recognitum — Iustinianei, Tomus Primus, Lugduni, Cum* etc. rubro colore expressa sunt. Forma libri maxima est. Custodes et signaturae adsunt. Divisum est opus in sex tomos. Primus complectitur 1) 30 folia, quae numeros non ferunt. Insunt a) in adversa quidem primi folii pagina vv. *Codex Theodosianus Iacobi Gothofredi In Sex Tomos Divisus,* in aversa eiusdem folii pagina Index eorum, quae priores quinque libri contineant; b) Frons libri; c) Epistola, qua Ant. Marvillius librum regi dedicat; d) Prosperi Aquitanici et Isidori Hisp. testimonia de Codice Theodosiano; e) Praefatio Marvillii, in qua de utilitate Codicis Theodosiani et de editionis ratione disserit; f) Commonitorium; g) *Privilegium Caesareae Maiestatis;* h) *Summa Privilegii Regis Christianissimi;* i) *Series Et Collatio* | *Titulorum Et Constitutionum* | *Codicis Iustinianei,* | *Quae Continentur* | *In Codice Theodosiano;* | k) *Tituli Codicis* | *Theodosiani* | *Per Literarum* | *Seriem dispositi;* 2) CC paginas, numeris romanis distinctas. Insunt a) *Consularia Theodosiana* | *Seu* | *Chronologia Nova* | *Constitutionum* | *Codicis Theodosiani* | ; ubi tria distinguuntur: α) *Errores* | *Superioris Chronologiae* | *Codicis Theodosiani;* | β) *Consules* | *Codicis Theodosiani* | *Ordine Alphabetico;* | γ) *Chronologia* | *Codicis Theodosiani,* | b) *Indictionum XXIV.* | *Laterculus;* c) *Kalendarii Romani* | *Pars e Codice Theodosiano;* d) *Laterculus* | *Feriarum Forensium;* e) *Prolegomena* | *Ad Codicem* | *Theodosianum;* f) Commendatio libri; 3) 462 paginas, quae in ora arabicos numeros habent et quinque priores C. Th. libros continent. Secundus 666 paginis libr. VI — VIII. complectitur; tertius 538 paginis libr. IX. et X.; quartus 619 paginis libr. XI. et XII.; quintus 422 paginis libr. XIII — XV.; sextus ex duabus partibus constat, quarum prior 312 paginis libr. XVI. una cum tit. de Episcopali iudicio comprehendit, deinde a sqq. pag. usque ad pag. 344 *Notitiam dignitatum,* tum a pag. 345 usque ad pag. 392 *Prosopographiam,* porro ab hac pag. usque ad pag. 436 *Topographiam,* denique in 104 foliis non numeratis α) *Indicem rerum et verborum;* β) *Glossarium Nomicum;* γ) *Supplementum Codicis Theodosiani;* altera 39 paginis *Novellas leges Theodosii iun. Valentiniani III., Martiani, Maioriani, Severi et Anthemii,* a Marvillio non a Gothofredo adiectas. Praeterea singulis tomis inde a secundo duo folia praefixa sunt, in quorum priore titulus libri est, in secundo *Summarium librorum,* quos tomus exhibet, una cum *Privilegiis S. Caesareae Maiestatis et Regis Christianissimi,* nisi quod in VI. tomo pro Privilegiis *Index Legum Novellarum* cernitur. Singulos etiam libros index titulorum antecedit. Cf. *Hugo* l. c. p. 186, cui viro illustrissimo concedere non possum, quod pag. 189 asseverat: „*Reliquam tomi primi partem paginas* 462 *occupant libri* 5 *priores, i. e. fragmenta Codicis quae Gothis solis debemus*“; nam iam ipse dixerat a Cuiacio novas constitutiones his libris additas esse; eas *Gothofredus* auxit, neque vero haec accessio Visigothis ipsis debetur, sed libris mss. Legis Romanae Visigothorum, quibus fragmenta veri Codicis Th. assuta sunt.

103) Prolegomena *Marvillius* in duodecim capita divisit. Agit enim I. *De Historia et Compositione Codicis Theodosiani;* II. *De Materia huius Codicis seu de Constitutionibus in eum relatis, deque naevis et erroribus Conditorum eius* (disserit igitur *de legibus omissis, decurtatis, repetitis, contrariis, similibus, localibus et per posteriores principes renovatis, rubricis nigro latioribus, legibus impiis, fugitivis, inter se coniungendis, praepostere scriptis, vitiis inscriptionum et subscriptionum*); III. *De Usu et auctoritate Codicis Theodosiani;* IV. *De Iustiniani instituto et Triboniani facinoribus circa Codicem Theodosianum in Oriente;* V. *De Breviario Codicis Theodosiani, quod vulgo Aniani perperam dicitur, in Occidente;* VI. *De Interpretationibus, quae subiectae sunt legibus Codicis Theodosiani;* VII. *De Usu Theodosiani Breviarij per Gallias et Hispanias;* VIII. *De Inscriptionibus singularum constitutionum;* IX. *De Subscriptionibus cuiusque legis et Loci notatione;* X. *De temporis characterismo et Consulum annotatione;* XI. *De Legum Coniunctione;* XII. *De Serie librorum et titulorum et de Legum sub singulis titulis dispositione in Codice Theodosiano.*

leges duplici ratione interpretatus est, critica et exegetica: critica in *Notis*, exegetica in *Commentario* singularum legum *Notis* subiuncto. In *Notis* enim non solum diversam codicum et editionum aut Codicis Iustinianei scripturam enotavit, corruptas sententias indicavit, emendationes proposuit, leges inter se coniungendas ostendit, fugitivas aut geminas recensuit, verum etiam leges Codicis Iustinianei ex Codice Theodosiano depromptas reliquosque veterum scriptorum locos commemoravit, qui Codici lucem afferrent. In *Commentario* autem collectis totius antiquitatis testimoniis [104]), nonnunquam etiam criticis rationibus adhibitis, si quidem eae paucis verbis in *Notis* demonstrari non poterant, mentem legis explicavit. Praeterea primus annos legibus subdidit [105]), nonnullas leges e libris manuscriptis eruit et Prosopographiam atque Topographiam in extremo libro adiecit [106]). Hac industria quantum profecerit, nemo est qui ignoret, et profecto, tantam diligentiam, assiduitatem, eruditionem et tam subtile ingenii acumen probavit [107]), ut si quis alius, is certe summus iurisconsultus et antiquarum rerum peritissimus vir qui appelletur, dignus sit. Fateor igitur, interdum in eo fuisse, ut summi viri admiratione perfusus Codicem Theodosianum edere dubitarem et fortasse consilium mutassem, nisi subsidia comparassem, quibus Gothofredus uti non poterat. Iam vero si quaeritur, sintne maculae huius editionis, paucas quidem inveniri concedo, sed tamen nonnullas. Multa enim manifesta priorum editionum, Parisiensis potissimum, menda corruptasque scripturas Gothofredus recepit, quamquam quod verum esset, aut in libris manuscriptis, quibus utebatur, aut in Codice Iustinianeo invenisset; deinde saepe diversam codicum et editionum scripturam negligenter indicavit aut omnino praeteriit, neque accurate, veterum scriptorum testimonia ubi essent, ostendit; porro coniecturis nonnunquam nimis indulsit [108]); denique nec constitutiones a Cuiacio ex Consultatione in titulum de Pactis translatas expulit neque interpretationes in Aurelianensi editione ex Aegidii Summis falso adiectas *). Leves esse maculas et eas, quas Gothofredus, si quidem opus suum perpolire potuisset, delevisset, clarum est, neque eas indicassem, nisi, ut hoc facerem, officii mei ratio a me postulasset. Quid Marvillius fecerit, ipse exponit: „*Lacunae*, inquit, *remanserunt in quibusdam allegationibus quae suppleri poterant; verum condonabis, si certior factus sis manuscriptum Authoris saepe ita concisum, mutilatum, ne dicam imperfectum fuisse, ut non unius mensis vel anni opera in plurimis ad suum sensum vel ordinem revocandis, suffecerit* [109]): *cuius rei testis est Vir Clarissimus in epistola ad commentarios huius Authoris de Regulis iuris antiqui* [110]): *quod contigit ob spem quam habebat, opus suum relegendi dum ederetur.*" Marvillii verba confirmat is, qui vitam eius scripsit: „*Quantum laboris Marvillio exantlandum fuerit in edendo hoc opere, scient profecto illi, qui posthumorum operum edendorum curam aliquando susceperunt. Lituris scatebat MS. Codex Commentariorum Gothofredi, totusque fere in palimpsestis scriptus erat: notae aliae hinc inde in folia discerpta sparsae, aliae ad marginem allitae erant exemplaris Cod. Theodosiani ex Cuiaciana editione; adeo ut, cum aliquando ostensum mihi fuisset Gothofredi autographum, folia sibyllae mihi offerri protinus arbitratus sim. Toti operi unum tenorem constituit* Marvillius, *discerpta conglutinavit, luxata sedibus suis restituit, obscuris nitorem addidit, lacunas quam plurimas supplevit, neque tamen supplendis omnibus parem se fuisse, modeste admodum professus est in praefatione.*" Magnam igitur industriam Marvillius posuit in concinnando Gothofredi libro, et tantum abest, ut increpandus sit, si quando erravit, ut laudandus sit propter fidem, quam Gothofredo solvit, praesertim cum se excusaverit de operariorum mendis, a quorum officina afuit [111]). Inter eos, qui Marvillium dictis carpunt, acriter Gothofredum quoque impugnant, Ritterus est, qui Lipsiae anno MDCCXXXVI—MDCCXLV. Codicem Theodosianum una cum Gothofredi Commentario denuo edidit [112]). Et tanti quidem haec editio aestimatur, ut prae Rittero multi

---

104) Libros Basilicorum nonnunquam nominat, interdum etiam Anselmum Lucensem. 105) Iis exceptis, quarum annus omnino incertus est. 106) Chronologiam constitutionum, indices titulorum, magistratuum et dignitatum, rerum et verborum iam Parisiensis editio anni 1586. habet. Errant igitur, qui a Gothofredo demum his rebus Codicem Theodosianum instructum esse scribunt; ampliatas esse illas res et melius ordinatas a Gothofredo concedo. 107) Multa cj. Go., quae confirmantur codicibus recens repertis. Verbis etiam ex inscriptione ad legem ipsam revocatis nonnullarum legum sententiam acute et feliciter restituit. 108) Recte hoc fecit, quod emendationes suas aut coniecturas raro in contextum recepit. *) Cf. supra not. 95. 109) Similiter, ubi de Prolegomenis loquitur: „*Secunda* (opera) *est in Protegomenis, quae per lacinias tantum disposita erant | et praeparata, quae in duodecim capita digessi, quantum ex conciso et abrupto | saepe per sigla charactere praestari potuit.*" 110) *Esaias Cotlado* in *Epist. Dedicatoria* authographum obscure et festinanter scriptum esse queritur, aliis emendatis, aliis ad marginem adiectis. 111) In praefatione: „*Indulgendum etiam Typographiae erroribus qui | omnes expurgari non possunt, si authores ante primam editionem demor | tui sint vel qui curam operis excudendi susceperit, praesentem non nava | verit operam, quam per absentiam legitimam praestare non potui.*" 112) In fronte tom. I. haec leguntur: *Codex | Theodosianus | — Valentina* (ut in Gothofredi editione, nisi quod *Superioris Seculi* et *Accuratior Chronicon Historicum et Prolegomena | Subiiciuntur* correctum est et omnia atramento expressa sunt). *Editio Nova | In VI. Tomos Digesta | Cottata Cum | Antiquissimo Codice MS. Wurceburgensi | Et Libris Editis | Iterum Recognita Emendata | Variorumque Observationibus | Aucta | Quibus Adiecit Suas | Ioan. Dan. Ritter, P. P. | Tomus Primus* (monogramma bibliopolae). *Lipsiae | Sumptibus Maur. Georgii Weidmanni MDCCXXXVI.* | Eadem fere in tom. II — VI., sed tamen eo discrimine, ut editus sit tom. II. ann. MDCCXXXVII., tom. III. ann. MDCCXXXVIII., tom. IV. ann. MDCCXL., tom. V. ann. MDCCXLI., tom. VI. P. I. ann. MDCCXLIII. et P. II. ann. MDCCXLV.; praeterea ut in fronte tom. II — V. et partis I. tomi VI. vv.: *Collata — Wurceburgensi* mutata sint in *Coltata Cum Codicibus MSS. Antiquissimo Wurceburgensi Gothano Et Libris Editis;* denique ut in fronte tom. III., V. vv.: *Codex Theodosianus, Iacobi Gothofredi, Chronologia*

Gothofredum postputent atque vili pendant, quod quo iure faciant, tum demum perspici poterit, si expositum erit, quid Ritterus praestiterit. Iam quod Codicem Theodosianum ipsum attinet, non solum Sichardi et Cuiacii editiones (nam Tilianam comparare non poterat) cum Gothofredo contulit, verum etiam tres codices, Wurceburgensem vetustate praeclarum, Gothanum, et in rubricis Guelpherbytanum aut ipse consuluit aut inspiciendos curavit [113]). Et profecto egregie promeruisset de Theodosii libro, si consilium, quod ceperat, constanter secutus esset. At vero diversam scripturam nec accurate indicavit, nec si quidem indicavit, ad corrigendos corruptos locos aut manifestos errores adhibuit, neque constitutiones removit, quas Cuiacius iniuste addiderat, Gothofredus retinuerat. Reliquum Ritterianae editionis apparatum in tres partes divido: in Praefationes, commentarii et notarum Gothofredi correctiones, indicum emendationes atque incrementa. Et docte quidem Ritterus in praefationibus de nonnullis rebus ad Codicem Theodosianum historiamque iuris romani pertinentibus disseruit, codices etiam, quos consuluit, Wurceburgensem atque Gothanum accurate explicavit. Ceterum

---

Accuratior, *Opus Posthumum*, *Editio Nova*, *Codicibus MSS.* — *Wurceburgensi*, *Sumptibus* — *Weidmanni* rubro colore expressa sint. In fronte II. partis tomi VI. haec sunt: *Codicis* | *Theodosiani* | *Tomi Sexti* | *Pars Altera* | *Continens* | *Notitiam Dignitatum Civilium Et Milit* | *Utriusque Imp. Prosopographiam Topogra* | *phiam Historiae Gallicanae Annales Centum* | *Annorum Glossarium Nomicum* | *Et* | *Novellas Constitutiones Augg* | *Theodosii Valentiniani Marciani Maioriani* | *Severi Leonis Et Anthemii* | *In Unum Corpus Collectas* | *Collatas Cum* | *Codd. MSS. Wurceburgensi Ottoboniano* | *Gothano Librisque Editis* | *Et Perpetuo Commentario Illustratas* | *A* | *Io. Daniele Rittero* | *S. R. M. Pol. Et Elect. Sax. A Consil. Aul. Et Prof. Hist. In Acad. Vitembergensi* | *Accedit* | *Appendix Codicis Theodosiani* | *Cum Epistolis Aliquot Veterum Conciliorum* | *Et Pontificum Romanorum* | *Congesta* | *A* | *Iac. Sirmondo* | (monogramma bibliopolae). *Lipsiae* | *Sumtibus Maur. Georg. Weidmanni* | *MDCCXLV.* | Cf. *Hugo* l. c. p. 204 sqq. Forma libri maxima est. Custodes qui dicuntur et signaturae adsunt. Charta et literae nitore excellunt. Tomus I. constat 1) ex 20 foliis, quae numeros non habent, sed praeter frontem libri et Prosperi atque Isidori testimonia a) Bibliopolae *Epistolam Nuncupatoriam* inscriptam *Friderico Carolo episcopo Bamberg. et Wurceburg.*; b) Praefationem Ritteri; c) Vitam Ant. Marvillii; d) Praefationem Marvillii; e) Praefationem Cuiacii ad Redingerum; f) Praefationes Tilii; 2) ex 230 paginis, quae distinctae romanis numeris *Consularia Theodosiana* (*Errores Superioris Chronologiae*, *Consules Codicis Theodosiani Ordine Alphabetico*, *Chronologiam*, *Indictionum Laterculum*; *Kalendarium Romanum*), *Prolegomena ad Codicem Theodosianum* et Epistolam *Marvillii ad Lectorem* continent; 3) denique ex 504 paginis, in quibus arabici numeri inscripti et Codicis Theodosiani priores quinque libri editi sunt, insuper addito uno folio cum *Emendandis* et *Corrigendis*. Tom. II. praemittuntur quindecim folia sine numeris, III. octo, IV. novem. Insunt in iis praeter titulos *Epistolae* bibliopolae *Nuncupatoriae*, una inscripta *Friderico III.*, *Duci Saxoniae* (tom. II.), altera *Henrico*, *Comiti de Bruehl* (tom. III.), tertia *Principi Annibali Albano S. R. E. Camerario et Card.* (tom. IV.) et praefationes Ritteri. Ipse autem tom. II. continet in 700 paginis libr. VI — VIII., tum in decem foliis *Variantes Ex Cod. Gothano*, *Addenda et Emendanda*; tom. III. in 564 paginis libr. IX. et X. cum *Emendandis Et Addendis*; tom. IV. in 656 paginis libr. XI. et XII. cum *Addendis et Emendandis*. Tom. V. quattuor tantum, quae numeros non habent, antecedunt folia cum titulis et praefatione Ritteri; ea sequuntur in 478 (non 748) paginis lib. XIII — XV. et in fine unum folium cum *Addendis et Emendandis*. Itidem tom. VI. partis I. octo folia, quae sine numeris sunt, tituli, bibliopolae *Epistola Nuncupatoria* inscripta *Dom. Don Christophoro Portocarrero Comiti de Montijo*, praefatio Ritteri explent. Quae sequuntur 350 paginae, eae complectuntur librum XVI. una cum titulo *De Episcopali Iudicio*. Post ea posita sunt 52 folia sine numeris, in quibus recensentur a) *Tituli Codicis Theodosiani per Literarum Seriem Dispositi*; b) *Series Et Collatio Titulorum Et Constitutionum Codicis Iustinianei*, *Quae Continentur In Codice Theodosiano*; c) *Index Vocum Graecarum*; d) *Index Rerum Et Verborum*. Partem II. praeter titulos et praefationem Ritteri, quae quattuor folia numeris non distincta complent, efficiunt a) p. 1 — 34 *Notitia dignitatum*; b) p. 35 — 94 *Prosopographia Seu Index Personarum Omnium Quarum Fit Mentio In C. Th.*; c) p. 95 — 136 *Topographia Theodosiana*; d) p. 137 — 289 *Glossarium Nomicum Codicis Theodosiani*; e) tribus pag., quae numeros non habent, *Supplementum Codicis Theodosiani*. Altero partis II. segmento praefixa inscriptione: *Novellae* | *Constitutiones* | *Imperatorum* | *Iustiniano Anteriorum* | — *Collectae*, *Collatae* — *Et Illustratae* — *Witteberg* (caetera ut supra), repetitaque in tergo tituli P. Pithoei, in altero folio non numerato Rittershusii praefatione, continentur in 164 paginis *Novellae* earumque index, postremo in 42 paginis, quarum quattuor titulum, Sirmondi praefationem et testimonia veterum exhibent, omnes autem in ora numeros romanos ferunt, *Sirmondi Appendix*, cui duo folia sine numeris addita sunt, at cum Indice Constitutionum Appendicis cumque Addendis et Emendandis. Iam quod praefationes attinet, *Ritterus* in praef. I. tomi loquitur partim de prioribus editionibus, Sichardi potissimum et Marvillii erroribus, partim de indole et consilio editionis suae deque subsidiis, quae comparavit, v. g. de codice Wurceburgensi, quem accurate describit, sed *Ioa. Adam. Ickstatt* contulit, et de codice Guelpherbytano, cuius rubricas *Car. Conradi*, Antecessor in Academia Iulia ad ipsum transmiserat; denique de nonnullarum legum male intellectarum explicatione, qua occasione fuse de v. *Cognitoris* agit. In secundi tomi praef. docte disputat *de iure romano in Italia* et *de statu publico Italiae* tempore Gothorum, Iustiniani et Longobardorum, codicemque Gothanum multis verbis explicat, cuius codicis pariter atque Wurceburgensis effigies aeri incisa in nonnullis exemplis, veluti in meo deest; in tertii tomi praefatione de praefectis praet., qui in nonnullis inscriptionibus nominantur, orientalis potissimum imperii; in quarti tomi praefatione de *Laterculi* notione, indole, forma; in praef. quinti tomi de *Iuridico Alexandriae* et *Praefecto Augustali*; denique in praef. partis I. sexti tomi brevem exhibet summam titulorum libri XVI. simulque notas adspergit, v. g. de *diaconissis*, *parabolanis* deque corruptis locis; in secundae vero partis praefatione exponit operam, quam adhibuerit in concinnanda *Dignitatum Notitia*, restituenda *Topographia*, elaborando *Glossario Nomico*, illustranda *Prosopographia* adornandaque editione Novellarum.

113) Cf. praef. tom. I. fol. VIII. pag. avers. et inter alia ad IX, 16. Codicis Gothani diversas octo priorum librorum scripturas extremo secundo tomo demum additas esse ex superioribus apparet. Eae accurate descriptae sunt, negligenter reliquorum librorum scripturae. Codici Wurceburgensi cum editis conferendo parva diligentia adhibita est, minima in postremis C. Th. libris; quid quod nonnunquam silentio praetereuntur constitutiones, quas codex habet.

vero tantum abest, ut ex magna copia rerum, quas, dum Codicem tractabat, collegerit necesse est, multas protulerit, ut de paucis locutus sit [114]). Neque in Gothofredi notis multum profecit, nisi quod virgulis („), quibus discretae erant, literas substituit. Nam quod suas *) notas, ubi aptum videbatur, inculcavit, fecit id magis, ut scripturam diversam, ex editionibus et ex codicibus erutam proferret, quam ut Codicem Theodosianum emendaret aut Gothofredum corrigeret. Contra recte ipse gloriatur, multum se desudasse in perpoliendo Commentario Gothofredi [115]). Etenim non solum lacunas et voces a Marvillio omissas supplevit, verum etiam leges et veterum scriptorum sententias a Gothofredo male descriptas ex novissimis editionibus correxit, graecas latine interpretatus est aliove modo explicavit [116]), picturas aeri incisas et inscriptiones ex Collectionibus Inscriptionum locis, quibus lucem afferrent, subiunxit, denique Pagii aliorumque observationes commentario adiecit, nonnullis titulis doctorum virorum commentarios interposuit, Burgii, Heraldi et S. Gentilis de assessoribus, Casauboni et Salmasii de cancellariis titulo de Assessoribus (I, 21), Goesii titulo Finium regundorum (II, 26), Muratorii titulo de Sepulcris violatis (IX, 17), Fabroti titulo de Paganis (XVI, 10). Similiter quod ad Indices attinet, magnam industriam posuit in amplificanda et emendanda Chronologia constitutionum. Nam cum Gothofredus praeeunte Cuiacio, nihil fecisset, nisi ut constitutiones in annorum et dierum ordinem redigeret, subiectis hic et illic brevibus notis, et singulis annis Chronicon Historicum substrueret, Ritterus illi chronologiae, quam nimis ieiunam et sterilem esse arbitrabatur, ex veteribus monumentis recentiorumque scriptis adiecit, quae necessaria essent ad demonstrandam aetatem legum historiamque imperatorum. Primum igitur ad unumquemque consulatum omnes veterum scriptorum, fastorum consularium, inscriptionum, aliorum monumentorum locos, quos de consulibus illis ipsis loqui perspexisset, ab oblivione vindicavit et una cum his recentiores scriptores nominavit, qui de eadem re agerent, veluti Valesium, Baronium, Pagium, Reinesium, Raynaldum, Relandum. Deinde multis legibus recentiorum potissimum observationes, interdum etiam suas subiecit, ultimo loco chronicon historicum eodem modo auxit emendavitque, quo consules illustraverat. Et profecto ea fuit in hac parte Ritteri industria, ut satis laudari nequeat. Non minus praestitit in emendandis reliquis indicibus. Nam praeterquam quod Notitiam dignitatum Anonymi libro de Praefectis urb. Gallieni aetate scripto locupletavit et innumerabilibus, quibus in Marvillii editione foedabatur, mendis purgavit, novam quasi faciem Prosopographiae Codicis Theodosiani substituit et Glossarium Nomicum, quod affectum, rude et impolitum opus erat *), ita commutavit, ut plane novum videri possit [117]). Manifestum est igitur Ritterum praeclare promeruisse de perpoliendis commentariis Gothofredi et reliquis Theodosiani Codicis accessionibus, mediocriter vero de emendando ipso Codice. Cum Ritteri editio magna laude a doctis celebraretur, non mirandum est, eam Mantuae et Venetiis inter ann. MDCCXL. et MDCCL. repetitam esse. Convenit haec editio omnino cum Lipsiensi, neque quicquam additum aut mutatum est, nisi quod bibliopola *epistolas nuncupatorias* omisit et eorum, quae librum XVI. sequuntur, ordinem alium constituit. Incrementum Ritteri editioni allatum, quod iactat, tantillum est, ut non dignum sit, quod commemoretur [118]); memorabile autem est,

---

114) Fortasse multas reservaverat ad *Observationum et Emendationum Opus*, quod edere constituerat, sed omisit, propter Weidmanni obitum. Cf. praef. tom. VI. part. II. Postea cum exemplo editionis suae, quod mortuo eo Witembergensis Universitatis bibliotheca comparavit, quaedam manu sua addidisse, *Hauboldus* narrat in libro, cuius titulus est: *Zwölf ungedruckte Briefe von Pet. Burmann, Dav. Ruhnken, Wilh. Otto Reitz, Joh. Aug. Bach und Gerh. Meerman an Joh. Dan. Ritter aus den Jahren* 1736, 1747, 1748, 1750, 1751 (*Hugo*, *Civilistisches Magazin.* T. V. p. 333—378, in primis p. 339). Harum rerum apographum possedit Hauboldus. Witembergensi Literarum Universitate sedibus suis expulsa, exemplar illud in bibliothecam Halensem translatum est et ab huius praefectis una cum aliis libris, qui bis ibi erant, venditum. Emit id *Lud. Pernice*, clarissimus Antecessor Halensis, communicavitque mecum vir officiosissimus, ea qua conspicuus est humanitate. Maiorem copiam notarum speraveram fore, quam inveni. Magis versatur Ritterus in augenda literaria, quam in polienda critica re. Potissimum Chronol. Constitt. emendavit aut correctis iis, quae falso scripta erant, aut additis legibus, quae deerant. *) Singulae notae nomen eius, a quo scriptae sunt, *Gothofredi* sive *Ritteri* ferunt. 115) Cf. praef. primi tomi in f. et praef. secundi tomi fol. IX. et X. 116) Se in evolvendis legibus et auctorum locis per bonam tomi I. partem usum esse *Car. Lud. Volharti* industria fatetur in extrema praef. primi tomi. *) Ita *Ritterus* in praef. tom. VI. P. II. 117) Topographiam intactam fere reliquit. „*Sed eo opere hodie*, inquit, *tanto facilius carere possumus, quanto maior fuit Gronovii, Holstenii, Caroli a S. Paullo, Almeloueenii, Wesselingii et Cellarii nostri, doctissimorum virorum industria in illustrandis omnibus, quae ad veteris orbis, inprimisque Romani, cognitionem pertinent. Cum autem lucubrationes horum virorum doctissimae et legantur ab omnibus et sint in plerorumque manibus eorum nolui compilare scrinia.*“ 118) Omnium tomorum frontes cum Rittero concordant, praeterquam quod in ima pagina scriptum est *Mantuae*, MDCCXL. | *Prostant Venetiis* | *Apud Franciscum Pitteri.* | Tertius tomus editus est ann. MDCCXLI., quartus et quintus ann. MDCCXLVIII., sextus ann. MDCCL. Praeterea titulo partis II. tomi VI. substitutus est alius, qui omnino consonat cum reliquorum tomorum titulis. Vv. *Theodosianus*, *Iacobi Gothofredi*, *Chronologia Accuratior*, *Antonii Marvillii*, *Editio Nova*, *Tomus Primus*, *Mantuae MDCCXL.*, *Apud Franciscum Pitteri* in fronte primi tomi rubro colore, in reliquis nigro expressa sunt. Primo tomo praefixa sunt 20 folia sine numeris, quae Ritteri res repetunt, nisi quod pro *Epistola Nuncupatoria* bibliopolae ante frontem positum est folium cum vv.: *Codex Theodosianus Iacobi Gothofredi In Sex Tomos Divisus*, et in adversa tertii folii pagina brevis summa priorum quinque C. Th. librorum, in aversa Prosperi Aquitanici et Isidori Hisp. de C. Th. testimonium. Proximae 240 paginae romanis numeris insignitae Chronologiam, Prolegomena et reliqua continent, quae ap. Ritterum sunt; deinde 498 paginae libros quinque priores. Emendandorum et Corrigendorum index deest. Secundi tomi 13 sunt

scripturas Ritteri interdum mutatas et correctas [119]), aliis in locis coniecturas eius receptas esse. Mendorum ingens numerus est.

Editiones, quas hactenus commemoravi, partim rarae sunt partim sumptuosae aut propter formam quotidiano usui parum aptae. Quare iurisconsulti novam desiderabant, quae Codicem Theodosianum suppeditaret correctum quidem, sed omissis commentariis et Visigothorum Interpretationibus. Curavit eam Beckius in Corpore Iuris Civilis Anteiustinianei Berolini a. MDCCCXV. divulgati [120]). Ut veras legum inscriptiones et subscriptiones restitueret, multum prospexit vir illustrissimus; praeterea non exiguum numerum locorum corruptorum in tribus libris, sexto, septimo et octavo, Codicis Iustinianei potissimum ope feliciter emendavit. In reliquis plerumque Gothofredi vestigia pressit. Nova praesidia ad emendandum Codicem non comparavit praeter Monacensem, olim Wurceburgensem codicem denuo ab Unterholznero inspectum [121]), et codicem quendam siglo *L.* insignitum [122]), praeterea etiam Valesii et Ranconeti [123]) notas hic et illic indicavit. Interpretationem omisit ut Tilius; recte etiam constitutiones a Cuiacio titulo de Pactis et extremo Codici Theodosiano adiectas removit, sed falso illas, quas Cuiacius primum ex Corpore Finium regundorum in titulum Finium regundorum transtulerat. Orthographiam adhuc neglectam ad huius aetatis rationem constituit, denique multis in locis rectius quam antea factum erat, interpunxit, et sententias legum paragraphis et numeris arabicis

---

folia sine numeris et 675 paginae; tertii quattuor folia sine numeris et 514 paginae; quarti quattuor folia sine numeris et 539 paginae; quinti tria folia sine numeris et 385 paginae. Insunt in his tomis eadem, quae ap. Ritterum leguntur, sed in tertio, quarto et quinto Addenda et Corrigenda omissa sunt. Sexti vero ordo alius est; eum bibliopola p. 3 ita explicat: „*Franciscus Pitteri Lectori. Quem ordinem Ritterus secutus sit in digerendo septimo huius Operis volumine, poteris | tu quidem Lector, videre ex epistola ipsius, quae eidem volumini praemittitur, quamque | nos consulto typis etiam nostris cudendam curabimus. Nobis profecto aliam viam ingrediendum | fuit: nam cum Index sex et viginti folia compleret, et tamen sextum Volumen, cui ille in fi | ne adhaeret, minus adhuc esset, quam opus fortasse foret, septimum autem prae ceteris maiorem in | molem excresceret; diversam ab Ritteriana Oeconomiam nobis amplecti visum est. Quapropter Indicem | in finem septimi voluminis amandavimus, a quo secretas Appendicem Codicis Theodosiani cum | epistolis aliquot veterum Conciliorum, et Pontificum Romanorum congestam ab Iacobo Sirmon | do, et novellas Constitutiones Augustorum Iustiniano anteriorum in unum corpus collectas, una | cum Extravaganti, seu Subdititio titulo. De Episcopali Iudicio in sextum conjecimus. Sed | et nova accessione ipsum pro virili augere conati sumus, hoc est Constitutionibus aliquot Impe | ratorum Theodosii, et Iuliani, quas e nonnullis Libanii Sophistae exscripsimus Orationibus non | dum editis, quaeque Venetiis in publica D. Marci Bibliotheca adservantur. Horum te, Lector | humanissime, paucis admonitum volui, | ne te consilium nostrum in adornanda hac Codicis Theodo | siani editione lateret. Tu interim fruere auctario, ac diligentia nostra, ex qua maiores in dies | fructus exspectabis. Vale.*“ Iam vero primum folium complectitur titulum et brevem huius tomi summam, pag. 3 (hoc enim numero proximum a fronte folium signari coeptum est) Epistolam Pitteri ad Lectorem. In eadem pagina incipit Praefatio Ritteri et in pag. 9 liber XVI. C. Th., qui terminatur p. 279, addito Mandato Honorii et Theodosii ad Marcellinum plane uti ap. Ritterum. Accedunt ad haec in seqq. paginis a) p. 280—314 Appendix Codicis Theodosiani a Sirmondo ed.; b) p. 315—322 Titulus de Episcopali iudicio cum Gothofredi Commentario; c) p. 322 *Constitutiones Aliquot | Impp. Theodosii, et Iuliani, ex nonnullis Libanii Sophistae Orationibus nondum | editis Erutae, quae in Codice MSS. Bibliothecae D. Marci Venetiarum asservantur. | Orationes ipsas Antonius Bonjoannes latine reddidit, eas publici iuris brevi facturus* (tres breves loci excerpti sunt ex Libanio); d) p. 323—444 *Novellae Constitutiones Imperatorum Iustiniano anteriorum* cum Indice. Pars vero secunda ex quattuor foliis, quae numeros non habent, sed materia cum Rittero conveniunt, constat et ex 303 paginis, quarum 1—26 *Notitiam Dignitatum* complectitur; 27—73 *Prosopographiam*; 74—105 *Topographiam*; 106—221 *Glossarium Nomicum*; 222 et 223 *Supplementum Codicis Theodosiani*; 224—227 *Titulos Codicis Theodosiani Per Literarum Seriem Dispositos*; 228—243 *Seriem Et Collationem Titulorum Et Constitutionum Codicis Iustinianei*; 243—248 *Indicem Vocum Graecarum*; 249—303 *Indicem Rerum Et Verborum.* Forma libri maxima est; custodes et signaturae adsunt; charta et typi nitore carent.

119) Cf. inter alia III, 5, 6, not. *e*; III, 10, 1, not. *u*; IV, 8, 6, not. *; VII, 4, 30, not. *l*; XI, 1, 31, not. *l*, *t*; XI, 1, 35, not. *q*; XI, 7, 3, not. *e*; XI, 16, 5, not. *a*; XI, 16, 17, not. *e*; XI, 20, 5, not. *t*; XIV, 13, 1, not. *c*.

120) In fronte libri haec leguntur: *Ius Civile | Anteiustinianeum | Codicum Et Optimarum Editionum | Ope | A Societate Iurisconsultorum | Curatum | Praefatus Est | Et Indicem Editionum Adiecit | Gustavus Hugo | I. U. D. Magn. Brit. Hannoveraeque Regi Ab Aulae | Cons. Prof. Goetting. | Tomus Prior | Ulpianum, Paulum, Caium, Papinianum, Modestinum, | Auctorem Regularum, Codices Gregorianum et Her | mogenianum, Theodosiani vero libros Decem | Priores Continens. | Berolini | Impensis Augusti Mylii |* 1815. | Tomi posterioris idem titulus est, nisi quod index sic mutatus est: *Tomus Posterior | Codicis Theodosiani Libros Sex Posteriores, Novellas | Constitutiones Imperatorum Iustiniano Anteriorum, | Mosaicarum Et Romanarum Legum Collationem, Con | sultationem Veteris Cuiusdam Iurisconsulti, Legem | Romanam Burgundionum, Fragmenta Iurisconsultorum | Ac Constitutiones Imperatorum E Finium Regundorum | Auctoribus Collecta, Denique Indicem Titulorum | Duplicem Continens.* | Paginae utriusque partis continuo numerantur; prioris 786 sunt, posterioris 823 (p. 787—1609). Praefationem et Indicem editionis se scripturum esse promisit quidem *Hugo*, neque vero scripsit. Is solius Ulpiani fragmenta curavit; edendis reliquis partibus Iuris Civilis operam navarunt *Bienerus*, *Hauboldus* et *Beckius*. Codex Theodosianus incipit pag. 275, terminatur pag. 1215. Libri forma octava est, chartae et typorum nitor egregius. Signaturae arabicis numeris expressae sunt.

121) Sed debebat accurate inspici. In posterioribus libris codex Monacensis pariter atque Gothanus et Codex Iustinianeus saepe neglecti sunt, propter ambitum, ut videtur libri. Ceterum ille in hac editione siglum *M.* fert, Gothanus siglum *G.*

122) Num hoc siglo significetur codex Caroli de Savigny, incertus sum; nam scripturae apposita litera *L.* exhibitae modo consonant cum illo codice, modo discrepant ab eo.

123) Cf. Signorum explicatio. Acceptas eas refert *Beckius* Carolo de *Savigny*.

distinxit [124]). Schaeferus, qui plagulas correxit, munere bene functus est. Perutiles sunt indices Novellis subiuncti [125]).

Explicatis editionibus, quae Codicis Theodosiani libros omnes, quatenus tum noti fuerunt, comprehendunt, iam dicendum est de iis, in quibus partes tantum insunt Codicis [126]). Huc pertinent ex superiori tempore Fabroti et Labati editiones, ex nostra aetate Clossii, Peyroni, Puggaei, Wenckii *). Et Fabrotus quidem anno p. C. n. MDCXVIII. titulum de Paganis (XVI, 10) notis instructum edidit [127]). Legum verba ex Cuiacii prima editione, sed negligenter descripsit. In notis de iis egit, quae ad historiam, Christianam antiquitatem, grammaticas res spectant, raro critica ratione leges emendavit. Exeunte superiori saeculo *monachi Congregationis S. Mauri* instituerunt Concilia Galliae edere [128]), quorum primo tomo, quem Labat composuit, totum XVI. Codicis Theodosiani librum inseruerunt, illi quidem opinione ducti Codicem Theodosianum in conventu episcoporum et procerum regni Gothici a. DVI. in Gallia habito publici iuris factum et Alarici regis auctoritate confirmatum esse [129]). Usus est Labat Cuiacii prima et Gothofredi editione; illa ut ederet leges, hac ut annos iis supponeret et quae corrupta viderentur, emendaret. Alias leges Codicis Iustinianei ope, alias ex Sirmondi Appendice Codicis Theodosiani correxit.

Reliquae editiones Beckiana recentiores sunt resque novas a Peyrono et Clossio potissimum inventas complectuntur. Cum ill. A. W. de Schroeter diligentissime de iis disseruerit [130]), brevis ero. Promulgavit autem Peyronus anno h. saec. quarto et vicesimo assiduitatis suae fructus [131]), quod ita praestitit, ut non solum de foliorum sive membranarum, ex quibus codex Taurinensis constat, forma et

---

124) Iam Gothofredus eas paragraphis adiectis hic et illic numeris romanis distinxerat, id Ritterus imitatus est, sed omissis plerumque paragraphis. Neuter vero sibi constitit. Accuratius egit Beckius. At vero errore multae Ritteri scripturae in Be. ed. indicantur v. *vulg.*; neque enim Ritteri editio vulgatior est quam Gothofredi editio sive Cuiacii et Sichardi; praeterea nonnunquam scripturae illae falsae sunt aut mera menda. Cf. v. g. VIII, 4, 23, not. *t.* — Sunt leges, quarum annum Gothofredus incertum esse demonstraverat, sed Beckius ut certum apposuit. 125) Tres sunt: a) p. 1400 sq. *Imperatorum, quorum constitutiones in Codice Theodosiano et Novellis exhibentur, nomina et series;* b) p. 1402—1404 *Series praefectorum urbis et vicariorum, quorum nomina in Codice Theodosiano et Novellis occurrunt;* c) p. 1404—1408 *Series praefectorum praetorio, quorum nomina in Codice Theodosiano et Novellis recensentur.* Praeterea in p. 1564—1577 est *Index Titulorum Secundum Ordinem Librorum.* 126) Omittuntur dissertationes de singulis constitutionibus. *) *Maii Iuris Civilis Anteiustinianei Reliquiae*, quatenus p. 93—104 de C. Th. agunt, huc non pertinent. Nihil enim continent, nisi varias lectiones e palimpsesto Vaticano exscriptas. 127) Titulus est: *Caroli* | *Hannibalis* | *Fabroti, Ante* | *Cessoris Aquisextiensis,* | *Ad* | *Tit. Cod. Theodosiani* | *De Paganis, Sacrificiis,* | *et Templis,* | *Notae.* | *Lutetiae Parisiorum,* | *Ex Officina Nivelliana,* | *Sumptibus Sebastiani Cramoisy, via* | *Iacobaea, Sub Ciconiis.* | M. DC. XVIII. | *Cum Privilegio Regis.* | In prioribus duobus foliis, quae numeros non habent, frons libri est et Epistola inscripta *Nicolao Fabricio, Dn. de Petrisco, Regio in Aquisextiensi Curia Senatori — Aquis Sextiis Non. Maiis* 1618. Seqq. 61 paginae continent titulum de Paganis una cum Fabroti notis. In ultimo folio est Summa Privilegii Regii. Libri forma quarta est. Signaturae adsunt. Recepit hunc librum *Otto* in Thes. tom. III. p. 1101—1136. 128) Inscribitur hic liber: *Conciliorum* | *Galliae,* | *Tam Editorum Quam Ineditorum,* | *Collectio,* | *Temporum Ordine Digesta,* | *Ab Anno Christi* 177 *Ad Ann.* 1563, | *Cum epistolis pontificum, principum constitutionibus, et aliis ecclesiasticae* | *rei gallicanae monumentis.* | *Opera Et Studio* | *Monachorum Congregationis Sancti Mauri.* | *Tomus Primus* | *Parisiis,* | *Sumptibus Petri Didot, Filii Primogeniti.* | M. DCC. LXXXIX. | Libri forma maxima est. Constat ex XXXIV et ex 1434 paginis. Illarum priores XIV Praefationes continent; in reliquis enumerantur a) *Pontifices romani qui sedem apostolicam per ea tempora tenuerunt, quibus concilia in hoc volumine descripta, celebrata sunt;* b) *Principes Romani rerum in Gallia politi;* c) *Gothorum reges in Gallia, quorum in hoc volumine fit mentio;* d) *Burgundionum reges, quorum in hoc volumine fit mentio;* e) *Francorum reges, quorum notitia in hoc volumine conducit;* f) *Notitia Provinciarum et Civitatum Galliae, Honorii Augusti, ut videtur, temporibus condita;* g) *Syllabus eorum, quae tomo I continentur.* Inde a pag. 1385 est Index copiosissimus, quem sequuntur Addenda et Corrigenda. Liber XVI. una cum tit. de Episcopali Iudicio est in pag. 690—758. Praecedit Commonitorium Alarici. Sequuntur pag. 759—778 leges ex Codice Theodosiano et ex Novellis Theodosii, Valentiniani, Maioriani selectae, postremo loco Paulli tit. de Sacrilegis. Aliae aliis locis leges interpositae sunt, v. g. pag. 499 Novella Valentiniani de Episcoporum ordinatione. *Labat* hoc volumen edidit (cf. la France Littéraire par *Quérard.* T. IV. 1830. 8. p. 325, et *Labat*, Mémoire sur une nouvelle collection des Conciles de France. Paris. G. Desprez. 1785. 4.); reliqua septem volumina quominus apparerent, impedivit tumultus Gallorum, etsi totum opus absolutum erat. Solius secundi voluminis prior pars impressa est. Cf. *Dom. Mich. I. Ios. Brial*, Eloge historique de Dom. P. Dan. *Labat*, réligieux Bénédictin. Paris, imprim. de Cellot. ann. 1803. 8. *Brial* totam collectionem manuscriptam, postquam Labat de vita decessit, possedit. Forma libri maxima est. Signaturae adsunt. 129) Vid. inf. libr. XVI, not. sup. pag. 1475. 130) l. c. p. 318—331, 345—359. 131) Memorie della Reale Academia delle Scienze di Torino. Tom. XXVIII. Torino 1824. 4. (Memorie della Classe di Scienze Morali, Storiche e Filologiche pag. 137—330). Seorsum ab illo liber ed. est sine titulo, at in prima pagina haec vv. sunt: *Codicis Theodosiani* | *Fragmenta Inedita* | *Ex Codice Palimpsesto Bibliothecae R. Taurinensis Athenaei* | *In Lucem Protulit Atque Illustravit* | *Amedeus Peyron* | *Linguarum Orientalium Professor* | *Exhibita die* 30. *Ianuarii* 1823. | In ima pag. 194, quae ultima est, scriptum est: *Anno MDCCCXXIV.* | *Augustae Taurinorum* | *Ex Regio Typographaeo.* | Libro praefixa est tabula aeri incisa, quae palimpsesti Taurinensis imaginem explicat. Priores 18 paginas Praefatio occupat. Pag. 179 terminantur fragmenta priorum quinque librorum C. Th. et Peyroni commentarii, in reliquis exhibetur *Varietas Lectionis Ad Libros Editos* a) ex sedecim posterioribus palimpsesti Taurinensis membranis; b) (fol. 193 sq.) ex tribus aliis vetustis membranis Bobbiensibus ad sextum C. Th. librum et sequentes eruta. Vid. supr. p. VII—IX. Liber impressus est in charta quadruplicata.

indole exponeret easque aut integras describeret aut ad notandam diversam scripturam adhiberet, verum etiam Gothofredum imitatus notas commentariosque legibus subiungeret. Et id quidem dolendum est, quod locum et ordinem, quo nunc dispositae sint membranae, accurate indicare neglexit [132]), alia etiam tacuit, quae scire multi cupiunt, nec in eorum foliorum, quae non continerent nisi editas constitutiones, persequendis fugientibus syllabis [133]) oculorum aciem defatigavit. Verum eo diligentius rem gessit in prodendis reliquis membranis scribendisque commentariis notisve. Primum enim id egit, ut singulas membranas, quantum literis aereis fieri posset, imagine quasi repraesentaret. Versuum igitur in unaquaque pagina ac literarum, ex quibus constarent numerum et ordinem servavit, errores ipsos, obelos sive puncta, quibus una vel plures literae in codice deletae essent, ceteraque, quae indolem membranarum demonstrarent, retinuit. Praecipuam autem curam posuit in versuum fine et initio indicando, ut clarius pateret, quot literae desiderarentur. Eas in ora plagulae Aldinis literis supplevit, ut a reliquis in membrana servatis verbis ac literis facilius discerni et si displicerent, aliae excogitari possent. Deinde singulis membranis hoc modo repraesentatis leges, quas continent, nostro quidem more, sed conservata codicis orthographia exscripsit et notis commentariisque illustravit, hic quoque ea quae supplenda viderentur, Aldinarum literarum interpositione distinguens. In notis autem indicavit leges in Codicem Iustinianeum translatas et diversam a suis emendationibus, quas non recepit, nisi textum in aperto mendo cubare videret, codicis scripturam. Commentariis denique omnia enarravit, quae ad historiam, chronologiam iurisque scientiam putaret pertinere. Hoc modo ea folia edidit, quae priorum quinque librorum et tituli quarti libri sexti sunt. Dicendum est praeterea, in reliqua libri parte, quae solam lectionis varietatem continet, multos locos recte ab eo emendatos esse. Haec satis demonstrare videntur, quam egregie Peyronus munus, cum primus ederet membranas, expleverit. Equidem, rebus examinatis, non dubito in clar. Schroeteri sententiam ire, qui Peyronum dicit praestantissimorum iurisconsultorum eruditionem assecutum et eo maiore laude et admiratione dignum esse, quo minorem, qui orientalium linguarum professor neque vero iurisconsultus esset, perfecti operis spem excitaverit. Se igitur censere Peyrono ab omnibus veteris iurisprudentiae cultoribus gratias agendas esse. Quod si Peyronus eximiam laudem sibi comparavit, vereor, ut Clossius, qui duobus mensibus post primi Codicis Theodosiani libri a se inventa fragmenta divulgavit [134]), parem adeptus sit. Bene quidem, quo modo codicem Ambrosianum invenisset, narravit, scite quoque de habitu eius et quo consilio eum edidisset locutus est, apte praeterea apographum in aversa cuiusque folii pagina positum in adversa sequentis folii pagina ad huius aetatis rationem explicavit, porro inscriptiones et subscriptiones saepe truncatas et corrupte in codice scriptas emendavit, denique etiam omissa titulorum rubra ex indice titulorum recte restituit; in reliquis vero ita negligenter et inconsiderate egit, ut in doctorum reprehensiones incurreret [135]). Nam cum in edendo codice Hugonis Ulpianum et Goeschenii Gaium ad imitandum sibi proposuisset, debebat aut membranas eodem modo describere, quo Ulpianus descriptus est ab Hugone, aut Goeschenium imitatus constitutiones, quae insunt, emendatas transscribere et compendia, sigla, corrupta verba, rationes, cur codicem correxisset reliquasque res, quas ad illustrandas constitutiones putaret commemorandas esse, in annotationes et commentarios coniicere. Neutrum fecit. Lacunas quidem et correctiones librarii, paginas quoque et columnas membranarum in imis paginis indicavit, at vero finem et initium singulorum versuum, iis membranis exceptis, quibus Gesta et constitutio ad Constitutionarios continentur, obelis distinguere neglexit, et in appendice demum libri, postquam alii apographum vituperaverunt, versuum prima et ultima verba cum obelis

---

132) Usus est Italica Ritteri editione, qua re factum est, ut nonnunquam diversam scripturam enotaret aut corrigeret, quae non esset in Lipsiensi editione. Cf. v. g. infra III, 30, 6, not. * (pag. 351). 133) Peyronum multas bonae frugis lectiones ex his eruere potuisse, perspicitur ex libri sexti et reliquorum librorum membranis, quas in usum meum clar. *Vesmius* contulit; neque dubito quin magnum fructum capturus sit, qui priorum librorum, quinti potissimum membranas denuo conferat. 134) *Theodosiani Codicis | Genuini | Fragmenta | Ex Membranis Bibliothecae Ambrosianae | Mediolanensis | Nunc Primum Edidit | Waltherus Fridericus Clossius, | Phil. Et I. U. Doctor, | Et Iuris Professor Publicus Ordinarius | In Regia Universitate Tubingensi. | Tubingae, | Apud C. F. Osiandrum* | MDCCCXXIV. | In prioribus quadraginta paginis, quae numeros romanos in ora habent, haec sunt: a) Frons libri; b) Epistola inscripta *Guilielmo, Würtembergiae Regi;* c) Praefatio, in qua Clossius narrat, quo casu in codicem inciderit, quo modo liber manuscriptus se habeat, quo modo ipse eum ediderit; deinde nonnullos alios bibliothecae Ambrosianae codices enumerat; denique quid aliis viris doctis debeat, commemorat; d) *Conspectus eorum, quae hoc libello continentur.* Sequentibus paginis 175 haec continentur: a) p. 1—123 *Fragmenta Codicis Theodosiani;* b) p. 124—147 *Notae;* c) p. 148—156 *Chronologia Constitutionum;* d) p. 157, 158 *Index titulorum secundum ordinem librorum concinnatus;* e) p. 159, 160 *Index titulorum alphabeticus;* f) p. 161—164 *Ad Theodosiani Codicis Fragmentum Coniecturae Criticae Bardili, Buttmanni, Hugonis, Osianderi, Savignii, Schraderi, Zafelii;* g) p. 165—174 *Appendix. Singulorum Versuum Divisiones;* h) ultima pag., quae numerum non fert, *Addenda et Corrigenda.* Illa fragmenta Codicis Theodosiani constant α) ex Gestis de Recipiendo Theodosiano Codice et lege ad Constitutionarios; β) ex rubricis titulorum; γ) ex libro I. Codicis Th. et ex tit. 1—4 secundi libri. Libri forma octava est. Signaturae adsunt. In extremo folio picta est scriptura codicis. 135) Sic *Schroeterus* quoque iudicat.

reposuit, ut si quis scire velit, quo verbo, quibus literis versus aliquis terminetur, versuum divisiones in appendice enotatas cum superiori apographo conferat necesse sit. Praeterea compendia, sigla codicis maximam partem plene scripsit, alia, quae non sunt in codice, apographo affinxit, constitutionum autem iam antea editarum solam diversam scripturam exhibuit, non editas continenter scripsit. Neque rectius scripturam codicis in aversa foliorum pagina explicavit [136]); nam multas res intactas reliquit, alias falso intellexit, saepe codicis scripturam sine ratione et adversante sermone latino mutavit, aut sigla et compendia male interpretatus est; denique etiam magna molestia eorum, qui libro utuntur, suas notas et aliorum doctorum virorum coniecturas criticas in appendice collocavit, quo factum est, ut in singulis locis ter, quater, quinquies liber pervolvendus sit. Promeruit igitur Clossius de Codice Theodosiano, quod incognita fragmenta primus divulgavit; melius promeruisset, si consulto et cogitate id fecisset. Cum ex Ambrosiano codice primus liber auctus esset, e Taurinensibus et Vaticanis membranis sequentes potissimum libri accrevissent, ex diversis igitur codicibus diversa iuris romani cultoribus suppeditata essent, Peyroni etiam editio et Maii maxime liber in Germania magno pretio venderetur: iurisconsulti Germaniae in desiderio editionis erant, quae omnia Codicis Theodosiani fragmenta nuper reperta resque cum illustrantes comprehenderet. Illius desiderii mox expleverunt exspectationem Puggaeus et Wenckius [137]), anno huius saeculi quinto et vicesimo. Eorum virorum id quidem commune est, quod libris suis in duas partes divisis, in altera parte uterque utriusque bibliothecae, et Taurinensis et Vaticanae, membranarum scripturam ab editis discrepantem, quatenus ad undecim posteriores libros pertinet, in unum collegit; verum inter se differunt in prima parte. Puggaeus enim [138]) neglectis legibus, quae Breviario aliisque praeter Theodosianum Codicem fontibus iuris debentur, eas solas una cum fragmento libri sexti et cum Gestis de Recipiendo Codice Theodosiano recepit, quas Peyronus et Clossius Taurinensium et Mediolanensium membranarum ope ab oblivione excitaverant. Distribuit eas ad librorum et titulorum ordinem, qui in Theodosiano Codice fuisse videtur, quare tria illa folia, quae a Peyrono falso transposita esse Wenckius in Ephemeridibus Literariis monuerat [139]), ad pristinum ordinem revocavit; deinde ut scirent, qui librum legerent, ex quo codice tituli et constitutiones manaverint, sigla iis, quae hoc demonstrarent, praefixit; tum diversam ab editionibus codicum scripturam, Clossii, Peyroni, aliorum emendationes in superioribus notis enumeravit, in inferioribus autem leges *), quas in Codice Iustinianeo esse iam Clossius et Peyronus dixerant, et iuris locos novis constitutionibus lucem afferentes, iisdem viris praeeuntibus, indicavit; porro hoc et illud emendare tentavit [140]), quamquam plerumque e Peyroni et Wenckii [141]) sententia pependit; denique lacunas Taurinensium membranarum aut asteriscis punctisve aut Aldinis literis, quas uncis inclusit, si quidem Peyronus lacunas expleverat, expressit; postremo scripturam ad orthographiam, qua hoc tempore utimur, accommodavit et tabulam foliorum a Peyrono inventorum libro suo adiecit. Commendari igitur posset haec editio, nisi incredibili incuria diligentiae correctae essent plagulae, aut Puggaeus nonnulla recipere neglexisset, quae debebat recipere, constitutionem dico ad Constitutionarios, indicem titulorum codicis Ambrosiani, supplementa ab Hauboldo in Promulside divulgata, commentarium denique Peyroni, qui si non omnis repeti poterat, neque tamen omnino silentio debebat praeteriri. Paullo post Puggaeum Wenckius [142]) editionem absolvit, is quidem excellentem et praestantem. Nam

---

136) Multa sustulit in Corrigendis, neque vero omnia. Cf. *Schroeter* l. c. p. 329 sq. Exempla ibi prolata facile augeri possunt aliis. 137) Eodem fere tempore multa scripta sunt in Ephemeridibus Literariis aliisque libris de fragmentis illis C. Th. eorumque editionibus. Ea quae praeclara sunt, indicavi in Signorum explicatione; alia in superioribus notis commemoravi. In primis *Batavi* egregie disputaverunt. 138) *Theodosiani Codicis | Genuina Fragmenta | Cum Ex Codice Palimpsesto Bibliothecae R. | Taurinensis Athenaei Edita, Tum Ex | Membranis Bibliothecae Ambrosianae | Mediolanensis In Lucem Prolata | Inter Se Disposuit Atque Edidit | Dr. Eduardus Puggaeus. | Accedunt | Theodosiani Codicis Variae Lectiones. | Bonnae | Apud A. Marcum | MDCCCXXV.* | In prioribus octo paginis, quibus numeri romani adscripti sunt, est praeter frontem libri *Praefatio Puggaei scripta Bonnae VI. Non. Maii* 1825. Eas sequitur singulum folium sine numero, in quo bibliopola se *Warnkoenigii* Commentarios iuris romani privati editurum esse nuntiat. Proximas 127 paginas res a Clossio, Peyrono, Maio editae complent, ita tamen, ut ad p. 100 legantur priorum quinque librorum fragmenta recens inventa una cum Gestis de Recipiendo Codice Theodosiano et cum fragmento libri sexti, in seqq. vero paginis sit *Varietas Lectionis Ad Libros Editos*, exceptis quinque paginis, quae numeris non distinctae haec comprehendunt: a) *Corrigenda et Addenda*, in quorum fine scriptum est *Ex Officina Typographica Thormanniana*; b) *Indicem titulorum* novis constitutionibus auctorum; c) *Tabulam constitutionum, quae in singulis a Peyrono inventis foliis leguntur, secundum quem ipse adhibuit ordinem descriptam.* Libri forma octava est. Signaturae adsunt. 139) Vid. infr. pag. 489, not. * et sq. not. *) Illas ab his, quae numeros arabicos habent, literis distinxit. 140) Cf. *Schroeter* l. c. p. 350 sqq. 141) In Ephemeridibus Literariis Lipsiensibus 1824. sched. 236—239. 142) *Codicis Theodosiani | Libri V Priores | Recognovit | Additamentis Insignibus | A | Walthero Friderico Clossio | Et | Amedeo Peyron | Repertis Aliisque Auxit | Notis Subitaneis Tum Criticis | Tum Exegeticis | Nec Non Quadruplici Appendice | Instruxit | Car. Frid. Christianus Wenck | Antecessor Lipsiensis | Lipsiae | Sumtibus Ioh. Ambr. Barth | MDCCCXXV.* | Priores 28 paginae numeris romanis insignitae Praefationem continent scriptam *Kal. Iul.* MDCCCXXV. In seqq. 416 paginis haec insunt: a) p. 1—338 praefixo in fronte titulo: *Codicis Theodosiani Libri Quinque Priores | Epitomati | Ex Breviario Alariciano | Iam Novis Supplementis | Ambrosianis Maxime Et Taurinensibus | Aucti* | Gesta in Senatu urbis Romae de Recipiendo Codice Theodosiano, Valentiniani const. ad Constitutionarios, constitutio Theodosii II.

postquam in praefatione narravit, quo modo Codex Theodosianus hac aetate novis subsidiis locupletatus esset, qui habitus esset codicum, qui ordo Peyronianarum membranarum [143]), quae libri sui ratio, in edendis quinque prioribus libris in hoc studium incubuit, ut plane aliter atque Puggaeus fecerat, Beckii editionem, quantum fieri posset, suppleret suamque ad eam aptaret. Praemissis igitur Gestis in Senatu Urbis Romae de Recipiendo Theodosiano Codice, Valentiniani lege ad constitutionarios et constitutione de Theodosiani Codicis Auctoritate, fragmenta a Clossio et Peyrono divulgata cum iis, quae alii veteris iuris libri, Breviarium Alarici, Codex Iustinianeus, Lex Romana Burgundionum, suppeditabant, ita congessit et inter se coniunxit, ut unum quasi corpus efficeret. Neque vero id temere fecit. Nihil enim ex Codice Iustinianeo, nihil ex Corpore Finium Regundorum revocavit, nisi quod in Codice Theodosiano non solum fuisse, verum etiam quo loco fuisset, demonstrari posset; deinde ut prima specie is, qui librum legeret, lacerum atque ex diversis fontibus codicibusque compositum Codicem Theodosianum eo contineri perspiceret, lacunas, si quo loco manifestae erant et codicum ope definiri poterant, lineis ante constitutiones collocatis indicavit, et ipsos constitutionum numeros cum ex Codice Theodosiano apposuit, tum eos, quos Beckius habet, si quando differunt, uncis inclusit; porro quod novas constitutiones, quibus literam *N* (Nova) praefixit, attinet, diligenter eas, sublatis erroribus, ex Clossio et Peyrono descripsit, et supplementa Peyroni, de quibus dubitari posset, aut sua aut leges ex Codice Iustinianeo revocatas Aldinis literis aliove modo a reliquis verbis distinxit; tum membranas Taurinenses a Peyrono falso dispositas ad pristinum ordinem restituit; denique omnia ad orthographiam Beckianae s. Berolinensis editionis accommodavit. Nec vero his solis rebus bene de Codice Theodosiano promeruit. Maiorem fortasse gratiam a doctis iniit, quod notis singulas leges emendare et interpretari studuit. Nullus enim fere locus est aliquantulum impeditus, quem non tentaverit critice emendare. Quibus rebus quantum profecerit in nodis Codicis Theodosiani expediendis, nemo est, qui ignoret. Praedicanda est etiam industria, qua non solum accuratissime Codicem Iustinianeum ubique contulit, verum etiam quo consilio compositores eius in digerendis imperatorum constitutionibus egissent, ostendit. Quid quod priorum editorum errores revelavit atque expulit, codicibus, veluti Wurceburgensi et Ambrosiano, diligentius, quam antea factum erat, usus est, locos similes ex libris iuris collegit protulitque. Atque cum intellexisset, obscuras leges sola critica arte non omnino illustrari, si qua habebat difficiles explicatus, eam exegetice aut historicis disputationibus, quod erat ingenium eius et doctrina, interpretatus est. Sed dicendum est etiam, Wenckium non solis prioribus quinque libris diligentiam adhibuisse, adhibuit eam Appendicibus quoque. Nam ut mittam fragmentum libri sexti et Honorii constitutionem de Conventibus annuis in urbe Arelatensi habendis magna arte explanatam, secundam appendicem, quo varias lectiones ex membranis Taurinensibus Vaticanisque ad posteriores undecim Codicis Theodosiani libros congessit, tot adornavit optimis emendationibus, multos ut me locos eo solo auctore correxisse grato animo fatear; in appendice autem quarta, Gothofredum imitatus, constitutionum, quae libris quinque prioribus Codicis Theodosiani continentur, seriem chronologicam a clar. Stiebero scite compositam exhibuit et signo codicem, ex quo editae sunt (aut *C. Ambr.* aut *C. Taur.*), indicavit [144]). Postremo in *Addendis* suos et Puggaei, cuius librum sero acceperat, errores dempsit, et interdum novas aut omissas res adiecit. Tantam igitur laudem assecutum esse Wenckium, ut proximum ab Gothofredo locum obtineat, nemo facile mirabitur, id vero mirabuntur omnes, opus illud eum eodem, quo struere coepit, anno perduxisse ad finem. Sed tamen fuit haec festinatio caussa, cur perpolire id nequiret, quod si facere potuisset, inconstantiae notam evitasset. Debebat enim eodem modo, quo constitutiones numeraverat, titulos quoque numerare aut perditos lineis indicare; aperto etiam dicere loco, quae constitutio nova esset, quae translata in Iustiniani Codicem, neque vero has res cum aliis commixtas abscondere in notas [145]), ut mittam locos, quos non tetigit aut in quibus emendandis aliorum industriam in suum commodum tacitus convertit. Verum leves naevi sunt egregii operis, quibus tantum abest,

---

de Theodosiani Codicis Auctoritate et priores quinque libri; b) p. 339—416 *Appendices*, quarum quattuor sunt: α) p. 341—345 *Supplementum | Codicis Theodosiani | Lib. VI. Tit. 4 | Qui Est: | de Praetoribus Et Quaestoribus, | In | Palimpsesto Taurinensi Repertum;* | β) p. 346—370 *Variae Lectiones Ad Posteriores Undecim | Codicis Theodosiani Libros, | E | Membranis Palimpsestis | Vaticanis Ac Taurinensibus Ab Angelo Maio Et | Amad. Peyron Erutae, Ad Editionem Bero | linensem Accommodatae. | Accedunt Quaedam Ex Indice Rubrica | rum Ambrosiano;* | γ) p. 371—384 *Imperatoris Honorii Constitutio | De Conventibus Annuis | In Urbe Arelatensi Habendis;* | δ) p. 385—412 *Series | Constitutionum | Quae Libris V Prioribus Codicis Theod. Con | tinentur | Chronologica.* | Denique in ultimis quattuor pag. *Addenda et Emendanda* conscripta sunt. Libri forma octava est. Signaturae adsunt. Chronologiam scripsit clar. *Stieber*, qui praeterea multum promeruit de hac editione, non solum correctis plagulis, verum etiam emendatis locis, qui male se habuerunt in Wenckii Mss. Doctissime de ea disputat *Schroeter* l. c. p. 346—359. Contra eius reprehensiones se defendit *Wenckius* in Ephem. Lit. Lips. 1826. sched. 61. Praeter Schroeterum Wenckii merita ponderaverunt *Batavi* in libro, qui in fronte titulum fert *Bijdragen tot Regtsgeleerdheid En Wetgeving. I. Deel.* Amsterdam 1826. p. 1—39, 313—357. Cf. infra Signorum explicatio. Batavos egregie versatos esse in emendandis explicandisque novis fragmentis saepe dixi in editione mea. 143) Cf. not. 139. 144) Iis constitutionibus, quarum annus incertus videtur esse, interrogandi signum (?) addidit. 145) Cf. *Schroeter* l. c. pag. 348, neque *Wenckio* contigit, ut omnem culpam excusaret in *Ephemer. Lips.* 1826. l. c. et *sched.* 136. Quod *Schroeterus* l. c. p. 359

ut foedetur, ut, sicuti in formosis picturis est, pulchrius fiat, cum sic reliquarum partium praestantia luculentius cognoscatur.

Descripsi in superioribus habitum editionum. Iam classes faciendae sunt, quod paucis verbis absolvi potest, cum, dum editiones explicabam, nonnullas classes commemorare opus fuerit. Dixi enim, alias editiones Codicis Theodosiani omnes, alias aliquos tantum libros comprehendere [146]); alias interpretationem Visigothorum habere, alias omittere; ostendi etiam eas, quae aut solum Breviarium [147]) aut solum Codicem Theodosianum [148]) continerent aut utrumque commiscerent [149]); exposui denique, quibus commentarius adstructus sit, quibus desit. Verum his rebus, quae solam formam editionum spectant, omissis et habita internae naturae ratione, totius Codicis Theodosiani editiones bifariam distribuendae sunt; etenim aut ante alteram Cuiacii editionem divulgatae sunt aut post eam. Illarum haec similitudo est, ut, ubi Breviarii loci sunt, Sichardus, Cuiacii prior editio, Aurelianensis, Lugdunensis, nonnunquam accedente altera Cuiaciana, eandem scripturam saepe habeant, Tilius crebro ab omnibus discrepet, at in libro sexto, septimo et octavo Cuiacii prior editio, Aurelianensis, Lugdunensis, hic quoque nonnunquam congruente Cuiaciana altera, aut solae Cuiacianae editiones et in ultimis octo libris Tiliana, Cuiaciana prior, Aurelianensis, Lugdunensis inter se consonent. Quod ad reliquas editiones attinet, Gothofredi, Ritteri et Italica Ritteri editio mutationes in altera Cuiaciana factas plerumque recipiunt [150]), Beckius, etsi Ritterum aut Gothofredum potissimum sequitur, et Wenckius ex superioribus editionibus optimum quodque depromunt atque digerunt, Puggaeus denique a Clossio et Peyrono raro discrepat.

Cum editores codicibus manu scriptis usi sint, utile est indagare, quibus usi sint. Iam vero supra non potui non commemorare codices, quos Ritterus et Rittero recentiores adhibuissent, quare tota quaestio versatur in editionibus Rittero antiquioribus. Et Aegidii quidem codicis nec vola nec vestigium apparet, neque enim Aegidius eum memorat, neque ex multis, quos inveni hoc genus codicibus, ullus eodem modo atque ille terminatur. Significantius Sichardus in praefatione tres codices nominat, Argentoratensem, Moguntinensem, Morpacensem, quartum in ultimo libri sui folio, Augustensem. Argentoratensem ipse invenerat anno MDXXVII. [151]); Moguntinensem accepit a Io. Cochlaeo [152]), copiam vero Mor-

---

obiecit, eum ex Codice Iustinianeo et ex Breviario Alarici Codicem Theodosianum consarcinasse, id Wenckius mea quidem sententia prorsus refutavit. Nam quod Iustinianeum Codicem attinet, ex eo solas leges revocavit, quarum locum et cohaerentiam cum superstitibus Codicis Theodosiani fragmentis aut Codex ipse docet aut membranae eius residuae demonstrant; reliquas recte sprevit, quia, cum Iustinianei Codicis compositores crebro mutassent Theodosiani Codicis ordinem, Gregorianum hac in re potissimum secuti, et constitutiones discerpsissent aut diversas in unam conflassent, locus, quo in Codice Theodosiano fuissent illae, indicari non poterat, neque certo dici, legem aliquam iisdem verbis in Codice Theodosiano scriptam fuisse. Recte etiam leges ex Breviario revocatas esse, cum ex Ambrosiano codice, tum ex Taurinensibus membranis intelligitur, quibus probatur, Visigothos Codicis Theodosiani leges incorruptas, neque turbato librorum, titulorum, constitutionum ordine in corpus legum, quod ex veteribus scriptis congesserunt, transtulisse, id igitur egisse, ut omitterent quidem titulos sive leges, neque vero receptas ut mutarent aut truncarent, quod raro tantum in Codice Theodosiano fecerunt et ubi fecerunt, ita fecerunt, ut quod mutatum sit, in interpretatione indicarent. Sicuti igitur Clossius et Peyronus ex membranis vera, non ficta Codicis Theodosiani fragmenta ediderunt, ita Visigothi ex authenticis, ut videntur, eiusdem Codicis exemplaribus leges selegerunt, nec quicquam inter se differunt, nisi quod Clossius et Peyronus hac aetate, remota Visigothi ipsius Codicis Theodosiani membranis usi sunt, illi, ut in lucem protraherent, quicquid novi invenissent, hi ut omitterent, quae non apta viderentur. Quare quemadmodum fragmenta recens inventa vera esse dicuntur, ita, quae Visigothorum cura ad nos pervenerunt, pro veris agnoscenda sunt.

146) Cf. Signorum explicatio, et supra pag. XXII.

147) v. g. Sichardus, prior pars Tilianae editionis, sed haec om. interpretatione. Liber V. in editionibus ante Peyronum ex solo Breviario editus est.

148) Altera pars Tilianae editionis excepta appendice, Beckius libro VI., VII., IX—XVI., Peyronus, Puggaeus.

149) v. g. in libr. I—IV., VIII. Cuiacii prior editio et sequentes edd. usque ad Beckium, in libro XVI. Tilius; partim etiam Clossius et Wenckius, sed Tilius, Beckius, Wenckius om. interpretatione. Reliquis libris (VI., VII., IX—XVI.) in Cuiacii edd. et sequentibus usque ad Ritterum interpretatio quidem adiecta est; at vero constitutiones ipsae ex Theodosiano Codice depromptae sunt.

150) At in libro XVI. Ritterus haud raro ad primam Cuiacii editionem rediit, neglecta altera Cuiacii editione.

151) *Quē cum supe | riore anno sacris tuis diplomatis fretus, è situ, ut pleraꝗ alia, primū eruissem Argēto | rati, eūq; beneficio amicorū facile obtinuissem, lectus per ociū tantū edēdi sui deside | riū incussit, ut nulla re interim maiorē me apud nostrae aetatis eruditos gratiā initurum | confiderē, nisi ut editionē toto, ut sic dixerim, pectore urgerē. Sed voluntati huic sic | publicis studijs gratificari aestuanti, repugnabat liber ita scriptus, ut praeter mendas, | ꝗbus planè scatebat, id tamē qđ est in vetustis solenne, maximā iusto libro deprehen | deremus deesse partē, atꝗ id nec obscure ex Datis, quae cum titulorū essent vice satis | accurate apposita, legibus omissis scriptor in Interpretationes solas incubuerat, ꝗppe | clariores aliquāto.* Epistola Sichardi ad Ferdinandum.

152) l. c. *Effecit haec incōmoditas, ut de ablegādo rursum libro cogitarē: Cō | modū vero dum sic animi pendeo, è Mogontia ad me exēplar aliud Io. Cochlaeus, ne | quidē praemonitus misit.* In ultima pag. 178 dicit: *ad quod cū priores tres terniones, quos beneficio Ioan. Cochlaei humanissimi viri è bibliotheca Mogontinēsi obtinueramus, contulissemus* etc. Hoc loco nonnullos terniones, supra totum codicem se a Cochlaeo accepisse memorat. Discrepantiam ita explico, ut primum apographum illorum foliorum acceperit, deinde totum codicem. Certe priora codicis Basileensis novem folia illa ipsa videntur esse, quae miserat Cochlaeus, cum ubique fere cum cod. 20, qui olim Moguntinensis erat, conveniant.

pacensis ei fecit Bonifacius Amorbachius [153]), pariter atque codicis Augustensis notitiam non suo, sed Sigismundi Ilsungi studio habuit [154]). Ex quattuor illis codicibus duo, Augustensis et Morpacensis latent aut perierunt, nisi quod Morpacensis apographum quarta Basileensis codicis parte continetur [155]). Reliquorum alter Bernae, alter Gothae hoc tempore asservatur. Argentoratensem enim, ex quo Sichardus, quia legum sententiae et inscriptiones desunt, subscriptionum et interpretationum diversas scripturas in margine libri sui notavit, iam Bernensem esse, scripturarum illarum in plerisque locis convenientia cum Bernensi codice probat [156]). Gothanus autem olim Moguntiae fuit [157]). Iam vero prima Basileensis codicis pars, quae Cochlaei apographum ex Moguntinensi codice depromptum continet, et Gothanus codex mirum quantum inter se concordant et congruunt; quare dubitari nequit, quin Moguntinensis codex idem sit, qui nunc Gothanus est. Eo usus est Sichardus in reliquis etiam libris, ubi vero Morpacensem quoque codicem alternis vicibus videtur consuluisse, nisi si quid ex Iustiniani Codice hausit aut emendavit [158]). Ut Sichardus, ita Tilius antiqua exemplaria manu scripta congessit, ut priores octo Codicis Theodosiani libros emendatiores, quam eos Germanica editio haberet, proferret [159]). Sed cum non nominarit ea, ex correctionibus tantum et ex scripturis in margine annotatis perspicitur, num quo Breviarii codicum, quos ipse contuli, Tilius usus sit. Crebro autem codices Reg. Par. MMMMCCCCV. et Suppl. Lat. CCCXCVIII. et CCCXCIX., in primis cod. Vatic. Reg. Suec. MCXXVIII. [160]) cum locis illis consentiunt; eos igitur a Tilio inspectos et adhibitos esse verisimile est. Clarius demonstrari potest, Tilium cum posteriores Codicis Theodosiani libros primus ederet, codice Vaticano Reg. Suec. DCCCLXXXVI. usum esse [160 a]). Et primum quidem argumentum consistit in lectionum convenientia, quae tanta est, ut etiam in rebus levioribus et codex et prima editio congruant *). Ita in inscriptione c. 3 de Accus. (IX, 1) codex habet *Africolanum*, idem est in prima editione; quod vero verbum *ius* post *Cum* in principio eiusdem constitutionis omissum est, id etiam in prima editione deest. In c. 5 eod. utrumque exemplum exhibet *et Constante Conss.* omisso *C.*; item *Burso* in subscriptione c. 7 eod. transiit ex codice in primam editionem, ubi etiam in c. 9 *Pf. U.* et *NB. P.* deest, quod librarius omisit, sicut in c. 14 *Marinum vic. Hispaniae* editum est, cuius rei et ex eodem titulo et ex aliis exempla plura afferre possem, si huius libri ratio pateretur. Ut haec tantum commemorem: in subscriptione c. 6 de Exhib. v. transm. reis (IX, 2) omittitur *III.*, in c. 3 de Calumniat. (IX, 39) idem codex habet *P. V. Afric.*, in c. 4 de Poenis (IX, 40) *V. P.*, in subscriptione c. 4 de His, qui ad eccles. (IX, 45) *V. C. Cons. et qui fuerit nuntiatus*, quae omnia etiam in prima editione inveniuntur. Ubi vero menda codicis aut atramento aut rubro succo correcta sunt, eaedem correctiones nihil mutatae in primam editionem receptae sunt: ut planum fiet, cum ex compluribus exemplis, quae mihi in promptu sunt, nonnulla tantum protulero. In c. 5 de Accusat. (IX, 1) codex habet *per sopita ira*, secunda manus delevit *per;* in c. 9 eod. illud *si vero*, quod codex habet, mutatum est in *si vera;* in c. 10 eod. pro *provincia*, *licentiam*,

---

153) *Paulo post facta est et copia Morpacensis, beneficio Bonifacij Amorbachij — et qđ vel solũ poterat ad hoc quod. agerẽ satis videri, nisi duobus primis libris mutilũ, fine quoq; caruisset.* Sich. in praef. l. c.
154) Cf. supr. not. 62 et omnino de Sichardi codd. doctissimus *Stieber* l. c. p. CXL. sq. 155) Initio enim mutilus est et in fine. Cf. *Varietas scripturae* ex Paulli a Visigothis epitomati codicibus a me collecta pag. 71 ad lib. V, tit. XVIII, §. 3, ubi codici Basil. haec adscripta sunt: „*Collatum cum argentinens. Hactenus Morbacense, quod deinceps mutilum et mancum. Reliqua ex argentinens. Notae in Margin. sunt exemp. Moguntin.*“
156) Cf. C. Th. IV, 14, 1, not. *d*, *e*; IV, 16, 2, not. *t*; IV, 21, 1, not. *l*; IV, 22, 1, not. *k*, *n*; I, 1, 2, not. *v*; IV, 22, 2, not. *c*; III, 30, 5, not. *r*; V, 1, 6, not. *e*; III, 1, 4, not. *r*; c. 3 eod., not. *m*; c. 6 eod., not. *v*; c. 7 eod., not. *v*; III, 2, 1, not. *b*; III, 4, 1, not. *n*; I, 19, 2, not. *y*; I, 20, 1, not. *m*; I, 21, 2, not. *v*; II, 9, 3, not. g; II, 10, 4, not. *z*; II, 1, 11, not. *x*; V, 1, 1, not. *n* et not. *t*; c. 2 eod., not. *m*; c. 3 eod., not. *v*; c. 4 eod., not. *c*; c. 7 eod., not. *n*; V, 8, 1, not. *y*; V, 11, 1, not. *x*, *y*; II, 4, 4, not. *q*; III, 10, 1, not. *l*; III, 8, 1, not. *b*; III, 12, 1, not. sup.; II, 7, not. sup.; III, 13, 2, not. *t*; III, 17, 2, not. *m*; c. 4 eod., not. *i*; IV, 10, 1, not. g; V, 3, 1, not. *k*; VIII, 2, 5, not. *v*, *q*; VIII, 12, 1, not. *m*, o; VIII, 15, 2, not. *q* (hic locus maxime memorabilis est); IX, 1, 9, not. *g*; c. 14 eod., not. *a*; IX, 7, 2, not. *c*; IX, 11, 1, not. *v*, *a*; IX, 34, 9, not. *b*; IX, 37, 4, not. *r*, *s* et centum alios locos. Cf. etiam *Hufeland*, *vorläufige Nachricht von den juristischen Schätzen der Wirzburger Universitätsbibliothek.* Bamberg u. Wirzburg 1805. 8. p. 96 sqq. et supr. not. 63 i. f. Nonnunquam in m. ex Cod. Iust. diversa scriptura notata est. Cf. IX, 40, 13, not. *y*.
157) Inscriptum est in primo folio: *Iste liber pertinet ad librariam S. Martini ecclesiae Moguntinensis M. Sindicus sp* 1479. Siglum *sp*, cuius lineae multiplici modo contortae sunt, hic exprimere nequeo. Puto esse pro *scripsi.* Verba *S. Martini ecclesiae Moguntinensis* radendo fere deleta sunt. Eadem vero verba ab eadem manu inscripta sunt aliis Gothanae bibliothecae libris mss. veluti 58 membr. form. mai., qui Augustinum de Civitate Dei continet.
158) v. g. III, 2, 1, not. *d*; V, 5, 2, not. *z*, *c*; IX, 15, 1, not. *u*, *v*, *c*; IX, 18, 1, not. *h*; IX, 19, 4, not. *r*; IX, 36, 2, not. *k*, *m*, al. 159) Cf. supr. not. 66. 160) IV, 18, 1, not. *y* (v. *Theodosius*); II, 12, 7, not. *s*, *t*; I, 2, 5, not. *v*; c. 6 eod., not. *c*, ubi 16 pro 6 scrib. est; c. 7 eod., not. *o*; II, 19, 1, not. *y*; II, 27, not. *c*; §. 6 c. 1 eod., not. *o*; II, 5, 1, not. *i*; II, 9, 3, not. *v*; III, 30, 6, not. *e* et *y*; IV, 1, 1, not. *o*; IV, 4, 5, not. *n* et sic multis in locis. 160 a) Non dubito, quin *Tilius* codicem Vatic. Reg. Suec. 886 ex bibliotheca Monasterii Floriacensis acceperit. Uterque *Alexandri Petavii* erat, *Pauli Petavii* filii. *Paulus* una cum *Iacobo Bongarsio* bibliothecam comparaverat *Petri Danielis*, qui tempore tumultuum propter sacra in Gallia excitatorum libros manu scriptos Floriacensis et aliorum monasteriorum emerat. Quod si ita est, Bernensis quoque codex olim in Floriacensi bibliotheca fuit; nam *Bongarsius* libros suos Argentoratum contulit. Cf. Catalogi Librorum Manuscriptorum a me editi pag. 269, 1047. *) Huc etiam pertinet transpositio rubricae *de Censu.* Cf. XIII, 10, not. *a* et c. 3 eod., not. *s*.

praesentibus iudiciis cohere. corrector posuit *provinciae*, *licentia*, *pr. legibus cohere.* Magis offendunt, quae in c. 19 eod. emendata sunt, ubi codex habet: *nemo credat supplicia fugienti commoneri secreta*, recentior autem manus partim ex Alarico emendavit: *Nemo credat sponte fingenti commonito*, aut quod in c. 6 de Iure fisci (X, 1) pro *Cocli. Ab edicti nostri tenore quemdudum* ab eadem manu positum est: *Cocles. Secundum legem, quam dudum.* Gravissimum vero argumentum ducitur ex lacunis, quas cum saepe correctores illi invenerint, asterisco (*) notaverunt, Tilius vero in editione sua una cum asteriscis repetiit. Itaque lacuna asterisco notata est in c. 6 de Navicul. (XIII, 5) post verba *tenuioribus* et *confirmen*, in c. 16 eod. post verbum *possim*, in c. 10 de Praediis navicul. (XIII, 6) post vv. *molestia* et *re divinu*, in c. 18 de Pistor. (XIV, 3) post vv. *vindicant* et *memorata*, in c. 21 eod. post vv. *filias pistorum in* et post syllabam *con*, in c. 3 de Calcis coctor. (XIV, 6) post v. *canone*, in c. 1 de Collegiatis (XIV, 7) post vv. *De quorum*, in c. 2 de Studiis liberal. (XIV, 9) post vv. *et ipsi*, in c. 20 de Operibus publ. (XV, 1) post v. *constrat*, in c. 53 eod. inter syllabas *pa* et *tamen*, quo asterisco in editione Cuiaciana II., quam Gothofredus videtur secutus esse, et a novissimo editore omisso, mirum illud verbum *patamen* ortum est, nostra demum aetate a Maio, qui veram lectionem e fragmentis Vaticanis restituit, e latino sermone sublatum. Similiter asterisci nota exstat post v. *declinare* c. 9 de Secuicis (XV, 7), post v. *desiderium* c. 10 eod., post vv. *gestum est* c. 2 de Infirmandis his (XVI, 14), post vv. *huiusmodi personis inlicitum temere* c. 35 de Episcop. (XVI, 2), post v. *iuratur* (uratur) c. 40 eod., post vv. *insertum est* c. 42 eod., post v. *reverentissimorum* c. 6 de His, qui super relig. (XVI, 4), ubi in codice extrema c. 6 verba una cum prioribus quattuordecim sequentis tituli constitutionibus usque ad vv. *usquam sinantur* c. 15 interciderunt, typothetae vero errore asteriscus post vv. *habere conventum non*, quae in prima editione cum v. *reverentissimorum* cohaerent, positus est, post v. *possessionem* c. 21 de Haeret. (XVI, 5), post v. *Constantinop.* c. 31 eod., post v. *profluat* c. 44 eod., post vv. *datarum constitutae* c. 46 eod., post vv. *nomine faciat* c. 66 eod., ubi duodecim folia desunt cum extrema c. 66 parte et sequentibus titulis usque ad vv. *feralem fugerit* c. 1 de Iudaeis (XVI, 8), denique post v. *fisco* c. 12 de Paganis (XVI, 10), in quo verbo codex desiuit. Quibus accedit, quod propter lacunam illam, quae est in c. 6 de His, qui sup. relig. cont. (XVI, 4) simul rubrica tit. V. de Haereticis (XVI, 5) excidit, propter alteram autem in extrema tituli de Haereticis (XVI, 5) constitutione rubricae tit. VI. Ne sanctum baptisma (XVI, 6), tit. VII. de Apostatis (XVI, 7) et tit. VIII. de Iudaeis (XVI, 8) perierunt, unde factum est, ut constitutiones, quae in codice Vaticano post priorem lacunam ex titulo de Haereticis (XVI, 5) supersunt, una cum illis ex titulo de Iudaeis (XVI, 8) ad titulum de His, qui super relig. cont. (XVI, 4) pertinere videantur, eiusque tituli in codice Vaticano non sex, quae revera sunt, sed LXXXV constitutiones exhibeantur et ab antiqua manu numerentur. Neque aliter res in prima editione se habet, in qua lacunae iisdem in locis asteriscis indicatae sunt, idem finis libri XVI. est, idem ordo cum titulorum tum constitutionum [161]). Quod Cuiacii primam editionem attinet, distinguendi sunt codices, quorum ope libros quinque priores auxit, ab iis, ex quibus librum sextum, septimum, octavum et sextum decimum divulgavit. Illi ubi nunc sint, ignoro. Titulum quidem de SC. Claudiano accepit a P. Pithoeo [162]), alterum de Longi temporis praescriptione reliquasque constitutiones, quas primus protulit, aut ex Ranconeti codice [163]) aut ex locupletiore quodam et appendicibus instructo Breviarii Alarici libro manu scripto deprompsit. Sed quamquam magnum numerum librorum manu scriptorum cum editis accurate contuli, tamen nullum deprehendi, qui titulos illos haberet, appendices autem, quas inveni, scriptura a constitutionibus illis tantopere differunt, ut Cuiacius codicem aliquem adhibuerit necesse sit [164]), qui nostra aetate incertus est et incognitus. Tres libros, sextum, septimum, octavum ex Charpini codice divulgavit [165]), quem ante aliquot annos a Regiae Parisiensis bibliothecae praefectis emptum esse supra dixi. Esse eum eundem codicem, cum ex verbis a Pithoeo in charta interiecta [166]) scriptis apparet, tum ex consensu codicis et editionis. Etenim eodem modo incipiunt, iisdem lacunis et mendis, nisi quo loco Cuiacius ea sustulit, deformantur [167]). Quod autem in primis libri sexti constitutionibus et in

---

161) In hac sola re ed. pr. differt, quod post lacunam c. 66 de Haeret. ibi annotatur: „*Hic desiderabatur quaternio integer complectens finem tituli quarti, quintum titulum et initium sexti,*“ et post hanc annotationem *Tit. VI.* numeratur quidem, sed in superiore tantum paginarum margine, non in contextu editionis; sed vid. c. 66 cit., not. *a*. Tilius igitur non solum hoc codice usus est, verum etiam accurate et diligenter eum edidit, nunquam eum mutans, nisi quando manifestos errores sibi videbatur deprehendisse. 162) Cf. not. 77. 163) Ex eo Commonitorium edidit. Cf. *Cuiacii* praef. ad Paulum. Paris. 1558. 4. *Car. de Savigny* l. c. T. II, p. 38, not. *b* (ed. II.), doct. *Stieber* l. c. p. CXLII. Clausula Commonitorii, quam Cuiacius habet, deest in omnibus codicibus, quos inspexi. V. Particulam legis Romanae Visigothorum a me editam. Lips. 1838. 4. pag. 4, not. 52 i. f. 164) Nisi forte is est, cuius fragmentum ex cod. Berol. Lat. Fol. 270 clar. *Klenze* edidit. Is olim Pithoei erat. Nonnulli Cuiacium appendice cod. Reg. Paris. 4403 usum esse putant; sed manca ea est. Si quidem codice illo usus esset, sine dubio invenisset fragmenta illa, quae equidem primus inveni et *Hauboldo* edenda tradidi. 165) Cf. not. 77. 166) Vid. infr. p. 505, not. *r* et supr. not. 20. 167) Cf. VI, 2, 9, not. *h*; c. 17 eod., not. *p*; c. 18 eod., not. *t*; VI, 4, 13, not. *h*; c. 17 eod., not. *k*; c. 18 eod., not. *s*; c. 19 eod., not. *x*; c. 29 eod., not. *y*; c. 32 eod., not. *f*; c. ult. eod., not. *r*; VI, 7, 1, not. *m*; VI, 9, 2, not. *b*; VI, 21, 1, not. *x*; VI, 26, 13, not. *v*; VI, 27, 1, not. *a*; VI, 29, 2, not. *v*, **, *g*; c. 5 eod., not. o; VI, 37, 1, not. *g*; VII, 4, 24, not. *l*; VII, 13, 1, not. *m*; c. 7 eod., not. *n*; VII, 18, 9, not. *c*; VIII, 1, 2, not. *h*; VIII, 15, not. *s*; VIII, 18, 4, not. *y* — *b*; c. 5 eod., not. *h* — *n*.

lacunis versuum paullulum discrepant, id ex membranis ipsis explicari potest. Etenim ut prima codicis folia corrosa sunt, ita mucor membranarum margines dissolvit, effecitque, ut, cum liber evolvebatur, sensim avellerentur particulae membranarum et lacunae maiores fierent, quam Cuiacii aetate erant, qui eas aliorum librorum manu scriptorum et Iustinianei Codicis ope aut suo Marte expleverat. Neque repugnant membranae, quibus codex terminatur; eum in c. 4 et 5 C. Th. de Maternis bonis (VIII, 18) terminari, Cuiacius ipse asteriscis et versibus abruptis significavit *); extremum igitur octavum librum ex Breviario Alarici restituit. Quaeritur nunc, ex quo codice Cuiacius librum XVI. Codicis Theodosiani suppleverit eique titulum de Episcopali iud. subiunxerit in editione a. MDLXVI. Primum ego eius libri exemplum, quod in codice Parisiensi MMMMCCCCVI. a me inventum Hauboldus ex schedis meis descripsit, a Cuiacio adhibitum fuisse putabam, adductus in hanc opinionem partim eo, quod supplementis, quae iste codex habet, ampliores libri XVI. lacunae sanantur, partim titulo de Episcopali iudicio in extremo libro XVI. et c. 1 C. Gr. de Confessis (X, 2), quae omnia a Cuiacio in illa editione primum in lucem protracta in codice MMMMCCCCVI. exstant. Attamen postquam codicem illum cum editione a. MDLXVI. contuli, hanc sententiam teneri non posse perspexi et propter diversitatem lectionis et propter lacunas in illis ipsis locis, quos Tilianus codex non habet, ut nullo modo dubitari possit, quin tertius nobis ignotus codex iis supplendis inservierit. Diversarum lectionum exempla ex multis haec sunt: c. 3 de Cathol. fide (XVI, 1) *ut verae ac agnitae fidei*, ed. MDLXVI. *verae ac Nicenae fidei;* c. 35 de Episcop. (XVI, 2) *Imp. Archadius et Honorius aa*, ed. MDLXVI. *Idem AA.*; c. 2 de Haeret. (XVI, 5) cod. MMMMCCCCVI. *fidei toto orbe*, ed. MDLXVI. *ecclesiae toto orbe;* c. 12 eod. cod. MMMMCCCCVI. *sequenti emendationi quae*, ed. MDLXVI. *sequentiae, damnationique;* c. 2 Ne sanctum baptisma iteretur (XVI, 6) cod. MMMMCCCCVI. *comprehendat et si piculiari*, ed. MDLXVI. *comprehendet si piaculari;* c. 2 de Apostatis (XVI, 7) cod. MMMMCCCCVI. *ut ita res ferunt*, ed. MDLXVI. *si ita res ferant;* c. 19 de Pagan. (XVI, 10) cod. MMMMCCCCVI. *iubet*, ed. MDLXVI. *iubente;* c. 20 eod. cod. MMMMCCCCVI. *ydoneorum — sublevari — consecrate — Theod. VII*, ed. MDLXVI. *id in eorum — sublevari sacratae — Theod. VI.;* c. 24 eod. cod. MMMMCCCCVI. *dicunt*, ed. MDLXVI. *dicuntur.* Ad lacunas codicis MMMMCCCCVI. quod attinet, has commemorasse satis sit. In c. 4 de Fide cathol. (I, 1) om. *contributam — quippiam;* in c. 27 de Episcopis (XVI, 2) om. *si — propinquum;* in c. 1 de Haeret. (XVI, 5) *diversis — Generasto;* in c. 44 eod. *inusitata — pestis atque;* in c. 52 eod. *negotiatores auri pondo quinque;* in c. 57 eod. *ea ipsa re — susceperint;* in c. 63 eod. *que gentilium — superstitionis;* c. 65 eod. *expellendis — omnibus;* in c. 7 de Apostatis (XVI, 7) *Christianitatem — ab intestato;* in c. 22 de Iudaeis (XVI, 8) *ita — praefecturam;* in c. 13 de Paganis (XVI, 10) *et his — possessionum nostrarum* et in c. 23 eod. *Asclepiodoto et Mariniano Coss.;* deest etiam c. 22 eod., ex quo certissimum argumentum repeti potest, Cuiacium alio codice, nunc deperdito, usum esse, cum etiam in Tiliano codice haec constitutio desideretur. Praeterea desunt rubricae titulorum VII — XI., qua omissione effectum est, ut horum titulorum constitutiones ad tit. VI. Ne sanctum baptisma relatae sint, isque titulus in codice, ut etiam numeri singulis constitutionibus adscripti significant, LXXV constitutiones comprehendat pro septem, quibus in recentioribus editionibus constat. Contra codex MMMMCCCCVI. interdum nonnulla habet, quae desunt in ed. MDLXVI., veluti in c. 20 de Episc. (XVI, 2) „*vel extremo iudicio* vel testamento possint"; in c. 26 eod. „Const. *aaa Datiano ppo* Eucherio etc."; in c. 38 eod. „contra eorum *arbitratu et iudicibus* utilitate"; in c. 2 de His, qui super rel. (XVI, 4) „posthac *auxilii aut aliquid deferendi* ausu"; in c. 11 de Haeret. (XVI, 5) „Iidem AAA. *Constantiniano* Post."; in c. 46 eod. „*Defensorum curialium* ne Donatistas", ubi quae literis inclinatis expressi, in ed. MDLXVI. desunt neque in eius margine annotantur. Quo codice Cuiacius usus sit, incertum est, nisi forte Miraei codicem adhibuit, de quo Cuiacius in epistola ad Bartholomaeum Fayum, quam editioni quarti Observationum libri a. MDLIX. praemisit, ita loquitur: „*Utor in eis* (commentariis in postremos Iustinianei Codicis libros) *saepe auctoritate librorum Codicis Theodosiani, eorum, inquam, quos habet Lugduni Lud. Miraeus — quos mihi privatim hoc anno perlegendos dedit, dabit et brevi publicè omnibus*" 168).

---

*) Paullo plu a fuisse in codice aetate Cuiacii, quam nunc supersunt, dixi ad c. 6 et 8 citt., not. *l*, *m*, *h*. Haec non officiunt sententiae meae. 168) Dicit ergo Cuiacius, se usum esse in commentariis auctoritate librorum Codicis Theodosiani, quos Lugduni Miraeus habuerit. Prodierunt hi commentarii a. MDLXII., in quibus non raro constitutiones libri VI., VII. et VIII. Cod. Theodosiani, quae non sunt in Cod. Iust., commemorantur et proferuntur (cf. VI, 2, 16; VI, 4, 6; VI, 10, 2, 3; VI, 11, 1; VI, 18, 1; VI, 21, 1; VI, 22, 1, 2, 4, 8; VI, 24, 2, 6, 8 — 10; VI, 25, 1; VI, 26, 1, 10; VI, 27, 3, 13, 15, 16, 20; VI, 28, 6; VI, 29, 4, 9, 10; VI, 30, 14, 16, 17, 24; VI, 35, 7; VI, 2, 17; VI, 10, 1, not. *o*; VI, 29, 4, not. *; VIII, 4, 6, not. *; VIII, 5, 2, not. *; VIII, 10, 2, not. *p*) aut constitutiones, quae sunt in Cod. Iust., ex Cod. Theod. emendantur (cf. VI, 13, 1, not. *m*, *p*; VII, 5, 2, not. *v*; VII, 6, 3, not. *g*; VII, 8, 4, not. *h*, *k*; c. 5 eod., not. *u*, *y*; c. 10 eod., not. *p*, *x*, *y*, *z*; VII, 13, 7, not. *z*; VII, 18, 11, not. *n*; c. 16 eod., not. *d*, *f*; VII, 20, 2, not. *m*, *mm*; c. 5 eod., not. *r*; VIII, 1, 9, not. *e*; VIII, 2, 1, not. *e*; c. 4 eod., not. *s*, *t*; VIII, 4, 12, not. *c*; VIII, 5, 8, not. *; c. 14 eod., not. *y*, *z*; c. 40 eod., not. *z*; c. 47 eod., not. *o*; VIII, 7, 11, not. *n*; c. 20 eod., not. *u*; c. 21 eod., not. *c*, *, *a*; VIII, 8, 4, not. *x*, *y*; c. 9 eod., not. *z*, *c*; VIII, 10, 2, not. **; VIII, 11, 4, not. *n*, al.). Manifestum est igitur Miraei codicem tres illos libros continuisse et a Cuiacio iam ante ann. MDLXII. inspectum esse, quod fere convenit cum iis, quae Miraeus praefationi suae ad Iuliani Novellas adiecit: „*Lugduni M. D. LX. Kal. Aug. ex officina Tornaesiana, ex qua prodibit propediem Deo*

Quamquam igitur Cuiacius Codicem Theodosianum in prima editione magnopere auxerat, tamen alios codices, quibus eum amplificare aut emendare posset, conquirere perrexit. Perspicitur hoc non solum ex verbis ad c. 10 (olim 4) C. Th. de Senatoribus (VI, 2), quae lex non est in Codice Iustiniani, margini secundae editionis adscriptis: *in aliis lib. legitur, qui praebitionis implere folliū* et titulo de Fide catholica (XVI, 1): *In vetustis exēplaribus hic titulus secūdus est huius libri* sive titulo de Episcopis (XVI, 2): *In vetustis exēplaribus hic titulus primus est huius libri*, nisi forte codices Cuiacius intelligit, quos dum primam editionem paravit, iam inspexerat [169]), verum etiam ex ult. c. C. Th. de Off. vicarii (I, 15) in secunda editione primum edita et ex novis scripturis, primae editioni in libro XVI. substitutis. In quo codice c. ult. fuerit, me ignorare non nego [170]); eo evidentius probari potest diversas illas scripturas libri XVI. ex codice depromptas esse, qui hoc tempore Regius Parisiensis MMMMCCCCVI. est; nam centies fere idem habet [171]). Aliorum librorum manu scriptorum, quos Cuiacius inspexerit, nullum vestigium vidi. Cuiacium imitatus multos conquisivit Gothofredus quoque libros manu scriptos et Breviarii Alarici et ipsius Codicis Theodosiani. Ad illos, quos Aniani nomine appellare solet [172]), pertinent Anianus Regius, Anianus Puteani, Anianus Rhemensis, Anianus Andegavensis, codex Aurelianensis [173]), qui maximam partem hodie incerti sunt, quia accurate iis non usus est, et scripturae ab eo notatae aliae cum aliis, quos contuli, codicibus congruunt. Solum Puteanum iam Reg. Parisiensem MMMMCCCCIII[a]. esse arbitror. Non minus incertus est codex Danielis, ex quo Gothofredus c. 8 de Off. rect. prov. (I, 16) protulit [174]); nam, quod Septieri [175]) de Danielis codice

---

favente Codex Theodosianus integer." Neque vero illos libros Cuiacius ex Miraei codice, sed anno demum MDLXVI. ex Charpini codice edidit, quem iam anno MDLVII. noverat et fortasse adhibuerat ad c. 1 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5) anno MDLIX. in Observ. lib. IV, c. 20 partim editam, nisi eius quoque fons est Miraei codex. Ceterum alios quoque C. Th. codices vidit. Nam in praefatione, qua Paulli sententiarum libros MDLVIII. editos Kal. Dec. MDLVII. Ranconeto dedicat: „*Tu unus*, inquit, *si eis vel gratiae caussa suf | fragere, operam mihi non infeliciter videbor na | vasse, quod tantisper intermissa trium postremo | rum Codicis Iustiniani librorum editione, dum | exeant integri octo priores Codicis Theodosia | ni libri, quorum tu mihi crebrò exspectationem | commovisti, in iis Pauli Sententiis restituendis | et declarādis elaboraverim.*" Scribit etiam Russardus in praef. (Corp. Iur.) Avarici Biturigum prid. Id. Iun. MDLXI.: „*Nactus est Cuiacius eos libros manuscriptos, etsi edere velit ... Habet enim Novellas Iuliani manuscriptas: eiusque beneficio ac nostro (contulimus enim nostrum exemplar pervetustum) inter paucos menses in manus omnium venturae sunt. Habet Codicem Theodosianum multo integriorem, quam adhuc sit editus, integerrimum autem, et nulla ex parte mutilum, brevi est habiturus totum βασιλικόν.*" Tres igitur codices Cuiacius et vidit et in suum commodum convertit: Miraei, Ranconeti, Charpini, quibus fortasse addendus est quartus a Russardo commemoratus. Quibus omnibus ponderatis et inter se collatis, distinguendum esse arbitror librum sextum, septimum et octavum a prioribus C. Th. libris. Horum integrum aliquem codicem, qui Charpinianus ille non est, quippe qui tres illos libros tantum continebat, Cuiacio notum fuisse, ex nonnullis Codicis Iustinianei constitutionibus patet, quae nostra demum aetate ex Ambrosianis et Taurinensibus membranis ad Codicem Theodosianum revocatae in Cuiacii editione sive commentariis a reliquis editionibus diversam, sed membranis illis confirmatam scripturam habent. Cf. C. Th. I, 6, 7, not. *f*; I, 12, 4, not. *t*; I, 12, 7, not. *r*; I, 13, 1, not. *g*; V, 13, 30, not. *f*; V, 14, 1, not. *b*; V, 14, 4, not. *q* etc. In sexto, septimo et octavo libro illae Cod. Iust. leges lucem afferunt, ubi Cuiacius, cum notasset, quae non sunt in codice Charpini, non dubito quin Miraei codice usus sit. Ex eodem, non ex Ranconeti codice librum XVI. hac de caussa videtur promulgasse, quia se Miraei, non Ranconeti codicem in Comm. adhibuisse scribit. Nihilo secius fateor, id difficultatis remanere, ut explicari nequeat, cur Cuiacius, si quidem Miraei codice uti poterat, priores quinque libros non integros ediderit, sed paucis tantum constitutionibus ex Breviarii Alariciani codicibus auxerit, nisi Miraeus ei inspicere quidem, neque vero describere librum ms. permisit. Denique tacere non possum, in c. 18 de Murileg. (X, 20), ubi apud Tilium est *blattae*, Cuiacium convenienter cum cod. 4 habere *blantae*, quasi codicem illum h. l. consuluerit, sed tamen id casu evenisse puto. De simili re vid. c. 5 de Bonis vac. (X, 8), not. *b*. Cf. etiam infr. XVI, 2, 6, not. *x*.

169) Cf. not. 168.

170) Cf. tit. de Officio vicarii, not. sup.

171) Cf. XVI, 1, not. sup.; XVI, 1, 1, not. *d*; XVI, 1, 2, not. *r* et *t*; XVI, 2, 13, not. *h*, *i*; XVI, 2, 16, not. *p*; XVI, 2, 18, not. *z*, *c*, *e*; XVI, 2, 20, not. *t*; XVI, 2, 21, not. *n*; XVI, 2, 27, not. *q*; XVI, 2, 31, not. *p*; XVI, 2, 33, not. *a*; XVI, 2, 36, not. *r*; XVI, 2, 37, not. *n*; XVI, 2, 38, not. *s*; XVI, 2, 41, not. *m*, *p*; XVI, 2, 42, not. *x*; XVI, 4, 2, not. *u*; XVI, 4, 4, not. *h*; XVI, 5, 5, not. *a*; XVI, 5, 6, not. *s*, *h*; XVI, 5, 13, not. *v*; XVI, 5, 15, not. *q*; XVI, 5, 16, not. *c*; XVI, 5, 17, not. *o*, *p*; XVI, 5, 21, not. *a*; XVI, 5, 25, not. *c*; XVI, 5, 26, not. *t*; XVI, 5, 28, not. *a*; XVI, 5, 29, not. *l*, *q*; XVI, 5, 37, not. *g*; XVI, 5, 38, not. *i*, *l*, *m*; XVI, 5, 39, not. *u*; XVI, 5, 40, not. *m*; XVI, 5, 45, not. *d*, *f*; XVI, 5, 46, not. *a*; XVI, 5, 52, not. *g*; XVI, 5, 54, not. *r*, *b*; XVI, 5, 55, not. *i*; XVI, 5, 57, not. *v*; XVI, 5, 60, not. *k*; XVI, 5, 61, not. *p*; XVI, 5, 62, not. *y*; XVI, 5, 65, not. *i*; XVI, 5, 66, not. *p*; XVI, 6, 2, not. *r*, *t*; XVI, 6, 4, not. *a*; XVI, 6, 5, not. *m*, *q*; XVI, 6, 6, not. *x*; XVI, 7, 3, not. *y*; XVI, 8, 2, not. *h*; XVI, 8, 3, not. *q*, *t*; XVI, 8, 9, not. *x*; XVI, 8, 11, not. *g*; XVI, 8, 12, not. *l*; XVI, 8, 14, not. *z*; XVI, 8, 19, not. *a*, *e*; XVI, 8, 20, not. *o*; XVI, 8, 22, not. *f*; XVI, 8, 24, not. *p*, *r*, *t*; XVI, 8, 26, not. *b*; XVI, 8, 28, not. *k*; XVI, 8, 29, not. *o*; XVI, 9, 2, not. *t*, *z*; XVI, 9, 4, not. *l*; XVI, 10, 2, not. *x*; XVI, 10, 5, not. *q*; XVI, 10, 7, not. *b*; XVI, 10, 9, not. *v*; XVI, 10, 10, not. *a*, *k*; XVI, 10, 11, not. *p*, *q*, *s*; XVI, 10, 13, not. *o*, *x*; XVI, 10, 17, not. *n*; XVI, 10, 19, not. *a*; XVI, 10, 24, not. *n*, quae exempla facile augeri possunt.

172) Cf. doctissimus *Stieber* l. c. pag. CXLIII.

173) Cf. Go. ad IX, 13, 1, not. *e* ed. Ritt. Ex eodem codice puto a Gothofredo protractam esse c. 3 C. Th. de Off. lud. omn. (I, 19), quam invenisse se dicit ad finem codicis alicuius, in appendice igitur, quam Aurel. cod. habet.

174) Cf. *Stieber* l. c. p. CXLV. et *Ritter* praef. C. Th. T. I, p. II. et ad c. 8 (1[b]) cit., not. *a*. Dicit *Gothofredus*: „*hanc legem nunc primum huic Codici reddidi ex MSS. nonnullis, ac nominatim ex MS. P. Danielis.*" Illi qui sint, ignoro, cum ab omnibus, quotquot inspexi codicibus, h. c. absit. Marvillium non recte legisse arbitror. Fortasse Gothofredus libr. mss. Cod. Iust. intellexerat.

175) Manuscrits de la bibliotheque d'Orléans. A Orléans 1820. 8. p. 12—16.

in Vaticana bibliotheca asservato narrat, iam Vaticanis codicibus a me perlectis, a quibus c. 8 abest, reprobatur, nisi forte cod. Vatic. MCCCXXI. fuit, qui desideratur [176]). Seldeni vero librum manu scriptum in prioribus potissimum secundi libri titulis adhibitum hodie Oxoniensis bibliothecae MMMCCCLXII. (Selden. 32.) esse iam clar. WITTE [177]) demonstravit, pariter atque doctissimus STIEBERUS [178]), *Til.* codicem a Gothofredo nominatum non Tilii librum mss. sed editionem esse, recte contendit [179]). Ipsius Codicis Theodosiani Gothofredus duos libros manu scriptos potissimum consuluit, Charpini codicem et Reg. Paris. MMMMCCCCVI., qui uterque olim P. Pithoei fuit. Etenim quod in libro sexto, septimo et octavo saepe nominatur *MS.*, esse eum codicem, ex quo Cuiacius tres illos libros divulgaverit, codicem igitur Charpini, non solum ipse dicit in commentario c. 7 C. Th. de Senatoribus (VI, 2) [180]), verum etiam ex multis locis apparet, quos huius ope illustravit [181]). De altero diu dubitavi. Vidi quidem a Gothofredo nonnullas leges, quae et a Breviario et a Codice Iustinianeo absunt, ex codice aliquo emendatas esse, neque vero divinare potui, quis ille esset, usque dum scripturas inveni nominatas, quae me adducerent, ut eum codice MMMMCCCCVI. usum esse arbitrarer. Eae enim in hoc solo codice insunt [182]). Praeterea Gothofredus ad c. 1 de Collatione (XI, 20) MAENARDI codicem ad se transmissum esse dicit. Iam cum c. 1 neque in Breviario neque in Codice Iustiniani sit, Maenardus ipsius Codicis Theodosiani librum manu scriptum videtur possedisse. Sed ut aliter statuam, has rationes habeo. Saepius, si ita esset, codicem Gothofredus nominasset, constat etiam ex iis, quae supra de Tiliano codice, a Gothofredo ut ferunt adhibito, exposui, eum voce *codicis* promiscue uti, pro libris manu scriptis et pro editionibus, quae Codicem Theodosianum continent. Denique ipse dicit, *Notas* codici adscriptas esse, quibus rebus collectis et ponderatis, Maenardi codicem non librum manu scriptum fuisse puto, sed editionem Codicis Theodosiani, a docto quodam homine, fortasse ab ipso Maenardo notis adornatam *). Facilius coniicere licet, ex quibus libris manu scriptis Gothofredus mancam subscriptionem c. 6 C. Th. de Iudaeis

---

176) Cf. *Stieber* l. c. p. CXLVI. 177) De Guilelmi Malmesburiensis Codice Legis Romanae Wisigothorum diss. Vratislaviae 1831. 8. p. 36 sq. Cf. etiam *Stieber* l. c. p. CXLIV., not. **. 178) l. c. p. CXLV. Cf. in Ritteri editione I, 2, 2, not. *g*; I, 2, 7, not. *a*; I, 2, 8, not. *b*; I, 6, 1, not. *a*; I, 7, 4, not. *a*; II, 6, 1, not. *b*; II, 8, 2, not. *l*. 179) Sirmondi liber mss. commemoratur a Gothofredo in comm. c. 2 C. Th. de Sentent. ex peric. recit. (IV, 17). Nisi me fallit, idem est, qui olim S. Germani 366 iam asservatur in Reg. Par. Bibl. Habet is eandem legem. Ibi etiam *pariculo* scriptum est, quod omisi in ed. Cf. Diss. mea cit. p. 7, not. *t*. 180) Cf. infr. p. 503, not. *r*. 181) Cf. VI, 2, 8, not. *x*, *y*, *d*; VI, 2, 9, not. *g*, *h*, *i*, *l*; VI, 2, 10, not. *p*, *q*, *s*, *t*; VI, 2, 16, not. *n*; VI, 2, 19, not. *y* et *; VI, 2, 20, not. *d*; VI, 2, 21, not. *m*; VI, 4, 2, not. *y*; VI, 4, 3, not. *h*; VI, 4, 4, not. *p*, *q*; VI, 4, 7, not. *e*; VI, 4, 9, not. *k*; VI, 4, 12, not. *x*; VI, 4, 13, not. *b*, *h*; VI, 4, 15, not. *q*; VI, 4, 16, not. * (bis); VI, 4, 17, not. *d*, *f*, *g*, *k*; VI, 4, 19, not. *x*, *y*; VI, 4, 21, not. *l*, *m*, *n*, *, *p*, *q*, *t*, *u*; VI, 4, 22, not. *a*, *c*, *g*; VI, 4, 29, not. *y*; VI, 5, 2, not. *k*; VI, 6, 1, not. *e*; VI, 7, 1, not. *m*; VI, 7, 2, not. *r*, *u*; VI, 8, 1, not. *c*, *n*; VI, 9, 2, not. *t*, *y*; VI, 10, 1, not. *l*; VI, 12, 1, not. *i*; VI, 18, 1, not. *h*; VI, 21, 1, not. *s*, *u*, *x*, *; VI, 22, 1, not. *c*; VI, 22, 3, not. *, *t*, *u*, *x*; VI, 22, 5, not. *k*; VI, 22, 6, not. *l*; VI, 22, 7, not. *p*, *t*; VI, 23, 1, not. *m*, *p*; VI, 24, 2, not. *g*; VI, 24, 3, not. *i*; VI, 24, 5, not. *r*; VI, 24, 8, not. *x*; VI, 26, 5, not. *a*; VI, 26, 13, not. *v*, *x*; VI, 26, 14, not. *c*; VI, 26, 18, not. *z*; VI, 27, 1, not. *a*; VI, 27, 7, not. *t*, *v*; VI, 27, 8, not. *d*; VI, 27, 18, not. *c*; VI, 27, 19, not. *d*, *e*, *g*; VI, 28, 1, not. *o*; VI, 28, 2, not. *q*, *r*; VI, 28, 6, not. *h*, *hh*; VI, 29, 2, not. *v*, *x*, *d*; VI, 30, 12, not. *i*; VI, 30, 15, not. *n*; VI, 30, 16, not. *p*; VI, 35, 1, not. *n*; VI, 35, 6, not. *h*, *i*; VI, 35, 14, not. *m*; VI, 36, not. *; VII, 2, 1, not. *o*; VII, 7, 3, not. *e*; VII, 8, 2, not. *q*; VII, 8, 3, not. *z*; VII, 8, 8, not. *f*; VII, 8, 11, not. *e*; VII, 9, 2, not. *k*, *l*; VII, 9, 4, not. *q*; VII, 10, 1, not. *x*, *y*; VII, 13, 1, not. *o*; VII, 13, 22, not. *p*; VII, 16, 3, not. *m*; VII, 18, 4, not. *h*; VII, 18, 11, not. *p*, *q*; VII, 19, 1, not. *p*; VIII, 5, 34, not. *h*; VIII, 5, 35, not. *z*; VIII, 5, 40, not. *x*; VIII, 5, 43, not. *o*; VIII, 5, 62, not. *p*, *q*; VIII, 5, 65, not. *f*; VIII, 7, 9, not. *; VIII, 15, not. *s*; VIII, 18, 4, not. *y*, *z*, *a*, *b*; VIII, 18, 5, not. *h*, *i*, *l*, *m*, *n*. 182) Cf. XVI, 1, 3, not. *f*; XVI, 2, 11, not. *g*; c. 12 eod., not. *p*; c. 23 eod., not. c; c. 44 eod., not. *i*; XVI, 3, 1, not. *z*; XVI, 5, 29, not. *r*; XVI, 8, 2, not. *k*, *p*; XVI, 10, 14, not. *b*; c. 18 eod., not. *u*; c. 20 eod., not. *t*. Memorabile est cognomen *Vesontini codicis*, quod ei Gothofredus tribuit, quasi fragmenta, ex quibus constat codex, a celeberrimo illo codice, e quo Cuiacius Paullum supplevit, abscissa sint. Ita enim ad XVI, 1 loquitur: *In vetustis exemplaribus et quidem Vesontino, hic titulus est secundus huius libri.* Simile quid notatur in m. secundae editionis, quam Cuiacius paravit (*In vetustis exēplaribus hic titulus secūdus est huius libri*). Cuiacius in prima editione librum XVI. ex ignoto codice supplevit. Ei alium in secunda substituit. Illa verba, quae dixi, habet sola secunda editio, neque vero prior; ea videtur transscripsisse ex codice, quem in altera editione adhibuit. Is Reg. Par. 4406 fuit, quem postea Gothofredus consuluit. Quare Cuiacius et Gothofredus uterque eodem codice usus sit necesse est. Iam vero cum a Gothofredo Vesontinus appelletur, fortasse etiam codex, quem nuper illustrissimus *Hase* in bibliotheca *Comitis de Rosanbò* invenit (cf. epistola *Hasii* in *Richteri Annalibus* citt. IV. Tom. 1840. p. 954), Vesontinus ille est, ex quo Cuiacius Paullum supplevit. Fragmenta enim, quae codex Reg. Par. 4406 continet, mirifice cum lacunis codicis Rosanbini conveniunt, ita quidem, ut ubi illius fragmenta incipiant aut desinant, incipiant huius aut desinant lacunae; accedit scripturae genus, quod idem est in utroque. Fuerunt etiam in eadem bibliotheca multi codices P. Pithoei, qui fere omnes libros manuscriptos, quos Cuiacius contulerat, comparavit. Videtur igitur Cuiacius membranas, quarum ope alteram editionem auxit, a codice Vesontino avulsisse, avulsasque Pithoeus non pristino codici restituisse, sed cum aliis aliorum codicum fragmentis in novum volumen coniunxisse. Id quidem opinioni meae obstat, quod in *vetustis exemplaribus*, i. e. non in uno solo, sed pluribus diversus numerus fuisse dicitur. Sed ut in aliis locis, ita hic quoque Cuiacius negligentius locutus est; Gothofredus autem Cuiacium transscripsit, ita vero verba eius temperans, ut se in solo Vesontino codice diversum illum numerum invenisse diceret. Res inspecto demum Rosanbino codice erui potest et definiri. *) Nam Go. ad c. 4 C. Th. de Censit. (XIII, 11) aliasque leges memorat Maenardi excerpta.

(XVI, 8) restituerit. Etenim cum supplemento illo Gothofredi consentiunt Seldeni codex (iam Oxoniensis MMMCCCLXII.), Reg. Paris. MCCCCLII. (olim S. Germani CCCLXVI.) et Middlehillanus MDCCXLI. (olim Claromontanus CCCCXCVI.), quorum codicum primum aut secundum quin inspexerit, non dubito, cum utriusque crebram mentionem fecerit, alterius potissimum, qui Anitiensis antea fuerat, praesertim sicubi de constitutionibus a Sirmondo editis necesse habebat dicere [183]. Interdum etiam *nonnullos aliter habere* scribit, quibus verbis ambiguum est, utrum editiones an libri manu scripti significentur, significari autem codicem Parisiensem MMMMCCCCVI. ex illis locis perspicitur, ubi codex ille scripturam a Gothofredo prolatam solus habet. Debebat igitur *unum codicem aliter habere* dicere, neque vero *nonnullos* [184]), si quidem Marvillius recte legit.

Libros manu scriptos ab editoribus adhibitos mancos esse et materia atque amplitudine inter se differre, hactenus demonstravi. Apparet igitur, neque editiones integrum Codicem Theodosianum continere. Verum cum editores novas res, quas in libris manu scriptis invenissent, deinceps Codici Theodosiano adstruere solerent, is paullatim simul cum editionibus accrevit. Quo modo hoc evenerit, iam exponam. Et Aegidius quidem leges a Visigothis e codice Theodosiano delectas edidit, sed in breve compendium contractas, quo sententiae ex interpretatione depromptae retinentur, raro verba legum. Haec Sichardus primum exhibuit, qui cum ipso Alarici Breviario CCCLXXXVI constitutiones, maximam partem integras, sed adiectis Visigothorum interpretationibus a. MDXXVIII. divulgavit. Fuerunt quidem pauca amplissimi Theodosiani Codicis fragmenta, sed tamen aditum ad fontes iuris antea incognitos aperuerunt et doctos incitarunt ad indagandos libros mss., in quibus verus Codex Theodosianus esset. Bene cessit res duobus viris de Iure Anteiustinianeo praeclare meritis, Ioanni Tilio et Iacobo Cuiacio. Tilius enim anno MDL. in secunda parte octo posteriores ipsius Codicis Theodosiani libros primum emisit, qui integri dici possent, nisi libri decimi sexti haud exigua pars desideraretur et praeterea hic et illic lex aliqua deesset aut versus in nonnullis legibus excidissent [185]); Cuiacius autem anno MDLXVI. in editione Lugdunensi tres libros, sextum, septimum et octavum restituit, etsi alia initio libri sexti et in extremo libro sexto atque octavo, alia etiam post titulum quartum libri sexti et post titulum quartum et decimum libri octavi desunt [186]), deinde librum XVI. supplevit, titulumque de Episcopali Iudicio Codici Theodosiano subiunxit [187]), tum titulos ad Sc. Claudianum (IV, 11) et de Longi temporis praescriptione (IV, 13) addidit, denique sedecim constitutiones hic et illic interposuit [188]), et titulum Finium Regundorum (II, 26) Corporis Finium Regundorum ope auxit. Post Lugdunensem editionem per CCLVI annos nihil novi accessit praeter quattuor constitutiones, quarum unam Cuiacius in editione Parisiensi a. MDLXXXVI. [189]) protulit, tres Gothofredo [190]) acceptae referuntur. Nostra demum aetate Italorum Germanorumque industria Codex Theodosianus denuo auctus est. Et primum quidem anno huius saeculi secundo et vicesimo Hauboldus ex literis *meis* tres constitutiones divulgavit, duas alias supplevit [191]), postero autem anno Maius in *Iuris Civilis Anteiustiniani Reliquiis Ineditis* ex palimpsesto Vaticano VMDCCLXVI. non solum diversitatem scripturae ad nonnullos trium posteriorum librorum titulos enotavit, verum etiam duas constitutiones adhuc mutilas supplevit [192]). Maiores paullo post fructus ceperunt veteris iuris prudentiae studiosi perspicacitate duorum clarissimorum virorum, Peyroni et Clossii. Anno enim huius saeculi quarto et vicesimo Clossius praeter Gesta Senatus Urbis Romae et constitutionem ad Constitutionarios LXXIX constitutiones

---

183) Cf. Diss. mea de Constitutionibus, quas Sirmondus ed. pag. 5, not. *q* et int. al. XVI, 8, 6, not. *v*. 184) Cf. XVI, 10, 18, not. *u*. 185) Easdem lacunas habet cod. Vatic. Reg. Suec. 886, quo Tilius utebatur. 186) Invenit Cuiacius has lacunas in codice Charpini. Quae margini foliorum arrosorum detracta erant, maximam partem supplevit. 187) Qui finis sit libri XVI. et num titulus de Episcopali Iudicio in Codice Theodosiano fuerit, de eo disputavi in Diss. de Constitutionibus, quas Sirmondus ed. p. 12 sqq. 188) c. 9 C. Th. (cum interpretatione), 11, 12 de Diversis rescriptis (I, 2); c. 11, 13 (cuius sola interpretatio, sed mutata iam apud Aeg. est) C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16); c. 1 C. Th. de Assessor. (I, 21); c. 1, 2 C. Th. de Dilationibus (II, 7), quarum interpretationem iam Sichardus ediderat ex cod. Argentinensi; c. 1 C. Th. de Incestis nupt. (III, 12), cuius interpretatio iam Sichardi editioni ex codice Argentinensi addita est; c. 8 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8) cum interpretatione; c. 2, 3 C. Th. de Libertis (IV, 10) cum interpretatione; c. 1 de Re iudicata (IV, 16); c. 1, 3, 4 de Sententiis ex peric. recit. (IV, 17). Addidit praeterea titulo de Pactis et transact. (II, 9) septem constitutiones ex Consultatione. Eas ad illum titulum non pertinere perspicitur ex Codice Taurinensi. Vid. infr. p. 215, not. *. Similiter interpretationi c. 4 C. Th. de Constitt. princ. (I, 1) alteram interpretationem ex Aegidio subiunxit, quod falsum est. 189) c. ult. C. Th. de Off. vicarii (I, 15). Auxit etiam interpretationem c. 1 C. Th. de Expositis (V, 7). 190) c. 8 C. Th. de Officio rect. (I, 16); in comment. c. 6 de Accusat. (IX, 1, meae edit. c. 3 C. Th. de Off. iud. om. I, 19) et in comment. c. 2 C. Th. de Denunt. v. ed. rescr. (II, 4, meae edit. c. 2 C. Th. de Iudiciis II, 18). 191) Divulgavit c. 2 C. Th. Qui petant (III, 18), c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 20), c. 2 de Collegiatis (XIV, 7); supplevit c. 2 C. Th. de Raptu vel matrim. virg. (IX, 25) et c. 3 de Haeret. (XVI, 5). Cf. *Hauboldi* Promulsis cit. Titulus eius: „*Praetermissorum, in primis ad Breviarium Alaricianum pertinentium e codicibus — novissime collatis*“ multos induxit, ut *Praetermissa* illa ad Breviarium Alarici, neque vero ad fontes, unde Breviarium haustum est, pertinere opinarentur. Quae opinio falsa est. Leges illae non Breviarii, sed fontium, quos dixi, fragmenta sunt. 192) Cf. c. 3 C. Th. de Suariis (XIV, 4) et c. 53 C. Th. de Operibus publicis (XV, 1), ubi iam explosum est v. *patamen*, quod in rec. editiones et in glossaria irrepserat.

novas [193]) e codice Ambrosiano edidit, Peyronus autem [194]) ex membranis Taurinensibus LXXXV, partim quidem mutilas, sed una cum varietate scripturae, qua multi loci septem librorum, VI., VIII., IX., XI., XIII., XIV., XVI. emendantur et quattuor constitutiones augentur [195]). Praeterea ego anno MDCCCXXVIII. erui ex codice Wallersteinensi clausulam c. 7 C. Th. de Testamentis (IV, 4) [196]) et quattuor abhinc annos ex codice Reg. Paris. MMMMCCCCXIII. nonnullas libri primi rubricas antea incognitas [197]). Quae enumeravi incrementa Codicis Theodosiani, ea omnia nota sunt. Nova suppellex exspectatur ab illust. Vesmio, quem ante aliquot annos eiusdem palimpsesti, quem Peyronus investigarat, quattuordecim alias membranas cum duabus et viginti novis Codicis Theodosiani legibus invenisse et mox proditurum esse dixi [198]).

Sed iam satis multa dixi, quo modo paullatim Codex Theodosianus cum editionibus accreverit, reliqua suo quaeque loco in editione mea indicavi. Iam vero si calculus subducitur, quot tituli, quot constitutiones nostra aetate ad Codicem Theodosianum accesserint, XVII titulos computo [199]) et CLXXIX constitutiones, non computatis Gestis Senatus Urbis Romae, quarum CLIV Clossio et Peyrono debentur, deductis decem constitutionibus, quae utriusque communes sunt, tres mihi, XXII Vesmio; CII librum primum augent, XII librum secundum, X librum tertium, XVII librum quartum, XXXV librum quintum, una librum sextum, itidem una librum XIII., una denique librum XIV. Praeterea LXII constitutiones iam per Codicem Iustinianeum innotuerant, admodum XXXII mutilae sunt; unde manifestum est, Codicis Theodosiani CXVII constitutiones omnino novas nostra aetate inventas esse, at vero integras non ultra LXXXVII. His accedunt septem constitutiones, quibus incrementum allatum est. Sed quamquam Codex Theodosianus magnopere auctus est, tamen eius haud exigua pars desideratur [200]). Quantum desit, luculenter demonstrari potest. Constat enim Charpini codex ex CXXII membranis, quarum CXVI complent XV fasciculos sive quaterniones, numeris XXXIII — XLVII signatos. Quibus si adduntur ultimi quaternionis XLVIII., cuius numerus, cum mutilus esset, interiit, sex membranae, et nonnullae aliae, quae avulsae sunt, codex iste sedecim circiter quaternionibus sextum librum, septimum atque octavum complexus est. Simul numeri illi indicant, superesse in codice tertiam partem libri manu scripti alicuius, qui octo priores Codicis Theodosiani libros comprehenderit, quinque igitur priores libros in duobus et triginta quaternionibus scriptos fuisse. In sedecim illis quaternionibus [201]) DC aut paullo plures constitutiones inerant, quare MCC constitutiones in antecedentibus quaternionibus exstitisse verisimile est. Priorum quinque librorum non amplius CCCCXXX [202]) constitutiones servatae sunt, quibus deductis plus quam DCC illorum Codicis Theodosiani librorum constitutiones adhuc desunt *); earum circiter CCCCL plane perierunt [203]),

---

quid quod indicatur, unde depromptae sint [240]). Similiter in subscriptionibus insunt, quibus modus promulgandi et transmittendi leges ad magistratus illustratur. Nam non solum *Datae* sunt leges, verum etiam *Propositae*, *Datae et Acceptae*, *Datae et Propositae*, *Datae et Lectae*, *Datae et Emissae*, *Propositae et Acceptae*, *Propositae et Datae*, *Prolatae et Acceptae*, aut simpliciter *Acceptae*, *Lectae*, *Regestae*, *Praelatae* s. *Prolatae*, *Recitatae*, *Subscriptae*, *Emissae* s. *Missae* atque *Directae* [241]). Praeterea interdum additur, quo loco aut per quem magistratum *recitatae* sive *lectae* sint, vel cuius literis sive programmate *praelatae* [242]).

---

240) *Pars actorum habitorum in Consistorio Gratiani A. Gratianus A. dixit* I, 19, 4; *Apud acta Imp. Theodosius dixit — Idem dixit* IV, 20, 3; *Pars actorum habitorum apud Imperatorem Iulianum Augustum Mamertino et Nevitta Coss.* (362.) *X. Kal. April. Constantinopoli in consistorio adstante Iovio viro clarissimo quaestore, Anatolio magistro officiorum, Felice com. sacrarum largitionum* etc. *Imp. Iulianus dixit* XI, 39, 5; *Pars actorum habitorum in consistorio apud Imperatores Gratianum, Valentinianum et Theodosium cons. Syagrii et Eucherii* (381.) *die III. Kal. Iul. Constantinopoli. In consistorio Imp. Theodosius dixit* XI, 39, 8. Silentio praeterire non possum constitutionum quarundam inscriptiones, quae in aliis libris quam in Codice Theodosiano et in Novellis supersunt. Sic profert *Iosephus* rescriptum *Claudii*, quo *Hierosolymitanorum Magistralibus, Senatui et Populo totique Iudaeorum genti salutem* dicit et *Petronii* legati literas *ad magistratus Dorensium;* meminit Tertullianus literarum *Aurelii Senatui Populoque Romano* missarum. Exstat in actis *Symphoriani* mart. epist. *Aureliani ad Rectores provinciarum.* Scripsit *Constantinus Episcopis et populis* et *catholicae Alexandrinorum et omnium orthodoxorum ecclesiae* (Hard. I, 446); *universis episcopis per Africam et plebi ecclesiae catholicae* (S. Optati opp. lib. I.); *episcopis catholicis salutem* (Hard. I, 268); *ecclesiis et episcopis, qui sancto concilio non interfuerunt* (l. c. 447); *adversus Eusebium et Theognium catholicae ecclesiae Nicomediensium* (Baron. IV, 417) et *catholicae Alexandrinorum ecclesiae* (l. c. 418) et *populo catholicae per Alexandriam ecclesiae* (l. c. 219, 323) et *synodo in urbe Tyro* (ap. Hard. I, 539); *Constantius Augustamnicae, Thebaidis et Africae praefectis* (Baron. IV, 475); *ad universos episcopos Arimini congregatos* (Hard. I, 711, 718); *ad Antiochenos* (Baron. IV, 617); *ad Alexandrinos* (Baron. IV, 564); *Iulianus ad Alexandrinos, populum Alexandrinum, Byzantios, Bostrenos, Iudaeos* (cf. Iuliani epp. et Baron. V, 128, ubi nota edictum *ad Alexandrinos*). Similiter legitur *Valentiniani et Valentis* ep. *ad Nicaenos* (Hard. II, 569); *Honorii* epist. *ad episcopos Africanos* (Baron. VII, 159); *Theodosii et Valentiniani* epist. *ad sanctissimam synodum Ephesinam* (Mansi IV, 1378); *Valentiniani* III. edictum *ad cives Constantinopolitanos* (Hard. II, 660); ep. *ad Nicomedienses* (Hard. II, 569); *Marciani* ep. *ad Synodum in Palaestina congregatam* (Hard. II, 684) — *universis populis* (S. Leonis opp. II, p. 45); *ad Synodum quae apud Nicaeam congregata est* (Hard. II, 52); *et ad Synodum Ephesinam* (l. c. 77); *Marciani et Pulcheriae ad Alexandrinos monachos* etc. (l. c. 664 sq.); *ad Archimandritas, monachos et reliquos habitantes in Aelia et circa eam* (l. c. 668 et 681). Servavit denique *Eusebius exemplar rescripti Maximini ad civitatum decreta.*

241) Cf. Gothofredus in Proleg. ad C. Th. cap. IX. *Zirardini* l. c. 378 sq. *PP.* I, 2, 2 et 4; I, 9, 2; I, 16, 2, 6; II, 8, 1; II, 10, 2 et 4; II, 12, 2; II, 18, 3; II, 33, 1; III, 1, 1; IV, 9, 1; IV, 11, 1; IV, 12, 6; IV, 13, 1; IV, 20, 1; V, 6, 1; VI, 2, 17; VI, 27, 2; VI, 28, 2; VI, 29, 3, 4; VI, 35, 4 et 15; VII, 8, 9; VII, 13, 9; VII, 18, 3, 4, 6; VII, 20, 1, 4; VII, 21, 1; VII, 22, 7, 8; VIII, 1, 1; VIII, 4, 2; VIII, 5, 3, 41, 50; IX, 1, 3, 4; IX, 5, 1; IX, 6, 1; IX, 7, 2, 6; IX, 10, 3; IX, 14, 1; IX, 16, 1; IX, 17, 3; IX, 19, 4; IX, 21, 6; IX, 29, 1; IX, 34, 1—4; IX, 42, 5; X, 1, 7; X, 3, 1; X, 10, 1, 20; X, 20, 9; X, 24, 3; XI, 2, 1; XI, 7, 13; XI, 9, 1; XI, 15, 2; XI, 16, 1, 9, 10, 13; XI, 22, 2; XI, 29, 5; XI, 30, 4, 8, 15, 20, 22—24, 36, 39, 41; XI, 36, 2, 3, 19, 21; XII, 1, 1, 4, 7, 9, 10, 12, 15, 50, 54, 63, 84, 88, 152; XII, 5, 2; XII, 6, 15; XII, 7, 1; XII, 11, 1; XII, 12, 8; XIII, 1, 4, 7, 9; XIII, 3, 1, 3; XIII, 4, 1; XIII, 5, 3, 6; XIII, 10, 1; XIV, 3, 1; XIV, 17, 3, 5, 13; XV, 1, 8, 9, 18, 35; XV, 2, 6; XV, 3, 1; XV, 7, 9; XV, 12, 1; XV, 14, 1; XVI, 2, 3, 4, 6; XVI, 5, 1. In Codd. Greg. et Hermog. plures *PP.* quam *Dat.* dicuntur. *PP. — in foro Traiani* IV, 11, 6; IX, 19, 2; X, 1, 2; X, 10, 31; XI, 20, 4; XIV, 2, 1; XIV, 4, 1; XIV, 10, 2. *PP. — in foro Aproniani* XIII, 5, 29. *Accepta* I, 15, 4; II, 10, 5; III, 1, 5; VII, 4, 14; VIII, 5, 1, 12, 13; IX, 23, 1; IX, 38, 1; XI, 16, 3; XII, 1, 24; XII, 6, 9; XIII, 1, 2; XIII, 5, 7, 15. *Lecta* II, 2, 1; IV, 6, 2 et 3; VI, 4, 11, 23; IX, 38, 4; XI, 16, 4, 14. Cf. infra. *Recitata* IX, 38, 6; X, 8, 3. *Regesta* XI, 28, 14. Cf. etiam c. XIX. Sirm. (*Regestum Ravenna* etc.). *Praelata* I, 16, 10. Cf. infra. *Subscripta* X, 15, 3. *Emissa* VI, 27, 9; VIII, 1, 3; XI, 30, 30, 50; XII, 1, 112. Cf. infra. *Missa* VIII, 6, 1; VIII, 11, 3; XI, 30, 50. *Directa* VIII, 5, 28. *Data et Acc.* I, 3, 1; I, 6, 10; I, 15, 9; II, 1, 3; II, 4, 1; III, 5, 5; IV, 12, 8; VI, 4, 2, 32; VI, 7, 1; VI, 9, 1; VI, 10, 2; VI, 11, 1; VI, 22, 1; VI, 26, 1; VI, 28, 1; VI, 29, 1; VI, 30, 11; VI, 35, 7, 13; VII, 9, 1; VII, 22, 1; VIII, 3, 1; VIII, 7, 12; VIII, 10, 1; VIII, 18, 2, 6; IX, 1, 1, 2, 5, 8; IX, 19, 1; IX, 21, 1; IX, 40, 1; IX, 42, 4; X, 17, 3; X, 21, 1; XI, 1, 13; XI, 7, 8 et 9; XI, 19, 1; XI, 28, 1; XI, 29, 1; XI, 30, 2, 33; XI, 36, 1, 10, 16, 23; XII, 1, 52; XIII, 3, 5; XIV, 1, 1; XIV, 8, 1; XIV, 24, 1; XV, 1, 1; XV, 3, 2; XV, 7, 13; XVI, 2, 12; XVI, 5, 5; XVI, 10, 1. *Data — et Accepta* (sed diversis consulibus) IX, 15, 1; XIII, 1, 1, al. *Data — et Proposita* I, 9, 1; II, 6, 4; II, 7, 2; II, 16, 2; II, 17, 1; III, 5, 2; IV, 11, 6; V, 13, 17; VII, 13, 11; VII, 22, 5; VIII, 16, 1; IX, 7, 3; X, 10, 2; XI, 7, 6; XI, 30, 5, 6, 16, 17, 18, 25, 28; XI, 34, 1; XIII, 9, 1; XIV, 2, 1; XIV, 10, 2; XIV, 11, 1; XIV, 14, 1; XIV, 27, 1; XV, 12, 3; XVI, 8, 5; XVI, 9, 1. Cf. etiam c. IV, XIII. Sirmond. *Data — et Lecta* XIV, 3, 10; XVI, 2, 14. *Data — et Emissa* VIII, 7, 11. *Prolata et Accepta* VIII, 5, 22. *Proposita et Data* I, 15, 10. *PP. — Acc.* II, 8, 18; VI, 22, 2; VIII, 8, 3.

242) *Dat. — et Recitata in Senatu per Theodosium Primicerium notariorum* c. 20 de Senator. (VI, 2); *Praelata literis V. C. Vicarii* IX, 3, 4; *Praelata literis ad Eutychianum Pf. urbi* VII, 8, 11; *Praelata literis viri illustris comitis sacrarum largitionum* XI, 12, 4; *Actum in consistorio* I, 19, 4; *Data epistola ppo* VIII, 1, 8; *Data epistola praefecto, cui haec sacra fuerat antelata* VIII, 4, 6; *Prolata literis — Acc.* VIII, 5, 22; *Missa a Pf. P.* VIII, 11, 3; *Dat. — Recitata apud Vettium Rufinum Pf. U. in Senatu* VIII, 18, 1; *Recitata III. Non. Aug. in Palatio* X, 8, 3; *Dat. — Acc. a tribuno volupt.* XV, 7, 13; *Dat. — Emissa ad magistros militum et comites et duces omnes* VIII, 7, 11; *Dat. — Lecta V. Kal. Ian. apud acta* XI, 16, 2; XVI, 2, 14; *Data — Lecta a Braxio Proconsule* VI, 4, 8, 9; *Data — Lecta in Pantheo* XIV, 3, 10; *Lecta in ecclesiis* XVI, 2, 20; *Lecta apud acta* II, 12, 1; II, 26, 2; *Lecta in Senatu* IX, 1, 13; X, 19, 8; XV, 1, 19; *Acc. Aquil. Lecta actis* XIII, 9, 2;

Memorabiles etiam sunt ii tituli, in quibus deinceps multae constitutiones sequuntur aut ab eodem imperatore [243]) eodemque anno [244]) datae aut eidem magistratui [245]) inscriptae. Sed nolo amplius has res explicare. Iam Gothofredus de iis disputavit. Hoc solum addam: esse in Codice Theodosiano leges duobus aut pluribus magistratibus inscriptas [246]), qui non dubito, quin in margine exempli, unde leges illae depromptae sunt, an-

---

Proposita in programmate Vari, viri clarissimi, Vicarii urbis Romae XI, 1, 25. Similiter c. XII. Sirm. *Data et Proposita Karthagine in foro sub programmate Porphyrii Proconsulis* etc. Non inutile est cum his Codicis Theodosiani locis similes ex Novellis Valentiniani III., Maioriani, Anthemii, Occidentis igitur imperatorum, non Orientis, collectos coniungere. *Dat. — Acc.* Nov. Maioriani de Indulgentiis reliquorum *Dat. VI. Id. Mart. Ravenna. Acc. V. Id. supraser. Ravennae.* Nov. Anthem. de Mulieribus *Dat. X. Kal. Mart. Romae — Accepta Id. Mart. Romae.* Nov. Valent. Neque domum divinam *Dat. X. Kal. Mart. Ravennae. Accepta prid. Id. Mart. Ubi supra*, quibus verbis locus membranae, ubi subscriptum erat, indicatur. Nov. 2 Anthemii *Data sub die XIV. Kal. April. Romae — Actum sub die eodem. Data — Recitata.* Nov. 3 Valent. de Indulg. reliq. *Et ad latus: Dat. III. Non. Mart. Rom. — Recitata in Senatu per virum ill. Postumianum prid. Id. Mart.* Hic non solum quis recitaverit legem, verum etiam cui loco membranae haec vv. adscripta fuerint, dicitur. Vv. *et ad latus* sunt etiam in subscriptione Nov. Val. de Pretio solidi. *Dat. — PP.* Nov. Valent. de Honoratis *Dat. III. Id. Mart. Rom. PP. in foro Traiani.* Nov. Val. de Trig. ann. praescr. *Dat. XVI. Kal. Iul. Rav. — PP. in foro Traiani, XIII. Kal. Aug. sub edicto Firmini viri illustr. Pf. P. Dat. — PP. — Antelata.* Nov. 1 Valent. de Testam. *Dat. XII. Kal. Nov. Romae — PP. in foro Traiani — Antelata edicto Albini iterum Pf. P. et Patricii.* Nov. Valent. de Libertis *Dat. III. Non. Iun. Romae — PP. in foro Traiani V. Id. Iun. Antelata edicto Albini V. C. Dat. — Acc. — PP.* Nov. Val. de Colonis vagis *Dat. prid. Kal. Febr. Romae. Acc. III. Non. Febr. Romae. PP. in foro Traiani. Dat. — Acc. — PP. — Antelata.* Nov. Valent. de Sepulcri violat. *Dat. III. Id. Mart. Romae. Acc. VI. Kal. Apr. Romae — PP. in foro Traiani VIII. Id. April. Antelata edicto Albini viri ill. Pf. P. II. et Patricii. Dat. — Acc. — Subscripsi.* Nov. Val. de Homicidiis *Dat. VI. Id. Dec. Romae — PP. prid. Id. Dec. in foro Traiani. Subscripsi. Dat. — Acc. — PP. — Subscripsi.* Nov. 2 Valent. de Testam. *Dat. VII. Kal. Ian. Romae — Acc. VI. Kal. Ian. Romae. PP. V. Kal. Ian. in foro Traiani. Subscripsi. Emissa. Dat.* Nov. Val. de Tributis *Emissa. Dat. XI. Kal. Iul. Romae.* Nonnunquam etiam in Novv. add. formula *Et manu divina.* Cf. Nov. 3 Val. de Indulg. rel., Nov. Val. de Pretio solidi, Nov. Val. de Reddito iure armor., Nov. Val. de Episc. ord., Nov. Val. de Homicidiis, Nov. Maior. de Ortu imperii. Denique animus advertendus est ad memorabiles subscriptiones legum, quae extra collectiones iuris civilis servatae sunt, v. g. epistolae Constantini ad Arium et Arianos (ap. Hard. I, 459): *Per Syncletium et Gaudentium Magistrianos perlata sunt haec, cum Paterius Praefectus esset Aegypti, et lecta sunt in palatio*; Edicti propositi a Praefectis cum sacra pragmatica adversus Porphyrium et Nestorium et Irenaeum (ap. Mans. T. V, p. 420): *Lecta sunt haec in ecclesia monachorum in desertis degentium die XXIII. Pharmuthi indictione prima anno Diocletiani* CLXIV. (ap. Romanos est XVIII. Apr. a. Chr. 448); epistolae Theodosii et Valentiniani *ad Synodum Chalcedonensem: Suscipiatur venerabilis epistola christianissimorum imperatorum scripta ad sanctam synodum et legatur. Ioannes presbyter et primicerius notariorum recitavit*; epistolae Valentiniani et Valentis ad Nicaenos: *Eunomius reverentissimus episcopus Nicomediae dixit: Rogo vestram magnificentiam, ut iubeatis legi legem Nicomediensibus post haec concessam. Gloriosissimi iudices dixerunt: Legatur. Et dante Eunomio reverentissimo episcopo Veronicianus vir devotus, secretarius divini consistorii, legit* (est exemplum legis Valentiniani et Valentis ad Nicaenos anno 451 repetitae ap. Hard. II, 91, 568).

243) v. g. *Constantino* XII, 1, 1—22; XI, 30, 1—17; *Constantio* XI, 30, 18—28. Cf. etiam XII, 1, 80—115, 130—139, 140—166, 168—182 etc.

244) Cf. XII, 1, 94—104.

245) VI, 27, 17—20 *Helioni Mag. off.*; VII, 4, 27—31 *Anthemio Pf. P.*; VIII, 5, 38—40 *Floro Pf. P.*; XII, 1, 105—109, 115—118 *Cynegio Pf. P.*; XII, 1, 119—123 *Tatiano Pf. P.*; XII, 1, 141—145 *Ennoio Proconsuli Africae*; XII, 1, 153—156 *Florentino Pf. U.*; XII, 1, 187—192 *Isidoro Pf. P.*; XIV, 3, 3—6 *ad Symmachum Pf. U.*

246) *Aureliano Comiti Orientis et Strategio Pf. P. Illyrici* VI, 23, 1; *Eustathio, viro illustri, Quaestori et Helioni, viro illustri, Magistro officiorum* VI, 26, 17; *Abundantio, Stiliconi et ceteris Comitibus et Magistris utriusque militiae* VII, 4, 18; VII, 9, 3; *Isidoro Pf. P. Post alia: Eodem exemplo Eubulo Pf. P. Illyrici* VIII, 4, 30; cf. XII, 1, 187; *ad Amphilocium Consularem Campaniae s. ad Sophronium Consularem Piceni* XII, 1, 71; *Exsuperantio, Iulio et ceteris decurialibus* XIV, 1, 4; *Artemio, Eurydico, Appio, Gerasimo et ceteris episcopis* XVI, 2, 23; *Olympio Magistro officiorum et Valenti Comiti domesticorum* XVI, 5, 42; *Annati didascalo et maioribus Iudaeorum* XVI, 8, 23; XVI, 9, 3; *Evagrio Praef. august. et Romano Comiti Aegypt.* XVI, 10, 11; *Macrobio ppo Hispaniarum et Procliano Vicario quinque Provinciarum* XVI, 10, 15; *Anysio Comiti S. L. et Tauro Comiti R. P.* VI, 30, 21; *ad Silvium .... Paullum mag Italiae* I, 15, 1. Huc pertinent postscripta nonnullarum legum: XI, 28, 9 *de eadem re scriptum edictum ad Populum, ad Martianum Comitem S. L., Musellio Praeposito sacri cubiculi de titulis ad domum sacram pertinentibus, ad Rectores provinciarum, et de metallariis edictum ad Populum per provincias Illyrici et ad Rectores provinciarum*; I, 8, 1 *Scripta eodem exemplo Saprieio* (sic leg. pro *Sapicio*) *Magistro militum, Helioni Magistro officiorum et Eustathio Quaestori*; cf. VI, 26, 17; IV, 12, 5 *Data epistola ad V. C. Vicarium*; VIII, 1, 8 *Data epistola ppo*; VI, 28, 8 *Eodem exemplo Isidoro Pf. P., Regino Pf. P. Illyrici, Leontio Pf. U., Theodoto Comiti Aegypti, Abthartio Comiti Orientis, Cleopatro Praefecto Augustali, Hesychio Proconsuli Achaiae, Eustathio Vicario Asiae, Nectario Vicario Ponticae*; VII, 22, 9 et XII, 1, 83 *Scripta Petro Consulari Phoenicis Damasco* etc.; XII, 1, 187 *Eodem exemplo Eubulo Pf. P. Illyrici.* Cf. VIII, 4, 30. Similes sunt inscriptiones in Novellis, v. g. in Nov. Th. de Lenonibus *Cyro et Alypio Pf. P. PM.* (?); in f. Nov. Th. de Iudaeis *Eodem emplo viro illustri Pf. P. Illyrici*; in f. Nov. 4 Th. de Amota militantibus *Eodem exemplo Aspari, viro illustri, Comiti, magistro militum et exconsuli bis ordinario* et in Nov. Martiani de Indulgentiis reliquorum *Scripta Palladio, viro illustri, Pf. P. Orientis, Hermogeni, viro illustri, Comiti sacrarum literarum, Gennadio, viro illustri, Comiti rerum privatarum, Maximino, viro illustri, Comiti et praeposito sacri cubiculi.* Supersunt etiam literae *Gallieni* (ap. Euseb. hist. eccles. VII, 13): *Dionysio et Pinnae et Demetrio et ceteris episcopis salutem*; epistola *Constantini ad Alexandrum et Arium* (ap. Harduin. I, 371); *Zeuxio, Gallico, Victorino,*

notati fuerint. Ita fortasse explicari potest, quo modo factum sit, ut haec et illa lex, quae aliunde integra ad nos pervenit, sed etiam in Codice Theodosiano adhibita et discerpta est, etsi verbis cum Codice Theodosiano consonat, tamen alii magistratui inscripta sit. Pluribus enim in exemplo, quo Codicis Theodosiani compositores usi sunt, magistratibus videtur inscripta fuisse, haud secus atque illae Codicis leges, quas pluribus magistratibus inscriptas esse demonstravi [247]). Sic c. VI. Sirmondi evidenter dissecta est in c. 47 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), in c. 62 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) et in c. 64 eod. Constitutio VI. inscripta est *Amatio Pf. P. Galliarum;* c. 47 *Basso Com. R. P.*, ut c. 64; c. 62 *Fausto Pf. U.* Trium igitur magistratuum, ad quos lex data erat, nomina in margine eius annotata erant, *Amatii*, *Bassi*, *Fausti.* Exemplar ad *Amatium* in Galliam missum superest in c. VI. Sirmondi. Compositores, repudiato, fortasse propter Ioannem tyrannum, qui illo tempore, quo lex data est, in imperium invaserat, *Amatii* nomine, reliquos receperunt et *Bassum* quidem in c. 47 atque 64, *Faustum* in c. 62 cit. Quia diversis magistratibus inscripta erat lex, dies etiam diversus fuerit necesse est. Nam alius dies fuit, ubi Amatius nominatus erat, alius, ubi Bassus aut Faustus [248]). Quamquam igitur c. 47, 62 et 64 citt. inter se differunt, differunt etiam a c. VI. Sirm., tamen eiusdem maioris constitutionis a Sirmondo integrae editae [249]) fragmenta sunt. Iam vero etiam multas Codicis Theodosiani leges ex ignoto fonte haustas, quibus eodem modo subscriptum, sed diverso inscriptum est, inter se coniungendas esse arbitror, nec de ea re Gothofredo amplius obloquor. Si qua lex repetita est posteriori tempore, dici et magistratus discrepantia sua sponte intelligitur.

Haec habui, quae de Codice Theodosiano hoc loco dicerem. Iam meum esse puto, breviter explicare, quo consilio eum edere instituerim. Et primum quidem omnes curas posui in apparatu, quem amplissimum opus erat habere, congerendo, qua re non solum editiones, quotquot sunt, comparavi, verum etiam libros manu scriptos in Europae bibliothecis anquisivi. Solas membranas a Peyrono et a Maio e tenebris erutas non potui impetrare. Codices et editiones contuli cum Beckii editione, quippe quae facilius tractari poterat quam reliquae, nisi quod ad constitutiones recens inventas Wenckium adhibui. Ipsius Codicis Theodosiani libros manu scriptos bis legi et pervolutavi, praeter tres, quos secundo loco alii pro me examinaverunt. Pariter vetustissima Breviarii Alarici exempla, Monacense et illud, quod ill. Phillipps habet, bis inspecta sunt, quid quod tertio, si quo loco meae notae a virorum illorum notis discreparent. Ut de codicibus, ita de editionibus curam habui, ut habitum earum et scripturas noscerem. Praeterea legi, quicquid de Theodosiano Codice scriptum est: Gothofredi, Wenckii, Peyroni, aliorum commentarios sive dissertationes. Postquam res, quae ad faciendam editionem necessariae videbantur, paravi et collegi, deinde eas, quae solam rem literariam spectarent, secrevi ab iis, quibus critice illustrari posset Codex. Illas collocavi in superioribus annotationibus, has in inferioribus. In superioribus autem, quia Codex Theodosianus, quantum quidem ex naufragio quasi servatus est, ex frustis undique conquisitis conglutinatus est, primum

---

Sperantio, Ianuario, Felici, Crescentio, Pontio, Victori, Babbutio, Donato Episcopis; (Bar. III, 620) *Theodosii* epist. *ad Cyrillum et alios* (l. c. VII, 338). Cf. etiam *Exemplar sacrarum literarum Theodosii*, quod Ioannes Comes direxit *ad episcopos concilii Ephesini* et eiusd. imperatoris aliud *Exemplar literarum ad Accacium Berrhoeensem episcopum et Simeonem Antiochensem, anachoretam aliasque provincias ad unamquamque seorsum* (ap. Hard. I, p. 1687). *Martiani sacrae literae Barsumae rever. Archimandritae destinatae — eodem tenore Eulogio viro spectabili Tribuno et notario scriptum est* (ap. Hard. II, 75) et epist. *Martiani ad Dioscorum Alexandrinum — eodem tenore scriptum est etiam Iuvenali episcopo Hierosolymorum* (l. c. 75, 79). *Valentiniani et Martiani* lex scripta *Palladio praef. pr. Orientis, Valentiniano praef. Illyrici, Tatiano praef. urbis, Vincomalo, magistro divinorum officiorum et consuli designato* (Hard. II, 676). 247) Quod hic et aliis in locis dixi, constitutionem aliquam in C. Th. adhibitam ad nos pervenisse, id nonnulli ita acceperunt, ut exemplo ipso, quod superesset, compositores Codicis usos esse opinarentur. Potius id dixi: authenticae legis, quo usi sint illi, apographum integrum superesse. 248) c. 47 *Dat. VIII. Id. Oct. Aquileia.* c. 62 *Dat. XVI. Kal. Aug. Aquileiae.* c. 64 *Dat. VIII. Id. Aug. Aquileia.* Pro *Oct.* in c. 47 legendum est *Aug.* Etenim *Oct.* natum est ex *Og.*, quo modo pronuntiasse dicuntur *Aug.*
249) Sententia mea Novellarum illarum ope firmatur, quae pluribus magistratibus inscriptae sunt, non uni. Cf. not. 246. Sic Novella Martiani *de Indulgentiis reliquorum* scripta est *Palladio Pf. P. Orientis, Hermogeni Comiti sacrarum largitionum, Gennadio Comiti rerum privatarum, Maximino Comiti et Praeposito sacri cubiculi.* Fac igitur legem datam esse *Palladio Kal. Febr. Valentiniano A. VII. et Avieno V. C. Coss., Hermogeni III. Id. Febr., Gennadio Id. Febr., Maximino X. Kal. Mart.*, discerptam autem in Cod. Inst., quod quidem non est, sed demonstrandae rei caussa ponitur, et ita distributam per diversos titulos, ut aliud fragmentum inscriptum sit *Palladio*, subscriptum *Kal. Febr.*, aliud inscriptum *Hermogeni*, subscriptum *III. Id. Febr.*, aliud *ad Gennadium* datum *Id. Febr.*, aliud denique *ad Maximinum X. Kal. Mart.*, profecto, nisi Novella Martiani exsisteret, fragmenta illa leges diversae viderentur esse, etsi eiusdem Novellae partes sunt. Eodem modo diiudicanda est controversia, quae orta est de c. VI. Sirmond. cognatione cum c. 47, 62, 64 C. Th. citt. et implicata videtur, si quidem inter illarum legum inscriptiones et subscriptiones discrepantia est. Res ita se habet. In c. VI. Sirmondi, quia apographum est, ex pluribus magistratibus, qui in ipsa lege annotati erant, unus solus nominatur, subscripto die, quo ad eum missa est. Hoc in promptu est, si authenticas leges contigisset, ut haberemus, multo plures constitutiones inter se cohaerere perspiceremus, quam adhuc arbitramur. Simile quid accidit in Nov. Iust. 133. Cf. *G. F. Heimbach, Anecdot.* T. II. Lips. 1840. 4. Proleg. p. XXXV. et *E. Zachariae* in *Annalibus Herbipolensibus* 1841. Fasc. IV. (mens. Iul. et Aug.) p. 535.

indicavi, quem locum constitutiones in ipso Codice, in libris manu scriptis, in editionibus tenerent, addito interrogandi signo, si quando dubius esset. Deinde dixi, quid libri manu scripti haberent, quid omitterent; nam non solum plerique mutili sunt, verum etiam ii, quibus Breviarium Alarici continetur, inter se discrepant, cum alii constitutiones integras una cum interpretatione habeant, alii hanc et illam partem constitutionum omittant, alii proferant, quod desit in reliquis. Omnes eo ordine disposui, quem auctoritas eorum requirebat; antecedunt igitur Theodosiani Codicis libri manu scripti, sequuntur illi Breviarii, interque hos primo loco ii, qui constitutiones integras, ut dixi, habent, secundo reliqui. Proxime ab illis notis editiones, observata annorum serie, quibus apparuerunt, enumeravi. Constanter ita rem gessi in mutilis illis libris, qui per Breviarium potissimum innotuerunt, in quinque igitur prioribus libris. In reliquis, qui paucis locis exceptis integri supersunt, mutandum erat consilium. Ibi sufficiebat dixisse, ordinem constitutionum in editionibus et in Codice Theodosiano eundem esse, nisi si qua constitutio iam a Sichardo ex Breviario edita aut recens inventa sive suppleta esset. Solum librum XVI. propter mirum eius in codicibus editionibusque habitum eodem modo tractavi, quo quinque priores illos libros. Legibus sic descriptis protuli reliquos iuris libros, in quibus integrae essent, veluti Sirmondi Appendicem Codicis Theodosiani, Vaticana Fragmenta, aut in quos ex Codice Theodosiano transissent, praeter Breviarium igitur Consultationem, Legem Romanam Burgundionum, Codicem Iustiniani, Capitularia, Iuris graeci et ecclesiastici libros, etiamsi nondum editi essent, veluti Collectionem Canonum Anselmo Dedicatam, Anselmi Collectionem Canonum, alios, quibuscum illos scriptores veteres coniunxi, qui mentionem earum facerent. Deinde quia id magni momenti est ad illustrandam naturam et indolem Codicis Theodosiani, magnum Gothofredum secutus, demonstravi, quae leges fragmenta essent eiusdem constitutionis et inter se cohaererent, quae fugitivae essent, quae geminae, quae similes, cui rei iam Summariorum auctor a me in posterioribus libris adhibitus curam egregie navavit. Neque neglexi similes titulos aut ipsius Codicis Theodosiani aut aliorum librorum iuris, Anteiustinianei potissimum indicare. Denique recentiores scriptores nominavi, sed ne nimis crescerent annotationes, eos solos, quos ad explanandam legem aliquam aliquid contulisse arbitrabar. Ita igitur mihi videor versatus esse, ut non solum singularum constitutionum ordo cum in editionibus, tum in codicibus uno oculorum obtutu perspiciatur, et fons et quae sit earum ibi forma atque conditio, verum etiam praeter editionum seriem codicum classes cognoscantur simulque ibi collecta sint, quae historiam et sententiam legum interpretentur. Inferiores annotationes, quas literis numerorum loco appositis in ima pagina collocavi, constant et ex diversa scriptura et ex meis aliorumque coniecturis, in primis Gothofredi, Wenckii, Peyroni. Editionum scripturam, etiamsi interpunctionibus tantum aut mendis diversa esset, accuratissime consignavi, ut iis, quae partim rarae partim sumptuosae sunt, Codicis Theodosiani studiosi supersedere possent. Eodem studio excussi ipsius Codicis Theodosiani libros manu scriptos, Charpini dico codicem sive Lugdunensem, Vaticanum Reg. Suec. DCCCLXXXVI., Taurinenses et Vaticanas membranas a Peyrono et Maio divulgatas, et illas partes codicum Breviarii Alariciani, quae cum ad Breviarium non pertineant, ex ipso Codice Theodosiano haustae sunt, veluti codicis Ambrosiani C. XXIX., Regii Parisiensis MMMMCCCCVI., Seldeni sive Oxoniensis reliquorumque, quorum librarii nonnullas leges a Visigothis non receptas aut appendicibus adiunxerunt aut hic et illic inculcarunt. Horum igitur non solum scripturam, verum etiam lacunas diligenter expressi, sed ne nimis augerentur notae, orthographiam in eum locum transtuli, ubi codices explanavi [250]). Quod Breviarii codicum scripturam attinet, ii, partibus, quas modo dixi, exceptis, diversa ratione tractandi erant. Maximam operam vetustissimis exemplis navavi, Monacensi et Phillippsii libro, parem iis, quae vel reliquis praestant, quia saepe congruunt cum ipsius Codicis Theodosiani libris manu scriptis, Reg. Par. MMMMCCCCIX., Seldeniano, Wallersteinensi, vel iam ab aliis examinata erant, Basileensi, Bernensi, Saviniano, Gothano; at reliquorum, quae mendis potius quam alio modo discrepant, scripturam, prout res postulabat, conscripsi, ita tamen, ut interior quasi cognatio codicum ea cognoscatur. Simili ratione versatus sum in Interpretatione. Quae sic congesseram, in eum ordinem redegi, quem auctoritas codicum et editionum series exigebat. Quare sicubi codices una cum editionibus nominandi erant, primo loco ipsius Codicis Theodosiani libros manu scriptos posui, deinde Breviarii codices eadem serie, qua in Signorum explicatione collocati sunt, tum editiones et harum quidem vetustissimam primo loco, deinceps reliquas, ubi vero circumspiciendum erat, ut editiones cum iis codicibus coniungerem, quibuscum consentirent, et suo loco ponerem, quae de Iustiniani Codice et aliis iuris libris dicenda essent. Id igitur egi, ut amplissimum totius omnium codicum atque editionum scripturae indicem mea editione complecterer. Iam vero si quis hanc silvam annotationum conspicit, is Codicem Theodosianum omnino a me emendatum et perpolitum esse opinabitur. Neque vero omnino ex sententia res cessit. In primo quidem libro paullo audacius correxi; mox impetum coercui. Mirum enim quendam reperiri perspexi consensum concentumque cum utriusque Codicis et Theodosiani et Iustinianei, tum librorum manu scriptorum editorumque in locis aperte corruptis, maxime in inscriptionibus et subscriptionibus. Satis igitur esse duxi, ibi opinionem atque emendationem meam una cum aliorum virorum coniecturis proposuisse, nec correxi, nisi codex aliquis

250) Cf. supr. not. 13, 23, 30, 41.

aut Codex Iustiniani aut alia lex eum mendosa coniungenda, quod mihi probaretur, obtulisset. Qua re factum est, ut multo plures locos in inferioribus annotationibus emendare tentaverim, quam mutaverim atque correxerim, quos non ultra septingentos esse recordor. Neque vero in consilio capto stare potui. Id quidem licet in libro, cuius unus codex est, aut si plures, tamen una forma et natura omnium; at vero Theodosianus Codex ex diversi argumenti diversaeque naturae libris manu scriptis compositus est. Unde evenit, ut aliorum emendationes aut meas in ea parte Codicis legibus substituerem, quae ex solo Ambrosiano Codice innotuit, pessime quidem illo scripto, contra in ea, quae solis Taurinensibus et Vaticanis membranis aut Charpini et Tilii codicibus debetur, in notis commemorarem. Hi enim vetustissimi sunt et paullo post Codicem Theodosianum scripti; maximi igitur habendi et quatenus in nostris libris fieri potest, conservandi, quapropter raro correxi et fere tum demum, cum Codex Iustiniani aut codicum alter alterum emendaret, aut gemina sive similis sive repetita lex erratum aperte demonstraret. Sicubi vero codices, quos modo commemoravi et Breviarii codices concurrebant, sed dissentiebant, illos praetuli, nisi horum scripturam Codex Iustiniani aut alius iuris liber commendaret. Denique quod ad leges attinet, quas solum Breviarium habet, tum antiquiores codices, tum eos secutus sum, quos cum ipsius Codicis Theodosiani libris manu scriptis consonare dixi, qui si et ipsi nihil utile afferrent ad corrigendas leges, a reliquis codicibus aut a Codice Iustiniani auxilium petii. In solis inscriptionibus et subscriptionibus omnibus parem auctoritatem habui. Ibi enim alius alio praestantior non est; omnes vacillant. Seriem chronologicam constitutionum extremo Codici Theodosiano adieci; reliquos indices differam, usque dum Novellae et reliquae, quas edo, constitutiones absolutae erunt.

Sed satis dixi de libri mei ratione. Restat, ut iucundissimi muneris partes expleam et viris, quorum ope hunc Codicem Theodosianum edidi, debitas gratias agam. Hic in primis nominandi sunt Carolus Benedictus Hase, vir in orbe terrarum laudatus; Carolus de Savigny, Germaniae decus atque ornamentum; Fridericus Iacobs, bibliothecae Gothanae praefectus summe venerabilis; Gerlach, Salustianarum venustatum perspicax investigator; Thomas Phillipps, generosissimus Angliae baro, qui viri perillustres codicibus vetustissimis rarissimisque benigne et liberaliter mecum communicatis ita me adiuverunt, ut sine iis consilium edendi Codicis Theodosiani abiicere necesse fuisset. Proxime ab his grato animo commemoro Millerum, librorum manu scriptorum, qui in Regia bibliotheca Parisiensi asservantur, custodem; Theodorum Heysium, philosophiae doctorem, res antiquas, quae Romae sunt, diligentissime hoc tempore perscrutantem; Foeringerum, propraefecto in Regia bibliotheca Monacensi vices agentem, viros egregios, humanitate et eruditione singulari insignes, qui cum magnum esset meum desiderium secundae vetustissimorum codicum collationis, Charpini iam Parisiensis, Vaticano-Regin. Suec. DCCCLXXXVI., Monacensis, arduum illum laborem susceperunt et rara perseverantia sustinuerunt [251]). Quid quod Millerus non solum in Charpini codice conferendo operam consumpsit, verum etiam libri XVI. in codice Reg. Par. MMMMCCCCVI. superstitis scripturam a Cuiacii prima editione diversam, quam sciret perutilem mihi esse, sponte conscripsit, cui viro morum suavitate animique candore pariter atque doctrinae ubertate excellenti gratias agere nunquam desinam, referre non possum. Maximo etiam beneficio me obstrinxit eruditissimus Carolus Baudi de Vesme, vir summo ingenio atque disciplina et propter praeclara scripta in omnium ore magna laude celebratus. Etenim etsi vir humanissimus Codicis Theodosiani editionem parat, tamen remota simultate, quam solent, qui eundem librum edunt, invicem exercere, Taurinensium foliorum et a Peyrono et a se recens inventorum scripturam, quatenus iis undecim posteriores libri locupletantur, paucis foliis exceptis, haud rogatus mihi transmisit. Et tanta quidem est huius officii magnitudo, verbis ut eam indigitare, factis nunquam exaequare, nedum superare possim. Quare me hoc loco palam dicere sinat, nullo unquam tempore beneficiorum illorum memoriam oblivione mea deletum iri. Sed alii quoque summam in me humanitatem benevolentiamque navarunt. Ex his praeter ceteros, neque enim omnium, quorum grato animo recordor, mentionem facere possum, commemorandi sunt Bentivoglio, Ambrosianae bibliothecae praefectus, nunquam non cum summa veneratione nominandus; Kuehnholtz, Bliss, alter Montispessulanae, alter Oxoniensis bibliothecae custos; Geel Lugduno-Batavus, vir mea laude superior; Ildephonsus de Arx, bibliothecae Sancti Galli ab hostium rapacitate intrepide defensae conservator; Boupard, Lugdunensis bibliothecae praepositus; Keller Turicensis, qui doctrinam, quam libris de iure civili scriptis probavit, humanitate aequare studet; Petri, Hassiarum electori in rebus ecclesiasticis Fuldae a consiliis; Kiessling, Zizensis gymnasii rector de literis bene meritus; denique ii, quorum curae Aureliae, Bernae, Berolini, Taurini libri bibliothecarum publicarum commissi sunt [252]).

---

251) Cf. Diss. mea de Constitutionibus a Sirmondo editis p. 26 et infr. p. 807, not. *.

252) Domi uti mihi licuit tribus codicibus, Gothano, Basileensi, Saviniano, beneficio *Iacobsii*, *Gerlachii* et *Caroli de Savigny*. — Cum prope ad finem pervenissem, recordatus sum, *F. Pauli Cancianii* editionem Breviarii in *Vol. IV. Barbarorum Legum Antiquarum. Venetiis* 1789. fol. p. 461 — 510, non esse commemoratam. Quod utrum casu acciderit, an consilio factum sit, ipse ignoro. Libri, tituli et sententiae legum, quae in Breviario sunt, una cum subscriptione primae singulorum titulorum legis ibi reperiuntur, neque vero ipsae constitutiones. Sententiae illae plerumque ex interpretatione depromptae sunt, nonnunquam admixtis verbis legis, sed confuso, obscuro, barbaro sermone scriptae, ut Cancianii liber inter Codicis Theodosiani editiones nominari nequeat, praesertim cum novi quicquam ad Codicem non attulerit.

Omnes enim illi viri mihi codices suppeditarunt, qui res, quibus colligendis operam dedi, augebant. Nec silentio praetereundi sunt amicissimi mihique coniunctissimi viri, Heimbachius Lipsiensis et Zachariae Herbipolensis, qui dum in itinere erant, quod cum magno veteris iurisprudentiae fructu celebratissimarum Europae bibliothecarum visendarum caussa fecerunt, literis diligenter scriptis res me docuerunt, quas aut nesciebam aut melius scire cupiebam. Impellit etiam me animus, ut illorum nomina grata memoria prosequar, qui epistolis ad amicos datis, aditum mihi ad multas bibliothecas aperuerunt. Inter eos plurimum mihi profuerunt Blondeau, ordinis Iurisconsultorum, qui Parisiis est, decanus maxime spectabilis; Irving, Edinburgenae bibliothecae Advocatorum praefectus et iuris romani in Anglia sagacissimus interpres; Warnkoenig, perillustris literarum Universitatis Friburgensis antecessor. Quibus viris omnibus aliisque optime de me meritis debitam ut referam gratiam, nunquam non summa alacritate enitar. Sed quamquam de multis praedicavi, qui benevolentiam suam mihi praestiterunt, tamen duo supersunt, quos hac de caussa postremo loco pono, ut evidentius appareat, quantum iis debeam. Demonstrasse enim mihi videor, id mihi maximae curae fuisse, ut quam accuratissime editiones atque libros manu scriptos in meo libro exprimerem et quae collegissem, recte ordinarem disponeremque. Sed cum ne diligentissimus quidem homo tot rebus impeditus errores cavere possit, fidum conquisivi virum, qui non solum tabulas meas inspiceret examinaretque, num ea, quae congessissem, recte dispensata essent atque convenirent cum verbis Codicis Theodosiani, verum etiam editionum et codicum scripturam cum notis meis conferret. Contigit, ut duos praestantissimos viros invenirem, Wellerum, iam Meiningensis scholae professorem, doctrina et virtute ornatissimum et Cramerum, privatis in hac urbe literarum studiis impigre deditum. Auxilio mihi fuit Wellerus in Gregoriano atque Hermogeniano Codice et in Theodosiano usque ad XXVI. libri secundi titulum, post discessum viri amicissimi Cramerus, cuius ope longe maximam partem libri absolvi. Neque unquam satis laudare possum utriusque viri fidem, diligentiam, perseverantiam, qua effectum est, ut amplum hunc Codicem mea opinione citius ad finem perduxerim.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Cod. Lugdunensis aut simpliciter *Codex* dictus. Est codex ille Stephani Charpini, de quo dixi in Praef. p. III, IV.

— I. Quattuordecim membranae bis scriptae, a Car. Baudio de Vesme inventae in bibliotheca R. Taurinensis Athenaei. Vid. Praef. p. VI.

NB. De utroque codice mihi demum constitit, postquam iam quinque priores Codicis libri impressi sunt; quare a me non poterant continuo numero in hac Signorum explicatione consignari.

— 1. Triginta membranae bis scriptae, a Peyrono in eadem bibliotheca Taurinensi inventae. Praef. p. VI.

— 2. Tres aliae membranae bis scriptae, quas Peyronus inter Bobienses schedas invenit, librorum XIV. et XVI. Codicis Theodosiani particulas offerentes. Praef. p. IX.

— 3. Undecim amplae Codicis Theodosiani membranae ex palimpsesto Bobiensi, iam Vaticano VMDCCLXVI. a Maio erutae, quae omnes incidunt in libros XIV, XV, XVI. Cod. Theodosiani. Praef. p. IX.

— 4. Codex Vaticanus Reginae Sueciae 886. Praef. p. I.

— 5. — bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis C. 29 partis inferioris. Praef. p. IX, X.

— 6. — Monacensis D. 2, olim Wurceburgensis. — Chr. Gottl. Haubold, Opuscc. academica. T. II, p. CXXX, n. 56.

— 7. — Middlehillanus sive in bibliotheca Phillippica, quo nomine generos. THOMAS Lib. Baro PHILLIPPS locupletissimam bibliothecam suam appellavit, num. 1761, olim Meermani 599. — Haubold l. c. p. CXXXIV, n. 63.

— 8. — Reg. Paris. 4403. — Haubold, Praetermissorum inprimis ad Breviarium Alaricianum pertinentium e codicibus a *Gust. Haenelio* — novissime collatis Promulsis I, p. 7—9, 15—21. Eiusd. Opuscc. T. II, p. 901—905, 918—926.

— 9. — — — 4404. — Haubold, Opuscc. T. II, p. CIII, n. 10.

— 10. — — — 4405. — Haubold l. c. p. CIII, n. 11.

— 11. — — — 4406. — Praef. p. V.

— 11ª. — Reg. Berol. MSS. Lat. Fol. 270, olim P. Pithoei, deinde Catalogi bibliothecae de Rosny 2391, appendix. Vide, quae dixi in Richteri Annalibus, T. I, p. 379 sq.

— 12. — Aurelianensis 207. — Haubold ll. cc. p. 13 sq. et p. 915 et XCIX, n. 1.

— 13. — Lugdunensis 303. — Haubold, Opuscc. T. II, p. XCIX, n. 2.

— 14. — Montispessulanus H. 84. — Haubold l. c. p. XCIX, n. 3.

— 15. — Seldeni n. 32, Oxoniensis bibliothecae Bodleianae 3362. — Haubold l. c. p. CXXXV—CXXXVII, n. 64. Car. Witte de Guilelmi Malmesburiensis Codice Legis Romanae Wisigothorum. Vratislav. 1831. 8.

— 16. — Vaticanus-Reginae Succiae 1128. — Haubold l. c. p. CXXII, n. 43.

— 17. — Vaticano-Ottobonianus 2225. — Haubold l. c. p. CXXIII, n. 44.

— 18. — Reg. Paris. Suppl. Lat. 399, olim Sorbonnensis 336. — Haubold l. c. p. CXIV, n. 32.

— 19. — Wallersteinensis. — Haubold l. c. p. CXXXII, n. 58.

— 20. — Gothanus form. mai. 84. — Haubold l. c. p. CXXIX, n. 54.

— 21. — Basileensis C. III. 1. — Haubold l. c. p. CXXIV, n. 46.

— 22. — Reg. Paris., olim S. Germani 1278. — Haubold l. c. p. C. sq., n. 5. Pertz, Archiv, T. VII, p. 719 sq.

— 23. — — — 4419, appendix. — Haubold, Promulsis p. 12 sq. et Opuscc. T. II, p. CX, n. 24 et p. 914.

— 24. — Montispessulanus H. 136. — Haubold l. c. p. C, n. 4.

— 25. — Reg. Paris. 4403ª. — Haubold l. c. p. CII, n. 8.

— 26. — — — Suppl. Lat. 65. — Haubold l. c. p. CXII, n. 30.

— 27. — — — 4408. — Haubold l. c. p. CIV, n. 13.

— 28. — — — 4409. — Haubold l. c. p. CV, n. 14.

— 29. — — — 4410. — Haubold l. c. p. CVI, n. 15.

— 30. — — — 4411. — Haubold l. c. p. CVI, n. 16.

— 31. — — — 4412. — Haubold l. c. p. CVI. sq., n. 17.

— 32. — — — 4413. — Haubold l. c. p. CVII, n. 18.

— 33. — — — 4414. — Haubold l. c. p. CVIII, n. 19.

— 34. — — — 4415. — Haubold l. c. p. CVIII. sq., n. 20.

— 35. — Vaticanus Reginae Succiae 1023. — Haubold l. c. p. CXX, n. 40.

— 36. — — — — 1048. — Haubold l. c. p. CXXI, n. 41.

— 37. — Ambrosianus C. 276 partis inferioris. — Haubold l. c. p. CXV, n. 34.

Cod. 38. Codex Lugduno-Batavus, olim Vossianus inter libros mss. latinos num. 47. — Haubold l. c. p. CXXXIII, n. 60.
— 39. — F. L. Kelleri, Turicensis, olim Meermani 600. — Haubold l. c. p. CXXVII, n. 51.
— 40. — Bernensis 263. — Haubold l. c. p. CXXV, n. 47.
— 41. — Basileensis C. III. 1. — Haubold l. c. p. CXXIV, n. 46.
— 42. — Caroli de Savigny. — Haubold l. c. p. CXXVII, n. 52.
— 43. — Reg. Berolinensis quart. 150.
— 44. — Reg. Paris. Supplem. Lat. num. 799, olim Gaii (Gay) Lugdunensis, cuius bibliotheca a. h. s. XXXIII. publice vendita est.
— 45. — — — 4697. — Haubold l. c. T. II, p. CXII, n. 28.
— 46. — S. Gallensis 731. — Haubold l. c. p. CXXVI, n. 50.
— 47. — Vatic. Reg. Suec. 857. — Haubold l. c. p. CXVIII, n. 37.
— 48. — Taurinensis in bibliotbeca Regii Athenaei H. VI. 24. num. 392. — Haubold l. c. p. CXXIV, n. 45.
— 49. — Fuldensis. — Haubold l. c. p. CXXVIII, n. 53.
— 50. — Reg. Paris., olim S. Germani 366. — Haubold l. c. p. XCV, n. 1.
— 51. — Middlebillanus 1741, olim Meermani 571. — Haubold l. c. p. XCVI, n. 2.
— 52. — Vaticanus Reg. Sueciae 1283. Praef. p. I.

R. — Siglum annotationum, quas P. Pithoeus ex Ranconeti codice adscripsit exemplari editionis Sichardianae, inter libros impressos Reg. bibl. Paris. num. F. 5. fol.

F. 6. — Exemplum editionis Codicis Theodosiani a. 1566 in eadem bibliotbeca. — Haubold, Promulsis p. 14, 23, Opuscc. T. II, p. 915—917 et p. 927.

Val. — Lectiones adscr. ab Henr. Valesio ad exempl. ed. 1593, quod est in bibl. publ. Aurelianensi (bibl. de Prousteau).

Coll. Can. Ans. Ded. — Collectio Canonum Anselmo Dedicata collata secundum exemplar meum ex ms. bibliotb. Bambergensi transscriptum.

Ans. — Anselmi Lucensis Collectio Canonum secundum exemplar meum ex ms. bibliothecae Parisiensis transscriptum.

Aeg. — Summae s. Argumenta legum — ex Corpore Theodosiano etc. — excusa curante P. Aegidio 1517. Praef. p. XI, XXVI.

Sich. Editio Io. Sichardi. Basileae 1528. fol. fol. 1—84. Praef. p. XI, XXVI, XXXII.

Til. — Io. Tilii. Parisiis 1550. 8. Praef. p. XII, XXVII, XXXII.

Cui. 1. — Iacobi Cuiacii. Lugduni 1566. fol. p. 1—525. Praef. p. XIII, XXVIII, XXXII.

Cui. 2. — Iacobi Cuiacii. Parisiis 1586. fol. p. 1—529. Praef. p. XIV, XXX, XXXII.

Aur. — *Aurelianensis* (s. Genevensis), curante Iacobo Cuiacio. Aurelianae Allobrogum 1586. 4. p. 1—522.

Lugd. — *Lugdunensis*, Lugduni apud Franciscum Fabrum 1593. 4. p. 1—522. Praef. p. XV. sq.

Cui. 2*. — Iac. Cuiacii. Parisiis 1607. fol. p. 1—529. Praef. p. XV.

Go. — Iac. Gothofredi, op. et st. Ant. Marvillii. T. I—VI. Lugduni 1665. fol. Praef. p. XVI. sq., XXX, XXXII.

Ri. — Iac. Gothofredi, cur. Io. Dan. Rittero. T. I—V. T. VI. P. I. II. Lipsiae 1736—1745. fol.

Ri*. — — — — — — — T. I—VI. P. I. p. 279 et P. II. Mantuae 1740—1750. fol. Praef. p. XVIII—XXI.

Lab. — Libri XVI., cum nonnullis aliis titulis et legibus Codicis Theodosiani in Conciliorum Galliae tam editorum quam ineditorum collectione (quam curavit Labat). Parisiis 1789. fol. p. 690—766. Praef. p. XXII.

L. R. U. — Lex Romana Utinensis. Ed. P. Canciani in Barbarorum LL. Antiq. T. IV, p. 461 sqq. Venetiis 1789. fol. Praef. p. XLIV.

Be. — Beckii in Iure Civili Anteiustinianeo. T. I. II. Berolini 1815. 8. p. 275—1215. Praef. p. XXI.

P. — Amedei Peyroni, Codicis Theodosiani fragmenta inedita. Taurini 1823. 4. Praef. p. XXII, XXXII.

Cl. — Wa. Frid. Clossii, Theodosiani Codicis genuini fragmenta. Tubingae 1824. 8. Praef. p. XXIII, XXXII.
Ba. — *Bardili*,
Bu. — *Buttmanni*,
Hu. — *Hugonis*,
Kl. — *Klenzii*,
Os. — *Osianderi*,
Sav. — *Savignii*,
Scb. — *Schraderi*,
Ta. — *Tafelii*, coniecturae criticae apud *Clossium*. p. 161—164.

Pu. — Edua. Puggaei, Theodosiani Codicis genuina fragmenta. Bonnae 1825. 8. Praef. p. XXIV.

W. — Car. Frid. Christ. Wenckii, Codicis Theodosiani libri V priores. Lipsiae 1825. 8. Praef. p. XXIV.
NB. Ex his edd. Interpretationem Visig. habent Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Lab. Cl.

Bou. — Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores p. Mart. Bouquet. T. I. Parisiis 1738. fol. p. 745—769.

Tillem. — Histoire des Empereurs etc., par Lenain Tillemont. T. IV. et V. à Bruxelles 1732. 4. et T. VI. à Bruxelles 1739. 8.

Coll. — Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio. Ed. Frid. Blumii. Bonnae 1833. 8.
P. — codex Reg. Berol., olim P. Pithoei, deinde bibliothecae de Rosny 2391.
Verc. — — *Vercellensis* CXXII.
Vind. — — *Vindobonensis*, olim Salisburgensis CCCLX.
Scal. — *apographum Scaligeranum*.
Pith. — *ed. pr. Paris.* 1573. 4.
Bl. — *Blumius*.
Bas. — *ed. Basileensis* 1574. 4.
Scb. — — *Schultingii* in Iurisprudentia Anteiustinianea, p. 727—800.
Bi. — — *Bieneri* in Iure Civ. Anteiust. p. 1419—1474.

Cons. — Consultatio Veteris Cuiusdam Iurisconsulti. Ed. FRID. AUG. BIENERI (Bi.) in Iuris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8.) T. II. p. 1475—1498.
L. R. B. — Lex Romana Burgundionum. Ed. AUG. FRID. BARKOW. Gryphiswaldiae 1826. 8.
Ott. — *codex Ottobonianus* in bibliotheca Vaticana num. 327, olim Iosephi Garampii.
Pi. — codex Reg. Berol., olim P. Pithoei, deinde bibliothecae de Rosny 2391.
V. 1. — — *Vaticanus* ex bibliotheca Reginae Succiae, triplici num. signatus, 379, 410, 1022.
V. 2. — — *Vaticanus* VMDCCLXVI., quem Ang. Maius invenit.
P. — — *Parisiensis* 4412, quem contuli.
Am. — *Ioa. Chrph. Amadutii* Leges Novellae V. anecdotae. Romae 1767. fol. p. 131—295.
Bi. — *Bieneri* editio in Iuris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8.) T. II, p. 1501—1541.
Ba. — *Barkow.*
Vat. Fr. — Vaticana Fragmenta recogn. AUG. BETHMANN-HOLLWEG. Bonnae 1833. 8.
V. — *codex Vaticanus* VMDCCLXVI.
Buchh. — *Alex. Aug. de Buchholtz*, Iuris Civilis Anteiustinianei Vaticana Fragm. Regim. Boruss. 1828. 8.
Bg. — *Böcking.*
Ho. — *Hollweg.*
Br. Al. — Breviarium Alarici sive Lex Romana Visigothorum.
Ed. Th. — Edictum Theodorici. Ed. GOTH. FR. RHON. Halae 1816. 4.
Ed. Athal. — Edictum Athalarici. Ed. CAROL. CHR. CARUS GRETSCHEL. Lipsiae 1828. 4.
Cod. Iust. — Iustiniani Codex Rep. Prael. Ed. GEO. AUG. SPANGENBERG. Gottingae 1797. 4. HERRMANNI editione usus sum, si quis fasciculus tempore, quo Codicem elucubrabam, editus erat.
Bas. — Basilicorum Libri LX. Ed. GUST. ERNEST. et CAR. GUIL. ERN. HEIMBACHII. T. I. Lipsiae 1833. (lib. I—XII.). In seqq. libris adhibui ed. CAR. ANN. FABROTI. T. II—VII. Parisiis 1647. fol. Nam T. II. Heimbach. editionis Lips. 1841. (lib. XIII—XXIII.) editus est, postquam absolvi Codicem Theodosianum. Solis prioribus fasciculis II. T. hic et illic potui uti.
L. Vis. — Lex Visigothorum sive Fuero Iuzgo en Latin y Castellano — por la Academia Española. Madrid. 1815. fol.
Cap. — Capitularia Regum Francorum. Ed. STEPH. BALUZII, cur. PETRO DE CHINIAC. T. I. II. Parisiis 1780. fol.
Ben. Lev. — Benedictus Levita in dicta editione Capitular. T. I, col. 698—1132.
Form. Marculf. — Formulae Marculfi in edit. Capitular. cit. T. II, col. 369—468.
Form. Sirm. — Formulae Sirmondiacae in ed. Capitular. cit. T. II, col. 467—494.
Bu. sive Burch. — Burchardi Wormatiensis ecclesiae episcopi Decretorum libri XX. Coloniae 1548. fol.
Ivo — Ivonis Carnotensis episcopi Opera omnia. Paris. 1647. fol.
Hincm. — Hincmari Opera, cura IAC. SIRMONDI. Lutet. Parisiorum 1645. fol.
Regino — Reginonis abbatis Prumiensis libri duo de Synodalibus Causis et Disciplinis Ecclesiasticis c. WASSERSCHLEBEN. Lipsiae 1840. 8.
Decr. Gr. — Decretum Gratiani in Corpore Iuris Canonici, ed. AEM. LUD. RICHTERI. Lipsiae 1833—1839. 4.
Cui. Comm. — IACOBI CUIACII Commentarii ad tres postremos libros Codicis Iustiniani Repetitae Praelectionis. Francofurti 1595. fol. T. III, p. 225—524.
E. L. H. — *Allgemeine Literatur-Zeitung* 1824. N. 242.
E. L. L. — *Leipziger Literatur-Zeitung* a) 1824. N. 236—239, p. 1882—1911. b) 1826. N. 61, p. 484—486.
Cr. — W. L. D. IOS. BARO DE CRASSIER, Diss. de Confectione Codicis Theodosiani. Leodii 1825. 4.
Haub. Opp. — CHR. GO. HAUBOLDI Opuscula academica. T. II. Lipsiae 1829. 8. Praef. p. LXXXIV—CLXVIII. et p. 897—932.
W. Opp. — C. F. CHR. WENCKII Opuscula academica. Lipsiae 1834. 8. p. 434—452.
Schro. — A. W. DE SCHROETER, Uebersicht der seit 1813 neuentdeckten Stücke der griechischen und römischen Literatur. II. Abschn. Von den neuentdeckten Quellen des römischen Rechts. Hermes T. XXV. 1825. 8. p. 318—362.
Bijdr. — C. A. DEN TEX en I. VAN HALL, Bijdragen tot Regtsgeleerdheid en Wetgeving. 1. Deel. Amsterdam 1826. p. 1—39, 313—357.
Schr. — ED. SCHRADER, Periodische Uebersicht. Neuentdeckte Quellen römischer Rechtskunde. Kritische Zeitschrift für Rechtswissenschaft. T. I, p. 147. T. III, p. 324 sq.
Knust — FRID. HENR. KNUST, de Fontibus et Consilio Ps. — Isidorianae Collectionis. Gottingae 1832. 4.
Summ. Cod. Theod. — GUST. HAENEL, Antiqua Summaria Codicis Theodosiani ex codice Vaticano nunc primum edidit. Lipsiae 1834. 8.
Richteri Annales — AEM. LUDW. RICHTER (inde a V. Tom. accessit ROB. SCHNEIDER), Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft. I—V. Jahrgang. Leipzig 1837—1841.

SIGNORVM EXPLICATIO.

Cod. Lugdunensis aut simpliciter *Codex* dictus. Est codex ille Stephani Charpini, ex quo Cuiacius a. 1566 libros VI—VIII. Codicis Theodosiani edidit, et qui nuper ex libris Bibliothecae de Rosny a Regiae Bibliothecae Parisiensis praefectis emptus est. — Vid. infra libr. VI, tit. 2, not. *r* et Richteri annales iurisprudentiae germanicae (Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft), 1837, fasc. IV, p. 377.

— I. Quattuordecim membranae bis scriptae a Car. Baudio a Vesme nuper inventae in Bibliotheca R. Taurinensis Athenaei, quarum tres primum et tertium Codicis Theodosiani librum XXII constitutionibus augent, reliquae librorum VI, VIII, IX, X, XVI. titulos attingunt. — Carlo Vesme del codice Teodosiano e di alcuni frammenti inediti del medesimo da un manoscritto palimpsesto della R. Università di Torino. 1836. 8. Vide etiam, quae de membranis Vesmii industria inventis a me dicta sunt in Richteri annalibus, 1837, fasc. I, p. 91—94; fasc. II, p. 191.

NB. De utroque codice mihi demum constitit, postquam iam quinque priores Codicis libri impressi sunt; quare a me non poterant continuo numero in hac siglorum explicatione consignari.

— 1. Triginta membranae bis scriptae, a Peyrono in eadem bibliotheca Taurinensi inventae, quarum quattuordecim ad sex priores Codicis Theodosiani libros pertinentes eos multis constitutionibus, quas Peyronus primus edidit, augent, sedecim posteriores libri VI. et sequentium librorum usque ad XIV, tit. 4 diversitatem lectionis offerunt. — Codicis Theodosiani fragmenta inedita etc. illustravit Amedeus Peyron, p. 14 sq. Codicis Theodosiani Libri V priores recognovit etc. C. F. Ch. Wenck p. XII—XVII.

— 2. Tres aliae membranae bis scriptae, quas Peyronus inter Bobienses schedas invenit, librorum XIV. et XVI. Codicis Theodosiani particulas offerentes. — Peyron l. c. p. 18. Wenck l. c. p. XVII. sqq.

— 3. Undecim amplae Codicis Theodosiani membranae ex palimpsesto Bobiensi a Maio in Vaticana bibliotheca erutae, quae omnes incidunt in libros XIV, XV, XVI. Cod. Theodosiani et, cum non congruant cum Taurinensium membranarum (vid. cod. 2) argumento, disiecti cuiusdam codicis membra videntur esse per Vaticanam atque Taurinensem bibliothecam sparsa. — Juris civilis Anteiustinianei reliquiae ineditae — curante Ang. Maio, p. XVIIII—XXI. Wenck l. c. p. XIX.

— 4. Codex Vaticanus Reginae Sueciae 886. — Antiqua Summaria Codicis Theodosiani etc. Nunc primum edid. Gust. Haenel. Lips. 1834. 8. p. III—XII.

— 5. — Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis C. 29 partis inferioris. — Theodosiani Codicis Genuini fragmenta — nunc primum edidit Walth. Fr. Clossius p. XI—XIII, XVII—XXVIII. Wenck l. c. p. VI—IX.

— 6. — Monacensis D. 2, olim Wurceburgensis. — Chr. Gottl. Haubold, opuscc. academica. T. II, p. CXXX, n. 56.

— 7. — Middlehillanus sive in bibliotheca Philippica, quo nomine Geneross. Thomas Lib. Baro Phillipps locupletissimam bibliothecam suam appellavit, num. 1761, olim Meermani 599. Haubold l. c. p. CXXXIV, n. 63.

— 8. — Reg. Paris. 4403. — Haubold, praetermissorum inprimis ad Breviarium Alaricianum pertinentium e codicibus a *Gust. Haenelio* — novissime collatis Promulsis I, p. 7—9, 15—21. Eiusd. opuscc. T. II, p. 901—905, 918—926.

— 9. — — — 4404. — Haubold, opuscc. T. II, p. CIII, n. 10.

— 10. — — — 4405. — Haubold l. c. p. CIII, n. 11.

— 11. — — — 4406. — Haubold, promulsis p. 9—12, 21—23 et opuscc. T. II, p. 906—914, 926 sq.

— 11ª. — Reg. Berol., olim P. Pithoei, deinde Catalogi bibliothecae de Rosny 2391, appendix. Vide, quae dixi in Richteri annalibus l. c. fasc. 4, p. 379 sq.

— 12. — Aurelianensis 207. — Haubold ll. cc. p. 13 sq. et p. 915 et XCIX, n. 1.

— 13. — Lugdunensis 303. — Haubold, opuscc. T. II, p. XCIX, n. 2.

— 14. — Montispessulanus H. 84. — Haubold l. c. p. XCIX, n. 3.

— 15. — Seldeni n. 32, Oxoniensis bibliothecae Bodleianae 3362. — Haubold l. c. p. CXXXV—CXXXVII, n. 64. Car. Witte de Guilelmi Malmesburiensis Codice Legis Romanae Wisigothorum. Vratislav. 1831. 8.

— 16. — Vaticanus-Reginae Sueciae 1128. — Haubold l. c. p. CXXII, n. 43.

— 17. — Vaticano-Ottobonianus 2225. — Haubold l. c. p. CXXIII, n. 44.

— 18. — Reg. Paris. Suppl. Lat. 399, olim Sorbonnensis 336. — Haubold l. c. p. CXIV, n. 32.

— 19. — Wallersteinensis. — Haubold l. c. p. CXXXII, n. 58.

— 20. — Gothanus form. mai. 84. — Haubold l. c. p. CXXIX, n. 54.

Cod. 21. Codex Basileensis C. III. 1. — Haubold l. c. p. CXXIV, n. 46.
— 22. — Reg. Paris., olim S. Germani 1278. — Haubold l. c. p. C sq., n. 5.
— 23. — — — 4419, appendix. — Haubold, promulsis p. 12 sq. et opuscc. T. II, p. CX, n. 24 et p. 914.
— 24. — Montispessulanus H. 136. — Haubold. l. c. p. C, n. 4.
— 25. — Reg. Paris. 4403 a. — Haubold l. c. p. CII, n. 8.
— 26. — — — Suppl. Lat. 65. — Haubold l. c. p. CXII, n. 30.
— 27. — — — 4408. — Haubold l. c. p. CIV, n. 13.
— 28. — — — 4409. — Haubold l. c. p. CV, n. 14.
— 29. — — — 4410. — Haubold l. c. p. CVI, n. 15.
— 30. — — — 4411. — Haubold l. c. p. CVI, n. 16.
— 31. — — — 4412. — Haubold l. c. p. CVI sq., n. 17.
— 32. — — — 4413. — Haubold l. c. p. CVII, n. 18.
— 33. — — — 4414. — Haubold l. c. p. CVIII, n. 19.
— 34. — — — 4415. — Haubold l. c. p. CVIII sq., n. 20.
— 35. — Vaticanus Reginae Sueciae 1023. — Haubold l. c. p. CXX, n. 40.
— 36. — — — — 1048. — Haubold l. c. p. CXXI, n. 41.
— 37. — Ambrosianus C. 276 partis inferioris. — Haubold l. c. p. CXV, n. 34.
— 38. — Lugduno-Batavus, olim Vossianus inter libros mss. latinos num. 47. — Haubold l. c. p. CXXXIII, n. 60.
— 39. — F. L. Kelleri, Turicensis, olim Meermani 600. — Haubold l. c. p. CXXVII, n. 51.
— 40. — Bernensis 263. — Haubold l. c. p. CXXV, n. 47.
— 41. — Basileensis C. III. 1. — Haubold l. c. p. CXXIV, n. 46.
— 42. — Caroli de Savigny. — Haubold l. c. p. CXXVII, n. 52.
— 43. — Reg. Berolinensis quart. 150.
— 44. — Reg. Paris. Supplem. Lat. num. 779, olim Gaii (Gay) Lugdunensis, cuius bibliotheca a. h. s. XXXIII. publice vendita est.
— 45. — — — 4697. — Haubold l. c. T. II, p. CXII, n. 28.
— 46. — S. Gallensis 731. — Haubold l. c. p. CXXVI, n. 50.
— 47. — Vatic. Reg. Suec. 857. — Haubold l. c. p. CXVIII, n. 37.
— 48. — Taurinensis in bibliotheca Regii Athenaei II. VI. 24. num. 392. — Haubold l. c. p. CXXIV, n. 45.
— 49. — Fuldensis. — Haubold l. c. p. CXXVIII, n. 53.
— 50. — Reg. Paris., olim S. Germani 366. — Haubold l. c. p. XCV, n. 1.
— 51. — Middlehillanus 1741, olim Meermani 571. — Haubold l. c. p. XCVI, n. 2.

NB. Cod. Lugd., codd. I, 1—4 verum Codicem Theodosianum exhibent; in codice 5 inveniuntur fragmenta partim veri partim epitomati Codicis Theodosiani; reliquis codicibus non continetur nisi Codex Theodosianus Alarici regis iussu in epitomen redactus, quorum ea ratio est, ut codices 6—22, 50, 51 fragmenta Codicis Theodosiani et interpretationem complectantur, codices 24—44 interpretationem et ex singulis Codicis Theodosiani fragmentis aut inscriptionem aut subscriptionem, nonnunquam etiam utramque, ipsius legis verbis fere ubique omissis, 45—49 incertae classis sint, cum farraginem tantum legum et interpretationem habeant. Sed dicendum est, etiam in codicibus 8, 11, 15, 16, 19, 31, 35, 50, 51, praeterea in appendicibus codicum 8, 11, 11 a, 12, 14, 17, 23 veri Codicis Theodosiani reliquias et has quidem multas in codicibus 8, 11, 15, 50, 51 inveniri. Ceterum h. l. monendum est, ea quae Hauboldus de dictis codicibus habet, longe maximam partem ex literis meis ad eum ex itinere datis hausta esse.

R. — Siglum annotationum, quas P. Pithoeus ex Ranconeti codice adscripsit exemplari editionis Sichardianae, inter libros impressos Reg. Bibl. Paris. num. F. 5. fol.

F. 6. — Exemplum editionis Codicis Theodosiani a. 1566 in eadem Bibliotheca. — Haubold, promulsis p. 14, 23, opuscc. T. II, p. 915—917 et p. 927.

Val. — Lectiones adscr. ab Henr. Valesio ad exempl. ed. 1593, quod est in bibl. publ. Aurelianensi (Bibl. de Prousteau).

Coll. Can. Ans. Ded. — Collectio Canonum Anselmo Dedicata collata secundum exemplar meum ex ms. biblioth. Bambergensi transscriptum.

Ans. — Anselmi Lucensis Collectio Canonum secundum exemplar meum ex ms. bibliothecae Parisiensis transscriptum.

Aeg. — Summae s. argumenta legum — ex corpore Theodosiano etc. — excusa curante, Petro Aegidio 1517.

L. R. U. — Lex Romana Utinensis. ed. P. Canciani in Barbarorum LL. Antiq. T. IV. p. 161 sqq. Venetiis 1789 fol.

Sich. Editio Jo. Sichardi. Basileae 1528. fol. fol. 1—84.
Til. — Jo. Tilii. Parisiis 1550. 8.
Cui. 1. — Jacobi Cujacii. Lugduni 1566. fol. p. 1—525.
Cui. 2. — Jacobi Cujacii. Parisiis 1586. fol. p. 1—529.
Aur. — *Aurelianensis* (s. Genevensis), curante Jacobo Cujacio. Aurelianae Allobrogorum 1586. 4. p. 1—522.
Lugd. — *Lugdunensis*, Lugduni apud Franciscum Fabrum 1593. 4. p. 1—522.
Cui. 2*. — Jac. Cujacii. Parisiis 1607. fol. p. 1—529.
Go. — Jac. Gothofredi, op. et st. Ant. Marvillii. T. I—VI. Lugduni 1665. fol.
Ri. — Jac. Gothofredi, cur. Jo. Dan. Rittero. T. I—V. T. VI. P. I. II. Lipsiae 1736—1745. fol.
Ri*. — . . . . T. I—VI. P. I. p. 279 et P. II. Mantuae 1740—1750. fol. Prostant Venetiis apud Franciscum Pitteri.
Lab. — Libri XVI., cum nonnullis aliis titulis et legibus Codicis Theodosiani in Conciliorum Galliae tam editorum quam ineditorum collectione (quam curavit Labat). Parisiis 1789. fol. p. 690—766.
Be. — Beckii in Jure Civili Anteiustinianeo. T. I. II. Berolini 1815. 8. p. 275—1215.
P. — Amedei Peyroni, Codicis Theodosiani fragmenta inedita. Taurini 1823. 4.
Cl. — Wa. Frid. Clossii, Theodosiani Codicis genuini fragmenta. Tubingae 1824. 8.
Ba. — *Bardili*,
Bu. — *Buttmanni*,
Hu. — *Hugonis*,

Kl. Editio *Klenzii*,
Os. — *Osiandri*,
Sav. — *Savignii*,
Sch. — *Schraderi*,
Ta. — *Tafelii*, coniecturae criticae apud *Clossium*. p. 161—164.

Pu. Editio Edua. Puggaei, Theodosiani Codicis genuina fragmenta. Bonnae 1825. 8.
W. — Car. Frid. Christ. Wenckii, Codicis Theodosiani libri V priores. Lipsiae 1825. 8.
NB. Ex his edd. Interpretationem Visig. habent Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. In rell. edd. omittitur omnis Interpretatio.

Bou. sive Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores p. Mart. Bouquet. Tom. I. Parisiis 1738. fol. p. 745—769.
Tillem. — Histoire des Empereurs etc., par Lenain Tillemont. T. IV. et V. à Bruxelles 1732. 4. et T. VI. à Bruxelles 1739. 8.

Coll. — Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio, ed. Frid. Blumii. Bonnae 1833. 8.
P. — codex Reg. Berol., olim P. Pithoei, deinde Bibliothecae de Rosny 2391.
Verc. — — *Vercellensis* CXXII.
Vind. — — *Vindobonensis*, olim Salisburgensis CCCLX.
Scal. — *apographum Scaligeranum*.
Pith. — *ed. pr. Paris.* 1573. 4. ex bibliotheca *P. Pithoei*.
Bl. — *Blumius*.
Bas. — *ed. Basileensis* 1574. 4.
Sch. — — *Schultingii* in Jurispr. antei. p. 727—800.
Bi. — — *Bieneri* in Jure civ. Antei. p. 1419—1474.

Cons. — Consultatio Veteris Cuiusdam Jurisconsulti, ed. Frid. Aug. Bieneri (Bi.) in Juris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8.) T. II. p. 1475—1498.

L. R. B. — Lex Romana Burgundionum, ed. Aug. Frid. Barkow. Gryphiswaldiae 1826. 8.
Ott. — *codex Ottobonianus* in bibliotheca Vaticana num. 327, olim Josephi Garampii.
Pi. — codex Reg. Berol., olim P. Pithoei, deinde Bibliothecae de Rosny 2391.
V. 1. — — *Vaticanus* ex bibliotheca Reginae Sueciae, triplici num. signatus 379, 410, 1022.
V. 2. — — *Vaticanus* VMDCCLXVI., quem nuper Aug. Maius invenit.
P. — — *Parisiensis* 4412, quem contuli.
Am. — *Joa. Chrph. Amadutii* Leges Novellae V. anecdotae. Romae 1767. fol. p. 131—295.
Bi. — *Bieneri* editio in Juris Civilis Anteiustinianei (Berolini 1815. 8.) T. II, p. 1501—1541.
Ba. — *Barkow*.

Vat. Fr. — Fragmenta Vaticana recogn. Aug. Bethmann-Hollweg. Bonnae 1833. 8.
V. — *codex Vaticanus* VMDCCLXVI.
Buchh. — *Alex. Aug. de Buchholtz*, Juris Civilis Anteiustinianei Vaticana Fragm. Regim. Boruss. 1828. 8.
Bg. — *Böcking*.
Ho. — *Hollweg*.

Br. Al. — Breviarium Alarici sive Lex Romana Visigothorum.
Ed. Th. — Edictum Theodorici ed. Goth. Fr. Rhon. Halae 1816. 4.
Ed. Athal. — Edictum Athalarici ed. Car. Chr. Car. Gretschel. Lipsiae 1828. 4.
Cod. Just. — Justiniani Codex Rep. Prael., ed. Geo. Aug. Spangenberg. Gottingae 1797. 4. Herrmanni editione usus sum, si quis fasciculus tempore, quo Codicem elucubrabam, editus erat.
Bas. — Basilicorum Libri LX, ed. Gust. Ernest. et Car. Guil. Ern. Heimbachii. T. I. Lipsiae 1833. (Lib. I — XII.) In seqq. libris adhibui ed. Car. Ann. Fabroti. T. II—VII. Parisiis 1647. fol.
L. Vis. — Lex Visigothorum sive Fuero Juzgo en Latin y Castellano — por la Academia Española. Madrid. 1815. fol.
Cap. — Capitularia Regum Francorum ed. Steph. Baluzii, cur. Petro de Chiniao. T. I. II. Parisiis 1780. fol.
Ben. Lev. — Benedictus Levita in dicta editione Capitular. T. I, col. 698—1132.
Form. Marculf. — Formulae Marculfi in edit. Capitular. cit. T. II, col. 369—468.
Form. Sirm. — Formulae Sirmondiacae in ed. Capitular. cit. T. II, col. 467—494.
Hincm. — Hincmari opera, cura Jac. Sirmondi. Lutet. Parisiorum 1645. fol.
Decr. Gr. — Decretum Gratiani in Corpore Juris Canonici, ed. Aem. Lud. Richteri. Lipsiae 1833—1836. 4.
Cui. Comm. — Jacobi Cujacii commentarii ad tres postremos libros Codicis Justiniani repetitae praelectionis. Francofurti 1595. fol. T. III, p. 225—524.
E. L. H. — *Allgemeine Literatur Zeitung* 1824. N. 242.
E. L. L. — *Leipziger Literatur Zeitung* a) 1824. N. 236—239, p. 1882—1911. b) 1826. N. 61, p. 484—486.
Cr. — W. L. D. Jos. Baro de Crassier, Diss. de Confectione Codicis Theodosiani. Leodii 1825. 4.
Haub. opp. — Chr. Go. Hauboldi opuscc. academ. T. II. Lipsiae 1829. 8. Praef. p. LXXXIV—CLXVIII et p. 897—932.
W. opp. — C. F. Chr. Wenckii opuscula academica. Lipsiae 1834. 8. p. 434—452.
Schro. — A. W. de Schroeter, Uebersicht der seit 1813 neuentdeckten Stücke der griechischen und römischen Literatur. II. Abschn. Von den neuentdeckten Quellen des römischen Rechts. (Hermes T. XXV. 1825. 8. p. 314—362.)
Bijdr. — C. A. den Tex en J. van Hall, Bijdragen tot Regtsgeleerdheid en Wetgeving. 1. Deel. Amsterdam 1826. p. 1—39, 313—357.
Schr. — Ed. Schrader, Periodische Uebersicht. Neuentdeckte Quellen römischer Rechtskunde. (Kritische Zeitschrift f. Rechtswissenschaft. T. I, p. 147. T. III, p. 324 sq.

GESTA
IN
SENATU URBIS ROMAE
DE RECIPIENDO
CODICE THEODOSIANO[a].

Domino Nostro [b] *Flavio* [c] *Theodosio Augusto et Anicio* [d] *Acilio* [e] *Glabrione* [f] *Fausto, V. C., Consulibus* [g], Anicius Acilius Glabrio Faustus, V. C. et illuster [h], tertio ex-praefecto urbis, praefectus praetorio et consul ordinarius, in domo sua, quae est ad palmam, Flavius [i] Paulus, V. C. [k] et illuster, urbis praefectus, Junius Pomponius Publianus [l], vir spectabilis [m], vicarius urbis aeternae, proceres amplissimusque ordo senatus dum convenissent, habuissentque inter se aliquamdiu tractatum, ibi [n], ingressis ex praecepto Anastasio et Martio, constitutionariis, Anicius Acilius Glabrio Faustus, V. C. [o] et illuster, tertio ex-praefecto urbis [p], praefectus praetorio et consul ordinarius dixit: *Aeternorum principum felicitas* [q] *eo usque procedit augmento* [r], *ut ornamentis pacis instruat, quos bellorum sorte defendit* [s]. *Proximo superiore anno, cum felicissimam sacrorum omnium coniunctionem pro devotione comitaremur* [t], *peractis feliciter nuptiis* [u], *hanc quoque orbi suo sacratissimus princeps,*

Cod. 5, Cl. Pu.; Cr. (ubi vero laciniae tantum gestorum exhibentur et acclamationes desunt), W., sed omissis: *Ad similitudinem — Florentio et Dionysio Coss.* Warnkönig (Thémis VI. p. 497 sqq.) profert const. *Ad similitudinem* cum annott.

---

a) W. annotat: *E Cod. Ambros.*, quod falsum est; desunt enim haec verba et in Cod. Ambros. et in apographo Clossii, neque Cl. haec vv. habet, nisi in praefatione (p. XII) et in indice titulorum (p. 157 et p. 159). Edd. *Theodosiano Codice* b) Ita Pu. prob. Schro. 5 *D$\overline{N}$O*. Cl. Cr. W. om. *Nostro*. Sed vide infra, ubi in iisdem Gestis scribitur: *dominus noster Theodosius*; *dominus noster Valentinianus*; *Domini nostri Impp. Theodosius et Valentinianus*. Excidit in cod. 5 aut v. *nostro* aut punctum inter literas *D* et *NO.*, ut librario scribendum fuisset *D. $\overline{NO}$* (Domino Nostro). Ita infra in eod. cod. scriptum est *D'D. N'N.* Ceterum vv. *D$\overline{NO}$* usque ad v. *Illus$\tilde{t}$ris* maioribus litteris scripta sunt, practer *aug. et aonici*, *onsulibus*, *et* post *$\overline{V}$C.* c) 5 male *Filio.* d) 5 *aonici* transposita litera *o.* e) 5 constanter *Achillio*, *Achillius.* Sed v. Relandi Fastos Consulares p. 610, 13 sq., 274 et Amadutii Novv. An. p. 38 sqq. n. 2, cx quo Cl. sua deprompsit p. 125, not. 1. f) 5 *Glabrioni.* g) 5 *onsulibus.* h) 5 *illus$\tilde{t}$ris*, sed crasa est syllaba *ris*, ut legendum sit *illuster*, quod quum et in cod. 5 saepius legatur et non raro apud scriptores inferioris aetatis reperiatur, retinui. Pu. *illastris*, prob. Schro. i) 5 *ad palmā. FL.* non *Ff.* ut ap. Cl. Locus impeditus. Cl. cj. *ad portam Flumentanam*, s. *Flaminiam.* W. putat in *FL.* praenomen aliquod *Pauli* latere, quod mihi probatur, quum propter punctum ante *FL.*, tum propterea, quod *FL.* et sequentia usque ad vv. *exspectabilis vicarius* in codice litteris maioribus scripta sunt, ut *FL.* ad v. *Paulus* referendum sit. Qua de caussa auct. *Pu.*, *Cr.* et *Schr.* recepi *Flavius.* De vv. *ad palmam* quid statuendum sit, pro certo non potest dici; sed tamen hoc apparet, significari situm illius domus, quae commemoratur, ut igitur locus aliquis a palma ibi posita, quae arbor etiam nostro tempore Romae rarissima est, nomen acceperit, quae res, etsi non potest demonstrari, tamen verisimilis fit eo, quod Athenis eodem modo loca appellari solebant. Cf. Andocides de mysteriis §. 133. Bekk. *μετέσχον δ' αὐτῷ οὗτοι πάντες οἱ παρασυλλεγέντες ὑπὸ τὴν λεύκην, οὓς ὑμεῖς ἴστε οἷοι εἰσίν.* Cf. Hesych. v. *πλάτανος.* Harpocrat. Suid. v. *βόθυνος.* k) 5 *vicŕ*, i. e. *vicarius.* mendose. Vid. Cl. p. 125, not. 3 et Cr. not. 6, p. 25. l) 5 *Publianus.* Cl. p. 125, not. 4 cj. *Publicius* s. *Publicianus*, quia nomen *Publiani* nusquam exstat. Pu., Cr. receperunt *Publicianus.* Schr. et Schro. retineri volunt nomen *Publiani.* m) 5 plerumque *expectabilis.* n) Cl. in apographo cod. 5 post *ibi* addit *in. g.* Idem in not. b): „*Lacuna quatuor circiter literarum, in qua hae tres erasae conspiciuntur.*" Ego non vidi litteram *g.* in cod. 5, qui eraso *in* habet *ibi **** ingr.* o) 5 etiam hic *vicarius et illuster.* p) 5, Pu. Cr. *urbi.* Vid. Cl. p. 125, not. 5. q) 5 *felitas* mendose; cf. not. *u.* Cl. W. *felicitas.* Hu. Kl. Os. Ba. Pu. Cr. *felicitatis.* Wilken *feliciter.* r) 5, Cl. Pu. Cr. *augmentum* prob. Schro. Vix videtur defendi posse codicis lectio, neque assequor, quem Graecismum Cl. in hoc loco reperire potuerit. W. de cj. Bu. *augmenti.* Equidem scribendum putavi *augmento*, quod facilius quam alterum in *augmentum* corrumpi potuit. s) W. recte comparat prooemium Institutionum. t) Sic Hu. Kl. Cl. Cr. Pu. W.; 5 *comittare.* Tafel *comitaremur actis.* Ba. *committeret.* Cl. p. 126, not. 7 cj. *committere* s. *comitari nobis contigit.* u) Valentiniani III. cum Licinia Eudo-

dominus noster Theodosius, adiicere voluit dignitatem, ut, in unum collectis legum praeceptionibus, sequenda per orbem sedecim [v] *librorum compendio, quos sacratissimo suo nomine voluit consecrari, constitui iuberet. Quam rem aeternus princeps, dominus noster Valentinianus, devotione socii, affectu* [x] *filii comprobavit.* Acclamatum est: *Nove diserte, vere diserte* [y]. Anicius Acilius Glabrio Faustus, V. C. [z] et illuster, tertio ex-praefecto urbis [a], praefectus praetorio [b] et consul ordinarius dixit: *Vocatis igitur me et illustri viro, illius temporis Orientis praefecto, singulos* [c] *codices sua nobis manu divina tradi iussit, per orbem sui cum reverentia dirigendos, ita, ut inter prima vestrae sublimitatis* [d] *notioni provisionem suam sacratissimus princeps iuberet offerri. In manu est acceptus* [e] *codex, utriusque principis praeceptione directus. Constitutionarii praesentes sunt: si placet amplitudini vestrae, has ipsas leges, quibus hoc idem fieri iusserunt, amplitudo vestra relegi sibi iubeat, ut consultissimis aeternorum principum praeceptis consentanea devotione pareamus.* Acclamatum est: *Aequum est, placet, placet.* Anicius [f] Acilius Glabrio Faustus, V. C. et illuster, tertio ex-praefecto urbis [g], praefectus praetorio et consul [h] ordinarius legit ex codice Theodosiano, libro primo, sub titulo: *de constitutionibus principum et edictis: Domini nostri Impp. Theodosius et Valentinianus AA.* [i] *ad Senatum* [k]. Ad [l] similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani [m] codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclytus, et post eum divi Principes Nosque tulimus edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas, et primum tituli, quae [n] negotiorum sunt certa vocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est, collocetur [o]; dein, quod in utramque dici partem faciet varietas lectionum, probetur [p] ordine, non solum reputatis consulibus [q] et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis, validiora esse, quae sunt posteriora, monstrante [r]; post haec, ut constitutionum ipsa etiam verba, quae ad rem pertinent, reserventur, praetermissis illis, quae sanciendae rei [s] non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit, praetermissis eis [t], quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere [u] conveniet: hunc [v] quidem codicem et priores [x] diligentioribus compositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur, nosse illa etiam, quae mandata silentio in desuetudinem abierunt [y], pro sui tantum temporis negotiis valitura. Ex his autem tribus codicibus et per singulos titulos [z] cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis, eorundem opera, qui tertium [a] ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem [b], nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus, sequenda [c] omnibus vitandaque monstrabit [d]. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices (quorum primus, omni generalium constitutionum diversitate collecta [e], nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa, inanem verborum copiam recusabit; alter, omni iuris diversitate exclusa [f], magisterium *) vitae suscipiet) deligendi [g] viri sunt singularis fidei [h], limatioris [i] ingenii; qui, cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, aggredientur alium, donec dignus editione fuerit [k], pertractandum. Electos [l] vestra amplitudo cognoscat [m]:

---

cia Theodosii II. filia a. 437 celebratis. Cf. W. p. 4. not. k. Cr. p. 26, not. 4. 5 *feliter nupciis.* v) 5 male *sub decim.* x) 5 mendose *affectum.* y) Ita recte Cl. Pu. Cr., W. *nove, diserte, vere, diserte.* De acclamationibus cf. Brissonius de Formulis ed. Bachii L. II. cap. LXVI.; c. 2 C. Th. de Veteranis (VII, 20), ex qua desumpta est c. 1 C. Just. eod. (XII, 47) et Gothofr. ad c. 2 cit. ed. Ritt. T. II. p. 432 sq. z) 5 et hic et infra *VC̃.* a) 5, Pu. Cr. *urbi.* b) 5 *urbi ppo et.* c) Ita em. sec. man. in cod. 5 pro *singulis.* d) 5 *vestra sublimitas.* e) 5 *acceptos*, idem mox *pcepcione.* f) 5 *Anichius.* g) 5, Pu. *urbi.* h) Ita Cl. Pu. Cr. W., 5 *collec̄.* Tafel cj. *collega.* Vid. Cl. p. 126, not. 9. i) W. om. *AA.*, sed add. in Opp. p. 449. k) Sequitur hic in cod. 5 et ap. Cl. Pu. c. 5 C. Th. de Constitutionibus principum et edictis (I, 1), in quo loco in cod. 1 exstat et a P. Pu. et W. edita est. Ego, Gestorum forma servata, eam bis edendam existimavi imitatus Pu. Vid. Schro. l. c. p. 346. l) Principium huius constitutionis restitutum est ex cod. 5, quum in cod. 1 desit. Cf. not. s. Ceterum eam edid. Cr. l. c. p. 20 sq. et Warnkönig Thémis VI. p. 497 sq. m) 5 *Ermogeniani.* n) Cr. *qui.* Vid. ad h. l. Const. Cod. Just.: Haec quoque necess. §. 2. Summa §. 1, 3. Cordi §. 3. o) 5 *cōstucio u. pertinat — collecctur* (sec. man. *collocetur*). Ceterum vid. c. 6. pr. C. Th. de Const. princ. (I, 1): *indicibus — distinguantur.* p) Ita Pu.; Cr. Cl. W. *varietas, lectionum probetur.* 5 *probatur* mendose. Bu. cj. *probabitur.* q) 5 *consulius*, sed ap. Cl. *consubus.* Vid. c. 6. pr. cit. *non solum — novissimae* et const. Just.: Haec quae necessario §. 2. r) 5 *monstrantes.* s) Ab hoc vocabulo incipit codex 1. Vid. ad h. l. c. 6. pr. cit. *Ac si qua — relinquatur.* t) P.: supple *constitutionibus* v. *legibus.* u) 5 mendose *ueədeŕe.* Tafel cj. *vegere* (vigere). Cl. in not. 10. p. 126 cj. *vedere* (videre), id est, cognoscere, sed in ipsa Codicis Th. edit. recte restituit *valere*, quod etiam cod. 1 habet. v) 5 mendose *nunc.* Mox idem *compositis, scol. te intent.* x) P. add. *a*, id est iurisperitis, sed recte W. annotat, significari, quorum in usus isti codices compositi sint. y) 5 *nosse ethium illa quem a data s. in desuetudine ambuert.* 1, P. W. *deconsuetudinem.* z) 5 om. *titulos.* a) 5 om. *opera, qui tertium.* Cl. *et per titulos coh. pr. tr. et resp. eor. ordinandus (Nrē) erit.* 5 *Nrē.* Warnkönig cj. (in Commentar. Thémis T. VI. p. 501 sq.) *eor. op. qui tert. ordinabunt, ordinandus erit alius.* Sed vid. W. in Add. p. 413. b) Ita 5, non *errorum*, quod Cl. ed. Mox cod. 1 *nullus* (sed em. *nullas*) *p. ambagis.* c) 1 *nuncupantur si̱quenda*, sed em. *nuncupatus seq.* Cod. 5 *nuncupat.* d) Ad seqq. cf. Const. de Theod. Cod. auct. §. 7. Const. Just. Haec quae necess. §. 1. Summa §. 2. Const. Deo auct. §. 2. e) 5 *exclusa*, ex inferioribus repetitum. f) 1 *nulla quae — praetermissam — recusavit — diversitatem exclusa.* *) Vid. c. 6. §. 3 C. Th. de Constitt. princ. vv. *in omnibus negotiis iudiciisque valituri.* g) 5 *eligendi.* h) 1 *singulares* (sed em. *singulari*) *fide.* i) 5 mendose *limacionis.* Mox idem corrupte *codicem nam esciv̆cie et publice — digno sedicione fuerint* et 1 *adgrediendientur.* k) 1 *edictione fuerint*, sed em. *editione fuerit.* l) 1, P. *edictos*, mendose et mox cod. 5 *con-*

Antiochum, virum illustrem [n], ex-quaestore et praefecto elegimus; *Antiochum*, virum illustrem, quaestorem sacri palatii [o], *Theodorum*, virum spectabilem, comitem et magistrum memoriae [p], *Eudicium* [q] et *Eusebium*, viros spectabiles, magistros scriniorum, *Joannem*, virum spectabilem, ex-comite nostri sacrarii, *Comazontem* [r] atque *Eubulum* [s], viros spectabiles, ex-magistris scriniorum, et *Apellem* [t], virum disertissimum, scholasticum [u]. Hos a nostra perennitate electos, eruditissimum quemque [v] adhibituros esse confidimus, ut communi studio vitae ratione deprehensa, iura excludantur fallacia [x]. In futurum autem, si quid promulgari placuerit [y], ita in coniunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia nec privata [z] assertione nitatur; sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur affatibus [a], in alterius quoque recipiendum scriniis, et cum edictorum solennitate vulgandum [b]; missum enim suscipi et indubitanter [c] obtinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate nostrae [d] clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit, nec admittenda [e] aliter, et cetera. *Dat. VII. Kal. April. Constantinopoli, Florentio et Dionysio Coss.* (429). — Acclamatum est: *Augusti Augustorum. Maximi Augustorum.* Dictum [f] VIII. *Deus vos nobis dedit, Deus vos nobis servet.* Dictum XXVII. *Romani Imperatores, et pii felices* [g], *multis annis imperetis.* Dictum est XXII. *Bono generis humani, bono senatus, bono reipublicae, bono omnium.* Dictum XXIV. *Spes in vobis, salus in nobis.* Dictum XXVI. [h] *Ut vivere delectet augustos nostros semper.* Dictum XXII. *Orbe placato praesentes triumphetis.* Dictum XXIV. *Haec sunt vota senatus, haec sunt vota populi Romani.* Dictum est X. *Liberis cariores, parentibus cariores.* Dictum XVI. *Exstinctores delatorum* [i], *exstinctores calumniarum.* Dictum XXVIII. *Per vos honores, per vos patrimonia, per vos omnia.* Dictum XXVIII. *Per vos arma, per vos iura.* Dictum XX. *Dispositioni vestrae gratias agimus.* Dictum XXIII. *Constitutionum ambiguum removistis.* Dictum XXIII. *Pii imperatores sic consulunt.* Dictum XXVI. *Caussis consulitis, quieti consulitis.* Dictum XXV. *Plures codices fiant habendi officiis* [k]. Dictum X. *In scriniis publicis sub signaculis habeantur.* Dictum XX. *Ne interpolentur constituta, plures codices fiant.* Dictum XXV. *Nec* [l] *constituta interpolentur, omnes codices litteris conscribantur.* Dictum XVIII. *Huic codici, qui faciendus a constitutionariis, notae* [m] *iuris non adscribantur.* Dictum XII. *Codices in scriniis habendi sumptu publico fiant, rogamus.* Dictum XVI. *Fauste aveas.* Dictum XVII. *Bis consulem te.* Dictum XV. *Omnia explicas, neminem laedis.* Dictum XIII. *Codices conscripti* [n] *ad provincias dirigantur.* Dictum [o] XI. *Tantorum beneficiorum dignus perlator.* Dictum X. *Paule aveas.* Dictum XII.

---

plitudo. m) Cr. *cognoscet.* Praeterea Cl. et W. post *cognoscat* perperam punctum posuerunt. n) Post *ul* in cod. 1 *rum inlustrem*, quod P. om., supra lineam adscriptum est. Idem, P. Pu. Warnk. et Cr. *eligimus.* o) Ita cod. 5 (qui constanter *anthiocum*) Cl. Cr.; sed 1 sic: *antiochumulsaeptheodorum* et adduntur post *ulsaep* supra lineam vv. *viruminlustremexquaestoreetprefecto.* W. cum P. delevit post *elegimus* vv. *Antiochum — palatii* dicens, verisimile non esse, duos simul eiusdem nominis, alterum *exquaestore*, alterum *quaestorem* esse electos, neque numerum octonarium, quem Imp. secutus videatur, hanc lectionem admittere. Sed plures Antiochos illa aetate floruisse P. p. 27 demonstrat. Praeterea recte videtur Cr. dixisse, vv. quae in cod. 1 supra lin. scripta sunt, ex superiore versu suppleta esse ab homine, qui compendium *ulsaep.* non recte intellexisset, quod si ita, ut Cr. vult, interpretabimur (*virum clarum sacri palatii*) et v. *quaestorem* excidisse statuemus, uterque codex plane congruit. — Antiochus commemoratur in Nov. Theod. de Theod. Cod. Auct. et c. 6. C. Th. de Const. princ. p) 5 *Teodorum — magistrum milicie memorie*, sed sec. man. del. *milicie.* Idem exstat in §. 7 de Theodos. Cod. Auctor. q) Ita codd. Sed Cl., quem secuti sunt Cr. et Warnk. *Eudoxium*, qui a. 427 praefectus praet. erat. Schr. *Eutychium.* Mox codd. *Johannem* et 1, P. *sagrarii.* r) Cod. 1 *comagotem* (sed em. *comagontem*). P. *Comagonem.* Warnk. *Comorontem.* s) 1 *euuulum.* 5 *Eubolum.* Eubulus nominatur in c. 6 C. Th. de Const. princ. (I, 1), c. ult. C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 187 C. Th. de Decur. (XII, 1) et in inscript. lapid. Vid. Cl. p. 126, not. 13. t) *et* abest a cod. 1; idem *appellent*, sed em. *appellem*, quod etiam cod. 5 habet. u) 1 *scolusticus*, sed em. *scolusticum.* v) In cod. 1 scriptum erat *scol. qui | qumq.* (em. *quemque*) et deerant vv. *Hos — eruditissimum*, pro quibus inter lineas em. *hos a nostra serenitate* . . . . ., ut etiamnunc desint vv. *electos, eruditissimum.* P. suppl. *electos pro se*, ut totus locus apud eum sic habeat: *Hos a nostra serenitate* (*electos pro se*) *quemque.* Quid praeferendum sit, *serenitate* an *perennitate* decerni nequit, quum utrumque de imperatoribus dicatur. Cf. de v. *perennitate* C. Th. XV, 1, 31. Sed retinui cum W. lectionem cod. 5 h. l. fide dignioris. Pu. Cr. *serenitate.* x) Ita cod. 1, Warnkönig, Cr., W., quos secutus sum, deleta tamen prava interpunctione post *studio.* P. Pu. *vitae ratione, deprehensa iura excludantur f.* W. in E. L. L. 1824 p. 1891 cj. *vitaeque rat.* Cod. 5 *iura excludatur fallacie* (non *fallaciec*). Cl. em. *iuris excludatur fallacia.* Ceterum W. errat, quum dicit, *rationem vitae deprehendere* esse: die Erfahrung zu Hülfe nehmen, quum potius imperator hoc velit, ut electi iurisconsulti communi studio investigent, quid vitae ratio requirat, id est, quaenam leges vitae rationibus accommodatae sint. y) 5, Cl. *potuerit.* Cf. ad h. l. Const. de Theodos. Cod. Auct. §. 5. Nov. Theod. de Confirm. Leg. Nov. Theodosii A. §. 3 (ed. Berol. p. 1220), Nov. Valent. de Confirm. Leg. Novell. D. Theodosii (ed. Berol. p. 1331), Gothofr. proleg. C. Th. ed. Ritt. p. CCXVII sq. z) 5 *privata nei asercione*, sed sec. m. del. *nei.* a) 5, Cl. *affectibus.* Ita Const. de Theod. Cod. Auct. §. 5 *divinu pragmatica* et princ. Nov. Theod. de Confirm. Leg. Nov. Theod. A. *divinu prosequentia scripta* memorantur. b) Ita 1, P. Pu. prob. Schro.; 5, Cl. Cr. W. *evulgandum.* c) 1 *dubitanter*, sed sup. lin. add. *in.* d) 5 *nostra.* e) 5 *amittāda.* f) Ad v. *Dictum* cf. Schro. l. c. p. 344 et Thémis T. VI. p. 413 sq. Numerus intelligendus est de repetitione singularum acclamationum. g) W. em. vult *pii et felices.* h) Cl.: *Numerus V supruscriptus est et in contextu lacuna erasa.* i) Ba. cj. *delictorum.* k) 5 *officii.* Os. cj. *in officiis.* Mox ad v. *scriniis* cf. Nov. de Theod. Cod. Auct. §. 3.: *et sacris hab. in scriniis.* l) Ita 5; Cl. Pu. W. *Ne.* m) 5 *noste*, non *nocte*, quod Cl. habet. Mox idem cod. *eplicas.* Cf. Isid. Orig. I, 22. Const. Just. Omnem §. 8. Deo auctore §. 13. Tanta §. 22. Δέδωκεν §. 22. Cordi §. 5. n) Ita in cod. 5 a sec. m.; antea *conscripte.* o) v. *Dictum* deest in cod. 5. Mox idem *sauli* pro *salvi.*

Consulem te. Dictum XI. [p] *Ut in scriniis publicis habeantur, rogamus.* Dictum XV. *Ad curam pertineat praefecturae.* Dictum XII. *Singuli praefecti signacula sua adhibeant.* Dictum XV. *In officiis suis singulos codices habeant.* Dictum XII. *Ut ad preces nullae leges promulgentur, rogamus.* Dictum XXI. *Aëti* *) *aveas.* Dictum XV. *Ter consulem te.* Dictum XIII. *Excubiis tuis salvi et securi sumus.* Dictum XII. *Excubiis tuis, laboribus tuis.* Dictum XV. *Fauste aveas.* Dictum XIII. *Bis consulem te.* Dictum X. *Desideria senatus ut suggeras, rogamus.* Dictum XX. *Conservator legum, conservator decretorum.* Dictum XVI. *His surreptionibus possessorum ius omne confunditur.* Dictum XVII. Anicius Acilius Glabrio Faustus, V. C. et illuster, tertio ex-praefecto urbis, praefectus praetorio et consul ordinarius dixit [q]: *Quae lecta sunt sui cum veneratione, gestis* [r] *adhaerebunt, et* [s] *hanc quoque partem inter beneficia aeternorum principum numero, quod per me magnitudini vestrae ea, quae pro legibus suis statuere dignati sunt, intimarunt.* Acclamatum est: *Fauste aveas.* Dictum XVI. *Bis te consulem.* Dictum X. *Consuli oraculi* [t]. Dictum XIII. Anicius Acilius Glabrio Faustus V. C. et illuster, tertio ex-praefecto urbis, praefectus [u] praetorio et consul ordinarius dixit [v]: *Erit nunc meae diligentiae secundum dominorum praecepta et desideria culminis vestri, ut hic codex fide spectabilis viri, Veroniciani, quem amplitudinis vestrae mecum consensus elegit, nec non et fide Anastasii et Martii* [x], *constitutionariorum, quos iam dudum huic officio inservire praeter culpam probamus, per tria corpora transscribatur* [y], *ut hoc, quem detuli, in officio praetoriani apicis remanente, paris* [z] *fidei viri magnifici, praefecti urbis, scrinia alterum teneant, tertium* [a] *vero constitutionarii sua fide et periculo* [b] *apud se, edendum populis, retinere iubeantur, ita ut, nisi a constitutionariis, ex hoc corpore, eorundem manu conscripta exemplaria* [c] *non edantur; si quidem erit meae diligentiae, etiam illam tractare partem, ut conscriptus per hos alius codex ad Africam provinciam pari devotione dirigatur, ut illic quoque par fidei forma servetur.* Acclamatum est: *Fauste aveas.* Dictum XVI. *Bis consulem te.* Dictum XV. *Omnium virtutum viro* [d]. Dictum X. Et alia manu [e]: Fł. Lau | rencio, exceptor amplissimi senat' edidi subđ. VIII. ꝁ. ianuarii dominis imprs et cesaribus | Flaviis anastastio et hilario Martino quantum | consulé te viro inl̄l fausto p̄fto p̄tro nominis | nr̄is sub dicias senatus amplissimi gesta testant̄ [f].

---

p) Cl. antea in cod. fuisse putat *XII.* *) Is Consul fuit a. 432, 437 et 446. Itaque vv. *ter consulem te* (cod. 5 *consulente*) intelligenda sunt de quodam quasi augurio tertii consulatus, quem nondum gesserat. q) Ita Wenckius; cod. 5 *ordđ.*, quod paullo infra repetitur. Cl. Cr. Pu. om. *dixit.* r) Os. et Ba. cj. *Q. l. s. senatui cum ven. gest.* male. s) 5 *et ad inter*; Cl. uncis inclusit *inter*; Pu. et Cr. *et, ad hunc quoque*, om. v. *inter.* W. cj. *interea.* Mihi utrumque ex errore librarii natum esse videtur. Mox Cr. om. *Dictum XVI—XIII.* t) Ita recte cod. 5. Appellatur enim Faustus consul oraculi, quoniam eo consule Cod. Th., tanquam oraculum quoddam senatui editus est. Oraculum enim pro *lege* dicitur in c. 17, 51 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) Cl. Pu. W. *Consulis oraculis*, ex cj Os.; Cl. prop. *consule.* u) 5 *praefecto.* v) Ita em. W. 5 *ordđ.*, ut supra, v. not. q. Cl. Cr. Pu. om. *dixit.* x) 5 *Marcii.* y) 5 *transscribantur* non *transferibantur*, quod Cl. ed.; Cl. *transferatur* non *transscribatur*, ut W. asseverat fortasse errore typogr.; recte *transcribatur* habent Cr. et Pu.; nam ita transscribi iubetur codex, ut *cum ipso* tria exemplaria fiant. Similiter res explicatur Thémis T. VI. p. 415. z) 5 *pares.* Cl. *parem*, non *pares*, ut W. dicit; *pares* ed. Cr. et Pu.; Cr. intelligi vult codices et vv. *pares fidei* referri ad *alterum* et ad *tertium*, quod fieri nequit. a) 5 *terciaī.* b) H. l. cod. 5 add. *in pace*, sed sec. man. punctis suppositis delendum indicat. Mox in cod. 5 bis *ex*, sed alterum deletur. c) 5, Cl. *exempla tria.* Pu. Cr. W. *exemplaria.* Mox cod. 5 *alios.* d) Cod. 5 *vero*; Os. cj. *viro*, quod receperunt Pu. W.; Cl. cj. *vere exemplar.* e) Sequentia edidi cum mendis et compendiis scripturae codicis, quum viderem textum, quem Clossius, a se editum esse, qualis in codice est, affirmat (praef. p. XXVIII), hoc loco difficillimo et corrupto, non accurate exhibitum esse. In vv. *sub dicías* litterae *cí* male expressae sunt, literae *d* aut siglo *đ* non absimiles Certe in vv. *nominis nostris sub dicías* cardo rei versatur, ut ab explicatione v. *subdicías* pendeat, num *nominis nostri* an *nominibus nostris* legendum sit. Unde vero Cl. sumpserit *N* in v. *didN*, quod edidit, nescio, quum *as* in fine v. perspicue scriptum sit. Cl. auct. Sav. et Kl. totum locum ita legit: *Flavius Laurentius*, — *Dominis Imperatore et Caesare, Flavio Anastasio et H., Murtino quartum consule et viro i. F. pr. pr., dominis nostris. Subscripsi. S. a. g. testantur.* Taf. cj. *Subdidi nomen, Senutus* etc. Pu. Cr.: *Flavius Laurentius — Dominis Imperatoribus et Caesaribus, Flaviis, An. et H. Martio Quarto, Consule te, viro illustri, F., p. p., dominis nostris. Subscripsi. S. a. g. testantur.* W.: *Flavius Laurentius —, Dominis Imperatoribus et Caesaribus, Fluviis, An. et H. Martio Quarto, Consule te, viro i. F. p. p. dominis nostris subdidi nomen* (de cj. Taf.). *S. a. g. testantur.* Bydr.: *Fl. Laurentius — dominis Imperatoribus et Caesaribus, Flavio An. et H. Martio C.* (i. e. *Constitutionariis*), *Senatum consulente viro i. F. p. p. Nominis nostri subdita signa Senatus a. g. testantur*, in qua cj. W. l. c. 1826 p. 1087 (opp. acadd. p. 446) desiderat copulam inter *Caes.* et *Fl.*, praeterea siglum *C.* pro *constitutionariis* poni negat. Vult igitur legi *et constitutionariis* pro *et Caesaribus.* Schro. l. c. p. 351 cj. *Subdita nomina senatus amplissimi gesta testantur.* Schr.: *Domino Imperatore et Caesare Fluvio Anastasio quartum, et Hilario Martino Coss., et viro illustri Fausto . . .* totam subscriptionem ob „*alia manu*" ad annum 517 referens et Hilarium Martinum in fastos consulares nondum relatum Agapito suffectum fuisse coniiciens. f) Sequuntur in cod. 5 complura sine distinctione quadam nisi puncto post v. *testant̃.* posito, ut, quae sequuntur cum gestis ipsis in codice cohaereant. In codice enim hic locus ita se habet: *Senatus amplissimi gesta testant̃. Vidimus id, quod etc.* Qua de caussa non recte fecit Cl. quem W. secutus est, qui quum primam Codicis Ambrosiani editionem curaret, ne minimam quidem huius rei mentionem fecit, imo quae nunc sequuntur, spatio intermisso edidit, quasi nova inciperet lex, et in interpretatione scripturae codicis inscriptionem: *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. . . . .*, *constitutionariis* suo ingenio fictam addidit; quod Wenckium induxit, non solum ut hanc inscriptionem reciperet, quae sequuntur ut separatam constitu-

Vidimus id, quod invictissimus princeps, pater clementiae nostrae, in custodiendi Theodosiani Codicis observatione praecepit, a senatu diligentia maiore munitum, ut hi ad edenda exemplaria haberent tantum licentiam contributam, quos manebat periculum, si quid edita falsitatis habuissent. Et ideo vir illuster, praefectus urbis, parens amicusque noster, ad cuius diligentiam pertinet, observare diligentius, quod pro omnium cautela decrevit senatus, sciet, vobis licentiam in edendis exemplaribus contributam, confectionem quoque memorati corporis vestro tantum periculo procurandam, nec habeat vel de editione vel de confectione [g] commercium, cum ad vos certum sit redundare de falsitate discrimen, interminatione mulctae precibus comprehensae; et sacrilegii poena constringit tam cognitionale officium, quam eos, qui nostris minime paruerunt [h] constitutis, omni obreptione cessante. *Dat. X. Kal. Jan. Romae, Maximo II. et Paterio VV. CC. Coss.* (443.)

DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE [i].

Impp. Theodosius et Valentinianus [k] *AA. Florentio* [l] *Pf. P. Orientis* [m]. Saepe nostra clementia [n] dubitavit, quae caussa faceret [o], ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia nutriuntur [p], tam pauci raroque [q] exstiterint, qui [r] plena [s] iuris civilis [t] scientia [u] ditarentur, et in tanto [v] lucubrationum [x] tristi pallore, vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae. §. 1. Quod [y] ne quaquam [z] ulterius sedula ambiguitate [a] tractetur, si copia immensa librorum, si actionum diversitas difficultasque caussarum animis nostris occurrat, si denique moles constitutionum divalium, quae velut sub crassae [b] demersa [c] caliginis [d] et [e] obscuritatis [f] vallo [g], sui notitiam humanis ingeniis [h] interclusit [i]; verum egimus [k] negotium temporis nostri, et discussis tenebris compendio brevitatis lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae,

---

Codd. 5—11, 14—18, 20, 21, 25—40, 42—44, 46, 47, 49, edd. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Rittershus. (1615) Go. Ri. Ri.* Be. Cl. W. Rubrica commem. ap. Pithoeum (1571), Zirardin., Amadutium. Inscr. deest in cod. 18, inscriptio et textus om. in codd. 31, 35, 39, 46, 47, 49. Solus textus deest in codd. 36, 40 inde a. v. *pallore*, item in cod. 28, sed ita, ut quae desint, post interpr. apposito v. *Intpr.* sub tit. *de Confirm. Novell.* suppleantur; solus, sed totus textus om. in codd. 32—34, 38, 42, 43, 44; sola §. 8. exstat in cod. 27, 30; textus et subscriptio om. in codd. 26, 37, subscr. et interpr. in cod. 25. Exstat haec const. etiam in Cod. Ott. 327 (olim Garampii), sed tantum a vv. *tavit, quae caussa faceret*, quum folium antecedens exciderit. Particulas c. profert Seldenus ad Fletam cap. V, 2, 3. Haec constitutio in codd. praemittitur Novellis Theod., codd. 5, 15 exceptis, in quibus ante Cod. Theod. posita est. In cod. 21 bis legitur; ante Cod. Theod. et ante Novv. Theod.; Sich., quem Be. secutus est, eam edidit ante Cod. Theod.; idem fecerunt auctoritate cod. 5. Cl. (sed annotata tantum lect. divers.) et W.

---

tionem ederet, verum etiam ex Clossii indice titulorum rubricam: „*Imp. Valentiniani Constitutio ad Constitutionarios*" praefigeret. Certe inscriptio illa non est probanda, nimis enim generale est v. *constitutionariis*, neque utriusque imperatoris nomen verisimile, quum unius Valentiniani imperatoris constitutio specialis sequatur. Praeterea hoc loco non videtur aliquid excidisse, nam quamquam librarius nonnunquam negligentiae indulget, tamen non ita oscitans est, ut rubricas aut inscriptiones spatio, ubi ponendae essent, non indicato omittat, cuius negligentiae nullum in hoc codice detexi exemplum. Accedit quod vv. *Vidimus id, quod invictissimus princeps, pater clementiae nostrae — praecepit, a senatu diligentia maiore munitum etc.*, necessario ad gesta referenda sunt, itaque cohaerentiam gestorum cum iis, quae sequuntur, probant.

Ut dicam, quod sentio. Solebant constitutionarii in partibus Occidentis exemplis Cod. Theodosiani, quorum scribendorum curam habebant, gesta senatus addere, quibus receptio Codicis in Occidente probaretur. Haec vero non poterant sufficere, ut singulis exemplis a constitutionariis editis fides haberetur. Debebat speciale mandatum imperatoris accedere, quo singulis constitutionariis potestas scribendorum exemplorum data continebatur. Qua de caussa constitutionarii exemplis a se scriptis non solum gesta, verum etiam una cum gestis mandatum imperatoris addere solebant. Tale mandatum datum erat Anastasio et Martio iam in gestis nominatis. Exemplum vero, quo librarius codicis Ambrosiani usus est, ab his constitutionariis editum erat una cum gestis et mandato speciali. Utrumque, quamquam mendose scriptum exhibetur in Cod. Ambrosiano. Initium mandati cognoscitur non in v. *Vidimus*, sed in vv. *Anastasio et Hilario Martino*, ut finis gestorum in vv. *Flaviis* quaerendus sit; verba *Anastasio et Hilario M.* ad mandatum imperatoris his constitutionariis datum pertineant. Puto itaque, nunc ita legendum esse: *Anastasio et Hilario Martio. Quantum consulente viro i. F. P. P. nominibus nostris subditis* (? Vid. not. e.) *senatus amplissimi gesta testantur, vidimus, id quod—praecepit—munitum, ut hi* etc. g) 5 *princes — ominium — habeant vel de edictione vel de conspecione.* Idem mox *nri, V̄V̄C. ā. consul.* h) W. *discrimen. Interminatione m. p. c., et* etc., sed in ann. cj. *Interminatio igitur mulctae — constringat — paruerint* etc. Cl. *comprehensa.*

i) Cod. 15 *Epistola Theodosii Minoris de Confirmatione Legum Antiquarum.* Ott. Am. add. *Et De Legibus, Que Late Sunt Post Theudosiano Divi Theodosi Agusti.* Similiter Zir. Pertinent haec vv. ad Nov. Theod. de Confirm. Legum Novell. Divi Theodosii A. Multi codd. et Sich. *De Aut. C. Th.* k) 8 *Valente.* 40 *Valens.* 26 om. *AA.* 5 om. *et Valent. — Orientis*, et 38 *Florentio — Orientis.* l) 10, 16, 20, Rittershus. *Florentino.* m) 8 *v. inl. or.* 27 *viro illustri ppo. Or.* 10 *p̄fecto urbis.* 16, 20 *pfū.* 15 *praeposito Orientis*, de qua lectione cf. Zirardini, Impp. Theodosii et Valentiniani III Novellae Leges. Faventiae 1766. 8. p. 144 et Amadutii Leges Novellae V Anecd. Imper. etc. Romae 1767. fol. p. 3. not. 2.; 10, 16, 20, 21, 33, 34, 42, Sich. om. *Orientis.* n) 15 *clementia nostra.* o) 9 *casu fecerit.* 11, 40 *fecerit.* p) 20 *arceret st. n.* 11 *artesit st. nutriantur.* q) 5, 15, 28, Ottob. Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *rarique*; 25 *paucis r. instituerint*; Rittershus. *carique.* r) 9, 20, 21 *a quibus.* s) 5, 9, 15, 21, Sich. *plene*; 6, 7, 11, 16, 17, 29, Cui. 2 et 2* *pleno*; 20 *plenae.* t) Rittershus. om. *civilis.* u) 9, 20, 21 *sententia*; 11 *sc. vitarentur.* v) Nonnulli codd. *in tantum*; 5, 15 *tam.* x) 20, 21 *loco rationum* (om. vv. *tristi pallore*) *vix unus ab altero recipere*; 18 *lugurationum*; 5 *et alter.* y) 20, 21 *Ut quod.* Sich. *Quia.* z) 5, 15 *ne a quoquam.* Edd. perperam *nequaquam.* a) 20, 21 *alterius sedulum ambiguitatis — liberorum sic a. d. de faculta-*

quibus delegata [l] caussa civilis officii, purgata interpretatione, retro principum scita [m] vulgavimus, ne iurisperitorum [n] ulterius severitate mentita, dissimulata scientia [o], velut ab ipsis adytis [p], exspectarentur [q] formidanda responsa, cum liquido pateat [r], quo pondere donatio deferatur [s], qua actione [t] petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur, ut [u] certum vel incertum debitum sit exigendum. Quae singula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta sunt [v] nominis nostri radiante splendore [x]. §. 2. Nec parvum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus divina sensa [y] pectoris nostri mandavimus. Etenim si recte [z] mentis acie futura prospicimus, ad posteros usque devenient [a] laboris nostri consortio [b]. §. 3. Quamobrem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates attritae [c] sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex d. Constantini temporibus roboramus [d], nulli [e] post Kal. Jan. concessa licentia, ad forum et quotidianas [f] advocationes ius principale deferre vel litis instrumenta componere [g], nisi ex his videlicet libris, qui in [h] nostri nominis vocabulum [i] transierunt et sacris habentur in scriniis; quamquam nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius latoris [k] occidit nomen, imo, lucis gratiam mutati [l], claritudine [m] consultorum augusta nobiscum societate iunguntur [n]. Manet igitur manebitque perpetuo [o] elimata gloria conditorum, nec in nostrum titulum demigravit [p], nisi lux sola brevitatis. §. 4. Et [q] quamvis nostris auspiciis totius operis instauratio deberetur, attamen magis imperatorium magisque credidimus [r] gloriosum, si, fugata invidia, perennitatis iure memoria remaneret auctorum. Nobis ad fructum [s] bonae conscientiae satis [t] abundeque sufficit [u], revelatis legibus, inventa maiorum obscuritatis [v] iniuria vindicasse. §. 5. His adiicimus [x] nullam constitutionem [y] in posterum velut latam in partibus Occidentis, aliove in loco ab invictissimo [z] principe, filio nostrae [a] clementiae, perpetuo augusto, Valentiniano posse proferri [b], vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem divina pragmatica nostris menti-

---

nem vel propter negligentiam aut furtum vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse repererit, his ab administratione remotis et vice (edd. Nbg. Ital. Russ. *in vicem*) *eorum aliis subrogatis furibusque poenis legitimis subactis ad n. m. scientiam* (ita mss Pl. 1. Bg. Gt., Contii, edd. Nbg. Schf. Hal. Herm.; *sententiam* ms. Pl. 2. Russ. et rell.) *n. cr. s. v. r. Dat. V. Id. Dec. Const. Arcadio et Bautone Conss.*, qua subscriptione lex quadriennio antiquior fit (385). Sed proxime ad nostram, quam rec. Be. in ed. Cod. Just., accedit Hal., qui ed. *Dat. VII.* (W. *VIII.*) *Non. Maii Mediol. Timasio et Promoto Coss.* y) Ita 1, Cod. Just. P. Pu. W. Similiter c 5 C. Th. de Domest. (VI, 24), quae ad eundem Addeum data est, et in aliis legibus eiusdem anni. Vid. Go. in Chron. ad a. 393. 5 *Id. ág.* Mendosam esse hanc inscriptionem, Valentiniano anno superiore per Argobastis comitis factionem Id. Mai. apud Viennam interfecto et Honorio IV. Id. Jan. Augusto renuntiato, iam Go. Geban. ad c. 4 C. Just. cit. et Batavi in Bijdr. monuerunt, prob. W. Num id oscitantiae librariorum, an Cod. Th. conditoribus tribuendum sit, inscriptionem h. c. cum inscr. superioris c., quae non multum differt, commutantibus, decidi non potest. Cl. Bijdr. ex c. 2 C. Th. de Off. mag. mil. et Bk. in c. 4 Cod. Just. recte quidem restitt. inscr.: *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*, sed contra librorum mss. fidem. z) 5 *ad deocomen, et m. u. militum.* Ms. Pl. 1 Codicis Just. *addoro c.* a) Add. *per Orientem.* Vid. c. 9 C. Th. de Judaeis (XVI, 8). In cod. Bg. Cod. Just. om. *utriusque* et in cod. Pl. 1 *et mag. — mil.* b) 5 *E ordinariis iudicibus.* Cl *De ordinariis iudicibus*; sed retin. ex cod. 1 *De ordinario iudice* propter *ab eo*, quod sequitur. Ceterum 1 *ordinarios iudices*, sed em. *ordinario iudice.* Mox 5 *cognocio*, sed corr. *cognicio.* c) 5 *iuria.* d) Ita 1, P. Pu., quod congruit cum subscr. c. 2 C. Th. de Off. mag. mil., ubi *Dat. II. id.* Saepissime enim librarii in subscr. legum scribunt *prid.* pro II. 5, Cl. W. om. *prid.* Cod. Just. *Dat. prid. kal.*, quod etiam c. 5 C. Th. de Domest. cit. habet. Mendum hic in Cod Just. latere perspicuum est, et ex multorum librorum mss. collatione cognovimus, saepe a librariis confundi *id.* et *kal.* aut *kal.* et *id.* Qua de caussa scrib. in Cod. Just. *Id.* Vid. c. 2 C. Th. de Const. pr. not. *v*; c. 6 C. Th. de Divers. rescr. not. *f.* Similis error fortasse est in c. 5 cit., ut ibi scrib. sit *Id.* et c. 5 coniungenda cum hac c. et c. 2 cit., cui cj. hoc tantum obstat, quod in c. 5 Addeus comes domesticorum appellatur, hic comes et magister utriusque militiae. Sed in c. 9 C. Th. de Judaeis (XVI, 8), data *III. kal. Oct.* eiusd. anni, quacum et c. 2 C. Th de Off. mag. mil. congruit, Addeus dicitur magister militiae per Orientem. Memorabilis praeterea est hic annus propter alias ad magistros militiae datas constt. Vid. Go. in Chron. ad a. 393. e) 5 *āā.* f) Add. *V. C.* 5 *habundancio*, ut plerumque in codd. g) 5 *Impp. A. et Theodosius.* Simile mendum correxi in c. 11 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). h) 1 *reliquas.* i) 1 *posse*, sed em. *potest.* k) 5 *conm. convenit contra*, sed em. *intra.* Cl. *convenit*, quod verborum ordo non patitur. l) 1 *vicen*, sed em. *vice.* Post v. *vice* Schr. in cj. critt. ap. Cl. addi vult: *monere, quo facto.* m) Vv. *magn. tuae* desunt in cod. 5 et ap. Cl. n) 1 *inpleunt*, em. *inpleant.* o) 5 *III*, quod recte em. Cl., consentiente cod. 1. Mox codd. *Euticiano*, quod saepe in libris mss. fit. p) 1 *diocereor*, em. *dioceseos*, quod etiam P. habet. q) Copulam in extremo versu abscissam suppl. P. *) *De Comitibus largitionalium titulorum* vid. c. 8 C. Th. de Off. com. s. l. (I, 10). r) 1 *Necessitutem quue*, sed em. *que.* s) *Si*, quod deerat in cod. 1, add. supra v. *se.* Mox iu syllaba *dis* P. suppl. literas *is*, in cod. abscissas. *) Nominatur solus Theodorus, ut in aliis constt. eiusd. a., Eutropio in magistratu occiso eiusque nomine e fastis eraso. Vid. Relandi fastos cons. ad h. a. p. 535. Go. in Chronologia p. CLIII et Cuiacii Observation. III, 19 De sim. re cons. Zirardini l. c. p. 247 sqq. t) Ita 1, P. Sed 5 *Id. ā. ad Messalam* et Cl. Pu. W. Cod. Just. *Iidem AA. ad Messalam.* u) 1 *me*, sed em. *e.* 5 *ex provincū sarceri*, mendose. v) 1 *palatinis*, em. *palatinos.* x) 1 *omni*, em. *omnis.* y) *tuae*, quod exc. in cod. 5, recte suppl. Cl. z) *et* om.

mantes decernimus, ut, si quis palatinus ex officio viri illustris comitis sacrarum largitionum per provincias[a] repertus fuerit, qui exactionem sibi audeat vindicare, ad audientiam viri illustris comitis[b] sacri aerarii, ferro obrutus dirigatur, ut[c], si est idoneus, curiae vindicetur. Eos sane[d] palatinos, qui a viro illustri[e], comite rei privatae, cum publicis literis[f] destinantur[g], ad commonitionem[h] iudicis, quo[i] facilius ex praediis rei nostrae conferantur[k] debitae pensiones, cum summa degere[l] praecipimus disciplina: de quorum[m] nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit[n], ut in[o] eos severissime vindicetur[p]. *Dat.*[q] *Kal. Dec. Mediolani, Stilicone et Aureliano Coss.* (400.)

14. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.*[r] *Anthemio Pf. P.*[s] Si qui posthac, velut[t] indebitis oneribus gravati*), ad preces[u] crediderint convolandum, sive de navicnlariis rationibus[v], sive de transvectionibus[x], sive de lustralis auri argentive collatione[y], de[z] omnibus his atque[a] huiusmodi ordinationibus rescripta, quae emitti[b] contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur[c]. *Dat. VII.*[d] *Id. Dec. Constantinopoli, Stilicone II.*[e] *et Anthemio Coss.*[f] (405.)

TIT. VI. DE OFFICIO PRAEFECTI URBIS*).

1. *Imp. Constantius A. ad Senatum*[g]. Cum appellatio interposita fuerit per Bithyniam[h], Lydiam, Hellespontum, insulas[i] etiam ac Phrygiam salutarem[k], Europam ac Rhodopen[l] et Haemimontum[m], praefecturae

---

— c. 14. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 14. In cod. 5 et ap. Cl. *c.* 12. Cod. Just. I, 26, 5.

Tit. VI. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. VI.* Sequuntur novem tituli, quos in Breviario Alarici omissos neque ex alio codice huc usque cognitos soli debemus cod. 5, id est Ambrosiano, ex quo Cl. eos primum edidit. Rubricam tituli, quae in cod. 5 om., quamquam spatio indicato, Cl. restituit ex indice titulorum. Cod. Just. I, 28. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Cod. Just. VII, 62, 23. Bas. IX, 1, 115. Coniungenda est h. c. cum c. 12, 13 C. Th. de Praet. (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Annona et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publ. comp. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decurion. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Opp. publ. (XV, 1), quae omnes sunt partes orationis Constantii de senatoribus eorumque privilegiis, de praetura, de officio praef. urbis et de appellationibus.

5, Cl., paullo post 5 *viri inlustri comiti.* a) 1 *provinciarum*, sed em. *provincias.* b) 5 *inlustri com.* c) Ita W. Schro.; 1 *derigatur u.* P. *derig. ut.* Pu. *der. vel.* 5, Cl. *dir. vel.* 1 *siestineos*, sed em. *si est idoneus.* d) 5, Cl. *Eos vero.* In v. *palatinos* incip. c. 2 Cod. Just. cit. e) 5 *qā.* Sigl. *ī* (illustri) absciss. est in cod. 1. Idem *comis*, sed em. *comite.* Cod. Just. *rerum privatarum.* f) Cl. *lit. publicis* errore, ut iam Schro. et W. monuerunt. g) 1 *destinatur.* h) 5 *a commonicionē.* i) 1 *quod*, sed em. *quo.* 1 *reinnostrae.* k) 1 *conferatur*, sed em. *conferantur.* l) Ita 5, Cl. (prob. Schro.) et Cod. Just. 1 *consummandae ger.|re.* P., quem Pu. et W. secuti sunt, edidit *consummata se gerere.* Sed sec. P. p. 55 not. em. in cod. 1 *consummadegere*, quod fere ad lectionem cod. 5 redit, qnam etiam Cod. Just. habet. m) 1 *deeorum*, sed em. *de quorum.* n) 5, Cl. *oportet.* o) *in* add. in cod. 1 supr. v. *eos.* p) 1, P. Pu. *vindicet.* q) Numeri nota abscissa est in cod. 1, plane deest in cod. 5. Tota subscriptio om. in Cod. Just. Add. fort. *V.*, quo v. add., coniungenda est h. c. cum constt. in not. sup. citt. 1, P. Pu. *Stilichone*, ut fere semper. r) 5 *Id. aug. et Theodosius ā.* Cl. *Iidem AA. et Th. A.* Pleniorem inscr. habet 1 et Cod. Just. s) 5 *praeposito.* Vid. c. 7 h. t., not. *s.* t) 1 *veluti.* *) *Gravati* abest ab ed. Nbg. Hal. in textu. u) 1 *honeribus* (ita etiam P.) *grabatio praeces*, sed add. *ad* supra v. *praeces.* v) In cod. 1 pro *rationibus* em. *stationibus.* x) 1 *t . . . . actionibus*, sed em. *t . . . . vectionibus.* In Cod. Just. om. *de.* y) 5 *argentive condicione.* Cl. *conditione*, sed in corr. *condictione*, utrumque sensn caret. In Cod. Just. om. *sive de lust. a. a. coll.* z) *de* abscissum est in cod. 1. a) 1 *adque*, sed corr. *absque.* b) 1 *qua . . . . . ti*, sunt enim quinque literae abscissae. c) Cod. Just. *transvectionibus*: *rescripta quae de o. h. a. h. ordin. emitti cont.* d) 1 *VIII.*, sed em. *VII.* Cod. Just. neutrum numerum habet, ubi etiam in nonn. edd. om. *Const.* e) 1, P. Pu. om. *II.* f) In hac lege finitur titulus in codice Ambrosiano, finitur etiam secundum folium codicis Taurinensis; tertium eiusdem codicis folium incipit in tit. C. Th. de Feriis (II, 8). Jam in seqq. huius libri supplementis utendum est codice 5.

*) Cod. Just. *Urbi*, sed codd. Montisp. H. 82. Vat. Pl. 1, 2. Gt., ed. Nbg. *urbis*, ed. Schf. *urbis Romae.* g) 5 *Imp. Constantin' ā. ad S.* Cl., quem Pu. W. secuti sunt, ed. *Imp. Constantius A. et Julianus C. ad S.*, ubi *Constantius* recte em. est, sed praeter necessitatem add. *et Julianus C.*, cum a Constantio solo haec c. videatur data esse (vid. supra not. *c* ad c. 4 C. Th. de Off. pr. praet.), quocum et argumentum legis ad Senatum urbis Constantinopol. datae convenit, quod est de Off. praef. urbis Constantinop. circa a. 360 a Constantio instituti, et leges illae citt. congruunt, quae omnes solum Constantium in inscriptione habent, praeter tres (c. 7 de Ann., c. 48 de Decur., c. 7 de Opp. publ.), quamquam etiam in his cod. Tilianus habet *Idem AA.*, non *Iidem AA.* Cod. Just. *Iidem AA.*, i. e. *Impp. Constantius et Constans*, sed nonnulli codd., ut Lips. *Id. A.* W. in E. L. L. 1826, p. 1092 (Opp. Acadd. p. 449) prob. lect. *Constantius A. ad S* Vid. c. 4 C. Th. de Off. Vic. (I, 15), not. *p.* h) Cod. Just. add. *Paphlagoniam.* i) Schr. cj. *Hellesponti insulas*, adversantibus. Cod. Just. et Bas. k) 5 *frigiū salutare.* l) 5 *rodopam*, ut libri mss. Cod. Just.; Bijdr. cj. *Eur. ad Rhod.*, cui cj. et Cod. Just. et Notitiam Dign. Orientis obstare, W. in E. L. L. l. c. p. 1093 (Opp. Acadd. p. 449) monuit. Erant enim sub Vicario Thraciae Europa, Thracia, Haemimontum, Rhodope, Moesia Secunda et Scythia, quarum provincia prima (Europa), in qua Constantinopolis sita erat, nomen suum inde duxit, quod omnium Europae partium proxima Asiae erat. Vid. Pancirolum ad Not. Dign. Or. cap. 133. Obstant etiam Bas. m) 5 *sedemimontū*, non *sedem imontum*, ut ap. Cl. est. Idem in not. crit. p. 132, not. 39 legentibus diiudicandum relinquit, utra lectio verior sit: *Aemum montem*, s. *Aemi montum*, s. *Aemi montem*; an: *Haemum montem*, s. *Haemi montum.* Ipse ed. *Hemum montum.* Pu. *Hemum montem.* W. *Haemum montem*, sed in Add. et in E. L. L. l. c.

urbis[n] iudicium sacrum appellator observet. *Dat. V. Non. Mai.*[o] *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.*[p] Sacrae definitionis ius magnificentiae tuae detulimus, cum ab urbis Romae vicario[q] interposita provocatio[r] nostrae[s] cognitionis operiri videbitur dignitatem. *Dat.*[t] *VI. Id. Jun. Med., divo Joviano*[u] *et Varroniano Coss.* (364.)

3. *Iidem AA. Severo Vicario urbis.* Si quando provocatio[v] interposita adversus sententias vicariae potestatis nostrae cognitionis[x] videatur arbitrium operiri, nulla itineris fatigatione[y] laedatur; sed vir magnificus, praefectus urbis[z] rite solennibus ordinatis, vicem nostram sustinens, sacrae disceptationis arbitrium, suscepto litis examine[a] terminabit. *Dat.**) *VI. Kal. Jul. Constantinopoli, divo Joviano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.*[b] Si quis sacer ac venerabil̄ ppl̄s[c] deferri aliquibus consideratione vetustatis et gratia postularit, id non ante praebeatur, quam tranquillitatis nostrae fuerit consulta sententia. *Dat. VI.*[d] *Id. Mart.*[e] *Valentiniano et Valente AA.*[f] *Coss.* (365.)

5. *Iidem AA. ad Volusianum Pf. U.*[g] Studentibus nobis statum urbis et rationem[h] annonariam aliquando firmare in animo est[i], eiusdem annonae curam[k] non omnibus deferre[l] potestatibus. Ac[m] ne praefectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium*) redundasset, eidem[n] praefecturae sollicitudinis ac diligentiae[o] necessitatem mandamus, sed

— c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 5. Fortasse haec lex coniung. est cum c. 5 C. Th. de Poenis (IX, 40), c. 4—6 C. Th. de Pistor. (XIV, 3), c. 2 C. Th. de Calcis coct. (XIV, 6), c. 1 C. Th. de Canone frum. (XIV, 15), c. un. C. Th. de Saccariis portus (XIV, 22), c. 12 C. Th. de Opp. publ. (XV, 1). Cl. cum h. c. conferri vult c. 11, 13, 18, 44, 49, 61 C. Th. de Appellatt. (XI, 30), c. 3 C. Th. de Reparatt. appell. (XI, 31). Symmach. lib. II, ep. 30; lib. X, ep. 58. — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. Vid. c. 2 h. t. — c. 4. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 4. Car. Guil. Walch, comm. ad const. *Si quis sacer* Cod. Theodos. de officio praefecti urbis etc. part. I. Jenae 1829. 8. Part. II. Jenae 1836. 8. Coniungenda est h. c. cum c. 9 C. Th. de Jure fisci (X, 1). Vid. not. *d.* — c. 5. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 5. Cod. Just. I, 28, 1. Bas. VI, 4, 10.

em. *Haemimontum*, quae lectio, orthographia cod. Ambr. spectata, in eiusdem codicis scriptura inest et defenditur a Cuiacio in Obs. I, 26. Ceterum pro *Haemimontum* in Bas. est Ἑλενόποντον. Dirksen l. c. p. 477. n) 5 *praefecturi urbi ubi*, mendose. Est vero v. *ubi* non distincte scriptum et ante literam *u* virgula addita, ut facile quis *urbi* legat, itaque librarius errore v. *urbi* bis scripserit, cuius negligentiae non desunt exempla, v. g. in sq. c. 5 v. *meritum.* Cl. *praefecturae urbis* (*ubi*) Pu. *praefecturae urbis ubi*, perperam. W. ex Cod. Just. rest. *praefecturae huius urbis.* Sed v. *huius* non agnoscunt Bas. et om. optimi Cod. Just. libri mss., ut Pl. 1 et Montispes. H. 82, qua de caussa delevi. Bas. add. σὺν κοιαίστωρι. o) Locus non add. An *Gyffyrae* s. *Gephyrae?* Vid. c. 12 C. Th. de Praetoribus. p) 5 *Simmacū ppm.* Monendum est, h. l. a librario codicis 5 nomina propria more aetatis suae scribi, veluti: *Viucencio, Euticiano, Florencio, Constancio, Hypacio, Hippacio, Eustucio, Taciano, Gracianus, Dionisio, Alipium, Liminio, Bithiniam, Lidiam, Siagrio, Auriliano, Elioni, Antemio, Varouiano, Elianum, tesalonica, Esperiū, Affrica, Archadius, Hubundancio.* q) 5 *tnc̄*, sed em. *vic̄.* r) 5, Cl. Pu. *provocatione.* W. *provocatio* ex cj. Hu., prob. Schro. Vid. seq. c. s) 5 *nostra.* t) Ita cod. 5, quod et *Mediolanum* significare potest et *Medianam*, suburbanum *Naissi.* Praefero *Medianam.* Vid. infra lib. V, tit. 14, c. 3, not. *o.* u) 5 sec. Cl. *viviano*, sed cod. 5 habet *uviano*, i. e. *iuviano. Divus* appellatur *Jovianus*, quia haec lex post mortem Joviani data est. v) *proucacio*, mendose. x) 5 *potestati n. cognocionis.* y) Schr. addi vult *provocans.* z) 5 *pum*; similiter in inscr. c. 6 h. t. *ppum.* a) 5 *exanime*, sed em. *) Pro *Redd.* Cf. infra V, 14, 3, not. *o.* b) 5 *Idem ā s simacū ppm.* c) Ita cod. 5, Cl. falso *ppl's*, quod duxit editores in err. Cl. ed. *populus*, quod, ut ipse fatetur, sensu caret. Hu. cj. *parens* s. *potestas*, propter v. *deferre*, quod in const. sq. legitur: *eiusdem annonae curam non omnibus deferre potestatibus*, prob. W., quia saepe uno anno eiusdem vel similis argumenti constitutiones emissae sunt. Itaque W. *annonae curam* vel simile quid h. l. supplendum putat; sed ipse ed. *episcopus.* Pu. *venerabilis potestates.* Schro. l. c. p. 353 reiecto v. *populus* cj. *praefectus*, quod praeter titulum rubricae et compendium scripturae convenire putat et sq. const. argumento et siglo, quo librarius in inscr. h. c. usus sit; epitheta vero *sacer et venerabilis* explicari dicit per vv.: *consideratione vetustatis*, quae sequuntur. Bijdr. cj. *Si quis sacris ac venerabilibus potestatibus deferri aliquibus*, aut: *Si quis, sacer ac venerabilis potestate, def.* Similiter W. in E. L. L. 1826, p. 1093 (in Opp. Acadd. p. 450) om. commate post *quis.* Walch l. c. P. II, p. 10 *Si quis sacer ac venerabilis episcopus populis def.* Sed omnes hae cj. neque cum siglo, de quo quaeritur, concinunt, neque aptam sententiam praebent. Leg. *Si quis sacras ac venerabiles principis privatas* (res) aut (om. v. *principis*) *Si — ven. privatas.* De rebus principis privatis in h. lege agi docet c. 9 C. Th. de Jure fisci (X, 1) cum h. c. coniungenda. *Sacrae* autem appellantur res privatae in c. 18 C. Th. de Pal. (VI, 30), c. 17 C. Th. de Exact. (XI, 7), de qua re, et de eo, quod simpliciter scribitur *privatae*, om. v. *res*, cf. Go. in comm. c. 18 cit., c. 13 C. Th. de Iud. deb. (XI, 28) et in Gloss. v. *Sacer.* Optime cum h. v. congruit v. *venerabiles.* Venerabiles enim appellantur res principis in c. 54, §. 5 C. Th. de Haer. (XVI, 5): „*Conductores autem domus nostrae, si haec in praediis venerabilis substantiae* (i. e. principis) *uti permiserint.*" Habet etiam nunc v. *aliquibus*, quo referatur. Verbum *sacer* natum est ex *sac̄.* Neque rectius posuit librarius siglum *pp*, quo itidem male usus est in inscr. h. c. pro *Pf. U.* Denique literae *ls̄* in cod. non multum differunt a *ts̄.* d) Leg. aut *VII.*, ut c. incidat in eundem diem, quo c. 9 cit. data est, aut in c. 9 *VI.* e) Add. *Med.* Vid. c. 9 cit. f) 5 om. *AA.* g) 5 *Idem aug̃ ad Volusianū ppm*, non *Volusian.* Hal. Russ. *P. P.* h) Post *rationem* in cod. 5 est lacuna trium literarum. Cod. Just. *ann. rat.* i) *est*, quod Cl. add., om. in cod. 5. Cod. Just. *in animum subiit.* Sed codd. Pl. 1, 2, Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Hal. *animo.* k) 5 *coram.* l) Cod. Just. *deferri*, sed Herm. *deferre.* m) 5 *hac* pro *ac.* Cod. Just. *Et.* *) Codd. Pl. 1, 2, ed. Nbg. Codicis Just. *annonarum.* n) Hu. prop. *eiusdem*, quod Cont. 76 (Cod. Just.) habet. 5 *redundas s; e.* o) Vv. *hac*

non ita, ut lateat officium [p] praefecturae, sed ut ambae potestates, in quantum sibi est negotii [q], tueantur [r] annonam, sitque societas muneris *) ita, ut inferior gradus meritum [s] superioris agnoscat [t] atque [u] superior potestas [v] se exserat, ut sciat ex ipso nomine, quid praefecto debeatur annonae. *Dat. II. Non. April. Mediolani, Valentiniano et Valente* [x] *AA. Coss.* (365.)

6. *Iidem AA. ad Praetextatum Pf. U.* [y] Illustris sinceritas tua quasi in specula [z] tuebitur, quemadmodum singuli [a], quibus intra urbem Romam publicum munus iniungimus, credito sibi famulentur officio: et si aliquis indignum administratione se gesserit [b], referre non differat, ut [c] veritate comperta continuo alium idoneum vel tuae celsitudinis testimonio, vel nostro dirigamus arbitrio. *Dat. XII. Kal. Oct. Nova mansione* [d], *Valentiniano et Valente AA.* [e] Coss. (365.)

7. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Rufinum Pf. U.* [f] Suis partibus annonae praefectura moderatur, sed ita, ut ex veterum more praefecto urbis per publicum incedente [g], honoris eius et loci gratia, expensio panis habeatur. Eatenus tamen praefecturam annonae cedere volumus dignitatis fastigio, ut curandi partibus non cedat [h]. Neque tamen [i] apparitores [k] urbanae praefecturae annonario officio se inserant, sed apparitorum aemulatione secreta, ministerio suo annonae praefectura fungatur [l], non ut potentiae subiecta, sed ut negotii sui diligens tantumque se a contemptu vindicans, quantum non pergat in contumeliam superioris [m]. Praefectura autem urbis cunctis, quae intra urbem sunt [n], antecellat potestatibus [o], tantum ex omnium [p] parte delibans [q], quantum sine iniuria ac detrimento alieni ho-

— c. 6. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 6. — c. 7. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 7. Duae constt. Cod. Just. desumptae sunt ex h. c. XII, 59, 1 et I, 28, 3. Bas. VI, 4, 12. Cl. conferri vult c. 1 C. Th. de Cond. in publ. horr. (XI, 14) et Cod. Just. I, 28, 1.

diligencie, quae 5 habet, om. in Cod. Just. p) Cod. Just. add. *annonariae*, quo v. sententiam illustrari W. dicit. q) Cod. Just. *neg. est.* r) Cod. Just. add. *civilem.* *) Cod. Just. ed. Nbg. *innumeris.* Mox cod. Pl. 1 om. *ita ut infer.* — *atque.* s) 5 bis habet *meritum*, mendose. Cl. Pu. *meritum* (*meritum*). t) 5 *ignoscat.* u) Cl. et W. ex Cod. Just. add. *ita*, quod recte improbant Schr. Taf. v) Ita 5, Pu. et Cod. Just. Cl. W. edd. *gradus*, quod mendum uterque postea corr., Cl. in Add., W. in E. L. L. 1826, p. 1086 (Opp. Acadd. p. 441). x) 5 *Val. et Valente aa. II. Coss.*, quae ann. 368 significant. Pu. *Val. et Valente II. AA. Coss.* (365.). Cl. uncis includit *II.* recte monens, sequentem const. 6, quae a. 365 data est, tunc ante h. c. ponendam fuisse; deinde anno 368 neque Volusianum Pf. V. neque constitutionem Mediolani datam inveniri, denique in inscriptione commemorandum fuisse nomen Gratiani, quum contra deleto numero et inscriptio et subscriptio legis in annum 365 conveniant, et aliae leges ad Volusianum Pf. U. hoc anno datae inveniantur. Singulari modo numerus *II.* cum secundo regni anno convenit; anno enim superiore Valentinianus et Valens imperatores declarati sunt. Simile quid accidit in subscr. c. 7 h. t. Subscr. deest in Cod. Just., add. ex C. Th. ap. Bk. Herm. y) 5 *Idem ā* (ut fere semper) *ad P. ppum.* z) 5 *specul.* Cl. Pu. W. *speculo*, sed recte in Add. W. proponit *in specula*, quum speculi imago sententiae loci non congruat. Similiter dicitur *speculatrix* (rectoris prov. seu vicaria potestas) in c. 5 de Off. rect. prov. I, 16. a) 5 *singulis*, mendose. b) 5 *administracionis gesserit.* Cl. Pu. *administrationis se gesserit*, sed Ba. Hu., quos W. secutus est, cj. *administratione se g.*, prob. Schro. c) *ut*, quod deest in cod. 5, Cl. recte suppl.; Hu. mavult *at*, quod etiam Pu. habet, sed Schro. damnat. d) 5 *Novo mansione.* Quid sint mansiones Go. docte exposuit ad c. 9 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). W. cj. *Bona mansione*, ex quo loco in Thracia sito Valentinianus anno superiore ediderat c. 12 C. Th. de Erogat. milit. ann. (VII, 4) et c. 1 C. Th. de Privil. corp. urb. Rom. (XIV, 2), ubi vid. Go. Sed huic cj. obstat, quod imperatt. illo tempore in Thracia non fuerunt. e) *AA.*, quod om. in cod. 5, suppl. Cl. *Praetextatus Pf. U.* anno 365 nusquam commemoratur. Adderem *II.* post *AA.*, ut annus 368 efficeretur, nisi viderem ex c. 3 C. Th. de Reparatt. app. (XI, 31), Olybrium iam ante XIV. Kal. Apr. eiusd. a. Praetextato successisse. f) 5, Cl. Pu. W. *ad R. Pampeium*, sed recte Cl. et W. in Add. monuerunt, legendum esse *ad R. Pf. U.*, quemadmodum c. 3 Cod. Just. cit. inscripta est, neque obstat, quod Cuiacius in inscriptione c. 1 Cod. Just. cit. posuit *Rufino P. P.* — Natus est error ex siglo *ppum*, quo etiam in inscr. c. 4 h. t. librarius usus est. — Similis error est in inscr. c. 10 h. t., c. 12, 14 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), c. 1 C. Th. de Off. iud. civ. (I, 17), c. 11 C. Th. de Jurisd. (II, 1), ex quibus locis patet, librarium siglum male interpretatum esse. Cf. etiam Bijdr. ad h. l. Ba. cj. *Pompeium.* In Cod. Just. *Pf. U.* abs. a codd. Montisp. H. 82. Pl. 1. edd. Nbg. Hal. Russ.; codd. Cass. Bg. *p̄p.* g) Cl. *incedenti*, sed em. *incedente.* Ceterum W. dicit, huius honoris *Pf. U.* ex veterum more habiti, nusquam alibi mentionem fieri. Sed mihi his verbis nihil aliud significari videtur nisi hoc, expensionem panis fieri debere inspiciente Praefecto U., quoniam is summus magistratus est. h) Pu. *cedat, neque.* i) H. l. incipit c. 1 Cod. Just. de Apparit. praef. ann. (XII, 59). k) 5 sec. Cl. *apparitoribus u. p. a. o. inser'ant.* Videtur autem in cod. 5 lit. *l* virgula deleta esse, ut leg. sit *inserant*, quod Cod. Just. habet. Cl. *apparitoribus u. p. annonarium officium inserviat.* Sed Hu. Os. Schr., quos Pu. W. secuti sunt, ex c. 3 Cod. Just. cit. em. *apparitores u. p. annonario officio inserviant* (Cod. Just. *sese non inserant*). Nos, apographum cod. 5, quod ipsi fecimus, antequam Cl. editio in nostras manus pervenisset secuti, ed. *inserant*, add. v. *se* ex Cod. Just. l) 5 *annonae praefecture fungatur.* Cod. Just. *ann. praefecturae fungantur.* Sed W. recte monet, propter seqq. singularem numerum retinendum esse. m) H. l. incipit c. 3 Cod. Just. de Off. praef. urb. (I, 28): *Praefectura urbis*, om. v. *autem*, quamquam ed. Schf. *Praefectus autem.* n) 5 *urbis qui cunctis intra u. s.* Cl. Pu. W. ex Cod. Just. edd. *cunctis quae intra u. s.* o) Cod. Just. *dignitatibus*, sed edd. Nbg. Hal. et Russ add. *et potestatibus.* Contius sec. W. in ed. Par. 1559 nostram lectionem e cod. ms. affert. Cod. Pl. 2. ed. Schf. *dignitatibus potestatibus.* p) 5 *ex omnibus*, mendose. Pleraeque Cod. Just. edd. *ex omni*, sed *ex omnium* habent codd. Montispes. H. 82. Bg. ed. Schf. Contius in m. Herm. q)

noris usurpet [r]. *Dat. III. Id. Jul. Valente V. et Valentiniano AA.* [s] *Coss.* (376.)

8. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Bassum Pf. U.* [t] Apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas. Igitur pristino more servato ad omnes provincias, quas vel divi Constantini constitutio [u] dederat, vel Probus, vir illustris, permissa sibi a patre nostro potestate [v] reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes [x] destinabit; qui sane meminerint, nihil morae [y] in his, quae primipili nomine res poscuntur [z], esse faciendum. *Dat. X. Kal. Dec. Mediolani, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

9. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Symmachum Pf. U.* [a] Disputari de principali iudicio non oportet: sacrilegii [b] enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator [c]. Si quis igitur iudicum fuerit repertus, qui supercilium suum principali [d] aestimet iudicio praeferendum, quinque libras auri eius [e] officium, nisi formam nostrae sanctionis suggesserit [f], decem ipse fisci viribus [g] inferre cogatur. *Dat. V. Kal. Mai. Mediolani, Richomere et Clearcho Coss.* [h] (384.)

10. *Iidem AAA. Neoterio Pf. P.* [i] Sacrum iudicium

— c. 8. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 8. Cl. conferri vult ad h. l. c. 3 C. Th. de Lucr. off., sed titulus duabus tantum constat legibus. Fortasse intelligit c. 2 eod. aut c. 16 C. Th. de Cohort. (VIII, 4). — c. 9. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 9. Cod. Just. IX, 29, 3. Bas. LX, 45, 18. — c. 10. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 10. Cl. cum h. c. conferri vult c. 27 C. Th. de Appell. (XI, 30), Nov. Val. III. lib. II. tit. 19 de Trib. §. 12. Cassiod. Var. Lect. (Opp. Genev. 1656 4) VI, 4. Symmachi Epist. II, 30, 44; X, 51, 53.

Cod. Just. *derivatis*, sed cod. Bg. Cont. Herm. *derivans* et Bk. *delibans* ex Cod. Theod. r) Cod. Just. vulgo *q. sine omni ini. ac detr. hon. alieni usurpat*, sed Herm. del. *omni* et cod. Pl. 1 habet *alieno*. s) 5 *Valente A. III. et Valentiniano II. Consul.*, quam subscriptionem recte ut aperte falsam notavit Cl., quum Valentinianus I. et Valens uterque tertium Coss. fuerint a. 370, eiusdem autem Valentiniani secundus consulatus, quem et ipsum cum Valente gessit, incidat in a. 368. Cl., quem Pu. secutus est, ed. *Valente III. et Valentiniano III. AA. Coss.* (370.) Cod. Just. *Dat. VI. Kal.* (Bk. Herm. *III. Id.*) *Jul. Valente A. V. et Valentiniano Jun. Coss.* Cl. negat erui posse, utra subscriptio verior sit. W. autem probat, propter caussam iam ad c. 8 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5) allatam (vid. not. *h* ad c. 8 cit.), ratione inscriptionis et subscriptionis habita, lectionem Just. Cod. praeferendam esse. Esse enim h. c. a Valentiniano II., non I. profectam, W. vel ex eo apparere existimat, quod c. 2 h. t. *Valentiniano* et *Valenti*, sequentes constitt. *Iisdem Impp.*, haec autem *Valenti, Gratiano et Valentiniano* tribuitur. Non potuit autem idem *Valentinianus* modo praeponi *Valenti*, modo eidem ipsique Gratiano postponi, pariterque in subscriptione, si anni 370 consules designarentur, primus erat Valentinianus nominandus (vid. Relandi Fastos ad h. a.). — Valentinianus iun. X. Kal. Dec. anni 375, sexto die post patris Valentiniani I. obitum Carnuti, Illyriorum oppido, imperator ab exercitu in Pannonia declaratus est, quare iterum in cod. 5 numerus *II.* cum imperii anno, qui secundus erat, congruit. Vid. supra c. 5 h. t. not. *x*. Fortasse etiam indicat, Valentinianum non primum, sed secundum esse, nisi forte ex siglo *Jun.* natus est. Facilis praeterea est commutatio numerorum *III* et *V*. In dierum diversitate non est haerendum, quum haec frequens sit in subscriptionibus et *III* et *VI* saepius in libris mss. confundantur. t) 5 *ad Bassum ppm. praefectum urbis.* Cl. ed. *ad B.* (*Pf. P.*) *Pf. U.* Quum titulus de Officio praef. urb. agat, praeferendum est *Pf. U.* Bassus Pf. U. commemoratur ad a. 383 in inscr. ap. Reinesium Class. VI, num. 4, et Gudium pag. 114, 1. Cf. etiam Symmachus X, ep. 23 et 39. Plura inven. ap. Corsinium, series praef. urb. Pisis 1763, 4. p. 275. u) 5 *constituto*. Sec. W. et Bijdr. h. l. significatur c. 1 h. t. Qua de caussa Bijdr. h. l. *Constantii* em. Sed W. tacite se corr. monet in E. L. L. p. 1092 (Opp. p. 450), illam c. 1 ad Orientem, hanc ac Occidentem referendam esse, ubi Probus sub Valentiniano Sen. Pf. P. erat. Valentinianus autem Sen. intelligitur vv. *a patre nostro*. v) Putat W. indicari h. l. const. Valentiniani Sen. a librario cod. Ambros. neglectam. — Potest hoc negligentia conditorum Codicis Th. accidisse, cuius non unum est exemplum in Cod. Th. x) W.: i. e. qui praesint stationibus. Lib. VIII, tit. 4, ibique Go. T. II, p. 495 ed. Ritt. y) 5 *more*, pro *morae*. Cl. *more*, sed in corr. *morae*. z) Os. cj. *exposcuntur*, prob. W. et Schro. Ba. prob. Bijdr. cj. *reposcuntur* praeter necessitatem. a) 5 *Id. ā ad Simmacum praepositum*, mendose; Symmachum enim hoc anno *Pf. U.* fuisse, Cod. Just. demonstrat. Ceterum quum Gratianus iam a. 383 obierit, eodemque a. Arcadius ad Augusti dignitatem accesserit, iure videtur Cl. inscr. immutasse. Sed, quod mirum, etiam Cod. Just. habet *Iidem AAA.* (Grat. Val. et Theod.), ut error non a librario Ambros. cod., sed a Cod. Theodosiani conditoribus videatur proficisci. b) Ad v. *Sacrilegii* vid. c. 1 Cod. Just. de Domest. (XII, 17). Cod. Just. *Disputare* (Hal. Rus. Gt. *Disputari*). c) In v. *imperator* desin. c. 3 Cod. Just. cit. d) 5 *principalia*. e) 5 *eius auri*. f) Cl. Pu. *subgesserit*. g) 5 *uribus*, i. e. *viribus*. Cl. Pu. W. *iuribus*. Sed *fisci viribus inf.* dicitur in C. Th. II, 29, 1; VI, 30, 10; VIII, 5, 53 et 59; XI, 30, 34; XV, 11, 2 et praeterea multis in locis fisci vires commemorantur. h) Ita Cod. Just.; 5 *Data. V. K Mai. Med'. post consulatum ricomeris et clearciūī. ā. consul*, mendose. Cl. Pu. W. fere ut cod. 5 *Dat. — Richomeris et Clearchi* (385); sed Cl. Pu. add. a 384; verum praeterquam quod nulla c. a. 385 ad Symm. data invenitur, annus etiam certus incerto praeferendus est. Qua de caussa acquievi in Cod. Just. lectione. i) 5 *Impp. Valentinianus teod. et archadius āāā. neuterio pampeio.* Cl. Pu. *Iidem AAA. Neotherio Pampeio Pf. P.* W. *Iidem AAA. Neoterio Pampeio Pf. U.*, sed W. in Add. del. *Pampeio.* Natum esse Pampeium ex siglo *ppum*, quod librarius non intellexit, iam exposui ad c. 7 h. t. not. *f*, qua de caussa scribendum est aut *Pf. P.* aut *Pf. U.* W. propter totum titulum, qui de Off. praefecti urbis est, mavult *Pf. U.* pro *Pf. P.*, quod Cl. ed. Ego praetuli *Pf. P.*, quum *Neoterius Pf. U.* nullus inveniatur, contra *Neoterius Pf. P.* ad annos 380, 381, 384, 385, 390 in legibus commemoretur. Eum a. 380 Praefectum Pr. Orientis fuisse, probat Ritterus in Praefat. ad T. III. C. Th. p. 2, qua dignitate functus est usque

praefecti urbis aeternae paucis dabat reddebatque [k] regionibus: et ideo huic Bithyniam atque Paphlagoniam [l], nec non Phrygiam salutarem credidimus deputandas [m], ut appellationes suas ad illud mittant examen illudque exspectent [n] iudicium in sacrae cognitionis [o] eventu. *Dat. Ulpianis ad Julianam. Accepta IIId' ā. crágo* [p].

11. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui suo* [q] *salutem dicunt. Post alia* [r]*:* Nihil sibi intra urbem agendum praesumat exsecutio militaris: ac si quid erit forte praeceptum, in notitiam [s] prius urbanae veniat [t] praefecturae, quae aut compleat congrua iuri mandata aut contra ius imposita depellat. Itaque decernimus, ut, si quis in privato negotio adversus senatorem aut aliquem sacratissimae urbis corporatum, seu qui in urbe larem locaverit, sive trans urbem, sive [u] per provincias exsecutionem poposcerit militarem, litis, etiam si bona sit, careat eventu: et si quis cuiuslibet honoris aut militiae intra urbem sacratissimam, vel in provinciis etiam in actu publico apparitionem habuerit [v] militarem, et senatorem vel corporatum urbis [x] aeternae, seu in urbe, seu in provinciis levi saltem [y] conventione pulsaverit, et [z] iudex non vindicaverit, in perpetuum honore privetur, ita ut, salvis de urbano foro praescriptionibus, negotia universa dicantur, et contra omnem exhibitionis iniuriam non modo senatorem, sed quemvis Romanis corporibus insertum leges tueantur. Quodsi in his tuendis vir illustris, praefectus urbi, negligentia aut trepidatione defuerit, careat dignitate, quam nescit tueri; eos autem, qui armato officio deputati desiderii temeritatem secuti sunt, afflictos supplicio corporali, praefecti vigilibus obsequio praefecturae urbanae sententia deputabit [a], ita ut perpetua eius officii apparitione devincti [b], mutandae militiae ademptam sibi intelligant potestatem; supplicio maiore retinendi, si quolibet genere ad id, quod prohibetur, irrepserint. *Dat. VIII. Id. Aug. Ravennae* [c], *Asclepiodoto et Mariniano* [d] *Coss.* (423.)

12. *Imp. Theodosius A. Constantio* *) *Pf. U.* [e] Primicerius, adiutor [f] tuae sedis officii, per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscae ordinationis emeruit [g], curam insuper personarum [h], usurpatione omni atque ambitione cessante, suscipiat; hoc etiam adiecto, ut, si quis ex memorato ordine vel conditionis humanae fine praeventus, vel alia quacunque ra-

— c. 11. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 11. Est haec c. desumpta ex ampliore constitutione de caussarum criminalium iure et ordine, cuius partes praeter hanc c. sunt c. ult. C. Th. de Jurisd. (II, 1), c. 2 C. Th. de Libertis (IV, 10), c. 19 C. Th. de Accusatt. (IX, 1), c. 4 C. Th. Ne praeter crimen mai. (IX, 6). Cl. conferri vult cum h. const. c. 10 C. Th. de Malef. (IX, 16), c. 4 Cod. Just. de Off. Pf. U. (I, 28). Vid. etiam c. 4 C. Th. de Off. com. s. larg. (I, 10). — c. 12. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 12. Cod. Just. I, 28, 5.

ad a. 385. Data est haec c. ad Pf. P., ut sciat, quarum provinciarum appellationes a se recipiendae sint, quarumve mittendae ad Pf. U. Constantinop., ut titulus nullo modo dignitati Neoterii adversetur. De *Neuterio* vid. Go. in Chron. C. Th. et Reland. ad a. 390. k) Ita 5, neque quicquam mutandum est, quum his vv. significetur potissimum iudicis officium. Cl. W. *p. dabatur reddebaturque.* Os. Pu. *p. ius dabat reddebatque*, improb. Schro. Batavi in Bijdr. h. l. dicunt explicari vv. c. 8 h. t. *dederat — reddiderat*, contra quos W. (in Opp. Acadd. p. 450) monet, in c. 8 de Off. Pf. U. Romae agi, in hac de Off. Pf. U. Constantinop. l) 5 *pamflagoniam.* Cl. Pu. *Pamphlagoniam.* m) Sec. W. ex h. l. apparet, adhuc unam certe constitutionem huic tit. deesse. Destinaverat enim in c. 1 h. t. Constantius Bithyniam et Phrygiam salutarem praefecturae urbanae. Easdem vero provincias Impp. h. l. commemorant, ut dubitari nequeat, priorem legem, fortasse a Juliano abrogatam, hic restitui. — Non in Cod. Theod. ipso videtur c. quaedam excidisse, sed a C. Th. conditoribus ut abrogata consulto omissa esse. — Ceterum W. putat, c. 23 Cod. Just. de Appell. (VII, 62), superiori c. 1 superstructam, in eo ex h. c. interpolatam esse, quod Paphlagoniam addat. n) 5 *expectant.* o) 5 *cognocionis*, em. *cognicionis.* p) Edidi subscr. cum omnibus mendis cod. 5. *Ulpianis ad Julianam* videtur recte scriptum esse. *Ulpiana* s. *Ulpianae*, oppidum Illyrici, commemoratur apud Procopium de bello Gothorum III, 24 (Lugd. 1594. 8.). Vv. *ad Julianam* significatur situs urbis. *IIId'* videtur positum esse pro *II. Id.* et *ā.* pro *aug.* In v. *crágo* fortasse latet nomen *Clearchi*, qui a. 384 cum Richomere consul erat. Igitur, usque dum meliora proferentur, leg. esse videtur: *Dat. . . . . Ulpianis ad Julianam. Accepta II. Id. Aug. Richomere et Clearcho Coss.* (384.), quocum anno, quae de Neoterio Pf. P. diximus, optime concinunt. Ceterum *Cragus mons*, *Cragum promontorium* in Lycia inveniuntur ap. veteres. Cl. Pu. W. *Dat. Ulpiae Julianae. Accepta III. Id. Aug.* (385). W. om. annum. Idem in App. (p. 400) cj. *Dat. ulpianis ad iuliuna* (*II. Id. Jun. Mediolani?*), minus recte, pertinet enim haec c. ad Orientem. q) 5 *suos.* Schr. Pu. *suis.* Sed leg. cum Cl. W. *suo.* Vid. c. ult. et c. 2 citt. r) Cl. Pu. *dicunt post alia*, improb. Schro. s) 5 *in nocencium* mendose. t) 5 sec. Cl. *veneit*, sed corr. *veniit.* Ego legi in cod. 5 *veniat.* u) 5 *urbem* ∾ *sive.* v) Os. *adhibuerit.* x) 5 *ul' bis.* y) 5, sec. Cl. *levi sciltae*, sed in corr. *sciltãe.* Cl., quem W. sec. est, corr. *levis multae.* Os. cj. *levis cutis contusione*, quod Pu. rec., sed Schro. improb. Sed quamquam vv. illa in cod. 5 non distincte scripta sunt, tamen mihi visum est leg. esse *levi saltem conv.*, ut in apographum meum transscripseram, antequam acceperam Clossii librum. *Pulsare* pro iniuria aliquem afficere, convenire aliquem, pulsare aliquem iudicio, litigio, nota sunt. *Conventione* pro actione. Vid. c. 6 C. Th. Unde vi etc. z) 5 *aut.* a) Cl. *vigilibus, obs. pr. urbanae, s. d.*, sed in corr. *vig. obsequio, pr. u. s. d.* W. h. l. ita explicat: i. e. milites damnabuntur ad perpetuam apparitionem praefecto vigilum praestandam, quae molestissima erat. b) Ita recte cj. Ba. Hu. Os.; 5, Cl. Pu. W. *devicti.* c) 5 *Ravennam.* d) 5 *Muriano*, mendose. *) Cod. Just. edd., praeter Bk. Herm., *Constantino.* e) 5 *ppm.* Cl. Pu. *Pf. P.*, sed W. recte ex Cod. Just. (quamquam ms. Bg. Montispes. H. 82, edd. Hal. Russ. *P. P.* habent) em. *Pf. U.*, quod sententia legis flagitat. f) 5 *adiutor'.* Cod. Just. libri mss. Pl. 1, 2 *Primiceriis adiutorum tuae sed. officiis*; ms. Bg. *Primicerium adiutorium tuae sed. officiis*; in ed. Nbg. haec vv. cum sqq. permixta ita leguntur: *Primicerius adiutor quod in eodem gradu tuae sed. officium.* g) Cod. Just. *meruit.* h) Ita etiam

tione, militiae gradum propriae amisisse monstrabitur, solitae ambitionis iniuria vacante, locum is [i], qui iuxta [k] matriculae veritatem sequetur [l], obtineat. *Dat. XIII. Kal. Jan. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.**) (424.)

TIT. VII. DE OFFICIO MAGISTRI MILITUM.

1. *Imp. Constantius* [m] *A. et Julianus Caes. Hermogeni Pf. P.* [n] De cetero, quoties aliqua necessitas depoposcerit, transferri de loco milites ad alium locum, communicato tractatu cum magistro equitum ac peditum, id fieri oportebit, ut ad ea loca, quae publica utilitas depoposcerit, transferantur. *Dat. V. Kal. Jun. Sirmio* *), *Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

2. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Addeo Comiti et Magistro utriusque militiae.* Corrector quidem provinciae Augustamnicae [o] ob illatam duci contumeliam, ut cum officio suo condemnaretur, meruit; a sede autem sublimitatis tuae usurpari iudicii pars ista non debuit, quia [p] semper de ordinario iudice illustris est cognitio praefecturae. *Dat. II. Id. Jun. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio* *) *Coss.* (393.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius Stiliconi Magistro militum.* Sicut clarissimis viris [q] comitibus et ducibus diversarum provinciarum et limitum, ita et viro spectabili comiti per Africam principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur, sub ea tamen conditione, ut emenso unius anni spatio singuli, qui designati sunt, intra Africam officio functi, et actuum suorum et fidei, quam exhibuerint reipublicae [r], reddendam sibi non ambigant rationem. *Dat. Id. Sept. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Hypatium Magistrum militum per Orientem* *). Apparitores officii tuae [s] praestantiae ad aliud iudicium [t] trahi ex auctoritate sacrorum rescriptorum [u] minime oportebit, etiamsi quis id a nostra clementia vel exposita [v] vel suppressa veritate meruerit [x]. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, sive civiliter sive criminaliter appetuntur [y], eos litigare debere. *Dat. Id. Dec. Constantinopoli, Constantio et Constante VI. CC.* [z] *Coss.* (414.)

TIT. VIII. DE OFFICIO QUAESTORIS [a].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Florentio Magistro militum* [b]. Viro illustri, quaestore Eustathio [c]

Tit. VII. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. VII.* Rubricam tituli, quae nullo spatio relicto inter c. ult. superioris tit. et c. 1 h. t. in cod. 5 omissa est, restituit Cl. ex indice titulorum. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Conf. c. 4 Cod. Just. eod. (I, 29). — c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Coniungenda est h. c. cum c. 10 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5). Vid. c. 10 cit. et ibid. not. *d.* — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. — c. 4. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 4. Cod. Just. I, 29, 2.

Tit. VIII. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. VIII.* Cod. Just. I, 30. Rubricam, quae in cod. 5, sed spatio vacuo om., Cl. restituit ex indice titulorum. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1.

Cod. Just., sed quae sit cura personarum, W. se nescire fatetur. Char. in m. ex libro Auredani, Cuiacius (Obs. XIII, 1) em. *epistolarum*, quod nimium discedit a cod. 5 scriptura. Sec. W. Russ. in m. *ipsorum.* Mox edd. Nbg. Hal. om. *ex.* Panciro!us ad Not. Dign. Or. c. 12 intelligit *reos*, adiutoris custodiae commissos, provocans ad similem v. *persona* usum in c. 2 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), qua in re recte reprehenditur a W., quod ibi *criminis* mentio accedit, quae ab h. l. abest. Neque tamen continuo reiicienda Panciroli cj., quae nititur potissimum c. 5 C. Th. de Cust. reor. (IX, 3), ex qua apparet, *curam personarum* significare *custodiam observationemque receptarum personarum.* Huius igitur muneris suprema cura h. l. imponitur primicerio. i) 5 *vacantem locūs is.* Os. legi vult *vacantem l.* k) 5 *iusta.* l) Ita cod. 5, Pu., prob. Taf.; sed Cl. W. Cod. Just. *sequitur.* *) De omissione alterius cons. cf. Zirardini l. c. p. 447 sq. In Cod. Just. om. subscr., quam Bk. et Herm. rec. ex C. Th.

m) 5 *Constantinus.* n) *Hermogenes Pf. P.* non commemoratur in Cod. Th., sed eum Pf. P. fuisse, constat ex Ammiano Marcellino XIX, c. 12. Vid. Go. in Prosopogr. v. *Hermogenes* et in comm. ad c. un. C. Th. de Grege dom. (X, 6), T. III. p. 442, in qua c. ut in c. 1 C. Th. de Equis cur. (XV, 10) sermo est de *Palmatiis* et *Hermogenianis* s. *Hermogenis equis.* *) Ita 5. Cl. Pu. W. *Sirmii.* o) De hac Aegyptiacae dioeceseos provincia cons. Go. in comm. ad c. 34 C. Th. de Decur. (XII, 1) et infra c. 1 C. Th. de Off. Pr. Aug. (I, 14). p) 5 *qc.* Seqq. exstant in c. 10 C. Th. de Off. Praef. Praet. (I, 5). *) Add. *V. C.* q) 5 sec. Cl. *iuris*, sed cod. 5 habet *uris*, i. e. *viris.* Cl. ed. *iuris*, impr. Schro., sed iam in corr. Cl. em. *viris.* r) Cl. *fidei, quam exhibuerint, reipubl. redd.*, sed in corr., ut nos. *) A vv. *Per Or.* ipsam legis orationem in Cod. Just. ordiuntur libri mss. Cas. Vat. Pl. 1, 2, ed. Schf. Eadem vv. absunt a cod. Montisp. H. 82. et ab edd. Nbg. Hal. Russ. s) Cod. Just. *App. per Orientem* (in codd. Gt. Pl. 1, 2. Montisp. H. 82, ed. Nbg. om. *p. O.*) *statutos off. tui.* t) 5 sec. Cl. *alium iudicem*, quod etiam Cl. et W. edd.; sed 5 habet *aliū iudiciū* i. e. *aliud iudicium*, ut Cod. Just., quem Pu. sec. est. Cl. in corr. em. *aliud iudicium.* u) Cod. Just. om. *ex a. s. r.* v) Ita 5, Pu. ex cj. Sav. Hu.; Cl. W. *ex posita.* x) Cod. Just. om. *etiamsi — meruerit.* Artificiosam h. l. interpr. tentant Bijdr. Vid. W. Opp. Acadd. p. 450 sq. 5, Cl. W. *vel ex suppr. severitate.* Hu. cj. *vel ex suppressa a se ver.* Sav. Pu. (om. v. *ex*, quod Pu. falso dicit in cod. 5 deesse) *vel s. severitate.* y) Ita 5, Cl. Pu., impr. Schro. praeter necess. W. *appetantur* ex Cod. Just. z) Ita recte Cl. em. subscriptionem mendosam cod. 5, ubi *Constantino. p̃. C. et Constante III c̃. c̃sul.* Ortus est ille numerus ex siglo *ūū*, quod virgula demonstrat. Subscr. in Cod. Just. restitt. Bk. et Herm. ex Cod. Th.

a) 5 in indice titulorum, Pu. *quaestorum.* Cl. ex analogia reliquorum titulorum posuit *Quaestoris*, quod Cod. Just. habet. b) Bijdr. sagaciter demonstrant, h. c. quasi praeparari id, quod in c. 2 et 3 h. t. statuitur, et hac de caussa c. 1 in Cod. Just. omissam esse. De argumento conf. Cuiacii Parat. ad Cod. Just. h. t. (ed. Francof. 1695, Tom. III. p. 14 sq.), Gutherium de Off. dom. Aug. lib. III. c. 9, et Brissonium de V. S. v. *Laterculum*, Go. ad c. 48 C. Th. de Dec. (XII, 1) not. *d*, T. IV. p. 407 et Ri. in Praef. T. IV. c) Eidem Eustathio quaest. et Helioni mag. off. in subscriptione commemorato inscripta est c. 17 C. Th. de Pro-

suggerente, cognovimus, per innovationem quorundam a minore laterculo praeposituras fuisse sublatas, quod iam in alteram consuetudinem derivatum ex integro revocare noluimus. Quadragiuta vero praeposituras minori laterculo pro infra scripta instructione [d] eius restitui praecipimus, ut de scrinio memoriae de cetero emittantur, observaturo sublimitatis tuae officio, ut nihil de memorato numero sibi usurpet, quo [e] pro parte habeat inconcussum, quod contra rationem fuerat immutatum. *Dat. Id. Oct. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. Coss. Scripta eodem exemplo Sapicio* [f], *Magistro militum, Helioni, Magistro officiorum et Eustathio Quaestori.* (415.)

2. *Imp. Theodosius A. Sallustio, viro illustri, Comiti et* [g] *Quaestori.* Laterculi curam totius scias [h] ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio [i] memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est, praepositurae omnes, tribunatus et praefecturae [k] iuxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps emittantur. *Dat. VII. Kal. Mai.* [l] *Constantinopoli, Victore V. C. Cos.* [m]. (424.)

3. *Idem A. Helioni Comiti et Magistro officiorum.* Omnes minoris [n] laterculi dignitates, quae sub cura quidem ac [o] sollicitudine viri illustris quaestoris esse antea videbantur, postea vero vel universae vel mediae ad magistrorum militum potestatem dispositionemque transierant, placuit nunc clementiae meae, vetusti temporis more renovato [p], ad prisca deinceps iura revocare. *Dat. III.* [q] *Kal. Mai. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.* [r]. (424.)

TIT. IX. DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORUM.

1. *Imp. Constantius A. et Julianus Caes.* *) *ad Agentes in rebus.* Universi, qui indignis natalibus et conversatione deterrima ad scholam agentium in rebus adspiraverunt vel translati sunt, cognoscente vicario, comite [s] et magistro officiorum, vestro cousortio secernantur, ut ita vos privilegiis dudum indultis [ss] frui possitis. Ad ducenam etiam et centenam *) et biarchiam nemo **) suffragio, sed per laborem [t] unusquisque perveniat, usus omnium testimonio [tt]: principatum vero adipiscatur matricula decurrente [u], ita ut ad curas agendas et cursum [v] illi exeaut *), quos ordo militiae [x] vocat et labor. Adiutor praeterea [y], in quo totius scho-

— c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Cod. Just. I, 30, 1. — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. Cod. Just. I, 30, 2. Bas. VI, 6, 3.
Tit. IX. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. IX.* Rubricam, quae in cod. 5 om., restituit Cl. ex indice titulorum. Cod. Just. I, 31. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Cod. Just. I, 31, 1. Bas. VI, 1, 57. Videtur propter argumenti similitudinem h. c. coniungenda esse cum c. 3—5 C. Th. de Curiosis (VI, 29), quarum subscriptiones corruptae sunt.

ximis (VI, 26), data anno seq. d) Recte W. in re satis obscura dolendum esse dicit, quod periit haec instructio legi sine dubio olim addita, ut factum est in c. 7 C. Th. de Palat. (VI, 30), Cod. Just. (XII, 24) et alias. e) Ita em. W. 5, Cl. Pu. *quod*, impr. Schro. f) Quoniam *Sapicii* nomen nusquam legitur, Cl. cj. *Simplicius*, qui a. 396 et 398 magister militum fuit. Mox 5 *Elioni*, ut etiam infra. g) Cod. Just. om. *viro — et*, sed Bk. add. *comiti et.* h) Cl. *totius curam*, sed in corr. *curam totius sc.* Cod. Just. *Totius minoris laterculi curam scias.* i) 5 *ex crinio.* Cl. et Cod. Just. vulgo *et scrinio.* Sed Pu. W. ex cj. Schr. Taf. *ex scrinio* cum cod. 5 leg., quod etiam optimi Cod. Just. codices, ut Montisp. H. 82. Pl. 1. Bg. Gt. et edd. Cont. 66, 71, 76 in m. Char. Bas. habent. Ceterum vid. Go. ad C. Th. lib. VI, tit. 11 et 26. k) Cl. *praepositurae, omnes tribunatus et pr.*, sed in corr. ex cj. Schr. em. *praep. omnes, trib. et pr.*, quod Pu. W. recep. Cod. Just. vulgo *Praefecturae* (codd. Gt. Pl. 2. Bg., ed. Schf. Herm. *praepositurae*), *omnes tr. et praepositurae castrorum*, sed Pl. 1 *proposito omni tribunatu et praefecturae castrorum.* l) Sic W. ed. ex Cod. Just., quum id, quod Cl. et Pu. ex cod. 5 edd.: *VII. Kal. Nov.*, rationi Codicis Th. adversetur; esset enim haec c. sequenti recentior. Ceterum Cod. Just. habet *Dat. VI.* m) 5 *Constantino p̄.* Cod. Just. *Const. Castino et Victore Coss.*, plenius. n) 5 *minores*, ut nonnulli Cod. Just. libri mss. o) *ac* deest in cod. 5, habet Cod. Just. p) Cod. Just. vulgo *revocato* (*novato* al. *renovato.* Cont. Russ. Char. in m. cod. Bg., ed. Schf. Bk. Herm.). Pl. 1, 2 *remoto.* q) Ita 5 et Cod. Just.; Cl., quem Pu. W. sec. sunt, ed. *IV.*, errore. r) Cod. Just. *Maii suprascriptis Conss.*, sed Bk. *Castino et Victore Conss.*
*) Cod. Just. *Imp. Constantinus A*, sed. Bk. et Herm. corr. *Constantius* ex Cod. Th.; Bk. add. etiam *et Jul. C.*, quod vulgo om. in Cod. Just. s) 5 *vicarū comem*, mendose. ss) Hinc incipit c. 1 Cod. Just. cit. *Privilegiis dudum scholae vestrae* (edd. Nbg. Schf. *nostrae*) *indultis et* (*et* om. Pl. 1, 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Herm.) *integris reservtis ad ducen.* *) Cod. Just. vulgo *ad ducenariam*, *centenariam.* (Pl. 1 *ad ducenciam etiam et centenam.* Mss. Pl. 2. Bg. Gt., edd. Schf. Nbg. Herm. *ducenam*). Mox om. *et* in ed. Nbg., *etiam* in ms. Bg., *etiam et* in plerisque edd. Cod. Just. *Centenam* habent etiam codd. Pl. 1, 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Herm. W. ad h. l. nominat Cuiacium in comm. ad tres postr. libr. Cod. Just. tit. De Agentibus in rebus (XII, 20) ed. Francof. 1695. Tom. III. p. 453, Gothofredum ad c. 3, 7 C. Th. de Agentibus in rebus (VI, 27), ad c. 3 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4), ad c. 1 C. Th. de Exact. (XI, 7). 5 *Ad duc.* Cl. pro *Ad* siglum quoddam habet, quod non intelligo. **) 5 *nomo.* t) Cod. Just. *nisi labore*, sed Russ. et aliae edd. *sed labore.* tt) Cf. c. 4 C. Th. de Curiosis (VI, 29). Cod. Just. om. *usus o. test.* u) Vid. c. 3 h. t. v) Vid. Go. ad lib. VI, tit. 29. *) Nonn. Cod. Just. libri mss. *exerceant.* x) 5 *milicicie.* y) 5 *vocat. et labor adiutor pr.* Cl. *vocat et laborum adiutor. Praeterea*, ex vulg. script. Cod. Just., qui *vocat et* (Pl. 1 om. *et*) *eius* (Gt. *eorum*) *laborum adiutor. Pr.* Pu. ex cj. Schr. *vocat, et labor adiutor. Praeterea.* Sed W. prob. Schro. et Bijdr. plene distinguens post v. *labor*, claram eruit h. l. sententiam sine ulla mutatione. Jubet enim Constantius *adiutorem* (qui secundum Notit. Imp. primus erat in Off. mag. officiorum de schola agentium in rebus) a magistro officiorum, addito tamen communi scholae testimonio, designari, de quibus adiutoribus vid. Go. ad c. 3 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27) et ad c. 10

hac status et magistri securitas constituta[z] est, omni schola testimonium praebente[a], idoneus probitate morum ac bonis artibus[b] praeditus, nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio[c], data omnibus contradicendi licentia, si hanc legem quisquam violare tentet. *Dat. et PP.*[d] *Romae in Foro Traiani, Kal. Nov. Eusebio et Hypatio Coss.*[e] (359.)

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Principium Magistrum officiorum*[f]. Nefas est, a minoribus maiora vel posci vel sperari: ideoque nemo a nobis postulet, agentium in rebus aliquem militiae[g] sociari, nisi quem tua acceptio probari debere significat, ita ut petitorem constet loco esse potiorem[h]. Ordinem vero militiaeque stipendia[i] nemo praevertat, etiamsi nostri nominis[k] per obreptionem detulerit indultum: ac si[l] formam istiusmodi[m] docebitur obtulisse, in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur, ut is gradu ceteros antecedat, quem stipendia longiora[n] vel labor prolixior fecerit anteire. *PP. Hadrumeti*[o] *VII. Id. Mart. post consulatum Arcadii A. I. et Bautonis V. C. Coss.* (386.)

3. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius*[p] *AAA. Aemiliano Magistro officiorum.* Magnificentia tua matriculam scholae agentium[q] in rebus ex nostra auctoritate tractabit atque perficiet, ut sedula inspectione laboriosi segnibus, praesentes absentibus ac sibi perpetuo vacantibus praeferantur: ii quoque, quos sua virtus cum nostra munificentia gradibus honoravit sive dignos effecit[r], praemiorum sibi delatorum competenti firmitate potiantur, quo, secreta ignorabili[s] turba multorum, industrius quisque et labore non minus, quam genere nobilis, obsequiis nostris inhaereat. *Dat.*[t] *Kal. Aug. Ancyrae*[u], *Stilicone II. et Anthemio Coss.* (405.)

TIT. X. DE OFFICIO COMITIS SACRARUM LARGITIONUM.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium Pf. P.*[v] Palatinos[x] strenuos regionibus singulis attributos iubemus eam in cunctis[y] adhibere solertiam, ut non modo abire e provincia non sinatur[z], qui canonem propriae administrationis exactum certissimis nequeat[a] approbare documentis, verum etiam mansuetudinis nostrae instructa cognitio[b] eum graviore vindicta censeat corrigendum. *Dat. III. Non. Jul. Viminacio*[c], *Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Trifolio*[d] *Comiti sacrarum largitionum.* Palatini monitores

— c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Cod. Just. I, 31, 2. Bas. VI, 1, 58. — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. Cl. conferri vult c. 3, 7, 14, 15, 17 — 20, 23 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27). Puto, cum h. c. coniungendam esse c. un. C. Th. de Mensor. (VI, 34).

Tit. X. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. X.* Rubricam tituli, quae deest in cod. 5, restituit Cl. ex indice titulorum. In cod. 5 est spatium duorum versuum. Cod. Just. I, 32. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. — c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Cl. conferri vult c. 10 C. Th. de Palatinis sacr. larg. (VI, 30), c. 5, 6 C. Th. de Exsecut. (VIII, 8), c. 17, 18 C. Th. de Exact. (XI, 7), c. 32 C. Th. de Suscept. (XII, 6), Nov. Valent. III. de Palat., Nov. Maior. de Indulg. reliq. §. 2.

C. Th. de Cohort. (VIII, 4). Congruit ita sententia cum c. 4 C. Th. de Curiosis (VI, 29), *ita agere debebitis, quatenus l a b o r e atque o r d i n e ad cursum regendum et ad curas agendas — dirigamini.* Eodem modo *ordo* et *labor* coniunguntur in c. 20, 21 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27). Cf. etiam finem c. 2 et 3 h. t. Ceterum in Cod. Just. Herm. ed. ex ed. Schf. *q. o. militiae vocat et laborum. Adiutor pr.* Bk. nostram lect. rec. Cod. Bg. *vocat eorum laborum adiutorio.* z) 5 *constuta.* a) Cod. Just. om. *omni sch. t. praeb.* b) 5 *actibus praedictus.* c) 5 *nostro ord. officio arb.* Cl. Pu. *nostri o. officii arb.* impr. W , qui prob. Bijdr. lectionem Cod. Just. recepit, om. v. *officio.* Seqq. des. in Cod. Just. usque ad vv. *Dat. et*, sed Herm. rec. *Dat. et.* d) 5 *ppo.* e) In Cod. Just. vulg. om. *Kal. — Coss.* et in nonn. edd. tota subscr. aut prior pars eius. 5 *hippacio.* f) Ita 5, Cl. Pu.; W., quoniam *Principius Praef. Praet.* saepius commemoratur, *magister* autem *officiorum* nullus, et propter consensum librorum Cod. Just. in inscr. c. 2 cit., ex Cod. Just. ed. Spangenb. recepit *Patricium.* Errat autem W. in eo, quod libros mss. Cod. Just. consentire putat, nam codd. Pl. 1, 2. Montisp. et Bamberg. habent *Principem*, quod fere ad lectionem cod. 5 accedit, et codd. Cas. Vat. *Principium*, quod nomen Herm. rec.; praeterea W. ipse fatetur, Patricii, magistri officiorum, mentionem alias non fieri, quas ob caussas codicis scripturam retinui. g) Post v. *milicie* in cod. 5 est lacuna circiter 8 literarum. Aute 5 *agentũ* et paullo post *deberi.* h) Schr. cj. *potiore.* Hinc inc. c. 2 Cod. Just. cit. i) Ita 5, Hu. Pu.; Cl. W. ex Cod. Just. *militiae atque st.* Cod. Just. *Nemo agentium in rebus ordinem militiae atque stipendia praevertat* (nonn. codd. *pervertat* aut *pervertatur*). k) Retinui *nominis* ex cod. 5, neque id languet, ut W. existimat, qui ex Cod. Just. *numinis* ed.; sed complures Cod. Just. libri mss. ut Pl. 1., meus, praeterea Cont. Russ. habent *nominis.* Vid. supra c. de Theodosiani Cod. Auct. §. 1, not. *x.* l) Ita recte 5. Cl. W. ex Cod. Just. add. *quis.* Sed iam Taf. vidit, subiectum in antecedenti *Nemo* latere. m) In Cod. Just. vulg. add. *admissi* (nonnulli codd. *amissi*, sed Hal. Russ. Cont. 62, cod. Gt. om. *admissi*), quod v. W. redundare videtur, sed plane ineptum est, quum forma per se denotet rescriptum Imp. auct. Brissonio h. v. n) *meliora* Cod. Just., sed rectius Hal. *longiora.* o) 5 *ad rumetũ.* Seqq. des. in Cod. Just., sed add. a Bk. Herm. ex C. Th. Cl. adscribit a. 385, quo illi ipsi Coss. fuerunt, quod W. correxit propter vv. *post consulatum.* 5 *arcadiã* sec. Cl., sed apographum meum *arcadi ã.* p) 5 *Arc. et Hon. et Teodorus.* q) 5 *agentũ.* Cl. cj. *agendum*, quod non intelligo. r) W. vv. *s. d. e.* iniuria pro glossemate habet. s) Retinui cum Pu. ex cod. 5 *ignorabili*, quod etiam Hu. probatur. Cl. et W. *ignobili.* t) Aut h. l. add. *X*, aut del. *X* in c un. C. Th. de Mensor. cit. Malim prius. u) 5 *Ancrre.*

v) 5 *ã* et *popetũ* mendose. x) Vid. C. Th. tit. de Pal. sacr. larg. (VI, 30) et c. 12, 13 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5). 5 *singulos.* y) Hu. cj. *eam iniunctis.* z) 5, Cl. Pu. *non sinantur*; sed W. em. *sinatur* propter sequens *eum.* a) 5 mendose *neque neque.* Cl. Pu. *nequeant.* W. *nequeat.* Vid. not. *z.* Ba. cj. *nequeant probare.* b) 5 *cognito.* c) Ita 5. Edd. *Viminacii.* d) Ad Trifolium com. sacr. larg. eod. a. datae

frequentissimi ad profligandos *) largitionales titulos iudicibus ordinariis semper assistant; deinde, si alicuius remissior super hoc fuerit cura detecta, tamdiu unusquisque iudex a palatinis intra provinciam a[e] se administratam peracto iam honore teneatur, quamdiu per eum id, quod debitum fuerit, exigatur. *Dat. VII. Id. April. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[f] (385.)

3. *Iidem AAA. ad Florianum Comitem sacrarum largitionum*[g]. In omnibus[h] caussis ita cognitioni iurgiorum operam dabis, ut extra[i] ordinem ac sine temporibus recognoscens[k], mature[l], cum ratio tulerit, ac rursus severius, si iustitia persuaserit, definitivam scias promendam esse sententiam. *Dat. V. Kal. Dec. Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[m] (385.)

4. *Iidem AAA. Severino Comiti sacrarum largitionum**). Comperimus, inconsulto praefecto urbis ac penitus ignorante, raptos ad supplicium mercatores, corporalibus affectos iniuriis, gravis insuper mulctae acerbitate nudatos[n]. Cum igitur[o] omnia corporatorum genera, quae in Constantinopolitana urbe[p] versantur, universos quoque *) cives atque[q] populares, praefecturae urbanae regi moderamine recognoscas[r]: si cuiuspiam fortasse persona fisci flagitabit examen, vel in aliquem horum similis posthac redundabit invidia *), is non per officium palatinum, sed per apparitionem sedis urbanae cognoscendo negotio praeparatus **), ad eum cognitorem, cui[s] urbs tota subiacet, deducetur, ut[t] ab eo possit audiri aut, si necessitas suaserit, ad iudicium tuum, te petente, transmitti. *Dat. XVII. Kal. Mai. Mediolani, Tatiano et Symmacho Coss.* (391.)

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Anthemio Comiti*[u] *sacrarum largitionum.* Quia per negligentiam iudicantis quidam se perperam queruntur esse deiectos[v], cunctos, qui in hac iniuria continentur, locis debitis praecipimus reddi debere; illos vero, qui sine commeatu aut sine officii publici necessitate per provincias devagantur, tuo examini praesentatos, arbitrio celsitudinis tuae condemnatione percelli: deinde militia sententiae tuae, prout visum tibi fuerit, auctoritate pri-

---

— c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. Fortasse cum h. c. coniungendae sunt c. 46 C. Th. de Appell. (XI, 30) et c. 30 C. Th. Quor. app. non rec. (XI, 36). Vid. not. *g*. Praeterea Cl. conferri vult c. 21, 23, 39, 40, 45, 46, 64 C. Th. de Appell. (XI, 30). — c. 4. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 4. Desumpta est ex h. l. c. 4 Cod. Just. de Off. praef. urb. (I, 28). Bas. VI, 4, 13. Praeterea Cl. conferri vult c. 11 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6). — c. 5. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 5. Cf. c. 16 C. Th. de Palatinis (VI, 30).

---

sunt c. 8, 9 C. Th. de Palat. (VI, 30). *) 5 *profligendos.* e) Praepositionem, quae deest in cod. 5, recte suppl. Cl. f) Tota subscr. in cod. 5 mendosa est: *Dat. — Apr. id. ā. constantinop. archad. A.* (om. *I.*) *et trautone cons id ad florianum comsol'.* W. interpr. *id. ā.*: idibus augusti, ut ostendatur, quo die alterum constitutionis exemplum ad Florianum missum sit. Mihi videtur in his omnibus error librarii latere, quum, si W. cj. vera esset, *id. ā.* non post *April.*, sed post *Coss.* ponendum fuisset. Sed etiam, quae post v. *Coss.* sequuntur, sine dubio ex inscr. seq. c. huc translata sunt et a librario bis scripta; quam ob rem non dubitavi ea cum Pu. delere. Cl. et hic et in sq. c. add. a. 384, in corr. a. 385. g) Florianus h. a. comes sacr. larg. nusquam commemoratur. Ad *Florentium* s. *Florentinum* (utrumque saepissime confunditur in libris mss.) com. sacr. larg. eodem fere die (VII. Kal. Dec. 385) et eiusdem fere argumenti datae sunt c. 46 C. Th. de Appellatt. (XI, 30) et c. 30 C. Th. Quorum appell. (XI, 36). Quas ob caussas non dubito has tres constt., ut lacinias maioris constitutionis, coniungere et h. l. cum Cl. in not. *Florentium* scribere, cuius siglum *Flor.* facile poterat a librario in Florianum mutari, deinde vero in subscr. pro *V.* ponere *VII.*, ut illarum constt. idem fiat dies. Nolui vero quicquam mutare, cum soli Cod. Ambr. h. c. debeatur. h) 5 *largiti* | *nominibus.* Mox idem et Cl. *iurgionum*, sed Cl. in corr. *iurgiorum.* i) 5 add. *opa.* Cl. Pu. hoc v. uncis inclus. W. recte id delevit, ut per errorem ex antecc. repetitum. k) Ita 5. Cl., qui nimis duram ellipsin in his esse putat, ed. *ac sine temporum observatione* (*re*)*cognoscens*, quod sec. W. temerarium et sententiae Impp. non accommodatum est. Taf. defendit lectionem cod. Quid sit *sine temporibus*, discitur ex c. 1 C. Th. de Temporum cursu (II, 6). Item nihil mutandum est in v. *recognoscens*, quum neque syllaba *re* redundet, neque *recognoscere* pro *agnoscere* plerumque adhibeatur, ut W. dicit. Est enim h. l. sermo de caussa super fiscali debito orta, quae per appellationem ad com. s. l. pervenerat, quamque comes s. l. sine temporum dilatione recognoscere atque maturare iubetur, nisi *iustitia persuaserit*, *ut severius* i. e. *accuratius* caussa perpendatur. l) Ita 5. Edd. *mitius*, praeter necessitatem, quum *mature* optime conveniat cum antecedd., neque id v. pro glossa vv. *sine temporibus* adscripta habendum sit, quod W. existimat. m) Cl. suppl. *et Baut. Coss.*, quod deest in cod. 5. *) 5 *largiter.* Multae edd. Cod. Just. *Theod. Val. et Arc.* n) W. cj. *notatos*, sed optime convenit *nudatos*, i. e. bonis, patrimonio spoliatos gravis mulctae acerbitate per officium tuum s. palatinos impositae. o) Hinc usque ad v. *recognoscas* petita est c. 4 Cod. Just. cit. p) Cod. Just. *civitate.* *) Cod. Just. edd. Nbg. Hal. Russ. Herm., codd. Pl. 1, 2. Bg. Gt. *universosque.* q) Hal. et aliae edd. Cod. Just. *ac.* r) Cod. Just. *cognoscas* (Bg. *cognoscant*) et om. subscr, quam Bk. et Herm. rest. ex C. Th. Cl. minus recte (*re*)*cognoscas*, monente W. quum h. l., ubi apodosis sequitur, *quum recognoscas* sit, quum agnoscas, scias. In Cod. autem Just. omissa apodosi *cognoscas* scribendum erat, quasi hoc demum Impp. constitutione sanciverint. Nec W. satis recte de h. l. existimavit. Ponitur enim v. *recognoscas* eadem significatione, qua in c. 49 C. Th. de Operibus publ. (XV, 1). Mox 5 *ut in aliquem.* *) Schr. cj. *red. suspicio.* **) Hu. cj. *praeparatam*, quod rec. Pu. s) 5 mendose *cogn. aut urbs.* t) 5 *aut*, mendose. Hu. cj. *ut aut ab eo*; rec. Pu. u) 5 *Antemio* | . . . *sacr. larg.* Cl. recte suppl. *Comiti.* v) W. h. c. recte interpretatur ex c. 16 C. Th. de Pal., anno superiore data, qua definitus erat numerus eorum, qui in officio com. s. larg. militarent, cautumque, ut iudices admonerentur de numero statuto, *ut ceteri ad sua officia retrahantur, nec posthac sub specie militiae intra provinciam possit delitescere, qui sibi nec indultum nomen, nec publicam necessitatem docuerit esse mandatam.* Hinc nonnulli

vari; hos vero, qui hanc secuti militiam[x] cohortalina officia deserucrunt[y], a[z] perperam quaesita militia prohiberi. *Dat. VII. Kal. Sept. Constantinopoli, Stilicone et Aureliano Coss.* (400.)

6. *Iidem AA.*[a] *Hadriano Pf. P.* In exactionibus largitionalium titulorum iuxta[b] veterem consuetudinem palatinorum iudicibus incumbat instantia: ad hoc enim tantum videntur emitti, ut rectoribus vigilanter[c] immineant[d], et cetera. *Dat. III. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Coss.* *) (401.)

7. *Iidem AA. Limenio Comiti sacrarum largitionum***). Observandum esse censemus, ut bini in singulis indictionibus per singulas provincias palatini dirigantur, ita ut singularum librarum auri adiutores per singulos mulcta constringat[e], si legis nostrae definitiones neglexerint[f], vel minus idoneos destinaverint[g]. Quibus haec cura debet esse praecipue[h], ut, periculo proprio notariis destinatis, super negligentia[i] iudicum, si ita res exegerit, conquerantur, nec[k] eorum sit impunita desidia. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis quam utilitatibus publicis studere providerint: breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos, aurumque exactum ad sacras largitiones sine ulla dilatione mittatur[l]. *Dat. III. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Coss.*[m]. (401.)

8. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Volusianum Pf. P.* Non amplius, quam semel, intra eandem provinciam quicquam publici muneris palatinus exerceat, sed adiutoris suggestio[n] gestis expressa teneatur, quae et nomen palatini et ei, qui dirigendus, in eandem provinciam nihil ante commissum[o], evidenter exprimat. Quodsi aut huiusmodi solennitate neglecta[p], aut repetito actu ad provinciam missus fuerit palatinus, adiutorem officii et primicerium atque secundicerium[q] triginta librarum auri poena percellat[r], nec uti licebit his fortasse praestigiis, quod eidem, non eadem tamen, possint gerenda committi: eundem enim[s] palatinum intra eandem provinciam quicquam publici muneris iterum procurare non licet. Palatini vero scient, sibi cum provincialibus nihil esse commune. Judicibus sane oportebit insistere. et si[t] inter eos breves, quos ad provinciam deferent, et eos, qui a[u] provinciarum tabulariis proferuntur, fuerit aliqua diversitas[v], adscitis[x] sibi in consilium ex provincia quinque honoratis, inter palatinum ac tabularium provinciae moderator cognoscat[y],

---

— c. 6. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 6. Coniungenda est cum c. 11 Cod. Just. de Annonis (X, 16), eodem die data, in cuius inscriptione pro *Eutychiano* pon. *Hadriano*, quod Cuiacius habet. Cf. c. ult. C. Th. de Off. Vic. (I, 15). Ceterum vid. c. 12, 13 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), a. 399 et 400 datas, quibus adempta est palatinis exactio. — c. 7. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 7. Cod. Just. I, 32, c. un. Bas. VI, 31, 1. Sine dubio cum hac c. cohaeret c. 10 Cod. Just. de Off. rect. prov. (I, 40), cuius subscriptio ex h. c. supplenda est. — c. 8. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 8. Cl. conferri vult c. 14, 21, 22 C. Th. de Palat. (VI, 30), c. 4 C. Th. de Exsecut. (VIII, 8).

---

querebantur, se *iniuria deiectos* esse, qui *locis debitis*, i. e. palatinae militiae iubentur restitui. x) Ita 5, W.; Cl. Pu. *sententiam*, quod huc plane non quadrare iam W. monuit. y) Recepi W. cj., pro *desolverunt*, quod Cl. Pu. ex cod. 5 edd., improb. Schro. Multis enim legibus cavetur, ne cohortales sua conditione relicta vel *deserta* (hoc enim v. in ea re solenne est), alteri militiae se immisceant. Cf. c. 20, 21, 22 C. Th. de Cohort. (VIII, 4) et Go. ad h. t. Sic igitur etiam h. l. cohortales iubentur *a perperam quaesita militia* ad *cohortalina*, quae deseruerant, *officia* redire, unde apparet, de lectione *desolverunt* valde dubitari posse, nisi forte defendere velimus Graeco loquendi genere *ἀπολύεσθαί τι*. Propius ad codicis scripturam, quam *deseruerunt*, accedit *desolarunt.* z) 5 *ad.* a) 5 *Id. ñ.* b) 5 *iusta.* Pu. *verterem*, errore. c) 5 sec. Cl. *vigil͂at*, sed apographum meum *vigilat̃.* Hu. cj. *vigilantissimis.* Pu. ex cj. Schr. *vigilantia, imm.* Cl. W. prob. Schro. *vigilent.* Melius et literarum ductui convenientius *vigilanter.* Similiter c. 8 h. t. dicitur *Judicibus insistere.* d) Schr. cj. *immineat.* *) 5 et hic et in seq. const. *vicencio et fravito.* **) Nonn. Cod. Just. edd. et mss. Pl. 1. Bg. om. *com. s. l.* e) 5 *constringuat.* f) 5 *exigerint*, quod e seqq. videtur huc illatum. Cl. em. *neglexerint.* g) Hinc incipit c. un. Cod. Just. cit.: *Palatinis haec c.* h) Ita 5, Cl. Pu.; W. ex Cod. Just. ed. *praecipua.* Mox ad v. *notariis* s. *notoriis* cf. Go. ad c. 31 C. Th. de Episc. (XVI, 2), not. *k* et Bijdr. ad h. l. i) 5 *neglegenciam.* k) 5 *exigerit, conquirantur nec.* Edd. ex Cod. Just. *conquerantur, ne.* Sed iam Taf. recte defendit *nec.* l) Cod. Just. *esse mittendum.* m) Cod. Just. *Dat. III. Kal. Maii* (om. *Mediol.*), *Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.* (407), quam subscr. cum inscriptione non convenire Herm. monet, in qua, si illa vera esset, fuisset addendum Theodosii nomen. Falsum igitur est, quod W. dicit, diei notam in Cod. Just. cum h. c. congruere. Bk. et Herm. in Cod. Just. rec. subscr. ex Cod. Th. n) 5 *subiestio*, ut infra c. 3 C. Th. de Off. Vic. (I, 15), quam formam medio aevo usitatam fuisse iam W. docuit ex Cangio in v. *subiectio*; *suggestio* autem est relatio, quae h. l. intelligitur ad praef. praet. data. Cl. *subiectio*, sed in corr. *suggestio.* o) Ita 5, Pu., prob. Schro.; Cl. *pal. et eius, cui dirigendus in eandem provinciam n. a. commissam*, quod nullum sensum praebet; sed Cl. in notis se corr. lectionem codicis retineri iubet, posito commate post *provinciam.* Schr. *et, ei qui dirigatur, in eadem provincia n. a. c.* W. ablat. omnino necessarium esse putans huic loco duorum verborum transpositione succurrendum esse existimavit. Itaque ed. *pal. qui dir. et ei in eadem provincia n. a. c.* Ego puto retinendam esse codicis lectionem, ita tamen ut post *dirigendus* comma ponatur. Ceterum si locus corruptus esset, facili mutatione scribi posset *int.* i. e. *intra.* p) 5 *nec lecta.* q) Cl. *sedicerium*, sed in corr. *secundicerium.* r) Cl. *percellas*, impr. Schr. Schro. et W. Vid. c. 15 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27), c. 32 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). Mox infra *poena — off. feriente palatinum.* s) 5 *eonim.* t) Pu. *et se.* u) 5 *qui ad.* v) Cf. c. un. C. Th. de Quadrimenstr. brev. (XI, 25). x) 5 *ad sitis.* y) 5, Cl. Pu. *agnoscat*, impr. Schro. W. ut iam Schr. cj. *cognoscat.* Cf. ad h. l. Go. ad c. 1 C. Th. de Tabul. (VIII, 2), qui tamen inter *municipiorum et provinciarum tabularios* discrimen statuit,

et discussa brevium fide accelerari exactionem[z] iubebit aut censurae legum veterum subiacebit. Noverint sane provinciarum moderatores, nullam prorsus exactionis partem ad palatinum officium pertinere, nec unquam his adminicula praebenda; sed nec[a] susceptori quidem aut tabulario provinciae palatinus incumbet, neque a[b] susceptore summam[c] illatorum, neque[d] nominatorios breves[e] a tabulario postulabit, cum haec omnis sollicitudo sit iudicis. Comitibus quoque titulorum[f], si quando eos ad provinciam mitti ratio necessitatis exegerit, nulla adminicula de palatino dari iubemus officio, sed sola eis provincialis apparitio parebit, poena viginti librarum auri comitem titulorum et officium feriente palatinum, si quis palatinorum cuilibet comiti titulorum fuerit adiunctus. *Dat. III. Kal. Mart. Ravennae, Felice et Tauro Coss.* (428.)

TIT. XI. DE OFFICIO COMITIS REI PRIVATAE *).

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Minervio Comiti rei privatae*[g]. Manentibus fideiussorum atque subsignationum[h] meritis, et possessoribus[i] in eadem, qua[k] nunc habentur, conductione[l] durantibus, ad[m] palatinorum curam et ad rationalium officia omnium rerum nostrarum et totius perpetuarii[n] iuris exactio revertatur[o], nihilque omnino de exactione reddita, hoc est perpetuarii iuris, vel sacratissimae domus, ad ordinarios iudices pertineat[p]. Meminerint autem officia ordinariorum iudicum, non leve fortunis suis[q] imminere dispendium, nisi omnia reliqua praeteriti[r] temporis curaverint exigenda[s], quae penes conductores ipsorum desidia aut conniventia resederunt. *Dat. X.*[t] *Kal. Jan.*[u] *Mediolani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Firmino* *), *Com. S. L.*[v] Divae memoriae Valentiniano iuniori[x] subreptum est, ut ordinariorum iudicum officiis actores seu conductores dominicos conveniendi licentia[y] negaretur: et idcirco ad rationales privatae rei exigendorum fiscalium debitorum ex illo tempore cura translata est. Ad hanc tamen[z] inutilem praecepti novitatem etiam illud adiectum est, ut, si quid[a] in rei privatae nostrae prae-

---

Tit. XI. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. XI.* Rubricam, quae h. l. deest in cod. 5, Cl. restituit ex indice rubricarum. Cod. Just. I, 33. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Cod. Just. I, 34, 1. Bas. VI, 1, 106. W. videtur rubrica tit. 34 Cod. Just. spuria esse et totus titulus antecedenti *de Off. com. rei priv.* iungendus. Cf. Witte, die Leges rest. p. 86, 89. Biener, Revision d. Justin. Codex p. 54, quare Herm. h. t. uncinis incl. — c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Coll. fund. patrimon. (XI, 19).

---

quod h. l. refellitur. z) 5 *ha accelerari exaccionē.* Cl. *accione*, et in ed. *actionem*, sed utrumque corr. *exactionem.* a) Ita 5, Cl. Pu.; W. auct. Cl. in notis *ne.* Mox 5 *suscepturi.* b) 5 *aut*, sed corr. *a.* c) 5 *summa.* d) 5 *ill. neque neque*, mendose. Cl. Pu. *neque* (*neque*). e) Quid *nominutorii breves* sint, W. exponit, qui dicit: *nominatorios breves*, qui etiam c. 3 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28) memorantur, fuisse indices, quibus singuli debitores nominabantur, a quibus tributa vel reliqua erant exigenda, quive alia ratione, (veluti nominatione susceptorum, de qua potissimum c. 20 C. Th. et Cod. Just. de Susceptor. XII, 6. X, 70) principis aerario tenebantur. Huiusmodi nominatim breves debitorum exactores a tabulario civitatis accipere iubentur c. 1 C. Th. de Exactionibus (XI, 7. Cod. Just. X, 19, 1). Palatini igitur prohibentur sive a susceptore requirere, quid vere illatum (i. e. solutum) sit, sive e brevibus inspectis ipsi cognoscere, quantum singuli quique debeant. f) i. e. *largitionalium titulorum*, quae Cl. interpretatio confirmatur c. 12 C. Th. de Off. praef. praet., ubi summoventur *largitionalium titulorum comitum dispositiones.* Etiam in Notitia Dign. Imper. Or. sub dispositione comitis sacrarum largitionum commemorantur *comites largitionum per omnes provincias.* Vid. Pancir. c. 74.

*) Cod. Just. *Rerum Privatarum.* Hal. add. *sacri palatii sacrique patrimonii.* Vicissitudines exactionis W. profuse enarrat ad c. 1, not. *p.* g) Cod. Just. *rerum privatarum*, sed codd. Vat. Pl. 1, 2 *comiti p̄p.*, cod. Bg. *p̄p.* et ed. Nbg. *comiti et p̄p.* h) Vid. L. 5, §. 10, D. de Jure immunitt. (L, 6), c. 5 C. Th. de Censitt. (XIII, 11) et Go. comm. h. c. i) 5 *et ex poss.* Cl. Pu. *et* (*ex*) *poss.* k) 5 *quam.* l) Pu. ex Schr. cj. *conditione*, impr. Schro. m) Hinc ad v. *revertatur* petita est c. 1 Cod. Just. cit. n) In Cod. Just. add. gloss. *hoc est emphyteuticarii.* o) 5 *exaccione reddita hoc est rev.*, quae ex seqq. huc translata sunt; sed virgula inducta del. sunt vv. *r. h. e.* Cl. *exactio*, in corr. *exactionem*; prior lectio congruit cum Cod. Just. Seqq. des. in Cod. Just. p) Hinc sec. W. c. 13 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5) commemorantur *palatini, qui a viro illustri — pensiones.* q) 5 *officio — sui.* r) 5 sec. Cl. *praetenti*, sed apogr. meum habet *praeteriti.* s) Sec. Cl. 5 habet *cur. in exigenda peccata* (v. *peccata* deletum est linea subducta), sed in apographo meo deest *in.* Unde W. recte om. vv. *in* et *peccata*, prob. Schro. Cl. *cur. in exigendis pecuniis.* Pu. ex cj. Taf. *in exigenda pecunia.* t) Hic numerus deest in Cod. Just. u) 5 *kl. mr* (apographum meum *m*) *Jan.*, sed iterum *mr* del. est. Mox 5 *atti.* *) Male Cl. propter solam subscr. simul coniungere vult cum hac et c. 4 cit. c. 11 C. Th. de Jurisd. (II, 1), quae omnes ex una longiore constitutione ei videntur profectae esse. Tamen cum c. 11 cit. *Theodoro Pf. P.* data sit, c. 4 cit. *ad Firminum, com. s. larg.*, utriusque fons non potest idem esse, quamquam argumento non multum discrepant. Constitutionem autem 2 h. t. cum c. 4 coniungendam esse et inscr. c. 4 docet, quae *Firminum*, si non *com. rei priv.*, quam dignitatem demum post h. a. adeptus est (vid. not. ad c. 22 C. Th. de Petitt. X, 10), tamen *com. sacr. larg.* appellat, et constitutionis *divae memoriae Valentiniani* in utraque const. commemoratio. Ceterum vid. infra not. *c.* v) Lucunam inscriptionis in cod. 5 restitui ex c. 4 C. Th. de Collat. fundor. patrim. (XI, 19). Cl. Pu. W. *Impp. Arcadius et Honorius AA.* ... W. c. 11 C. Th. de Jurisd. (II, 1) cum h. c. iungendam esse censens suppl. vult *Theodoro Pf. P.*, sed vid. supra. Cl. *Eulogio*, sive *Firmino*, sive *Minervio*, h. a. comitibus rei privatae, h. c. inscriptam esse putat. x) Ita recte Pu. ex cj. Schr. 5 *Valentiniano iunioris.* Cl. W. *Valentiniani iunioris.* y) Cl. Pu. *conveniendi, licentia.* z) 5 sec. Cl., Pu. W. *tam*, sed 5 habet *tamen.* a) Ita ed. W. ex cj. Ba. Hu. Schr. 5 *sicut*, Cl. *si*(*cut*). Pu. ex cj. Taf. *si cui*, improbb. Schro. W.

diis sceleris esset admissum, quod pro sua atrocitate ulcisci potestas, nisi ferro accincta, non posset, exhibendorum reorum, nisi qui per dominicos deducerentur et defenderentur actores, ordinario iudici[b] copia non pateret. Quod ne deinceps fiat, hac sanctione prohibemus. *Dat. IX. Kal. Jul.*[c] *Mediolani, Honorio A. IV.*[d] *et Eutychiano Coss.* (398.)

TIT. XII. DE OFFICIO PROCONSULIS ET LEGATI.

1. *Imp. Constantinus*[e] *A. Aeliano Proconsuli Africae.* Omnes civiles caussas et praecipue eas, quae fama celebriores sunt, negotia etiam criminalia publice audire debebis[f], tertia, vel[g] tardissime quarta, vel certe quinta die acta conficienda[h] iussurus. Quae omnia legati quoque coërcitione commoniti observabunt. *Dat. III. Kal. Nov. Treviris, Constantino A. III. et Licinio III. Coss.*[i] (313.)

2. *Idem A. ad Proculum Proconsulem Africae*[k]. Et publicae disciplinae interest, et proconsulari convenit dignitati, ut publicarum exactionum ceterarumque rerum curam et notitiam ad tuam redigas potestatem, ita ut non officialium instructione et voce fraudulenta contentus sis, sed ipsorum iudicum curam responsionemque condiscas praefecti annonae[l] et rationalium, si fidelis est ea instructio[m]: ita enim provincialibus contra iniquas exactiones poterit subveniri. *Dat. VII. Kal. Jan. Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.* (319.)

3. *Idem A. Aeliano Proconsuli Africae*[n]. Legati non solum civiles, sed et[o] criminales caussas audiant, ita ut, si sententiam in reos ferendam perviderint[p], ad proconsules eos transmittere non morentur[q]: ab omnibus enim iudicibus hoc observari oportet, ut, supputato tempore competenti, quo necessaria caussae criminalis[r] instructio poterit adhiberi, maturam vel nocens poenam, vel absolutionem innocens consequatur. *Dat. Kal. Oct. Constantino A. VI. et Constantino Caes.*[s] *Coss.* (320.)

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Flaviano Proconsuli Africae*[t]. Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam, nec plebeia stirpe progenitum[u] volumus aggregari: ac[v] si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos debitis muniis mox iubemus[x]. Veteranorum filios[y] militare permittimus, ut, licet[z] diversa conditione, paternam tamen teneant sub cingulo viliore fortunam. *Dat. Non. Octob. Constantinopoli*[a], *Theodosio A. III.*[b] *et Abundantio**) *Coss.* (393.)

Tit. XII. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. XII.* Rubricam, quae h. l. deest, restituit Cl. ex indice titulorum. Cod. Just. I, 35. Bijdr. l. c. p. 35. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Sine dubio coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) et c. 1 C. Th. de Exact. (XI, 7) ad eundem Aelianum datis, quarum omnium subscriptiones mendosae sunt. Vid. infra not. *i*. Cl. conferri vult c. 3 C. Th. de Appell. (XI, 30). — c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Re iudic. (IV, 16). — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. Cod. Just. I, 35, 1. Bas. VI, 2, 19. — c. 4. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 4. Cod. Just. XII, 56, 1.

---

b) Ita em. W. pro *ordinarios*, quod in cod. 5 est. Cl. Pu. *ordinarios, iudici*; tamen qui sint *dominici actores ordinarii*, nusquam dicitur. Sed *ordinarii iudices* h. l. sunt *rectores provinc.* Vid. c. 13 C. Th. de Assess. (I, 16) et c. 11 C. Th. de Jurisd. (II, 1). c) Aut hic leg. *Jun.* aut in c. 4 cit. *Jul.* d) Sic recte Cl.; 5 pro *A. IV.* habet *XIV.*

e) Cl. *Constantius*, sed in corr. *Constantinus.* f) Pu. ex cj. Hu. *debes*, impr. Schro. g) 5 *velvel.* Cl. Pu. *vel(vel).* h) 5 *confecteudi.* i) 5 mendose *Constantino āā. XIII. et Licinio IV. consul.* Numerus *XIII.* plane falsus est; neque *IV.* congruit, quum is annum 315 indicet, quo tempore neque Constantinus Treviris constitit, neque Aelianus proc. Africae fuit, sed Probianus (vid. Go. Prosopogr. v. *Aelianus*, et Bou. l. c. p. 745). Treviris autem constitit Constantinus a. 313, *Coss. Constantino A. III. et Licinio III.*; eodem anno Aelianus proc. Africae fuit. Facile ergo poterant librarii in numeris errare et recte Cl. in corr. (nam in ed. habet *Lic. IV.*) subscriptionem a. 313 aptavit. Ob easdem rationes iam Go. vult c. 1 et 2 supra commemoratas ad a. 313 revocari, quae cum ita eodem fere die atque haec const. datae sint, sine dubio omnes unius maioris in Cod. Th. discerptae constitutionis laciniae sunt. Ceterum Cl. Pu. *A(A).* k) 5 *ppculū.* Cl. recte ed. *Proculum*, quod etiam c. 2 cit. habet. Item Cl. recte suppl. *Proconsulem Africae*, quod in utraque c. omiss. cum titulus flagitat, tum c. 1 C. Th. de Itinere mun. (XV, 3) et c. 2 C. Th. de Privilegiis eorum (VI, 35) ad eundem Proculum datae habent. Fortasse vv. *Proculum Proconsulem* latent in siglo cod. 5. l) De Praefecto annonae v. Go. in Not. Dign. Cod. Th. m) W. *si* pro *num* h. l. positum esse contendit, unde cj. *cura, responsioneque.* Schr. *ut fidel, sit.* n) 5 *alieno*; sed Cod. Just. *Aeliano.* In cod. Pl. 1 om. *Aeliano.* De Aeliano h. a. Proc. Afr. vid. Go. Prosopogr. v. *Aelianus.* o) Cod. Just. *etiam.* p) Ita 5, recte. Schr. cj. *praeviderint.* Cl. Pu. W. Cod. Just. *providerint.* Russ. in m. *si sententia mox reos feriendos non providerint.* q) Post v. *morentur* omnia des. in Cod. Just. r) 5, Cl. Pu. *necessariae c. criminalis*, impr. Schro.; W. *necessaria* (ex cj. Ba.) *c. criminali.* s) Hanc subscr. recte suppl. Cl.; 5 (om. *VI.*) *et Constantancio consul.* Ceterum Cl. in corr. *Constantino* pro *Constantio*, quod ed. Subscr. deest in Cod. Just.; restitt. eam ex C. Th. Bk. et Herm. t) 5 *flactiano proconsule Afr.* Cl. *ad Flavianum Proconsulem Afr.*, in corr. *Flaviano Proconsuli Afr.* Cod. Just. *ad Flavium Proc. Afr.* Cuiacius *Flavianum.* Go. (in Prosopogr. v. *Flavianus*) inscriptionem in Cod. Just. falsam esse putans, corr. *Constantius* et iam Hal. ed. *Constantinus.* Utrumque falsum esse ex hac c. intelligitur; sed neque hic subscriptio convenit cum inscr., quum Valentiniano II. anno superiore apud Viennam trucidato, a. 393 Honorius a patre Theodosio Augustus creatus esset, itaque scribendum fuisset *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius.* Quod W. dicit, plures a. 357 ad Flavianum proc. Africae constitutiones datas esse, concedere non possum. Omnes enim coniectura Go. ad h. a. referuntur, subscriptiones earum corrigentis; const. 1 autem C. Th. de Opp. publ. (XV, 1), quam solam Go., etsi mendosam subscr. habet, in Chron. a. 357 profert, ad a. 320 referenda est. u) Cod. Just. *nec ex ceteris corporibus volumus.* v) Cod. Just. Cl. *at*, impr. Schr. Ba. Taf. x) 5 *munii.* Cod. Just. *muniis debitis iubemus*, et des. seqq. cum subscr. Schr. cj. *muneribus iub.* y) Ita 5, Pu., prob. Ba. Hu.; Cl. W. *filiis.* z) 5 *liceat.* a) Pu. om. *Dat. — Constant.* b) 5 *IIII.* mendose, quod Cl. em. *) Add. *V. C.*

5. [b] *Impp. Arcadius et Honorius* [c] *AA. Simplicio Proconsuli Asiae.* Officium Hellesponti [d] consularis aeternae recordationis patrem *) serenitatis nostrae adiit et expositis suis incommodis, quibus a vicarianis apparitoribus urgebatur, oravit, sub **) tuae sublimitatis agere potestate. Cuius allegationes humanae proclivius [e] pium principem commoverunt [f]. *Dat. VIII. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio A. IV. et Honorio III.* [g] *A. Coss.* (396.)

6. *Iidem AA. Victorio* [h] *Proconsuli Africae et Dominatori Vicario Africae* [i]. Apparitioni tuae et [k] legatorum quadringentos de his duntaxat, quos reipublicae membra non querentur sibi esse detractos, censuimus deputandos [l], ita ut, si modum hunc quisquam vitio temeritatis excesserit, quinis libris [m] auri per singulos negligentia iudicum, denis autem officium sine dilatione mulctetur. Quisquis igitur vel ex curiis vel ex ceteris corporibus in officio repertus fuerit, origini suae reddatur. Quodsi praeter statutum numerum aliqui fuerint, quos, ab omni nexu liberos, vel curiae vel collegia forte non vindicent, arbitrii tui [n] officiique publicas necessitates instruant, ita ut idem circa statutum numerum officii [o] tui permaneat annonarum numerus, qui hucusque servatus est. *Dat. XII. Kal. Jun. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano* [p] *Coss.* (398.)

7. *Iidem AA. Messalae Pf. P. et Praefecto annonae* [r]. *Post alia:* Antiquam exigendi consuetudinem in omni annonario ac superindicto canone [s] servandam esse censemus, ut, summotis omnibus exactoribus, qui de diversis officiis extra morem [t] nunc usque [u] directi sunt [v], officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit, nec alienis se partibus impudenter inserat [x] etc. *Dat. III. Kal. Octob. Altino* *), *Theodoro V. C. Cons.* (399.)

8. *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Pravam [y] licentiam iudicum his cancellis severitatis includimus, ut, si quis proconsulum [z] vicem propriae potestatis in [a] legatum suum, velut ingratus nostro beneficio, repraesentaverit, triginta librarum auri illatione mulctetur, eademque condemnatione legatus ferietur [b]. Primates quoque officii par poena contineat, nisi [c] deferentibus illicita et ambientibus [d] obviaverint. *Dat. pridie Kal. Jan. Mediolani, Stilicone et Aureliano* [e] *Coss.* (400.)

— c. 5. Cod. 5, Cl Pu. W. *c.* 5. Cod. Just. I, 35 (de Off. com. sacri patrim.), c. 2. Bas. VI, 2, 20. — c. 6. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 6. Cod. Just. XII, 56, 2. — c. 7. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 7. Cod. Just. XII, 56, 3. Coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Exactionibus (XI, 7) et c. 6 C. Th. de Canone frum. (XIV, 15). Cf. praeterea c. 12 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5). — c. 8. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 8. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Concuss. advoc. (VIII, 10), c. 2 C. Th. ad L. Jul. de Amb. (IX, 26), c. 28 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 27 C. Th. de Suscept. (XII, 6), quae omnes ex una longiore c. desumptae sunt.

---

c) Cod. Just. vulgo *Honorius et Theodosius*, sed codd. Cas. Pl. 1, 2, edd. Nbg. Hal. Bk. Herm. ut cod. 5; Bg. *Arch. et Theodosius.* d) 5 sec. Cl. *Helliponti*, sed in corr. Cl. *Hellis ponti.* De consulari Hellesponti cf. c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. et Pancirolus ad Not. Dign. Or. c. 102. *) Theodosius M., cuius h. l. mentio fit, superiore anno decesserat. **) Edd. Nbg. Hal. ins. *imperio.* Mox cod. Pl. 1 *potestates,* codd. Pl. 2, Bg. edd. Nbg. Hal. *potestatem.* e) 5 *prodivius,* errore librarii, qui literas *cl.* pro *d.* habuit, quod facile fieri potest, si literae in libris mss. cohaerent. f) Cl. quem Pu. secutus est, hic ex Cod. Just. add. *quod et nos obtinere censemus,* quae vv. in cod. 5 desunt et W. (Opp. Acadd. p. 451) non videntur necessaria esse. Bijdr. aliquid deesse putant. g) Recte Cl. add. hunc numerum in cod. 5 om. Sed idem et Pu. W. perperam *AA. Coss.* Subscr. in Cod. Just. om. restt. ex C. Th. Bk. et Herm. *Dat. — Arc. IV. et Hon. III. AA. Conss.* h) Non dubito, quin *Victorius* idem sit atque ille *Victor,* ad quem data est c. 3 C. Th. de Calumn. (IX, 39). Ceterum 5 *Idē ā,* ut frequenter. i) Cod. Just. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Dominatori Proc. Africae* et om. *Victorio Proc. Africae,* mendose. Nam *Dominatorem* non *Proconsulem* sed *Vicarium Africae* fuisse docet c. 35 C. Th. de Haeret. (XVI, 5); contra *Victorium Proconsulem Africae* testatur c. 3 C. Th. de Calumn. cit. k) Schr. deleri vult *et,* quod 5 et Cod. Just. habent. l) Cod. Just. ordine verborum mutato, *App. t. et l. quadr. censuimus deputandos de his duntaxat, quos esse sibi detractos reipublicae membra non queruntur* et desunt seqq. cum subscr. m) 5 *vicio demeritatis exc. qui in his libris.* Cl. *vicinis,* in corr. *vicenis,* quod W. rec. prob. Schro., cum verisimile sit, maiorem fuisse iudicis quam officii poenam. Pu. ex cj. Ba. *quinis,* quod Bijdr. et W. in E. L. L. 1826, p. 1094. (Opp. Acadd. p. 451.) prob., quia nonnunquam singulis iudicibus levior poena infligitur, quam toti ex compluribus personis constituto officio. Recte, nam exempla non desunt. Vid. c. 6 C. Th. de Jurisd. (II, 1), c. 22, 33, 51 C. Th. de Appell. (XI, 30) etc. Ceterum *quinis* propius ad codicis scripturam accedere, quam *vicenis,* non est quod probem. n) Ita em. W. 5, Cl. Pu. *sui,* impr. Schro. o) 5 sec. Cl. *officium,* sed Cl. in corr. *officii.* p) 5 *Euxenio,* mendose. r) 5 *Idē ag. Messale ppto et p̄. annone.* Cl. Pu. W. *Iidem — et praeposito* (scrib. *Praefecto.* Vid. Pancirolum in Notitia Dign. Imp. Occid. c. 5.) *annonae.* W. h. l. nomen excidisse putat, cum Messalam praefectum et praepositum simul fuisse non verisimile sit. Mihi videntur propter inscr. c. 15 et c. 6 citt. haec vv. a librario aliunde huc translata itaque delenda. In Cod. Just. om. *Messalae Pf. P.,* quod Cuiacius add. s) 5 *canonis.* Bijdr. cj. *annuario* (annali) *et s. c.* t) Cl. Pu. *numerum,* impr. Schro. et W., sed in corr. Cl. *morem.* u) Ba. cj. *hucusque.* Vid. c. 39 C. Th. (V, 13). v) Hinc incipit c. 3 Cod. Just. cit.: *In proconsulari provincia officium* etc. x) Seqq. desunt in Cod. Just. *) Ita 5. Edd. *Altini.* Erasum est nomen Eutropii. Vid. Relandum l. c. p. 535 y) 5 *avam,* omm. a pictore literis *Pr.,* ut saepius. z) 5 *pc̄sulem,* corr. *pc̄sulum.* a) Ita 5, W.; Cl. Pu. *per* impr. Schro. Sine dubio hic aut in v. *repraesentaverit* mendum latet. b) Ita 5, Cl. Pu., impr. Schro; W. *feriatur,* iniuria, quoniam haec vv. antecedd. non cohaerent, sed per se adduntur. Praeterea 5 *legatur.* c) 5 *contineatur* (ap. Cl. *contineat*) *ń in.* Cl. Pu. *contineat,' nisi(in),* impr. Schro. W. *nisi hi,* inconcinne. Fortasse *in* natum est ex antec. siglo. d) Cl. *abientibus,* sed in corr. *ambientibus.* e) 5 *reliano.*

TIT. XIII. DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

1. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*[f] *Rufino Pf. P. Orientis*[g]. In officio comitis Orientis non amplius, quam sexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus adeo[h] novimus abunde suppetere[i], ut per eos patrimonialium per Orientem possessionum maturetur exactio. *Dat. III. Kal. Jan.* *) *Heracleae, Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.* (394.)

TIT. XIV. DE OFFICIO PRAEFECTI AUGUSTALIS.

1. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Florentio Praef. Aug.* Per Thebaicam atque Augustamnicam[k] provincias officium tuum et officia iudicum competentium[l] omnia tributa exigere, suscipere, postremo compellere[m] iubemus, ita ut, si qui militares possessores in memoratis provinciis fuerint, hi in[n] tantum per militare officium exigantur. Jam si qui de provincialibus nostris ad inferenda, quae debent, audaces exstiterint, ad nostram clementiam referes, ut, ubi nos iusserimus, per castrenses milites[o] exigantur. *Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio N. P.*[p] *et Evodio Coss.* (386.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*[q] *Rufino Pf. P.* Praefectus augustalis[r] ordinariorum sub se[s] iudicum examinandi flagitia ac super his referendi, non amovendi vel puniendi habeat[t] potestatem. *Dat.*[u] *pridie Nou. Dec. Constantinopoli, Olybrio*[v] *et Probino Coss.* (395.)

TIT. XV. DE OFFICIO VICARII.

1. *Imp. Constantinus A. ad Silvium ....*[x] *Paul-*

Tit. XIII. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. XIII.* Cod. Just. I, 36. Rubricam, quae h. l. deest in cod. 5, Cl. restituit ex indice titulorum. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c. un.* Cod. Just. XII, 57, c. un. Coniungenda est haec c. cum c. 18 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4) et c. 139 C. Th. de Decurion. (XII, 1).

Tit. XIV. C. Th., cod. 5 (sin. num.), Cl. Pu. W. *Tit. XIV.* Rubricam tituli, quae h. l. deest in cod. 5, restituit Cl. ex indice titulorum. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Cod. Just. I, 37, 1 mut. Bas. VI, 1, 91. — c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Cod. Just. I, 37, 2. Bas. VI, 1, 92.

Tit. XV. Exstat hic tit. in codd. 5, 31, 35 et in F. 6. Primum editus est in Cui. 2, ubi et in sqq. edd. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VI.* est. In cod. 5 et ap. Cl. W. est *XV. Titulus*, ut apparet ex serie titulorum, quum numeri titulorum in indice titulorum omissi sint, rubrica vero tituli h. l. in codice desit. Ipsum autem numerum *XV* habent codd. 31, 35, quorum librarii videntur, etsi Br. Al. tantum exemplar idque mutilum scripserunt, genuinum Cod. Theodosianum ante oculos habuisse, cum non solum huic titulo, sed etiam proximis duobus et vicesimo numeros ex ipso Cod. Theodosiano, nunc cum serie titulorum Ambrosiani exempli, quae ita confirmatur, congruentes, apposuerint. In F. 6, omisso numero, manu P. Pithoei scriptum est *Ex V. C. meo* | *De Officio Vicarii* (*Lex* 1). In codice 5 huius tit. sunt *XVII* constitutiones; in codicibus 31 et 35 et in editionibus *una* tantum exstat c., i. e. *XVII* (ult.), sed in codd. 31 et 35 omissa inscriptione et praescripto v. *Intrpr.*, quasi *Interpretatio* legis alicuius esset, quod falsum esse nunc cod. 5 demonstrat. Praeterea teste Zirardinio (l. c. p. 26, not. *G.*) Ruggerius invenit hunc tit. in cod. quodam Reginae Sueciae. His expositis iudicari poterit, num verum sit, quod W. in anuott. dicit, sine dubio ex eo codice, qui postea in bibliothecam Reginae Suecorum transierit et in quo solo illum titulum exstare Zirardinius testetur, a Cuiacio editum et ex illo codice a P. Pithoeo in illud ed. Lugd. 1566 exemplum, quod nunc servatur Parisiis (i. e. F. 6. Vid. quae Haubold. ex schedis meis dicit in Praetermiss. ad Brev. Alar. pertin. p. 14 et in Opp. T. II, p. 916) transscriptum et deinde cum Cuiacio communicatum esse. Codicem illum a Ruggerio inspectum, hunc enim W. intelligit, cod. Vat. Reg. Suec. 1023 (35) esse, ex Zirardinio p. 421 sqq. apparet, ubi codex fusius describitur. Reliqua falsa sunt, nam neque P. Pithoei hunc codicem unquam fuisse constat, neque ibi constitutionis ult. h. t. eadem est forma, quae est ap. Cuiacium. Dixi enim inscriptionem ibi deesse; apud Cuiacium inscriptio exstat. Deinde haec c. in cod. 1023 interpretationis signum prae se fert, cuius rei nullum est vestigium apud Cuiacium. Postremo Cuiacius tacet de numero tituli, quem cod. 1023 habet, quod gravissimum veri Codicis Theodosiani indicium Cuiacius, si quidem id scivisset, profecto non omisisset. Summa rei haec est, codicem 1023 non illum esse, ex quo Cuiacius hunc tit. cum c. un. (ult.) edidit aut Pithoeus transscripsit, neque pro eo haberi posse codicem 31, etsi Pithoei fuerit, cum is cum codice 35 concinat. Videtur ergo Pithoeus alio nunc deperdito codice usus esse, ex quo hunc tit. in exemplum illud transscriptum cum Cuiacio communicavit, fortasse eodem, qui Cuiacio alias Codicis Th. leges suppeditavit. Commemoratur hic tit. in chron. const. ed. Lugd. (1593). — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1.

---

f) 5 *ū. arufino.* Cod. Just. (om. vv. *et Honorius*) *AA.* Cl. Pu. *AA.* g) Cod. Just. om. *Rufino — Or.* Cuiacius supplet *Rufino P. P.* h) Cod. Just. om. *adeo.* i) Seqq. cum subscr. des. in Cod. Just. *) Leg. *Jun.* 5 *Heracliae.*

k) 5 *Tebaidam atque aug'tū niciū.* l) 5 add. *cū*, quod W. del., et facile errore librarii oriri poterat ex antec. syllaba *ciū* v. *competenciū.* Cl. Pu. *comp.* (*cum.*) m) W. in annott. prop. *complere*, eo sensu, quo *implere* invenitur infra c. 9 C. Th. de Off. vic. (I, 15). Sed vid. de *Compulsoribus* Go. ad c. 34 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). Etiam Just. Cod. habet *compelli.* n) Ita 5, quod servari potest, si temporalem fuisse const. sumimus. Cl. Pu. *hi* (*in*). Bijdr. cj. *hii* (*ii*) *n* (non) *tantum* improbb. Schr. et W. (Opp. Acadd. p. 451), cum non sit, ad quod haec vv. referantur. o) 5 *exeqgant*, sed alia manus induxit virgula literam *e*, ut *e* aut pro deleta aut pro *i* haberi possit. Cl. W. *exigantur.* Pu. ex cj. Taf. *exsequantur*, impr. W. in Add.; Cod. Just. similiter *exegerit. Castrenses milites* Just. om. p) Subscr. in Cod. Just. om. ex C. Th. rest. Bk. et Herm. 5 *Euodio.* q) 5 *Imp. Valentinianus, Teod. et Archadius.* Sed hanc inscriptionem cum subscriptione non convenire, cum his Coss. iam Valentinianus interfectus esset atque etiam die, quo data est c, Theodosius vita decessisset, iam Cl. et W. monuerunt. Neque rectius Cod. Just., qui *Theodosius, Arcadius et Honorius.* Quare Cl. recte videtur emendasse *Impp. Arc. et Hon*, quod etiam Bk. et Herm. in Cod. Just. rec. r) 5 *Rufino pp̄o augustal.* | *Ordin.* etc. Cl. *Rufino, Praef. Aug.* | *Ordinariorum.* Similiter Pu. *Rufino Pf. P. Aug.* | *Ordinarium.* Itaque ap. Cl. et Pu. incipit h. c. in v. *Ordinar.* W. prob. Schro. ex Cod. Just. ed. *Rufino Pf. P. Praefectus augustalis ordinariorum*, ut nunc c. incipiat in v. *Praef.*, quod optime convenit cum tota sententia legis. Ceterum in Cod. Just. vulgo ed. *Praef. praetorio* (ed. Nbg. *praetorii*) *Augustali*, sed optimi codd. Montispes. H. 82, Pl. 1, 2. Bg. Gt. edd. Bk. Herm. ut hic. s) Ita 5, Pu. W., prob. Hn.; Cl. *sub te.* t) Ita 5, Pu. W, prob. Hu., Cl. *habeas.* u) Subscr. om. Cod. Just, restt. Bk. et Herm. ex C. Th. v) Correxi *Olybrio* pro *Olibro*, quod antea legeb.

x) Ita 5. Exciderunt ergo in extremo versu novem

lum mag Italiae[y]. *Post alia:* Ne[z] tua gravitas occupationibus aliis districta huiusmodi rescriptorum cumulis oneretur, placuit, has solas caussas gravitati tuae iniungere, in quibus persona potentior inferiorem aut minorem iudicem premere potest, aut tale negotium emergit, quod in praesidali iudicio terminari fas non est, ut, quod[a] per eosdem praesides diu tractatum[b], apud te debeat[c] terminari. *Dat. V. Kal. Mart. Nicomediae, Paullino et Juliano Coss.* (325.)

2. *Imp. Constantius A.*[d] *ad Caesonianum Vicarium Africae.* Relationes iudicum, qui provincias regunt, nec non et rationalium[e] ceterorumque, qui aliquid scientiae nostrae relatum cupiunt, susceptas, tua sublimitas nobis celeriter intimare debebit. *Dat. IV. Kal.*[f] *Oct. Philippo et Salia Coss.* (348.)

3. *Idem A.*[g] *Ilico Consulari Numidiae*[h]. Cum aliquid rectores provinciarum ad nos referre voluerint, id prius ad vicarium referatur, cui scriptum est, ut suggestiones[i] vel relationes per prosecutores[k] ad comitatum meum transmittendas suscipiat, et, quod faciendum viderit, expleat; quippe hoc*), praeter alia, cursus quoque publicus[l] magna relevatione[m] firmabitur. *Dat. III. Non. Dec. Syrmio*[n], *Constantio A. VI. et Constante C. II. Coss.*[o] (353.)

4. *Imp. Constantius*[p] *ad Mamertinum Pf. P.* Rectores provinciarum sublimitas tua conveniat, ut cunctis de rebus, quibus ad nos et ad vestram scientiam crediderint referendum, vicarios esse participandos sciant. *Accepta VIII. Id. Jun. Mamertino et Nevitta*[q] *Coss.* (362.)

5. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Officium vicariae per Africam

— c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. — c. 4. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 4. — c. 5. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 5. Cl. cum h. c. conferri vult c. 2 Cod. Just. de App. proc. et leg. (XII, 56, quae est c. 6 C. Th. de Off. Proc. I, 12) et c. un. Cod. Just. de App. com. Or. (XII, 57, nunc. c. 1 C. Th. de Off. com. Or. I, 13), c. 13 h. t.

literae post *Silvium*, ex quibus apparet, mendosam esse scripturam. Post Silvium videtur in C. Th. indicata fuisse dignitas eius, ut Paullus non sit nomen Silvii, sed alia persona. y) *mag.* significare potest et *magistrum*, quod W. ed., et *magistratum*, quod Pu. habet. Utrumque videtur dubium esse, nam *Magistri Italiae* nusquam mentio fit, et quod ad *magistratum* attinet, erant sane in partibus Italiae magistratus, ut consulares, rectores, *magistratum* autem *Italiae*, pro dignitate ipsa, v. c. consulari, correctoris in inscriptionibus legum poni, non recordor. Cl. *Vicarium Italiae*, quod nimis a siglo codicis remotum est. Fortasse in codice scriptum erat *pm*, ex quo librarius fecit *paulum mag.* Hanc cj. probabilem facit non solum v. *gravitas tua*, sed etiam illud, quod huius a. nullus alius praefectus praetorio Italiae cognitus est. Tamen in re dubia acquiescendum esse putavi in ipsa scriptura codicis. z) 5 *De.* a) 5 *quos.* Pu. *qua.* b) Ba. cj. *tractum.* Sed vid. c. 4, 10, 12, 13 C. Th. de Legatis (XII, 12). c) 5 *debeant.* Pu. errore typ. *debet*, impr. Schro. d) 5 *Imp. Constantinī* (ap. Cl. *constantinl*). Cl. Pu. *Imp. Constantius et Constans AA.*, improbb. Schro. et W., qui *Imp. Constantius A.* legendum esse recte contendunt, cum etiam in aliis legibus *Constantis* nomen in inscr. omittatur. Vid. c. 3 h. t. c. 6 C. Th. de Jure fisci (X, 1), c. 2 C. Th. Si petit. socius (X, 14), c. 4 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5). Ceterum de *Caesoniano Vic. Africae* nihil constat. e) 5 *racionales.* f) Num *Edessae*, ubi h. temp. Constantius degit? g) Ita 5; Cl. Pu. *Imp. Constantius A. et Constans C.*, impr. W., cum *Constantis* (Galli) rarissima mentio fiat. Vid. not. *d* anteced. h) 5 *Nimidiae.* Cl. *Proconsuli Num.*, sed in corr. *Consulari N.*; *Ilici* nomen in legibus non reperitur. De *Consulari Numidiae* vid. Go. in Not. dignit. v. *Consularis.* i) 5 *subiestiones*, ut supra c. 8 C. Th. de Off. com. S. L. k) 5 *relaciones psecutur*, ad quod v. Cl. annotat: „Duae literae sequentes erasae sunt, quarum secunda *s* adhuc conspicitur; originetenus, ut videtur, *persecutores*.“ Sed in apographo meo, in quo *psecutur* est, huius rei nihil apparet. Cl. Pu. *rel. prosecutorias*, improbb. Schro. et W. qui *rel. per prosecutores.* Etenim *prosecutores* erant rerum ad principem transmittendarum, inprimis pecuniae custodes et satellites, de quibus vid. Go. ad tit. *de Auri publ. prosecutoribus* (XII, 8). Transmissionis eius cura vicario iniuncta erat. Vid. *c. ult. h. t.* Itaque rectores provinciarum iubentur de relationibus ad principem faciendis vicarium facere certiorem, qui si quas pecunias forte aliasve species habeat transmittendas, simul relationes illas prosecutoribus ad aulam ferendas tradat, ne propter has peculiari opus sit cursus publici usu. Praetuli hanc W. interpretationem Cl. cj., quamquam haec propius ad codicis lectionem accedit, cum non opus sit supplere *per. Relationes* autem *prosecutoriae* sunt *relationes* factae *ad prosecutoria*, id est, *prosequendi iussiones* s. *praecepta Comitis S. L.* Ceterum *Persecutores*, *persecutoria* pro v. *prosecutores*, *prosecutoria* poni, docet tit. Cod. Just. *De Auri publ. Persecutoribus* (X, 72) comparatio cum tit. C. Th. *de Auri publici Prosecutoribus* (XII, 8). *) H. e. *ita*, *hoc modo.* l) Cl. *publici.* m) 5 et Cl. *revelatione*, id est, ut cursus publici utilitas hoc quoque pateat, ut omnia cito ad principis scientiam referat, impr. W., cum Imp. noluerit per cursum publicum, utpote provincialibus molestissimum, transmitti relationes. W. ex cj. Ba. Hu. (qui etiam *publicus*) Schr. *relevatione. Relevare* ita accipi, docent, praeter Brissonium ad h. v., Nov. Theodosiana *de Relevatis* et Nov. Martiana II., ubi videbimus in codd. nonnunquam *revelatis* pro *relevatis* errore scriptum esse. *Relevationis* v., quamquam huius aetatis nullum reperi exemplum, tamen medio aevo saepissime adhibetur. Vid. Ducangium ad h. v. Vult ergo sec. W. Imp. dicere: „cursus publicus, quoniam relationes alia ratione transmittentur, maxime relevabitur atque firmabitur provincialibus ad ministeria ei praestanda tanto promptioribus, quanto magis sibi prospici intellexerint.“ n) Ita 5; Edd. *Syrmii.* o) 5 *Cesaris consul.* p) 5 *Imp. ppo Constantinus*, i. e. *Constantius.* Vid. supra ad c. 7 C. Th. de Div. rescr. not. *k*, c. 1 C. Th. de Off. praef. urb., c. 2 h. t. not. *d.* Cl. Pu. *Imp. Constantius A. et Julianus C.*, existimantes propter subscriptionis v. *Accepta*, h. c. datam esse anno superiore, Constantio adhuc vivente. Recte; sed tum inscr. non est mutanda, cum et alias solius Constantii mentio fiat. Vid. c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6) not. *g*, c. 4 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5) not. *c.* Quod W. dicit, omnes h. a. constt. Juliani nomen prae se ferre, verum quidem est, sed non tanti ponderis, ut cod. lectio

praefecturae intra eum numerum colligatur, ut trecentos*) minime possit excedere, sicuti ceterorum vicariorum esse praecepimus [r]. *Dat. VIII. Kal. Feb. Mediolani, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

6. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.* [s] *ad Crescentem Vicarium Africae.* Si [t] quando ex allectis vel susceptoribus aut tabulariis quispiam ratiocinio sive fraude*) perhibetur obnoxius, non officialis ad exhibitionem eius dirigatur, sed rectori provinciae rei indago mandetur. Ubi primum tamen sinceritas tua provinciam introierit, requirat attente, quam ordinarius iudex iniunctis rebus diligentiam efficaciamque detulerit [u]: qui eorum titulorum, de quibus instructus est, non ad plenum vel discussionem egisse vel satisfactionem deprehenditur curasse, fas erit, eum pro neglectu utilitatis publicae dignam commotionis [v] subire censuram. *Dat. IV. Kal. Mart. Treviris, Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

7. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Antonio Pf. P.* [x]. In civilibus caussis vicarios comitibus militum convenit anteferri, in militaribus [y] comites vicariis anteponi: quotiesque [z] societas in iudicando contigerit, priore loco vicarius ponderetur [a], comes adiunctus accedat [b]; si quidem, cum praefecturae meritum [c] ceteris dignitatibus antestet [d], vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicet [e] portionem, et sacrae cognitionis habeat potestatem, et iudicationis nostrae*) soleat repraesentare reverentiam. *Dat. VIII. Id. Jan. Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)

8. *Iidem AAA. ad Hesperium Pf. P.* Relationes vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem deferantur [f]. Nam etsi plura sunt, quibus etiam illustris censura tua, inconsultis quoque nobis, potest dare [g] responsum, scimus tamen, aliquanta esse, quae, nisi auctoritas principalis oraculi, solvere non potest: et relationes iudicum libenter audimus [h], ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta, veluti profanorum preces, a nostris adytis [i] repellamus. *Dat. XII. Kal. Feb. Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)

9. *Iidem AAA.* [k] *ad Alypium* [l]. Omnes largitionales titulos laudabilitatis tuae officium more pristino curabit implere speciali cura et periculo, ut utique [m] post hanc praeceptionem culpam cum [n] rationalis officio communicare non possit, a quo etiam [o] curam alienam esse cognoscat. *Dat. Kal. Jun. Treviris. Accepta*) Non. Jul. Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.* (378.)

— c. 6. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 6. Cl. conferri vult c. un. (17) h. t. — c. 7. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 7. Cod. Just. I, 38, 1. Bas. VI, 1, 112. — c. 8. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 8. Cod. Just. I, 38, 2. Bas. VI, 1, 113. — c. 9. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 9. Cl. conferri vult. c. 17, 18 C. Th. de Exact. (XI, 7), c. 28 de Appell. (XI, 30), c. 5 Cod. Just. Ubi caussae fisc. (III, 26).

mutanda sit, hac c. non anno 362 *data*, sed *accepta*. Neque Mamertinus me movet, qui fortasse iam a. 361 Constantio nondum mortuo magistratum iniit, si quidem ad Taurum Pf. P., antecessorem Mamertini, nulla a. 361 invenitur c. post *IIII. Kal. Sept.* aut si Go. cj. sequimur post *IIII. Kal. Febr.* data. Vid. c. 7 C. Th. de Cohortalibus (VIII, 4), c. 49 C. Th. de Decurionibus (XII, 1). q) 5 *Nevita.* *) 5 *trescentos.* r) Ita recte cj. Ba. Hu. Schr., improbb. Schro. et W., qui cum cod. *percepimus*. Pu. errore *praecipimus*. *Praecipere* de eadem re ponitur in c. 13 h. t. Ceterum *p* et *p̄* saepissime confunduntur in codd. Vid. supra tit. de Div. rescr. c. 1. s) 5 *Id. ā.* Sed cum Gratianus iam IX Kal. Sept. a. 367 Augustus appellatus sit, Cl. recte nomen eius supplevit. *) 5 in apogr. meo *fraudi.* t) 5 *Di.* Mox idem *introiere, negletu, Treverunt.* u) W. h. l. particulam *nam* aut similem particulam excidisse putat. v) Ita 5, Cl. Schr. Ba. *commonitionis*, quod etiam Til. et Cuiac. in c. 62 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) pro *commotione* malunt, impr. Go. W. in E. L. L. 1824, p. 1901. cj. *remotionis*, qua significatione v. *commotio* in c. 62 intelligendum esse putat. Perperam. Ego nihil mutandum esse censeo, cum commotio sit ira superioris contra inferiorem. Vid. c. 1 C. Th. de Palat. (VI, 30) et c. 14 C. Th. Quorum appell. (XI, 36), Cassiodor. lib. VII. var. in form. Commonitorii. x) 5 *Id. ā. Val.* etc. Cl. Pu. *Iidem* (*A. Val., Gr. et Valentinianus*) *AAA.* etc., sed Cl. in corr. om. uncis: *Idem Valens* etc. Cod. Just. vulgo *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus*, perperam mutato ordine nominum, cum Valentinianus I. iam d. XV Kal. Dec. a. 375 mortuus sit. Sed cod. Bg. om. *Gr.*, et cod. Pl. 1 habet *Valerius, Valent.* (*et*) *Gr.*, cod. Pl. 2 *Val. et Val. et Grat.*, cod. Cas. *Val. et Arc.*, quod probat Cod. Just. libros mss. h. l. sibi non constare. y) Cod. Just. add. *negotiis*, sed Pl. 1 *officiis.* Mox 5 *vicarios*, sed corr. *vicariis.* z) Copula vulgo deest in edd. Cod. Just., sed codd. Pl. 1, 2. Bg. Montispess. H. 82, Herm. exhib. *quotiensque.* Cod. Gt. edd. Nbg. Schf. *quotienscunque.* a) Cod. Just. *ponetur*, sed codd. Pl. 1, 2. edd. Nbg. Schf. Herm. *ponderetur.* b) Ita 5, quamquam is sec. Cl. habet *accedet*, quod Cl. in corr. em.; item Pu. Cod. Just. *accedet*, sed cod. Pl. 1, Bg. et W. ex cj. Hu. et Taf. *accedat.* c) 5 *cum ad praefectura emeritum.* Cl. Pu. *cum* (*ad*) *praefecturae meritum.* Cod. Just. om. *cum.* d) Hu. ex Cod. Just. addi vult *et*, quod tamen deest in codd. Pl. 1, 2. Bg. Gt. ed. Schf. e) Cod. Just. vulg. *iudicet*, sed codd. Pl. 1, 2. Bg. edd. Schf. ms. Char. Bk. Herm. *indicet.* Hal. *indicat.* *) Herm. in Cod. Just. cj. *vestrae* propter Bas. Mox subscr. in Cod. Just. restt. Bk. et Herm. ex C. Th. f) Cod. Just. *referantur* et om. *Nam etsi — potest: et.* g) 5 add. *nobis*, quod v. Cl. et Pu. uncis incl. h) 5 *audivimus.* Cod. Just. *Relationes enim* (Pl. 1 om. *enim*) *iudicum libenter* (Spangenb. om. *libenter*) *audimus.* i) 5, Cl. *aditis*, sed Cl. in corr. *adytis.* Subscr. Cod. Just. restt. Bk. et Herm. ex C. Th. k) 5 *Imp. Valens, Gracianus et Valentinianus ā*, quod Cl. recte corr. Ceterum Valens paullo post diem, quo c. data est, interfectus est. l) Cl. *Al. Pf. P.*, impr. W. cui dignitati non convenit allocutio, *laudabilitatis tuae*, qua utuntur Impp. in c. 166 C. Th. de Decur. (XII, 1) ad Pompeianum, Proc. Africae. Ceterum de Alypio, qui hic commemoratur, certi quicquam non constat. Vid. Go. in Prosopogr. v. *Alypius.* m) 5 om. *ut.* Cl. Pu. *periculo. Utique*, impr. Schro. n) 5 sec. Cl. *ac̄.* Potius non clare scriptus est, ut et *aī* et *cū* legi possit. o) 5 *ethiam.*

10. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium.* Vicario Africae aditus[p] provinciae proconsularis inhibendus est, tantumque ei consilii gratia in Thebestina civitate accessus*) pateat; canoni autem cogendo annonae praefectus immineat. Vestes largitionales sinceritatis tuae cogat officium, cui negotio etiam rationalis insistat, ita tamen, ut principe loco apparitores tuos maneat et coactionis instantia et deceptionis invidia[q]. Vectigalia sane apud Karthaginem constituta vicariae praefecturae apparitio procuret. PP. Karthagine. *Dat.*[r] *VII. Kal. Sept., Ausonio*[s] *et Olybrio*[t] *Coss.* (379.)

11. *Iidem AA. Justiano*[u], *Vicario Ponticae.* Cornicularios officii[v], quod meritis tuis paret, institutam antiquitus ordinationem militiae repetiisse cognovimus, ut peracto corniculario agentium[x] in rebus numero connectantur. Sed diu alia statuta obsistunt, quibus comperimus, virorum quoque illustrium praefectorum praetorio[y] cornicularios, comitis quin etiam Orientis, camelorum gregibus, peracto suo tempore[z], praefici[a]; quo vicariorum omnium cornicularii variae erogationis in urbe Constantinopolitana[b] constat impositam functionem. *Dat. II. Non. April. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. AA.*[c] *Coss.* (380.)

12. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. omnibus Vicariis.* Singuli vicarii per dioeceses sibi creditas ter centenos tantum noverint militare debere, ita ut, quicunque maiorum nexu curiis debentur, municipum[d] functionibus reddantur[e], et nemo privilegii alicuius praetextu aut annositatis se defendat obstaculo. *Dat. VI. Kal. Nov.*[f] *Honorio N. P. et Evodio V. C. Coss.*[g] (386)

13. *Iidem AAA. Have Tatiane Carissime Nobis*[h]. Officium dioeceseos Asianae, cuius octo provinciarum ambitus per spatia latiora tenduntur, ducentorum niti apparitione praecipimus. *Dat. IV. Kal. Mai. Mediolani, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

14. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio*[i] *Pf. P.* Cavendum est, ne qua ob canonem Africae fiat frumenti deceptio. Vicarium itaque, virum spectabilem, per Africam volumus in proconsulari provincia exactionis et transmissionis[k] necessitates arripere. *Dat. XIV. Kal. Jan.**) *Romae, Olybrio*[l] *et Probino Coss.* (395.)

15. *Iidem AA. ad Vincentium Pf. P.*[m] Virum spe-

— c. 10. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 10. — c. 11. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 11. Cl. conferri vult c. 17 C. Th. de Tiron. (VII, 13). — c. 12. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 12. — c. 13. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 13. Vid. c. 5 h. t. Coniungenda est cum c. 5 C. Th. Ne quid publ. laet. (VIII, 11). — c. 14. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 14. Cl. conferri vult c. un. (17) h. t. et c. 13, 33 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). — c. 15. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 15. Cl. conferri vult c. 13 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). De septem provinciis, quae hic commemorantur vid. W. not. *m.* ad h. l.

Schro. cj. *et hanc.* *) 5 *accepit.* p) Ita edidi ex cj. Bijdr., quae probatur W. in E. L. L. 1826, p. 1094. (Opp. p. 451). 5 et edd. *Syagrium Vicarium Africae. Aditus*, sed tunc deest, quo referatur *ei;* neque de Syagrio, Vicario Africae h. a., quicquam constat. Cl. interpretatur *proconsularis*, qui pro *consulari* munere fungitur. Ipsa urbs Thebeste suberat consulari Numidiae. Sed tum scrib. erat *proconsulari.* Praeterea W. recte monet, *proconsularem provinciam* semper esse Africam proprie sic dictam, seu Carthaginensem regionem, hac de caussa ita dictam, quia ceterae Africae regiones consularibus seu praesidibus regebantur, qui Vicario suberant. Vid. c. 14 h. t. et Go. ad c. 26 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). Schr. cj. *proconsulari officio*, nimis audacter. Quam nos recepimus coniecturam, ea omnis difficultas loci tollitur. Quaerendum nunc est de dignitate Syagrii. Bijdr. eundem Magistrum Officiorum fuisse putant, qui in c. 2 C. Th. de Commeatu (VII, 12) commemoratur, qua cum dignitate sententia legis non concinit. W. apponi vult *Pf. P.*, quoniam et Syagrius Pf. Praet. Italiae iam anno 380 commemoratur (vid. c. 4 C. Th. de Desertor. VII, 18; c 38 C. Th. de Appellat. XI, 30) et propter turbatam Praefectorum Italiae a. 379 notitiam. Sed *Hesperium* a. 379 praefectum praetorio Italiae fuisse multis C. Th. constt. probatur, (vid. Go. in Prosopogr. v. *Hesperius*), quare nihil apposui, quamquam W. sententia mihi arridet et titulo *sinceritatis*, qui in h. c. legitur, Praefecti praet. ornabantur. *) 5 *ascessus.* q) Ita W. ed. ex cj. Hu.; 5 *et quo accionis instancia hec deceptionis invidia vect.* Cl. *et, quia actionis instantia est deceptionis invidia, vect.* Pu. fere ut W., sed commate post v. *invidia* posito, quod Schro. impr. r) Ita 5. Cl. uncis incl. *Dat.*, putans *Dat.* retineri non posse, nisi vv. *PP. Carth.* ad ipsam legem relatis. Sed iam W. monuit, saepe in Cod. Th. locum atque tempus notari, quo leges *propositae* et quo *datae* sint (vid. c. 1 C. Th. de Off. mag. offic. I, 9; c. 5, 6, 16—18 C. Th. de Appell. XI, 30; c. 1 C. Th. Ne christ. manc. XVI, 9), atque id tantum insolens esse, quod prius commemoretur locus, quo proposita sit, et tum demum tempus, quo data sit sine loci mentione. s) 5, Cl. Pu. *Auxonio.* Sed vid. Go. in Chron. ad a. 379, not. *a* et in Prosopogr. v. *Auxonius*, p. 42. t) 5, Cl. *Olibrio*, sed Cl. in corr. *Olybrio.* u) Ita 5, W.; Cl. Pu. *Justiniano.* Cl. cj. *Juliano*, quem 380 Praef. Aegypti fuisse constat; sed si Praef. Aeg. erat, non poterat eodem tempore Vicarius Ponticae esse. v) 5 *Tornicolari' officii.* Cl. Pu. *Cornicularii officium*, improbb. Schro. et W. x) 5 *agentem.* y) Ita 5 sec. Cl.; sed Cl. in corr. *praetorios.* z) 5 *p̄cepto sic temporis.* Cl. Pu. *peracto sic tempore.* W. em. *suo*, ut intelligeretur tempus officio corniculari destinatum, ut paullo ante *peracto corniculario*, quod tempus in praef. pr. cornicularii annuum fuit, quod recepi, etsi non adest, quo referatur seq. v. *quo.* Fortasse in cod. 5 *praecepto* et *temporis* recte se habent, sed quid lateat in v. *sic*, non potui invenire. Mox Schr. cj. *quam.* a) De camelasia vid. l. 1, §. 2. l. 18, §. 11 D. de Muner. (50, 4), Cuiacii Obs. IX, 9 et Henninii locum apud Ritt. ad c. 23 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), T. II, p. 557, not. *a.* b) 5 *Constantino polinatana.* c) 5 *gracianū*, om. vv. *et* et *I. AA. Coss.*; idem *tesal'.* d) 5 *municipium.* e) 5 *f. debentur et.* Cl. em. *reddantur.* f) Num *Constantinopoli?* g) 5 *npeteuuodio vc̄.* (apographum meum *v̄. c̄.*) *Coss.* h) Ita recte Cl. em. corruptam cod. 5 lectionem *Id. ā. abecuciane K. N. vc̄.* i) 5 *aeusebio.* Ceterum sec. W. hac. c. videtur immutatum, quod supra c. 10 h. t. legitur: *canoni autem cogendo annonae*

ctabilem, vicarium septem provinciarum, reliqua[n] praeteriti temporis exigere iubemus[o]; recentia vero debita ordinarios iudices maturare decernimus, quibus tamen vicarium convenit imminere. *Dat. XIV. Kal. Jul. Mediolani, Stilicone et Aureliano Coss.* (400.)

16. *Iidem AA.*[p] *Vigilio Vicario Hispaniarum.* Nullum penitus honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento vicariam potestatem adire oportet[q]. Officium itaque decem librarum auri mulcta tenebitur, si quis nostra statuta violare[r] tentaverit. *Dat. IV. Id. Sept. Mediolani, Vincentio et Fravitta*[s] *Coss.* (401.)

17. *Iidem AA. Messalae Pf. P*[t]. * Virum spectabilem, vicarium Africae[u], quem totius collationis[v] ac transmissionis cura constringit, iudicibus volumus imminere, ut, quantum singulis quibusque[x] mensibus collatum sit[y], quidve transmissum, maiore cautione disquirat, in eos procul dubio vindicaturus, quorum fuerit devota[z] desidia etc.[a] *Dat. III. Kal. Octob. Altino*[b], *Vincentio et Fravitta*[c] *Coss.* (401.)

TIT. XVI. DE OFFICIO RECTORIS *) PROVINCIAE.

1. *Imp. Constantinus A. Rufino Octaviano Correctori Lucaniae et Brittiorum*[d]. Quicunque extraordinarium iudicium[e] praefectorum vel vicariorum elicuerit, vel qui iam consecutus est, eius adversarios et personas caussa necessarias[f] minime ad officium praefectorum vel vicarii pergere aut transire patiaris: sed de omni[ff] caussa in tuo iudicio praesentibus partibus atque personis, ita his[g] temporibus ipse cognosce, quae ex eo die computabis, ex quo caussa[h] in tuo iudicio coeperit inchoari; ut tunc demum, si ei, qui extraor-

— c. 16. Cod. 5, Cl. Pu. W. c. 16. Cl. conferri vult c. 4 C. Th. de Domest. (VI, 24). — c. 17. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 17. Cui. 2 — Be. *c. un.* Vid. quae supra de tit. ipso diximus. Commemoratur in Chron. constt. ed. Lugd. (1593).

Tit. XVI. Numerum tit. habent codd. 31, 35, quamquam ibi sec. seriem titulorum *VII. Tit.* est. In cod. 5 est *XVI. Tit.* secundum seriem titt., ipso numero om. et rubr. h. l. erasa. Vid. supra ad tit. *XV.* Numerum *XVI.* add. Cl. Pu. W. In reliquis codd. Br. Al. 6, 8—10, 12, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 36—44, 46, 47, 49. ap. Sich. (quamquam ap. Sich. numerus tit. om.) Til. et in Cui. 1. Lugd. Aur. Aeg. L. R. U. est *VI. Tit.*, sed *VII. Tit.*, propter add. tit. VI. de Off. vic., in Cui. 2, 2*, ap. Go. Ri. Ri*. Be. In plerisque Br. Al. codd., L. R. U., ap. Aeg. Sich. Til. quinque tantum h. t. sunt constt., des. enim c. 1—6, 8, 11, 13 et in Aeg. c. 1—6, 8, 10, 11. In Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2* hic tit. septem constat constitt., add. c. 11 et 13, quae posterior c., cum interpr. instructa sit atque etiam in Summa Aegid. indigitetur, ad Br. Al. pertinere videtur, ut in nonnullis huius libri codd. hic titulus sex constitt. constiterit. Vid. infra ad c. 13, 14. Go., qui primus c. 8 ed., Ri. Ri*. etsi septem tantum constt. enumerent, Be. octo habent constt., undecim cod. 5, qui c. 1—6 suppeditat et Cl., quattuordecim W.; Pu. recepit tantum c. 1—6. Ceterum monendum est, in nonnullis codd., ut 39, 44, transpositas esse subscriptiones. Deest enim in his subscriptio c. 7 et posita est ad interpr. c. 7 subscr. c. 9, ad interpr. c. 9 subscr. c. 10, ad interpr. c. 10 subscr. c. 12, ad interpr. c. 12 subscr. c. 14, om. autem interpr. c. 14, ut hi codd. quattuor tantum constitt. constent, quamquam id errore librarii videtur accidisse. Cod. Just. I, 40. — c. 1. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 1. Cl. conferri vult c. 2 C. Th. de Off. iud. omn. (I, 19), c. 9 C. Th. de Jurisdict (II, 1), c. 4, 5 C. Th. de Denunt. (II, 4), c. 1 C. Th. de Dilatt. (II, 7), c. 7 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). Vid. etiam c. 1 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5).

praefectus immineat. k) 5 *exacciones et transmissiones.* *) Vid. c. 8 C. Th. de Jurisd. (II, 1), not. *e.* l) 5 *rōmo librio.* Cl. *R. Olibrio*, sed in corr. *Olybrio.* m) *vēncium ppo.* Cl. recte em. *Vincentium*, nam *Vincentium Praef. praet. Galliarum* hoc temp. fuisse, apparet ex c. 1—3 C. Th. de His qui cond. propr. (XII, 19) eodem anno datae *Mediol. III. Kal. Jul.* n) Ita 5, quamquam ap. Cl. *reliqui* est. o) 5 *debemus*, sed corr. *iubemus.* p) Ita Cl. recte em.; 5 *Idē ã.* q) 5 *clamidis — oporte.* r) 5 *nostra in st. violari.* Cl. Pu. uncis incl. *in*, uterque vero retinet *violari*, perperam. s) 5 *Flavito.* t) Edd. et F. 6. *Impp. Arcadius et Honorius AA.* omissa eius, ad quem data est constitutio, mentione, quam Go. cj. supplebat: *ad Hadrianum Pf. P.*, propter c. 11 Cod. Just. de Annon. (X, 16). Vid. Go. not. *b* ad h. c. Quaestionem dirimit cod. 5, qui habet *Messalae ppo consul.*, ubi del. *consul.* 31, 35 om. inscr. *) 31, 35 pon. h. l. *Intp.* u) v. *Africae* suppl. cod. 5. v) 5, 35, Cui. 2, 2*. Go. *collationis*, 31 *consolacionis.* 5 *ad.* x) Ita codd. Cui. 2, 2*, Go. et reliqui *quibuscunque.* y) 5 in apographo meo om. *sit.* z) Ita 31, 35, F. 6 et edd.; 5 *dicata.* Go. cj. *indevota*, impr. Ri. F. 6 in m. *nota desidia.* Cum neque *devota* neque *dicata* explicari possit, non spernenda videtur esse Go. cj. Ceterum cons. de vv. *Devotio, Indevotio* Zirardini l. c. p. 315—318, cuius disputatione Go. cj. confirmatur. a) Ita 5, 31, 35; F. 6 *et chytata*, sed in m. *excitata*, ut Cui. 2 — Be. b) Ita codd., F. 6. Cui. 2 — Ri.*; Be. Cl. W. *Altini.* c) Codd. *Fravito.*

*) 19 *rectorum.* d) 5 *ad rufino octaviano correctoribus lucanie et briciorum.* Cl. Pu. *A.* (*ad*) *R.* et *O. correctoribus* etc. W. om. *A.* et corr. *correctori*, probans ex c. 2 C. Th. de Episc. (XVI, 2) et c. 1 C. Th. de Filiis milit. app. (VII, 22) ad eundem Octavianum a. 319 datis et aliis constitutionibus a Constantino ad alios Lucaniae et Britt. correctores missis, ut c. 1 C. Th. ad L. Corn. de fals. (IX, 19), c. 1 C. Th. de Relatt. (XI, 29), c. 1 C. Th. de Appellatt. (XI, 30), c. 3 C. Th. de Decurion. (XII, 2), unum tantum fuisse Lucaniae et Brittiorum correctorem. Vid. etiam c. 1 C. Th. de Privil. appar. (VIII, 3) et Pancir. ad c. 54 Not. Dign. Occid. Itaque Octaviani, quod incognitum hucusque erat, integrum nomen erat, *Rufinus Octavianus*, quod librarius induxit, ut compendium *corr.* interpretaretur *correctoribus.* e) 5 *iudicum.* f) 5 *causa necessarios.* Cl. quem Pu. et W. secuti sunt, *causae necessarias*, praeter necessitatem; est enim *causa* ablativus instrumenti. ff) 5 *de homini.* Cl. *de hominis* perperam. Pu. W. ex cj. Hu. *de omni.* Videtur error librarii ex aspiratione v. *omni* ortus esse. g) Ita scripsi, quamquam impr. Schro. cum cod. 5, qui tamen *personis.* Cl. Pu. *Ita his*, in quo *statis* latere putant Hu. et Bijdr., Schr. *pers. iustis.* W. em. *usitatis*, prob. Schro., quae cj. omnes nimis recedunt a codicis scriptura. h) Pu.

dinarium[i] iudicium postulaverit, tua sententia displicebit, iuxta ordinem legum interposita eam provocatione[k] suspendat, atque ad suum iudicem[l] transitum faciat. *Dat. III. Non. Aug. Treviris, Constantino A. IV. et Licinio IV.*[m] *Coss.* (315.)

2. *Idem A. ad Bassum...*[n] Decreta provincialium[o] non prius ad comitatum[p] perferri oportet, quam singuli quique iudicantes ea inspexerint atque probaverint suaque adscriptione[q] signaverint. Si quid fiat contrarium, competens ultio exerceatur[r]. *PP. VIII. Kal. Oct. Carali*[rr], *Gallicano et Basso Coss.* (317.)

3. *Idem A. ad Felicem Praesidem Corsicae**). Cum sex menses transcurrerint, breves omnium negotiorum ab officio tuo descripti commeent ad scrinia eminentissimae praefecturae, ut his recensitis[s] et ad scrinia nostra perlatis pandatur, quis iudicum et in quibus disciugendis caussis fidelem operam praestiterit*), quo vel dignus praemium mereatur, vel negligens[t] coërcitionem incurrat: adeundi[u] tuum iudicium de negligentia vel avaritia[v] tui officii data provincialibus facultate. De[x] eo sane, qui pretio depravatus aut gratia perperam iudicaverit, ei vindicta, quem laeserit[y] non solum existimationis dispendiis[z], sed etiam litis discrimine[a], praebeatur. *Dat. IX.*[b] *Kal. Nov. Sirmio*[c], *Constantino A. V. et Licinio Caes.*[d] *Coss.* (319.)

4. *Idem A. ad Maximum Pf. P.* Praesides provinciarum oportet[e], si quis potiorum[f] exstiterit insolentior, et ipsi[g] vindicare[h] non possunt, aut examinare, aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos, aut certe ad gravitatis tuae scientiam[i] referre: quo provideatur, qualiter publicae disciplinae et laesis minoribus[k] consulatur, etc. *Dat. IV. Kal. Jan. Treviris, Januario et Justo Coss.*[l] (328)

— c. 2. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 2. Cl. conferri vult c. 2 C. Th. de Temp. cursu (II, 6) perperam. Vid. c. 3. — c. 3. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 3. Cod. Just. VII, 49, 2. Coniungenda est h. c. cum c. 2 C. Th. de Temp. cursu (II, 6). — c. 4. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 4. Cod. Just. I, 40, 2. Bas. VI, I, 75. Coniungenda est h. c. cum c. 5 C. Th. de Veteranis (VII, 20).

---

quo ex c. i) 5 *extraordinariorum.* k) Ita recte Pu. ex cj. Hu., prob. Schro. 5 *int. eā provocationis.* Cl. *interposita causa provocationis.* W. *interposita provocatio causum.* l) Schr. cj. *ad superiorem iudicem.* m) *IV* deest in cod. 5, sed add. a Cl. n) Dignitas Bassi non commemoratur in cod. 5. Cl. W. Septimium Bassum intelligi putant h. a. Pf. Urb., quod mihi propter *decreta prov.* quorum h. l. mentio fit, non videtur admittendum esse. Fortasse est ille Bassus, qui sec. c. un. C. Th. Si quis eum (IX, 8) Vicarius Italiae fuit, quam c. Go. ad a. 320 revocat. o) De his decretis vid. Go. ad tit. et c. 3 C. Th. de Legatis et decretis legationum (XII, 12). p) Vid. c. 3 C. Th. de Off. vic. (I, 15). q) H. l. codex non distincte scriptus est, neque quod Cl. habet, clarius est, ubi *ad stlūccione* (?). Sec. apogr. meum leg. est aut *adstinccione* aut *adstruccione.* Cl. W. *adscriptione*, prob. Schro. Pu. ex cj. Taf. *adstipulutione*, impr. Schro. Videtur *adscriptio* idem significare quod *subscriptio* in c. 15 C. Th. de Legatis (XII, 12). r) 5, Pu. *execretur*, quod etiam Taf. videtur admittere, impr. Schro.; Taf. cj. *exsequatur*, ut supra ad c. 1 C. Th. de Off. praef. aug. (I, 14). Cl. W. em. *exerceatur*, prob. Schro. rr) 5 et edd. *Caralis*, sed iam W. in corr. *Carali.* *) Cod. Just. om. *Praes. Coss.* s) 5 *recensetis.* *) 5 et edd. *praestitit* pro *praestitit* i. e. *praestiterit.* t) Ita 5, Ba. Pu.; Cl. W. add. *in*, perperam. u) 5 *adeundis.* v) 5 *avaria.* x) H. l. inc. c. 2 Cod. Just. cit., ubi om. *sane.* y) 5 *iudicuverint ei v. q. leserint.* z) Cod. Just. *aestimationis* (Hal. G. *existimationis*) *dispendii.* a) Cod. Just. *discriminis.* Eadem sententia inest in cod. 5 lectione, si distinguitur, ut nos fecimus. Edd. *q. laeserit, non — discrimine praebeatur* b) Cod. Just. *VIII.*, sed leg. *VIIII.* c) Ita 5 sec. apographum meum. Cl. Pu. W. *Sirmii.* Cod. Just. *Constantinopoli*, perperam. d) 5 *Constantino a. IIII. et Licinio IIII. caes. consuli*, qui consules incidunt in a. 315, qua re haec c. antiquior fit antecedente, quod ferri non potest. Praeterea illo a. non *Licinius Caes.* (de quo Go. in chron. ad a. 317), sed *Licinius A.* consul fuit cnm Constantino. Itaque Cl. recte ed. *Constantino A. V. et Licinio (IV.) C. Coss.* Pu. W. om. *IV.* post *Lic.* qua cum em. congruunt c. 2 Cod. Just. et c. 2 C. Th. de Temp. cursu citt. e) 5 *Id. āā. maximū p̄sidem provinciarū | Oportet.* Cl. Pu. *Idem A. ad M. Pr. Prov. Oportet.* Cod. Just. *Imp. Constantinus A. ad Maximum Praes. provinciae. Praesides provinciarum oportet.* W. *Idem A. ad Maximum .... Praesides provinciarum*, ut legis initium in v. *Praes. prov.*, non in v. *oportet* sit, cuius transpositionis exempla iam vidimus c. 2 C. Th. de Off. praef. aug. (I, 14) et c. 10 C. Th. de Off. vic. (I, 15). Etenim auctore W. inauditum est, *praesidem provinciarum* aliquem appellari sine provinciae, cui praesit, mentione. Deinde cum praeside prov. non conveniunt seqq. *ad nos gravitatis tuae scientiam referre*, aut quod pro his vv. Cod. Just. habet; *aut certe ad Praetorianae Praefecturae scientiam ref.* Denique illa, quae leguntur in c. 5 cit. *rectores provinciarum conveniat ad tuum iudicium referre*, manifeste declarant, tunc Maximum non fuisse Praesidem. Quas ob caussas W. cum Go. ad c. 5 cit. Maximum illum Praef. praet. Gall. fuisse cj, quam cj. praeter c. 2 C. Th. de Resp. prud. confirmari puto c. 2 C. Th. de Off. praef. praet. ad *Maximum Pf. P.* de simili argumento superiore anno data. Ceterum W. sagaciter observat, Codicem Just. vitium inscriptionis iam eo, quo conficiebatur, tempore obsedisse, cum illa, quam dixi, verborum *ad gravitatis tuae sc.* mutatio vix alia de caussa facta esse possit, quam ut inscriptioni vv. illa accommodarentur. Insignis est diversitas scripturae in edd. et codd. Cod. Just., nam codd. Montisp. H. 82, Pist. Cas. Vat. Pl. 2, Bg. edd. Schf. Bk. Herm. exhib. *Maximum*, sed Pl. 1, Hal. et rell. *Maximianum*; deinde om. dignitas Maximi in codd. Montisp. H. 82, Pist. Cas. Vat. Pl. 1, 2, Bg. et in edd. Nbg. Hal. Bk. f) Ita 5, Taf. Pu.; Cl. W. ex Cod. Just. *potentiorum.* g) Schr. addi vult *iudices.* h) 5 *vindicari.* Cod. Just. *vindicare*, sed Pl. 1 *iudicare.* i) Cod. Just. *certe ad praetorianae praefecturae sc.* k) Ita 5. Cod. Just. *tenuioribus*, quod opponitur superiori *potentioribus.* Sed *minoribus* h. l. opponitur *potioribus.* l) Cod. Just. ante Bk. *Dat. V. Kal. Maii Probiano et Juliano Coss.*, ut h. c. incidat in a. 322; sed tunc Maximus Pf. U. scrib. est, cum Maximus Pf. U. a. 322 commemoretur. Vid. infra Chron. constitt. a. 322. Nostram snbscr. con-

5. *Idem A.*[m] *Secundo Pf. P. Orientis.* Ordinarii iudicis, provinciarum rectoris[n], seu vicarii[o] potestas, ut speculatrix[p], debet prave gesta corrigere; sed officiales vestrae celsitudinis et vicariae potestatis placet[r] ab exactionibus amoveri, et per provincialia officia atque rectores cunctos exigi titulos. Nam si exactio minime impleatur, ante tribunal nostrum[s] exhibitus capitis fortunarumque omnium periculum sustinebit. *Dat. XIV. Kal. Mai. Constantinopoli*[t], *Constantino A. VIII. et Constantio IV. Coss.* *) (329.)

6. *Idem A. ad provinciales.* Praesides publicas notiones[u] exerceant frequentatis per examina tribunalibus, nec civiles controversias audituri in secretariis sese abscondant[v], ut iurgaturus conveniendi eos, nisi pretio, facultatem impetrare non possit; et[x] cum negotiis omnibus, quae ad se delata fuerint, exhibuerint audientiam, et frequens praeconis[y], ut assolet fieri, inclamatio, nullum, qui postulare voluerit, deprehenderit, expletis omnibus actibus publicis privatisque sese recipiant. Justissimos[z] autem et vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris[a] eis auctiores proferamus processus: e *) contrario iniustis[b] et maleficis querelarum vocibus accusandis[c], ut censurae nostrae vigor eos absumat[d]; nam si verae voces sunt[e], nec ad libidinem per clientelas effusae[f], diligenter investigabimus[g], praefectis praetorio et comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. *PP.*[h] *Kal. Nov. Constantinopoli*[i], *Basso et Ablavio Coss.* (331.)

7. *Idem A.*[k] *ad provinciales*[l]. Cessent iam nunc[m] rapaces officialium manus, cessent inquam: nam si moniti non cessaverint[n], gladiis praecidentur[o]. Non sit venale[p] iudicis velum[q], non ingressus redempti[r], non infame licitationibus[s] secretarium, non visio ipsa praesidis cum pretio: aeque[t] aures[u] iudicantis[v] pauperrimis ac divitibus reserentur. Absit ab inducendo eius[x], qui officii princeps dicitur, depraedatio. Nullas litigatori-

— c. 5. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 5. Cl. conferri vult c. 5 C. Th. de Exsec. (VIII, 8), c. 8, 17 C. Th. de Exaction. (XI, 7), c. un. C. Th. de Quadrimenstr. (XI, 25). — c. 6. Cod. 5, Cl. Pu. W. *c.* 6. Cod. Just. I, 40, 3. Bas. VI, 1, 76. Coniungenda est h. c. cum c. 7 h. t. et fortasse cum c. 4 Cod. Just. de Jurisd. omn. iud. (III, 13), quo casu in subscr. c. 4 leg. est *Nov.* (Vid. W. ad c. 3 C. Th. Fin. reg. (II, 26) not. *q.*) pro *Oct.* Vid. Go. in Chron. a. 331. — c. 7. Cod 5, Cl. W. *c.* 7. In Br. Al. codd. et edd. ante Cl. *c.* 1. Cf. Ed. Th. cap. IV. Coniungenda est cum c. 6 h. t. et fortasse cum c. 4 Cod. Just. de Jurisd. omn. iud. (III, 13). Vid. annott. ad c. 6. Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21, R.; omnia praeter interpr. des. in codd. 37, 44, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 26, 30, 31, 35, 36, 38, 47; textus et subscr. in cod. 41; solus textus om. in codd. 25, 27—29, 32, 33, 39, 40, 42, 43. Ceterum in hac const. incipit cod. 17.

firmat c. 5 C. Th. de Veteranis. Ceterum Cl. v. *Data* interpretatur *Reddita*, cum Constantinus h. a. in Gallia non fuerit. Vid. Go. in Chron. h. a. et ad c. 5 de Veter. cit. 5 om. *et.* m) 5 *AA.* Cl. Pu. *A(A).* n) Ita Pu. W. propter seq. *debet.* 5, Cl. *iudices, pr. rectores.* Hu. cj. *iudicis.* o) Ita Pu. et W. in E. L. L. 1826, p. 1899. 5, Cl. W. *vicaria.* p) c. 6 C. Th. de Off. praef. urb.: *quasi in specula.* r) 5, Cl. *placeat.* Pu. W. ex cj. Hu. *placet.* s) Cl. Pu. cj. *vestrum*, minus recte, monente W., nam praefectus praetorio vice sacra principis iudicabat. Vid. Haubold. de Consist. princ. cap. III, § 4 (in Opp. T. I, p. 241 seqq.). t) 5 *Constantino pp̄o.* Ap. Pu. om. *Constantino A. VIII. et Constantio.* *) Leg. *Constantino Caes. IV. Coss.* Vid. c. 2 C. Th. de In integr. rest. (II, 16) not. *v.* u) *naciones.* Cl. Pu. *rationes*, perperam. W. corr. *notiones*, prob. Schro. Vid. c. 3 C. Th. de Abolition. (IX, 37). v) 5 *auditoriis secr. sese abcondant.* Cl. Pu. uncis incl. *sese*, quo tamen deleto W. *auditorii* vel *auditoriis et secret.* emend. esse censet. W. loco succurrit distinguendo post v. *auditoriis*, quod non iuvat. Hu. cj. *controversiae.* Bijdr. cj. *audituri*, prob. W. in Opp. p. 452, quam em. recepi, interposito tamen *in* post *audituri*, cum sine dubio in Cod. Th. antea scriptum fuerit *audituri͂secretariis.* Similiter in c. 9 sq. *Judex — in audiendis ac discingendis litibus — non in secessu domus — referat, sed apertis secretarii foribus.* x) Ita recte 5, Cl. Pu.; W. corr. *sed*, male. y) Ita em. W.; 5, Cl. Pu. *praeconiis*, impr. Schro. z) In v. *Justissimos* inc. c. 3 Cod. Just. cit., ubi om. *autem.* a) Ita Cl. Pu. W. ex Cod. Just., sed Pl. 1 *et hon.* 5 *honorē.* Hu. cj. *honorum*, ut cod. Bg. *) 5, Cl. Pu. *et.* W. *et e* ex Cod. Just. b) Ita 5 et Pu., prob. Hu. Cl. et W. ex Cod. Just. *iniustos et maleficos.* c) Ita 5, Pu, prob. Hu. Cl. W. ex Cod. Just. *accusandi.* d) 5 *asūmat.* e) 5 *sī* i. e. *sunt*, quod etiam Cl. et Pu. habent, recte, quamquam impr. Schro. W. ex Cod. Just. ed. *sint*, sed ibi quoque optimi codd. habent *sunt.* Neque h. l. neque supra (I, 12, 2, not. *m.*) *si* significat *num*, ut W. putabat. f) 5 *effuge.* g) 5 *investigavimus.* h) Cod. Just. *Dat.*, rectius, cum haec c. non Constantinopoli, sed in provinciis proponenda fuisset. Vid. etiam c. sq. h. t. eodem die *datam*, non *propositam.* Hal. *D. prid. Kal.* et om. *Const.* i) 5 *Constantino p̄.* Hic desinunt augmenta Codicis Theodosiani, quae codici Ambrosiano (5) debentur. In sequentibus librarius Breviarium tantum descripsit, nec supplementi quicquam suppeditat, quare Pu. omnia, quae sequuntur omittit et demum inde a tit. de Feriis (II, 8) in edendis palimpsesti Taurinensis supplementis pergit. k) Ita nunc e cod. 5 scribendum, antea in edd., cum h. c. prima h. t. esset, legebatur *Imp. Constantinus.* l) Nonnulli codd. om. *ad provinciales*, alii *provincialibus.* m) Nonnulli codd. *tunc.* Mox Sich. *officilium.* n) 5 *inq. nonnisi m.* (om. *non*) *cess.*; 6, 7, 9, 14, 16 *nisi m. n. c.* o) 10, 18 *praecidantur.* 5 *precedentur.* p) 6, 8, 17, Til. *venulis.* 9, 10, 14, 18, R. *sint venales iudices.* q) 8, 20, 21, Sich. *verbum.* r) 19 *redemtio.* s) 6 *infama elicitationis.* 10, 14, 17, 18, R. Til. *licitationis.* 19 *infamet.* 20, 21, Sich. *infamet ligitationibus.* 21 *scietarium.* t) 8 *prcciosa que.* 19 *precioque aurcs.* u) 6, 16, 17 *auctores.* 14 *auctoris.* v) Ita edd. praeter W., qui tacite corr. *iudicantium*; sed codd. aut *iudicantis* aut *iudicantes*, solus 21 *iudicatis.* Mox 8 *pauperrimi.* x) 21, R. *indicendo.* 20 supr. lin. *ut ab seductione.* Cui. 1. — Lugd. in m. *ob inducendum.* Nonn. codd.

bus[y] adiutores eorundem officii principum coucussiones[z] adhibeant; centurionum aliorumque[a] officialium, parva magnaque poscentium, intolerandi impetus oblidantur, eorumque, qui[b] iurgantibus acta restituunt[c], inexpleta aviditas temperetur. Semper invigilet industria praesidalis, ne quicquam[d] a praedictis generibus hominum de litigatore sumatur. Qui si de civilibus caussis quicquam putaverint[e] esse poscendum, aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet, data copia[f] universis, qui concussi[g] fuerint, ut praesidum instruant notionem[h]. Qui si dissimulaverint, super eodem[i] conquerendi vocem omnibus aperimus apud comites[k] cunctos provinciarum aut apud praefectum[l] praetorio, si magis fuerit[m] in vicino, ut[n] his referentibus edocti, super[o] talibus latrociniis supplicia[p] proferamus[q]. *Data Kal.*[r] *Novemb. Constantinopoli*[s], *Basso et Ablavio*[t] *VV. CC.*[u] *Coss.* (331.)

Interpretatio. *Officiales omnium iudicum venales esse non audeant, neque pretium de introitu occurrentium aut litigantium*[v], *vel egressu requirant. Et*[x] *interpellantes tam divites, quam pauperes sine ullo praemio audiantur. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur, aut certe de eorum rapacitate dominicis auribus referatur.*

8. *Imp. Julianus A. Secundo Pf. P.* Quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorem exspectari[y] provinciae: ideoque pedaneos iudices, hoc est*) qui negotia humiliora disceptent[z], constituendi[a] damus praesidibus potestatem. *Dat. V. Kal. Aug. Antiochiae*[b], *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

9. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[c] *Have Arthemi*[d], *carissime nobis*[e]. Judex sibi[f] hanc praecipuam curam in audiendis ac[g] discingendis[h] litibus impositam esse non ambigat, ita ut non in secessu domus de statu hominum vel patrimoniorum sententiam ferat[i], sed apertis secretarii foribus, intro vocatis[k] omnibus, aut[l] pro tribunali locatus[m] et civiles et criminales controversias audiat, ne[n] congruae ultionis animadversio[o] cohibeatur[p]. Absit autem, ut index, popularitati et[q] spectaculorum editionibus[r] mancipatus, plus ludicris[s] curae tribuat

---

— c. 8. Cod. Just. III, 3, 5. Haec lex deest in omnibus, quotquot contuli, codd. Br. Al., qua de caussa et propter omissionem interpr. eam cum W. a Br. Al. alienam esse puto. Primus eam h. l., sed numero non add., ed. Go. ex Ms. P. Danielis, aliisque, quos non nominat; neque Go. indicat, qua ratione hic eam posuerit. Suspectum esse locum, intelligitur ex eo, quod om. in cod. 5. In libris illis manuscriptis inscripta est *Idem AA.*, quod ex Cod. Just. a Go. em. est. — c. 9. Br. Al., codd. praeter 5, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. *c.* 2; Go. Ri. Ri*. *c.* 2, sed revera *c.* 3, ut ap. Be.; cod. 5, Cl. *c.* 8. W. *c.* 9. Sec. Go. fortasse coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Privil. eorum. (VI, 35), c. un. C. Th. de Privil. appar. (VIII, 3), c. 21 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), quod si verum est, et hic et in c. 21 in subscr. leg. *Dat. XIII. Kal.* Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21; inscr. et textus des. in codd. 24, 30—32, 35, 36, 38, 39, 43, 44; textus et subscr. in cod. 37; solus textus om. in codd. 25—29, 33, 40, 42; omnia, praeter interpr., des. in codd. 41, 47, 49.

---

eos. y) 21, Sich. Til. *praedatio ulla l. Adiutores.* Sed Sich. in corr. ex cod. Aug. *praedatio. Nullos litigatoribus adiutores*, et Til. in m. *depraed. Nullus litigatores adi.* 20 *ulla*, videtur tamen ibi antea scriptum fuisse *nulla.* 6, 9 *Nullus litigatoris.* 10, 16, 18 *litigatores.* 14 *litigatoris adiutoris.* z) Nonnulli codd. *officium*, alii *concutiones, concuciones, concussionis, concussionibus.* 21 *comissiones.* 5 *off. principis c.* a) 19 *aliorumve.* Sich. Til. *adhibeant Centurionum, al.*, sed Sich. in corr. em. b) 20, 21, Sich. *posc. dum imp. obligandus est eorum, qui.* Sed in corr. Sich. ex cod. Aug. *posc. intolerandi impetus obligentur, eorum qui.* 19 *intoleranda inpetita aboleantur.* 10, 18, R. *imp. obligantur.* c) Nonnulli codd., R. *praestituunt* et mox *vigilet.* d) Plerique codd., R. *nec quisquam.* 5 *nec quicq.* 16 *praes. vel ne quisq.* e) 8 *potuerint* et om. *esse.* f) 14 *culpa.* g) 5 *confusi.* 8 *concursi.* h) 8 *Instruat nationem.* 18 *instr. notationem.* i) 8 *eorum conquirendi.* 20, 21, Sich. *s. eandem conquirendi.* Mox 16 *aper. aut apud.* k) 8 om. *comites.* 5, 10, 14, 16, 17, 19 om. *cunctos.* 8 *cunctis.* 9 *aper. quae cunctis apud com. provinciarum.* l) 5, 6, 16, 17 *praefectos*, mox alii *praetorii* aut *praetorium*, ut Sich. Til. m) 5, 6, 8, 10, 18 *fuerint.* n) 8 om. *ut.* o) Ita omnes codd. et edd. W. tacite corr. *de*; sed iam Go., quem Ri. (Ri*.) secutus est, recte interpungendo post *latrociniis* veram aperuerat loci sententiam; reliqui interpungunt post *edocti.* p) 8 *supplicio.* q) Ita Til. et in m. Aur. Lugd., Be. W. 5 *pferamus*; reliquae edd. et codd. 8, 20, 21, R. *referamus;* 19 *deferamus.* r) 38 *Dat. X. Kal.* Aniani cod. ap. Go. *XI.* s) 20, 39 om. *Constantinopoli.* 10, 18 *Constantino praefecto B.* t) 20, 39, Sich. *Albino*, sed Sich. in m. *Albio.* u) In plerisque codd. om. *VV. CC.* v) Complures codd. et nonnullae edd. *nec — occurrentium a. litigantium.* x) Permulti codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. *Sed*; in aliis codd., ut 5 transponuntur vv. *quam pauperes* post vv. *sine ullo praemio.* y) Cod. Just. *exspectare.* *) Hal. om. *hoc est.* z) Cod. Just. *disceptant.* Hal. et cod. meus *disceptent.* Aut leg. *hoc est — disceptant*, aut om. *hoc est* leg. *disceptent.* a) Ita Be. W. ex Cod. Just.; Go. Ri. Ri*. *distituendi.* P. Pithoeo placet *substituendi.* Go. prop. *destinandi* aut *instituendi.* b) Go. Ri. *Antiociae.* c) 17, 18, 28, 29, 40 om. *Have — nobis* et 33 *have.* 9 *habeant timi.* 20 *habeat* cum punctis infra lin. Multi codd. *habe.* d) Ita 25 et 5, 6, 9, 10, 16, 19, 37, 42, qui *artemi.* Idem iam Go. placuit. Vid. Go. in Prosopogr. v. *Artemius.* 21 *Antonio.* Sich. *Anthemio*, sed om. *Have*, rell. edd. *Anthemi.* e) Complures codd. et Til. *kar.*, alii, ut Cui. 1 — Lugd. *char.* 14 om. *nobis* et 33 *car. nobis.* Sich. *carissimo.* f) 20, 21, Sich. *Sibi iudex.* g) Complures codd., ut 20, 21, Sich. *aut.* h) 5, 8, 20, 21, Sich. et in m. Aur. Lugd. *discernendis.* 9, 10, 16, 18, R. *distinguendis.* Sed vid. c. 3 h. t. i) Ita 5, 6, 10, 14, 16—18, R. Til. 8, 19—21 et rell. edd. *referut.* k) Til. *evocatis.* l) 19 *et.* m) 5 et in m. Aur. Lugd. *locatis.* 8 *locatos.* n) Plerique codd. *nec.* o) 5, 6, 9, 10, 14, 16—19, R. *animadversione.* 8 *adversione.* p) 14 *habeatur.* q) 14, 20, 21, Sich. Til. — Lugd. *popularitate.* Sich. om. *et.* Permulti codd. *exspectaculorum.* r) 8 *e dissensionibus. In decretis curae*; nonnulli codd.

quam seriis[t] actibus. *Dat.*[u] *Kal. Oct.*[v] *Aquileiae*[x], *Divo Joviano*[y] *et Varroniano*[z] *Coss.*[a] (364.)

INTERPRETATIO. *Judex hanc sibi praecipuam curam in audiendis litibus*[b] *impendendam esse cognoscat, ut litigantium caussas iugiter, adhibita aequitate, discutiat: sciturus, non se in secretis*[c] *domus aut in quibuscumque angulis finitivam*[d] *sententiam prolaturum: sed apertis domus suae*[e] *ianuis intromissisque*[f] *turbis, ut*[g] *neminem lateat, quicquid*[h] *secundum legum*[i] *vel veritatis ordinem fuerit iudicatum.*

10. *Iidem AA. ad Valerianum*[k] *Vicarium*[l] *Hispaniarum*[m]. Libellos iudicibus, postquam se receperint, vetamus offerri[n], ne super alienis caussis vel statu pronuntient, quando ab officii conspectu atque[o] ab oculis publicis recesserint. *Praelata*[p] *VI.*[q] *Id.*[r] *Septembr. Veronae, Valentiniano et Valente AA.*[s] *Coss.*[t] (365.)

INTERPRETATIO. *Judices, postquam se de consessu publico in domum suam*[u] *receperint, libellos a litigatoribus non accipiant, nec sine officio suo de caussis alienis vel de*[v] *statu aliquid cognoscant*[x].

11. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium*[y] *Pf. P.* Unusquisque iudex in his locis[z] sedem constituat, in quibus oportet omnibus praesto esse rectorem, non deverticula[a] deliciosa[b] sectetur. Addimus[c] sane, ut eius[d], qui provinciae[e] praesidentem propria[f] possessione susceperit, ager, quem[g] diversorium habuerit praedictus in transitu[h], fisci viribus vindicetur. Ita enim indices mansiones instruere et instaurare nitentur[i]. *Dat. Kal. Apr. Trev.*[k], *Valentiniano N. P. et Victore Coss.*[l] (369.)

12. *Iidem AAA.*[m] *ad Probum Pf. P.*[n] Provinciis praesidentes per omnium villas[o] sensim atque usitatim vicosque cunctos discurrant et ultro rimentur a singulis[p], quid unusquisque compulsor[q] insolenter egisset[r] aut cupide[s]. Is enim, de quo aliqua ad nos querela pervenerit, ad ultimam poenam rapietur[t]. *Dat.*

— c. 10. Br. Al., codd. praeter 5, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2* *c.* 3; Go. Ri. Ri*. *c.* 3, sed revera *c.* 4, ut ap. Be.; cod. 5, Cl. *c.* 9; W. *c.* 10. Coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Custodia reor. (IX, 3). Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21, 29, 33; inscr. et textus des. in codd. 24, 26, 28, 30—32, 35, 36, 38—40, 43, 44; solus textus om. in codd. 25, 27, 42; omnia des. praeter interpr. in codd. 37, 41, 46. L. R. U. non consentit cum lege. — c. 11. Haec c. exstat in append. codd. 11, 12, 14, 17, 23, add. rubr. *II. Tit.* (id est Cod. Theod. in Append.) *de Off. rect. prov.* Primum ed. est in Cui. 1, ubi et in edd. Aur. Lugd. Cui. 2, 2* *c.* 4 est; ap. Go. Ri. Ri. est *c.* 4, sed revera *c.* 5, ut ap. Be.; ap. W. *c.* 11. Exstat etiam ap. Bon. l. c. p. 753. Haec quoque c., interpretatione destituta, in Br. Al. non recepta erat; om. etiam in cod. 5 et ap. Cl. De W. opinione, hanc c. ex cod. 4406 desumptam esse (p. 256, not. *a*), vid. c. 1 C. Th. de Sent. ex p. rec. (IV, 17) not. *e.* — c. 12. Br. Al, codd. praeter 5, Sich. Til. *c.* 4. Cui. 1. Aur. Lugd. *c.* 5; Go. Ri. Ri*. *c.* 5, sed revera ut ap. Be. *c.* 6. 5, Cl. *c.* 10. W. *c.* 12. Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 9, 10, 14, 17—21, 29, 33; inscr. et textus des. in codd. 24, 26, 30—32, 35, 36, 38—40, 43, 44; solus textus om. in codd. 25, 27, 42; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 37, 41, 47. In codd. 8, 16 om. interpr.

edictionibus. s) 19, 20, 21, Sich. *lucris.* t) 17 *miseriis.* 19 *series.* 20, 21 *seriei.* Sich. *severis.* u) Add. *XIII.* *) 31 om. *Oct.* x) 8 *Aquidino.* 9, 25, 39 *aquileia.* 16 *aquilinum.* 20 *aquilegia.* 21, Sich. *Aquilegiae.* Til. *Aquile.* y) 8 *Joviniano.* 9 *Viviniano.* 20, 21, Sich. *Juliano*, sed Sich. in m. *Joviniano.* 28, 33 *Juviniano.* 44 corr. *Juviano.* z) Complures codd. *varoniano*, alii *barroniano.* 8 *Varronini.* 20, 21, Sich. *Ursino*, sed 20, 28, Sich. in m. *Barbariano.* 31 *Veroniano.* 39 *barboriano.* a) Nonnulli codd. om. *Coss.* b) *In aud. lit.* om. in plerisque codd., ut 5, 6, 8—10, 14, 42—44, aliis. c) Nonnulli codd., ut 20, Sich. — Lugd. *secreto.* d) Sich. Cui. 1 — Lugd. *definitivam.* Nonnulli codd., ut 6, 8 *ad finitivam.* e) 20 om. *suae.* f) 5, 9, 10, 19 *immissisque.* g) Nonnulli codd. om. *ut.* h) Plerique codd. *quid.* 9 *lat. sed sec.* i) Sich. in m. *legem.* Cui. 1 — Cui. 2, 2* in m. *legis.* k) 5 *Valerium.* 33 *Valeriano.* l) 6, 10, 14, 16, 18, R. Til. *agentem Vic.* An. Reg. ap. Go. *agentem Vicariam.* 20 *vv. cc.* 21 *vicn. clariss.* Sich. *VC.* m) 5, 10, 19 *Hispanie.* 42 add. *augg.* n) Nonn. codd. *offerre.* 21 *afferri.* o) 33 om. *ab, atque.* Nonnulli codd. *officio.* p) 5, 19, 30, 33, 39 *Prolata.* 35 om. *Prael.* 20, 21, 24, 25, 27, 31, 38, Sich. Cui. 1 — Lugd. *Dat.* Til. *recesserint (praelata.) Dat.* q) Ita 5, 6, 10, 16, 18, 25, 27, 31, 35, 38, 44, Til. et sec. Go. An. Reg. et Andeg., recte, nam eodem die praelata est c. 4 cit. Sec. Ri. cod. 6 habet *VII.*, errore. 8, 20, 21, 26, 40, rell. edd. *VII.* 19, 24, 32, 33, 39, 43 *V.* 30 *VIII.* 9, 29, 42 om. *VI.* r) 38 *K.* (*Kal.*) s) 38 om. *et Valente AA.* 10, 18, 20 om. *AA. Coss.*, alii codd. *Coss.* et 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *AA.* t) In codd. 28, 36, 40 tota subscriptio mutila est. u) 5, 6, 8, 10, 14, 19, 20, alii *domo sua.* Sich. Cui. 1 — Lugd. *domos suas.* v) Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *de.* x) Complures codd. *agnoscant.* y) 11, 23 *Impp. V. et V. AA. ad*, om. *Gratiano A.* Bon. om. *AA.* z) 17 *nihil locis.* a) 11, 14 *diverticula.* 12 *diversi cura.* b) Ita 11, Cui. 2 — W. 12, 14, 17, 23, Cui. 1 — Lugd. *religiosa.* c) 14, 17 *Addemus.* d) Ita 12, 14. 17 *eiusque.* 23 *quisqui*, in quo utroque latet lectio, quam recepi. 11 et edd. *quisque.* e) 11, 23 *provincia.* f) 12, 14 *praesidem tempore pr.* g) 23 *quam.* h) 11 *transito.* 23 *transitum.* i) 18 *inst. et in ista re vere nitantur.* 23 *mittatur.* k) Codd. *Triv.* l) 12 om. *N. P.* et *Coss.* 23 *N.* Cui. 1 — Lugd. *NP.* Bon. *NB. P.* m) Codd. (etiam 5) R. *Id. ā.*, s. *augg. et Gratianus* propter c. 10 in his codd. antecedentem. Sich. Til. *Imppp. Valentinianus*, (Sich. add. *et*) *Valens et Gratianus.* n) 5 *pampeium.* Vid. not. *f* ad c. 7 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6). o) Nonnulli codd. *ullas* et mox *visitim* pro *usitatim.* Locus suspectus. Go. cj. *mussitatim*, impr. Ri. Neque v. *usitatim* usitatum est. p) 8 *ultrorum cultores singulis.* 33 *singulos agros — vindicandam* ex interpr., et des. reliqua textus et interpr. q) 19—21, Sich. *compulsus*, sed Sich. in corr. ex cod. Aug. *compulsor.* r) Nonnulli codd. *egisse.* Aur. Lugd. *egistet.* 19 *gessit.* s) 8 *cupiditatem.* t) 8 *rapia-*

Kal.[u] *April. Treviris*[v], *Valentiniano N. P.*[x] *et Victore V. C.*[y] *Coss.* (369.)

Interpretatio. *Judices provinciarum operam dare*[z] *debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et*[a] *per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si implere neglexerint, querelam civium non dubitent in se severissime vindicandam.*

13. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Antonium**) *Pf. P.* Ne quis domum iudicis ordinarii postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet, eiusdem duntaxat provinciae, sive notus iudici, sive etiam ignotus gestet tamen honores[b] auctoritatem praeferens. *Dat. V. Kal. Aug. Mogontiaci*[c], *Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)

Interpretatio. *Ne quis notus aut ignotus, eius tamen provinciae homo meridianis horis aut secretis iudicem videat.*

14. *Impp.*[d] *Honorius et Theodosius AA. Theodoro**) *Pf. P.*[e] Moderatores provinciae[f] curam gerere iubemus, ne quid potentium[g] procuratores perperam illiciteque[h] committant. *Dat. VIII.*[i] *Kal. Dec. Ravenna*[k], *Basso et Philippo VV. CC. Coss.*[l] (408.)

Interpretatio. *Judices provinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum*[m] *aliquid circa inferiores personas illicite iniusteque committant.*

(XVII.) TIT. ? DE OFFICIO RATIONALIS SUMMARUM ET REI PRIVATAE[mm].

— — — —

— c. 13. Haec lex, sed sine interpr. primum edita est a Cuiacio in Obs. VI, 34 ex fonte ignoto et deinde recepta in Cui. 1 cum interpr. *Ut meridianis horis*, ex Aeg. sumpta, quam etiam Aur. Lugd. babent. Interpretatio *Ne quis notus* primum ed. est in Cui. 2. Vesm. h. c. a Breviario alienam esse putat, quia sine interpr. a Cui. divulgata est; sed ad Br. eam pertinere, intelligitur cum ex interpr. addita, tum ex Summa Aegidiana, ubi in epitomen redacta est; praeterea etiam ex cod. 38, ubi inscriptio et subscr. cum interpr. *Ne quis notus* exstant et ex cod. 49, qui partic. interpr. *Ne quis notus* exbibet. In reliquis omnibus, quos inspexi codd., constitutio deest. Hunc vero locum legi tribuendum esse et Summa Aeg. docet, in qua eius summarium h. l. legitur, et codd. 38 et 49, ubi, quae adsunt, eodem loco posita sunt. In Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2* est *c.* 6; ap. Go. Ri. Ri*. *c.* 6, sed revera, ut ap. Be. *c.* 7; ap. W. est *c.* 13. In cod. 5 et ap. Cl. om. h. c. Utramque interpr., quam dixi, babent Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Ego omisi posteriorem interpr., cum non ab ipsis Visig. facta sit. Ap. Bou. h. c. legitur p. 758. Cf. cum h. lege c. un. tit. XX. — c. 14. Br. Al. *c.* 5 aut 6, sed in plerisque eius codd. *c.* 5. Vid. annott. ad c. 13. Sich. Til. *c.* 5. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2* *c.* 7; Go. Ri. Ri*. *c.* 7, sed revera, ut ap. Be. *c.* 8. 5, Cl. *c.* 11. W. *c.* 14. Cod. Just. I, 40, 11. Bas. VI, 1, 83. Integra exstat cum interpr. in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21; inscriptio et textus des. in codd. 24, 30—32, 35, 36, 40, 43, 44; solus textus om. in codd. 25—29, 33, 38, 39, 42; omnia des. praeter interpr. in codd. 41, 46; interpretatio deest in codd. 37, 44. In eundem fere diem incidit c. 4 C. Th. de Testimoniali (VII, 21).

Tit. XVII. C. Th. *Tit. ?* Vesm. *Tit. XVII.* Hunc et sequentes huius libri titulos, XVIII, XIX, XXVIII, XXIX, c. 1—5, XXX—XXXIII, restituit Vesmius partim ex cod. I., partim ex indice titulorum, qui tegumento codicis 32 (Reg. Par. 4413) agglutinatus est, penultimum (XXXIV.) sumpsit ex Summariis C. Th., quae ipse divulgavi. Indicem illum detexi anno h. saec. XXIII., edidi vero XIII. Kal. lun. ann. XXXVII. (vid. *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft*, T. I. p. 665 sq.) eodemque fere tempore communicavi cum Vesmio, quare falso scribunt l. c. p. 1126, eum inventum esse a Vesmio. Supersunt autem in indice rubra tantum titulorum, non leges, praeter pauca et corrupta quidem verba, quae rubris, ex constitutionibus videtur, aut aliunde adiecta sunt. Ita enim babet index: *De nomina officialiū qui curam gerebant antiquo iure In romam* | — *De officio prefecti urbis quando vicarius ꝓvocacionem vel reclama* | *cionem tur.* u) 29, 32, 42 add. *X.* v) Complures codd. *trium* aut *Treveris.* Vesm. *Triveris.* x) 8 *Valentiniano civi cons.* et des. reliqua. 9 *Val. II. ppo.* 19 *Val. po.* 29, 42 *Val. II. bp. et.* 32, 39, 43, 44 *Val. II. et.* 38 *Val. IX. et.* 26 om. *N.P.* 20, 21 *Val.* (20 supra lin. *Valentino*) *VII.* et om. *et Vict.* Ita etiam Sich., ubi asteriscus post *VII.* est. y) *V. C.* deest in edd. Til.—Lugd. et in compluribus codd., in aliis *C.* 5 *Vic.* In codd. 8, 16 sequitur interpr. c. 10, om. interpr. h. c. z) 20 *reddere.* a) 20, 25 et alii codd., Sich. Cui. 1—Lugd. *ut*, sed Sich. in m. *et.* *) Vid. infr. IX, 35, 2, not. *q.* b) Ita liber ms., ex quo Cui. in Obs. l. c. h. c. edidit, quod Cui. ibidem em. *ign. est et tum honoris,* quam cj. rec. Aur. Lugd.; Cui. 1. Aur. Lugd. (in m.), Cui. 2, 2*. Go. Bou. Ri. Ri*. Be. *ign. gestet tamen honoris.* Go., prob. Bou., legi vult *ign. exstet, tametsi,* quam cj. W. recepit. Sed cum neutra cj. probabilis videatur, neque ego melius quid invenire potuerim, restitui lectionem codicis. Id Vesm. quoque fecit, qui *ni* vel *nisi* ante v. *gestet* supplendum esse censet. Ceterum in Cui. 1 vv. *sive notus — ignotus* uncis inclusa sunt et in Obs. *sive notus — est.* c) Liber ms. sec. Cui. et edd. *Morantiaco*, praeter Be., qui *Morantiaci* et W., qui *Mogontiaci*, auctore Go., qui *Mogantiaco* scribi vult, cum Gratianus hoc anno saepe *Moguntiaci* commoratus sit, et in f. comm. c. 2 C. Th. de Veteranis (VII, 20) reprehendit scripturam *Morantiaci.* Bou. scribi vult *Mogontiaco*, quod Vesm. rep. 38 *morociano a. IV.* et om. *Gratianus.* d) In Cod. Just. Hal. et sqq. edd. ante Bk. add. *Arcadius*, male, nam Arcadius obierat mense Maio h. a. *) 20, Sich. *Theodoto.* 21 *Theodato.* e) 5 *pampeio*, sed vid. not. *f* c. 7 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6). 10, 18, R. *praeposito.* f) Cod. Just. *provinciarum.* g) 8 *potentiam.* h) Ita 5, 9, Til.; reliquae edd., etiam Vesm., *illiciteve.* 8, 19—21 om. *que.* Cod. Just. *iniusteque*, sed multi codd. *incesteque.* Cf. Dirksen l. c. p. 360. i) 16, Cod. Just. *VI.* 5, 6, 9, 10, 14, 18, 44, R. Til. Cui. 1 in m. Vesm. *VII.* 24 *IV.* 29, 36, 38, 40 *VIIII.* Sich. Cui. 1 —Lugd. *IX.*, sed Aur. Lugd. in m. *VIII.* 35 *XVIII.* Reg. Par. 4403[b]. *XIV.* 20, 21, 26 om. *VIII.* k) Nonn. codd. et edd. *Ravennae.* l) Plerique codd. et Cod. Just. om. *VV. CC.* 20 *čč. šš.* pro *VV. CC. Coss.* m) Sich. in m. add. *Provinciarum.* Vesm. *potentium.*

mm) Vesm. ut fragmenta const. alicuius deperditae recepit vv. *defensor* (nam recte em. *defensor* pro *defensoribus*, quod proposueram, ut lacuna quinque literarum post *def* expleretur) *domus principis* (vid. not. sup.) inter constitutiones ipsas iisque apposuit num. I. Similiter egit in tit. illis, qui ex solo cod. 32 innotuerunt. Rectius est propter ambiguitatem haec vv. ex illo loco depellere et transferre in inferiores notas. Idem feci in reliquis titt. Continent enim illa vv. librarii alicuius explanationem illorum titulorum, quam ipse fecit, raro sumpsit ex verbis legum.

(XVIII.) TIT. ? DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILUM [n].

— — — —

(XIX.) TIT. ? DE OFFICIO TRIBUNI VOLUPTATUM [nn].

— — — —

(XX.) TIT. ? DE OFFICIO JUDICUM CIVILIUM *).

1. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Curlio* **) *Pf. P.* [o] Honorati, qui lites [p] habere noscuntur, his horis [q], quibus caussarum [r] merita vel facta [s] panduntur [t], residendi cum iudice [u] non habeant facultatem [v]: nec [x] meridianis horis a litigatoribus iudices vi-

sentencie interponebat ad ipsum primum veniebat: | — *De officio magistri militum hic erat sup mililes;* | — *De officio questoris curam habebat laĩculis;* | — *De officio comitis sacre largicionis sacre largicionum recipiebat* | *tributa .... principe.* | — *De officio comitis rei private quasi exactores privatorũ* | — *De officio comitis orientis id est non amplius quã quingentis* | *aparitoribus habeanĩ quas quidem publicis necessitatib; ad* | *eo novimus abunde subpetere et quasi magistri exactorũ* | — *De officio prefecti agustalis habebat officiũ p agustã et reb; ....* | — *De officio vicarii quicquid reclamare aut referre ad princi* | *pem noluerint primũ ad vicarium referebant;* | — *De officio racionalis summarũ et rei private id est def ....* | *domus principis;* | — *De officio prefecti vigilum ministrabant erat ꝓ custodia urbis* | — *De officio tribuni voluptatũ qd̃ a temelicis et scenariis .....* | — *De officio defensoris senatorũ ipse etigebat alios senatores singu* | *los vel binos p singulas quasq; ꝓvincias;..................* | — *De curatoribus civitatũ* | — *De administratiuncolis intra urbem qui servabant p scrip* | *ta. qd̃ in arbitrio danĩ' non in potestatem accipientium* | — *De primiceriis id est senior matricolis* | — *De adsessores hoc erant cancellarii.* Dudum quidem mihi persuasum erat, haec rubra ad primum C. Th. librum pertinere, neque vero ea addere potui, cum ambigerem, quo loco ponenda essent, inprimis cum ordo eorum discreparet a titulorum numeris, quos codd. 5, 31, 35 habent. Consultius igitur erat de hac de disserere in praefatione C. Th., quam vid. pag. XXXIII., not. 197. Omnis quidem dubitatio tollebatur, cum Vesmius nova palimpsesti Taurinensis folia a se inventa esse nuntiaret (vid. Carlo Vesme *del Codice Teodosiano e di alcuni frammenti inediti del medesimo da un manoscritto della R. Università di Torino in Ephemeridibus Taurinensibus, quibus titulus Il Susalpino* Vol. I. p. 354 sqq. et Richteri Annales l. c. p. 1837 p. 91 sqq.), quae titulos et constitutiones libri I. continerent; sed iam editus erat a me primus C. Th. fasciculus, neque sola rubra recipere poteram sine novis illis constitutionibus. Eas Vesmius divulgavit anno h. s. XXXIX., quo priores quattuor C. Th. libros edidit. Postea petiit a me Adolphus Marcus, bibliopola, cuius sumptibus C. Th. edidi, ut omnem illam novam suppellectilem libro meo adderem; diu restiti quidem, tandem cessi viro honestissimo. Reposui igitur omnes titulos, tum a me tum a Vesmio inventos, addidi autem ex constitutionibus Sirmondi *titulum XXVII. de Episcopali definitione.* Vid. praef. Const. Sirmond. p. 427. Ordinem, quem clar. Vesmius restituit, servavi usque ad tit. XXII.; reliquos titulos aliter numeravi, interposito XXVII. Differt quidem hic ordo ab indice cod. 32 et a numeris titulorum *de Off. rect. prov.*, *de Officio iud. civilium*, *de Defensoribus civitatum*, *de Assessoribus*, quos codd. 5, 31, 35 habent; sed in indice illo nonnullos titulos, veluti *tit. IX. de Off. mag. off.*, *tit. XII. de Off. procons.*, *tit. XVI. de Off. rect. prov.*, *tit. XX. de Off. iud. civ.*, *tit. XXI. de Off. iud. mil.*, *tit. XXII. de Off. iud. omn.*, *tit. XXVII. de Episc. def.* omissos esse apparet, quod hac de caussa factum esse arbitror, quia librarius noluit conscribere nisi *nomina officialium, qui antiquo iure Romae curam gesserint*, quamquam ipse rem male perfecit, aliis titulis retentis, quos debebat omittere, aliis omissis, qui retinendi erant. Illorum vero titulorum numeros XVI, XVII, XX, XXI effictos esse a librario aliquo, qui, cum numerum tituli *de Off. vicarii* novisset, reliquos continua serie recenseret, iam Vesmius exposuit. Constare enim ex codd. I. et 32, inter tit. *de Officio vicarii* et tit. *de Defensoribus civitatum* quattuor excidisse titulos. Vid. etiam infr. tit. XXVII, not. sup. Iam W. propter Cod. Iust. recte suspicatus erat, plures titt. inter tit. de Off. rect. prov. et tit. de Off. iud. civ. deesse. Vesmius inseruit h. t. hoc loco auctor. Cod. Iust., in quo tituli *de Officio praefecti vigilum* et *de Off. praefecti annonae* statim ante tit. *de Off. civil. iud.* leguntur. In Cod. Iust. om. hic tit., nonnullae autem const. ad ipsum pertinentes reperiuntur in tit. Ubi caussae fiscales (III, 26). Ceterum vid. not. *mm.*

Tit. XVIII. C. Th. *Tit.?* Vesm. *Tit. XVIII.* Cf. tit. XVII., not. sup. Cod. Iust. I, 43. Cassiod. Var. VII, 7 Apud Vesm. hic tit. ex duabus constat legibus; prioris c. fragmentum restit. Vesm. ex cod. 32; sed c. 2 ex Cod. Iust., ubi est c. un. h. t. Vid. not. *n.*

Tit. XIX. C. Th. *Tit.?* Vesm. *Tit. XIX.* Cf. tit. XVII., not. sup. Cass. VII, 10. Inter hunc et superiorem tit. Vesm. fuisse suspicatur tit. *de Officio praefecti annonae*, quamvis ex eo nullae leges in Cod. Iust. receptae sint, ideo fortasse, quod annonam Veteris potissimum Romae respiciebant.

Tit. XX. C. Th. *Tit. ?* Cod. 31, 35 *Tit. XVII.*, sed sec. seriem titulorum *Tit. VIII.* In cod. 5 est *XVII. Tit.*, ipso numero, quem Cl. W. H. add., et rubrica tit. omm. Br. Al. eiusque codd. 6, 8—10, 12, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 36—44, 48, Sich. (sed om. numero) Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Aeg. L. R. U. *Tit. VII.*; Cui. 2, 2*, ap. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VIII.* propter additum tit. de Offic. vic. In omnibus, quos inspexi codd., in L. R. U., ap. Aeg. et in edd. hic tit. ex una tantum constitutione constat. Vesm. *Tit. XX.* Vid. etiam tit. XXIX. Cod. Iust. I, 45. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Cod. Just. I, 45, 1. Bas. VI, 1, 114. Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21, 25; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 49; inscr. et textus in codd. 24, 28, 30, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 37; solus textus om. in codd. 26, 27, 29, 32, 33, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 48.

n) Vv. ... *ministrabant, erat pro custodia urbis*, quae post rubr. exhibet 32, ita vero, ut literae *odia urbis* incertae sint, ap. Vesm. efficiunt fragmentum c. 1 h. t. Vid. not. *mm* antec.

nn) Vesm. ex cod. 32, ubi vero *temelicis* et post *scenariis* supersunt nonn. literae evanidae, fecit fragmentum c. 1: *quod a thymelicis et scenariis.* Vid. not. *mm.*

*) Cod. Just. *de Offic. civ. iudicum.* **) Nonn. codd. *Cursio*, *Corcio*, *Quurcio.* o) 5 *Pampeio.* Vid. supra tit. XVI, c. 14, not. *e.* 10, 18, R. *praeposito.* 19 *p̃cos.* Nonn. codd. ap. Go. *Cons.* p) Cod. Just. *litem.* 19 *Hon. qualiter.* q) 8 *hic iuris.* 20, 21 *his honoribus.* Sich. *his temporibus.* In Cod. Just. add. *atque temporibus* sec. cod. Pl. 2, edd. Nbg. Hal., sed *vel temporibus* in edd. Schf. et Russ. et sqq. ante Herm. r) Cod. Just. vulgo *vel merita*, sed in codd. Montisp. H. 82, Pl. 1, 2. Bg. Gt., edd. Nbg. Schf. Herm. om. *vel.* s) 9 et Cod. Just. *fata* (vid. Cui. Obs. XVI, 9), sed codd. Montisp. H. 82, Pl. 1. Bg., edd. Schf.

deantur [y]. Quina [z] itaque pondo [a] auri tam iudici, quam eius officio et [b] honoratis parem mulctam adscribendam esse cognoscas [c], si quis contra praeceptum huiusmodi venire tentaverit. *Dat. III.* [d] *Non.* [e] *Feb.* [f] *Romae* [g], *Basso et Philippo VV. CC. Coss.* [h] (408.)

Interpretatio. *Honorati provinciarum (id est, ex curiae corpore), si et ipsi in lite sunt* [i] *constituti* [k], *tempore, quo caussae aliorum* *) *a iudicibus ventilantur, cum iudice non resideant: et litigatores meridianis horis iudicem non salutent* [l]. *Si aliud* *) *praesumpserint, mulctam supra scriptae legis exsolvant.*

(XXI.) TIT. ? DE OFFICIO JUDICUM MILITARIUM [m].

1. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.* [mm] *Comitibus et Magistris* [n] *utriusque militiae.* Nunquam omnino negotiis [o] privatorum vel tuitio [p] militis [q] vel exsecutio [r] tribuatur. *Dat. pridie* [s] *Id.* [t] *Febr. Constantinopoli, Theodosio A. III.* [u] *et Abundantio* *) *V. C.* [v] *Coss.* (393.)

Interpretatio. *Nulli penitus in civilibus caussis militaris vel tuitio vel exsecutio deputetur.*

(XXII.) TIT. ? DE OFFICIO JUDICUM OMNIUM *).

1. *Imp. Constantinus A. ad Domitium* [x] *Celsum Vicarium* [y]. Nemo iudex officialem [z] ad eam [a] domum, in qua materfamilias agit [b], cum [c] aliquo praecepto existimet [d] esse [e] mittendum, ut eandem in publicum pro-

---

Tit. XXI. C. Th. *Tit. ?* Br. Al. eiusque codd. 6, 8—10, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 36—44, 46, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Aeg. L. R. U. *Tit. VIII.* Cod. 35, Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. IX.* propter add. tit. de Off. vic. Haen. *Tit. XVIII.* Vesm. *Tit. XXI.* Vid. tit. XVII, not. sup. In cod. 5 est *Tit. XVIII.* sec. seriem titt., ipso numero et rubrica omm. Numerum *XVIII.* add. Cl. et W. Totus titulus om. in cod. 31, uno eius folio exsciso. Cod. Just. I, 46. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Cod. Just. I, 46, 1. Bas. VI, 1, 93. Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 37, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 29, 30, 35, 36, 40, 41; inscr. et interpr. in cod. 38; solus textus om. in codd. 25—28, 32, 33, 39, 42—44. Duplici interpr. instructa est h. c. in Cui. 2, 2*, ap. Go. Ri. Ri*., quarum posterior, quam nos cum Sich. exhibemus, Br. Alariciani est; prior „*Nec comes*" etc., quae sola in Cui. 1. Aur. Lugd. invenitur, ex Aegidio sumpta est, qua de caussa h. l. om.

Tit. XXII. C. Th. *Tit. ?* Br. Al. eiusque codd. 6, 8—10, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 36—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Aeg. L. R. U. *Tit. IX.* Haen. *Tit. XIX.* Vesm. *Tit. XXII.* Vid. tit. XVII, not. sup. Cod. 35, Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. X.* propter add. tit. de Off. vic. In cod. 5 est *Tit. XIX.* sec. seriem titt. Numerum *XIX.* add. Cl. et W. Totus titulus om. in cod. 31. In codd. Br. Al. et in edd. hic tit. tribus constat constt., nunc quattuor. Vid. c. 3 h. t. Cod. Just. I, 48. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. 1.* Ed. Th. c. LXXIII. Cod. Just. I, 48, 1. Baron. ad ann. 316, n. LXXII. Integra exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21; omnia des. praeter interpr. in codd. 41, 46, 49; inscriptio et textus in codd. 24, 29, 30, 35, 36, 40; subscr. et textus in codd. 26, 37; solus textus om in codd. 25, 27, 28, 32, 33, 38, 39, 42—44.

Cont. 66, 71, 76, Char. Herm. *facta.* Cf. Dirksen l. c. p. 361. t) 5 *pandantur.* 14, 20, 21, Sich. Til. et nonnulli Cod. Just. libri mss. *penduntur.* Deinde nonn. codd. *sedendi.* u) Cod. Just. *iudicibus*, etsi al. *iudice*, s. *iudicem*, s. *iudicio.* v) 49 add. *id est licentiam.* In v. *facultatem* desinit Cod. Just. x) Nonnulli codd. *ne.* y) 5 *videant*; quidam ap. Go. *adeantur.* z) 10, 18 *Quino.* 20, 21, Sich. *quinque.* Til. *quin.* Pro *itaque* nonn. codd. *igitur.* Cod. Aug. ap. Sich. *Quinquaginta p.* a) Ita codd. praeter 10, 18, *qui pondere.* 21, Sich. Be. *pondera.* b) 6, 14, 17, Til. *atque.* c) 8—10, 19—21, 25 *cognoscant.* 18, 20 (corr.), Sich. *cognoscat.* 19 om. *si.* Mox nonn. codd. *huiuscemodi.* d) 20, 21, 25, R. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *IIII.*, sed Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. in m. *III.* e) *Non.* deest in nonnullis codd. f) Sich. in m. *Novemb.* Item 28, 40. g) 20, 21, 38, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. om. *Romae.* Cod. Just. vulgo *Ravennae*, male, sed Cont. 62. Bk. Herm. *Romae.* h) In omnibus fere codd. et in Cod. Just. om. *VV. CC.*, in aliis *VV.* i) Nonn. codd., ut 20, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *sint.* k) Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. add. *eo.* *) 20, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *illorum*, proh. Ri. et Vesm., sed Vesmio textui quidem magis respondere, tamen, cum unius nec optimae notae codicis auctoritate nitatur, non videtur recipiendum esse. l) Aur. Lugd. add. *id est munera non offerant.* *) 20, Sich. *aliter*, sed Sich. in m. *aliud.*

m) Cod. Just. *de Off. mil. iud.*, sed cod. Montisp. H. 82, ut C. Th. Rein. add. *Abundantio*, *Stiliconi* ex c. 3 C. Th. de Salgamo (VII, 9). mm) 19 *Impp. Theodosius et Arc. augg.* et om. *Honorius A.* Cod. Just. *Imppp. Valentinianus, Th. et Arc.* in edd. Nbg. Hal. et sqq. ante Bk. Codd. Pist. Cas. *Val. Th. et Honor.*, cod. Bg. *Val. Th. et Max.*, cod. Pl. 2 *Val. Th. et Arc. et Hon.* Montisp. H. 82 *Imppp. Valerius Honorius et Th.* n) 5, 20, 21, Sich. *magistratibus.* 19 *maiestatibus.* 8 *magistrum.* 26, 32, 39, 43, 44 om. *comitibus — mil.*, 28 *et magistr. u. m.* et 27 *utr. mil.* 5 *milicie priv.* Cod. Montispes. H. 82 om. *et mag.* Edd. Nbg. Hal. et sqq. edd. ante Bk. *mag. et com.* o) 10, 18, Cod. Just. *in negotiis.* Aur. Lugd. *N. omnia neg.* p) 8 *divisio.* 16, 38 *vicio.* q) 20, 21, edd. et Cod. Just. *militaris.* Reliqui codd. *militis*, praeter 9, qui *milites* et 38, qui *multis.* r) Nonn. codd. *excusatio.* s) 19, 26, 29, L. R. U. *III.* t) 8, 20, 21 *Kal.* Idem Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd., sed in m. *Idus.* 24 om. *Id.* u) 19—21, 32, 39, Sich. *IV.* 26, 36 om. *III.* 29, 40, 41 om. *A. III.* *) Plerique codd. *Habundantio.* v) 21, 26, 41, Cod. Just. om. *V. C.* 5 *vicario.* 10, 18 *viris claris.* 19 *vvcl.* Til. *VV. CC.*, similiter 20, sed cum signis compendii. 42 *vcc.* 43 *u cons.* Mox multi codd. om. *Coss.*

*) Sich. in titulorum indice om. h. t. 20 add. *Imperatorum.* x) Nonn. codd. *Domecium.* Cod. Pist. *Domitianum*, cod. Vat. *Dominicum*, cod. Montisp. H. 82 *Domitio Celso Vicario.* 10, 14, 16, 18, Til. add. *vel.* y) 8 om. *Vicarium.* 14, 16, Til. *VV. CC.* 39 *v. cons.* 42 *vcc.* 43 *vc. cons.* 10 *viris cl.* 18 *iurisd.* Rein. add. vult *Africae*, recte. Vid. Go. ad h. c., not. *b.* z) 5 *ad off.* 20, 21, Sich. ex *officialibus*, sed Sich. in corr. ex cod. Aug. *officialem.* Cod. Just. pler. edd. *aliquem off.*, sed al. om. *aliquem.* a) 5 *ad eum.* 16 *ad eandem.* b) Nonn. codd. *aget.* Cod. Just. *degit*, sed codd. Pl. 1, 2, Taur. 1, 2, Vercell., ed. Schf. *agit.* c) 16 om. *cum.* 19 *aliquod praeceptum.* d) 5, 6, 9, 14, 18 *aestimet*, quod saepe in codd. pro *existimet* ponitur. 8 *stimet.* e) Sich.

trahat[f], cum certum sit*), debita eius, quae intra domum, considerato sexu[g], semet[h] contineat, domus eius vel cuiuscunque rei habita distractione[i], publicis necessitatibus posse servari. Quodsi*) quis in publicum matremfamilias posthac[k] crediderit protrahendam, inter maximos reos, citra ullam[l] indulgentiam, capitali poena[m] vel exquisitis potius exitiis[n] suppliciisque[o] plectatur[p]. *Dat. III.*[q] *Id. Jan. Treviris*[r], *Sabino*[s] *et Rufino*[t] *Coss.* (316.)

Interpretatio. *Nullus iudicum matronam in domo sua*[u] *residentem per quemcunque apparitorem*[v] *ad*[x] *publicum existimet*[y] *protrahendam, sed circa eam, pro sexus reverentia*[z], *conventio honesta servetur: cum*[a], *si quid eam debere constiterit, constrictis eius auctoribus possit*[b] *exsolvi. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se afficiendum esse cognoscat.*

2. *Idem A. Andronico*[c]. Si contra pupillos, viduas vel morbo[d] fatigatos[e] et debiles impetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium[f], memorati[g] a nullo nostrorum iudicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere. Quin imo*) intra provinciam, in qua litigator[h] et testes[i] vel instrumenta[k] sunt, experiantur iurgandi fortunam, atque omni[l] cautela servetur[m], ne terminos provinciarum[n] suarum cogantur[o] excedere. Quodsi pupilli[p] vel viduae aliique[q] fortunae iniuria miserabiles[r] iudicium nostrae serenitatis[s] oraverint, praesertim cum alicuius potentiam perhorrescunt[t], cogantur[u] eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. *Dat. XV.*[v] *Kal. Jul.*[x] *Constantinopoli*[y], *Optato et Paulino Coss.* (334.)

Interpretatio. *Quicunque*[z] *adversus*[a] *pupillos, viduas et aegrotos*[b] *nostra praecepta meruerit*[c], *eos de locis suis commovendi vel extra provinciam suam*[d] *usquam penitus protrahendi licentiam summovemus, ut*[e] *ibi caussam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint*[f] *facilius invenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus*[g], *nos crediderint expetendos*[h], *huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus*[i]; *ita ut adversarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem provinciae compellantur.*

3. *Imp. Julianus A.*[k] *ad Mamertinum*[l]. Conventis

— c. 2. Br. Al., codd. edd. c. 2. Cod. Just. III, 14, 1. Bas. VII, 3, 37. Integra cum interpr. exstat in codd. 6, 8 —10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. mutil. des. in cod. 49; textus et inscr. in codd. 24, 26, 29, 30, 32, 35, 36, 39, 40, 43, 44; textus et subscr. in codd. 37, 41; solus textus om. in codd. 25, 27, 28, 33, 38, 42; sola inscr. in cod. 5. Nov. Mart. tit. I. — c. 3. Inveni h. c. in append. codd. 11, 12, 14, 17, 23 et in exempl. F. 6. In cod. 14 praemittitur rubrica *De Officiū Jud. Omniū*, quamquam *Jud.* fere deletum est; in cod. 17 rubrica *De Officiū . . . . cō Omniū*. In codd. 11, 12, 23, cum omnis rubrica desit, cohaeret cum c. 11 C. Th. de Off. rect. prov. In F. 6 adscripta est post c. „*Eum qui sciens*“ (vid. Haub. Opp. T. II, p. 931 sq.), rubrica non add., sed add. annot. marg. *tuam cdi l. 6. de Accus.* Primus eam, cum in veteri exemplari Cod. Theod. ad finem eius invenisset, ed. Go. in comm. ad c. 6 C. Th. de Accus. (IX, 1), deinde Ri. eod. loco, T. III, p. 12, tum Hauboldus ex schedis meis in Praetermissorum, inprimis ad Brev. Alaricianum pertinentium etc. Promulside I. Lips. 1822. p. 26 (Opuscc. T. II, p. 932), denique Klenze ex cod. Berol. Mss. Lat. 270 in Instit. Gregoriani (Zeitsch. f. gesch. Rechtswissensch. T. IX, p. 274), ubi est c. 2 C. Th. de Off. rect. prov. Go. Klenz. referunt eam in tit. de Accus. propter similitudinem c. 6 eiusd. tit. Ego auctoritate cod. 14, quocum congruere videtur cod. 17, qui *cō* pro *cū* saepissime ponit, huic tit. eam interponendam esse putavi. Cf. quae de hac re disserui in *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft*. 1838. p. 601, 602. Eodem fere die data est c. 16 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5).

---

sibi. f) 20 *pulicum.* 21 *adtrahat.* *) Sich. om. *sit*, sed in m. *Deest fortassis hic verbum, quale est s i t.* g) 14 *consideratu sexum.* 8 om. *sexu.* h) 8 *emit.* 14 *et.* i) 8 *habitandi d.* *) 19 *serv. ut si.* k) 10, 18 *matremfamilie posthec.* 8 *prohac.* l) 5 sec. apogr. meum, 8, 9 om. *ullam.* 20, 21, Sich. *ullam citra.* 10, 14, 17 *illam.* m) 5 sec. Cl. om. *poena.* In Cod. Just. om. sqq. *vel — suppliciisque.* n) 5, 10, 18 *exicii.* o) Nonn. codd. om. *que*, unde Vesm. *exitii suppliciis.* p) 5, 6, 8, 14, 16, 17, Cod. Just. Vesm. *plectetur.* q) 20, 21, 42, Sich. Cod. Just. *IV.*, sed Sich. in m. et Bk. Herm., codd. Pist. Par. *III.* Mox Hal. et sqq. edd. Cod. Just. *Id. August.*, Herm. *Jan.* L. R. U. *Kal. Jan.* r) Cod. Just. om. *Trev.*, rec. ex C. Th. Bk. et Herm.; nonn. codd. *trium*, alii *triv.* 20, 21, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *Treveris.* Vesm. *Triveris.* s) 10, 14, 18, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. *Sabiniano.* Complures codd. *Savino.* 24 *Sabiano.* t) 20, 21, Sich. *Rufo*, sed Sich. in m. *Crasso.* 36, 40 *Erasmo.* Multi codd. om. *Coss.* u) Complures codd. *in domum suam resid.*, prob. Vesm. v) 43 *ad praetorem.* x) 20, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *in.* y) Ita plerique codd., Sich. Cui. 1. Aur. Lugd.; Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. *aestimet.* z) Nonnulli codices *reverencie.* a) 20, alii, Sich. *quod*, sed Sich. in m. *cum.* b) Nonnulli codices *actoribus*, quod mihi placet et a Vesm. restit. est, alii *actoris.* 20, Sich. *posse.* Ceterum haec videntur inculcata esse ex alia const. a Breviatoribus omissa; desunt enim in ipsa c. c) Nonnulli codd. add. *augg.* 14 *Idem andronico* et om. *A.* Cod. Just. *ad Andronicum.* 19 *andromacho.* 20 *anthronico.* 8 *Antronico.* 21 *Adronico.* 5 om. inscript. d) Cod. Just. *vel v. vel diuturno morbo.* 9 *et morbo.* 10, 18 *viduae v. m.* e) 8 *fatigatis.* Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *fatigatas.* f) 8 om. *nostrae i.* 14 *nos i.* 20, 21, Sich. Til. *iudicio.* g) 14 *memoramus.* *) 14 *Qui nemo.* h) 8, 9, 21, Sich. *titigatur.* 20 *litigat'.* i) 8, 9, 20 add. *sunt.* 5 *hec testes.* 10, 18, R. *testis.* k) 16 *instructa.* l) Dirksen l. c. p. 422. m) 9 *servaturum.* 19, 20, 21, Sich. *serventur.* Deinde 20 *nec.* n) 5 *provincialem.* o) 6 *cogentur.* p) 5 *publici.* 8 *pupille.* q) 9, 20, 21, Sich. *aliaeque.* 10, 18, 19 *aliquae.* r) Nonnulli codd. *iniuriam miserabilis.* s) 5 *servitutis*, sed corr. *serenitatis.* t) Ita 14, 16—18, Cod. Just.; reliqui codd. et edd. *perhorrescant.* u) 18 *cogentur.* v) 32 *V.* 19, 24 om. *XV.* x) Anian. Rhem. sec. Go. *Jun.* y) 8 om. *Opt. et P. Coss.*; plerique codd. om. *Coss.* 14 *Obtatu.* 36, 40 *et Probato Pcc.* Sich. in m. *Probato.* z) 8, 10, 18, 42, 44, alii, Vesm. *Si quic.* Sich. in m. *qui.* a) Edd. et plerique codices *adversum*; etiam Vesm. b) 20, 36, 40, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *infirmos*, sed eaedem edd. in m. *vel aegrotos.* c) Permulti codd. *meruerint.* d) Nonn. codd. *nusquam.* 20 *ñ usq.* e) Nonn. codd. *et.* Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *sed*, prob. Ri., quo vero non opus esse dicit Vesm. f) 5 *testimonio possunt.* g) Plerique codd. *consolemus* aut *consulemus.* h) 5, 8 *exspectandos*, deinde alii *hunc* aut *huc.* i) Multi codd. *negemus.* 5 *compellant.* k) *A.*

rectoribus a sublimitate [m] tua edi [n] non minus criminalia [o] acta, quam civilia iubemus, his videlicet, quorum [p] salus ad discrimen vocatur. *Dat. XI.* [q] *Kal. Dec. Antiochiae, Iuliano* [r] *A. IV.* [s] *et Sallustio* [t] *Coss.* (363.)

4. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pars Actorum habitorum* [u] *in Consistorio Gratiani Aug. Gratianus Augustus dixit* [v]. Det operam iudex, ut praetorium suum ipse componat. §. 1. Ceterum neque [x] comiti, neque rectori provinciae plus aliquid praestabitur [y], quam nos concessimus [z] in annonis seu cellariis etc. *Actum in Consistorio, Merobaude II. et Saturnino Coss.* [a] (383.)

Interpretatio. *Iudicem* [b] *praetorium suum de proprio debere componere et nihil a provincialibus aliquid* *) *amplius petere, quam ei in annonis vel cellariis a principe fuerit deputatum.*

— — — —
— — — —
— — — —

— — — —

TIT. XXVII. DE EPISCOPALI DEFINITIONE.

1. [c] *Imp. Constantinus A.* .... Iudex pro sua sollicitudine observare debebit, ut, si ad episcopale iudicium provocetur, silentium accommodetur. Et si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit et illud iudicium observare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum, et pro sanctis habeatur, quicquid ab his fuerit iudicatum: ita tamen, ne usurpetur in eo, ut unus ex litigantibus pergat ad supradictum auditorium, et arbitrium suum enuntiet. Iudex enim praesentis caussae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet. *Dat. IX. Kal. Iul. Constantinopoli, Licinio A. et Crispo Caes. Coss.* (318 aut potius 321.)

— — — —
— — — —
— — — —

— c. 4. Br. Al., codd. edd. c. 3. Integra cum interpr. exstat in codd. 5, 6, 8—10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 30, 40, 41; inscr. et textus in codd. 24, 26, 32, 35, 36, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 33, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 38, 42.

Tit. XXVII. Titulum *de Episcopali definitione* primi libri esse, demonstravi in Dissert. de Constitutionibus, quas Sirmondus ed. p. 13 sq. et in praef. Constitt. Sirmond. p. 426 sq., agnoscit etiam Vesm. Eum XXVII. tit. esse, apparet ex lemmate c. XVII. et XVIII. Sirmond. (vid. c. 1 et ult. h. t. not. *c*, *d*), quid quod vv. lemmatis c. XVIII. „*Lex alia — et hoc validior, quia omnibus posterior,*“ eum qui lemma scripserit, accurate inspexisse titulum C. Th. probant. Quaeritur, ubi interponendus sit. Retento Vesmii ordine ponendus est post tit. ap. Vesm. *XXVI. de Administrationibus intra urbem.* Quominus hoc fieri possit, impedit *tit. de Procuratoribus gynaecei*, quia folium II. codicis I., quod Vesm. detexit, utrumque titulum ita comprehendit, ut alter alterum subsequatur. Quare *tit. de Episcopali definitione* ante utrumque in C. Th. fuerit necesse est. Neque obstant numeri titulorum in Vesmii editione; eos enim apposuit Vesmius, Taurin. folium non habet (vid. tit. XXXII, not. sup.); praeterea non obstat cod. 32, ubi nihil est, nisi delectus titulorum. Quae cum ita sint, *tit. de Episcopali definitione* inter tit. *XXII. de Officio iudicum omn.* et tit. *de Defensoribus senatus* (ap. Vesm. *XXIII.*) interponendum esse censeo. Perrexisse enim C. Th. compositores, verisimile est, post tit. *de Officio iudicum omnium* ad titulos, qui de Officiis magistratuum civilium agerent, deinde egisse de ecclesiasticis iudiciis, eorum compositione atque ambitu; tum transiisse ad minores magistratus, qui vel nulla vel paucorum hominum officia haberent et ad personas, quae muneribus officiorum fungebantur. Qui tituli ante hunc tit. exciderint, incertum est; certum, quattuor excidisse inde ab tit. XV., cum hic tit. in utroque codice, et Justin. et Theod., eodem fere loco sit, detractis titulis, qui tit. *de Off. praef. praet.* antecedunt, et de aliis rebus, quam de Officiis mag. agunt. Videntur igitur deesse *titt. de Off. praetorum, de Off. praefecti annonae, de Comitibus rei militaris, de Officio eius qui vicem alicuius*, quos Cod. Just. post tit. *de Officio vicarii* habet; aut si quis horum titt. non fuit in C. Th., fortasse reponendus est *tit. de Officio comitis sacri palatii*, qui in Cod. Just. *tit. de Off. procons.* antecedit, ut iam ante tit. XII. C. Th. de Off. procons. exciderit. Jam titulorum quoque XXI. et XXII. numeros falsos esse puto, nolo autem eos mutare, usque dum veri inveniuntur; reliqui, quos Vesmius apposuit, necessario mutandi erant, et, quod iam Vesm. divinavit, XXXIV. revocandus ante tit. de Assessoribus, qui nunc libri primi, quatenus ad nostram aetatem pervenit, ultimus est. Iam optime convenit XXXIV. ille titulus quem Summ. C. Th. nominant (vid. tit. XXXIV, not. sup.), cum ordine titulorum. De codd. edd. vid. nostram ed. Constitt. Sirm. p. 475 sq., ubi scripturae diversitas annotata est. — c. 1. c. *XVII. Sirm.* Eam primam h. tit. fuisse, colligo ex anno, quo data est.

add. ex codd. 11, 12, 17, 23, F. 6. Mox 11 *Mamaertinum.* Vesm. *Iovianus* pro *Iulianus.* Vid. infra not. *q.* l) Add. *PP.* m) Ita 12, 14, 17, quod iam Go. prop.; 23 *ad sublimitate.* 11, F. 6. Haub. Ri. Ri*. *ad sublimitatem.* n) Ita iam cj. Go., improb. Haub. 11, 12, F. 6. *tuendi non.* 23 *tue edi.* 14, 17 *tue*; sed F. 6. in m. *tuam edi*, prob. Haub. et Kl. Sequentia fere iisdem vv. leg. in c. 6 C. Th. de Accus. (IX, 1), quae Constantini est, et idcirco pro repetita huius forma habetur a Vesmio. o) 23 *nominis criminalalia.* p) 23 *eorum.* q) Ita 14, 17, 23. 12 om. *XI.* 11, cod. Berol. F. 6. Go. Ri. Ri*. Haub. Klenz. *XII.* Vesm. in inscr. h. c. *Iovianus* rep., quia Julianus iam VI. Kal. Iul. occidit. Verum *Dat.* pro *reddita* est. Cf. infra VIII, 1, 8, not. *q.* r) 12 *Ant. et Aureliano* et om. *et S. Coss.* s) Ita 11, 14, 17, 23 et F. 6. Go. Haub. om. *IV.* t) 11, 14, 17 *Salustio.* 23 *Salutio.* u) 5 *Valentin. Grat. et Th. a. P. A. habitatorum.* v) 8 om. *Grat. Aug. dixit.* 14 om. *Gratiani Aug.* et 5 *Aug.* 33, 38 om. *Pars — dixit.* 20, 21, 29, Sich. Cui. 1, 2, 2* om. *dixit.* 42 *det operam* pro *dixit.* Deinde 20 *et praet.* x) 8 *iterum nullus.* 20, 21, Sich. *nullus.* Cui. 1 — Ri*. om. *neque.* 9 *comes.* y) 20, 21, Sich. *praestabit.* z) 5 *consensimus.* a) 8 *actutū constiterit — Vic. Coss.*, unde Vesm. add. *VV. CC.* 24 om. *Actum in Consist.* et alii codd. *Coss.* b) 38 *Haec lex iubet iudicem* et nonn. codd. *cancellariis.* *) *Aliquid* deest in multis codd. et a Vesm. deletum est.

c) In codd. et edd. hoc lemma add.: *Lex de Theodo-*

c. ult. [d] *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Theodoro Pf. P.* Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri a sacerdotibus acquieverint. Cum enim possent privati inter consentientes etiam iudice nesciente audire, his licere id patimur, quos necessario veneramur eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam, quam vestris deferri necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare. Per publicum quoque officium, ne sit cassa cognitio, definitioni exsecutio tribuatur. *Dat. Id. Dec. Basso et Philippo Coss.* (408.)

(XXVIII.) TIT. ? DE DEFENSORIBUS SENATUS.

1. *Imp. Constantius* [e] *A. ad Senatum.* Mandanda defensio sit his, quorum fides probabilis [f] aestimatur, ut in singulis quibusque provinciis obsistant, ne quid contra morem atque iustitiam aut competentem pensionum modum a senatoribus postuletur; praesertim cum ea tantum solvi oporteat, quae vel in delegatione manu nostrae mansuetudinis annotantur [g], vel a [h] praefectura pro rerum necessitatibus postulantur [i]. *Dat. V. Non. Mai.* *), *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Clearchum Vicarium Asiae* [k]. Habeant senatores potestatem deligendi [l] ex corpore suo singulos vel binos per singulas quasque provincias, qui omnium patrimonia aptent usui ac munitione defendant, depensae quoque capitationis relevatione. Nam commodum principale [m] divalis Juliani, quod ad solos decuriones per gratiam iudicum pervenisse dicitur, non ad curiales tantum, sed ad cunctarum lassas gentium utilitates iubemus communi lege transire. *Dat. prid. Non. Mai. Nicomediae* [n], *divo Joviano et Varroniano Coss.* (364.)

3. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Vindaonium Magnum Pf. U.* Quotins fiscalium functionum dispositio tractatur, absente senatus defensore nihil sibi praesumant vel curiales vel iudices ordinare, ne quid contra commodum coetus amplissimi, iustitiae ratione despecta, temerariae usurpationis decernat audacia; cum etiam hanc licentiam defensoribus dederimus, ut, si forte in contumeliam [o] senatus divalis fuerit forma neglecta, referre festinent. *Dat. IV. Kal. Jun. Antiochia, Valente* [p] *V. et Valentiniano AA. Coss.* (376.)

4. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Aureliano Pf. U.* Defensores [q] senatorum per provincias constitutos suscepti officii tenere convenit libertatem. Qua de re, si quando ab ordinario cognitore privilegia amplissimi ordinis deteruntur, ac renitendi sibi copia denegatur, ad nos referre non dubitent, ne [r] singulorum diffidentia cunctorum crescat iniuria. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

(XXIX.) TIT. ? DE DEFENSORIBUS CIVITATUM.

1. *Imppp. Valentinianus et Valens AA. ad Probum*

— c. 2. c. *XVIII. Sirm.* Vid. c. 1 not. sup. Eam ultimam fuisse h. tit., persuadet lemma c. XVIII. cit. Vid. not. *d.* Cod. Just. I, 4, 8.

Tit. XXVIII. C. Th. *Tit. ?* Vesm. *Tit. XXIII.* Vid. tit. XXVII, not. sup. Hunc titulum Vesmins primus edidit e palimpsesti Taur. s. cod. I. fol. III. (inter ea, quae ipse detexit fol. I. Vid. praef. C. Th. p. VI.) Ex ordine foliorum in codice illo sequens folium huic olim praeponendum putaverat (cf. tit. XVII, not. sup.), sed postea mutavit sententiam auctoritate codicis 32, in quo rubr. *de Officio tribuni voluptatum* hic titulus subsequitur (*de Officio defensoris senatorũ*) adiectis nonn. vv. c. 2 (cf. tit. XVII. l. c.) et post hunc demum tit. alter profertur, qui in proximo folio reperitur. Cf. tit. XXXI, not. sup. „Dicendum igitur, inquit Vesm., par foliorum III — IIII a rescriptore, antequam ea in novum librum insererentur, et detonso interiore olim margine alterum ab altero disiungeretur, fuisse inverso ordine complicatum, cuius facti unum hoc exemplum in cod. α (I.), sed permulta occurrunt in aliis palimpsestis." — c. 1. C. Th. cod. I. Vesm. c. 1. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 12, 13 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publ. comparat. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). — c. 2—3. C. Th. cod. I. Vesm. c. 2, 3. — c. 4 C. Th. cod. I. Vesm. c. 4. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Const. pr. (I, 1), c. 1 C. Th. de Praediis senat. (VI, 3), c. 130, 131 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 29, 30 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1), c. 26 C. Th. de Praetorib. (VI, 4).

Tit. XXIX. C. Th. *Tit. ?* In cod. I. numerus tituli deest; in codd. 31, 35 add. numerus *XX.*, quamquam ibi secundum seriem titt. *tit. XI.* est. In cod. 5 est *XX. tit.* sec. seriem titt., numero et rubr. omm.; Cl. et W. add. numerum *XX.* Br. Al. eiusque codd. 6, 8—10, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 36—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Aeg. L. R. U. *Tit. X.*; Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XI.* propter add. tit. de Off. vic. Haen. *Tit. XX.*

siano sub titulo XXVII. De Episcopali definitione. d) In codd. et edd. legi hoc lemma praefixum est: *Lex alia de Theodosiano sub titulo XXVII. De Episcopali definitione, et hoc validior, quia omnibus posterior.* Vid. not. sup. h. t.

e) I. *Constantinus.* Vesm. *Constantius.* Cf. c. 1 de Off. pr. urb. (I, 6). f) I. *probabiles.* g) I. videtur habere *adnotatus* et sec. man. *adnotatur.* h) I. *ad.* i) I. *postulatur.* *) Add. *Gyfyrae* ex legibus cum h. c. coniungendis. k) Ita I. a prima man., tum supra lin. scriptum *urbis,* quae tamen vox iterum erasa est. Fuisse sane hoc tempore Clearchum vicarium Asiae Vesm. dicit. l) I. *diligendi.* Post rubr. haec habet cod. 32 ex hoc loco fere ad verbum sumpta, quamvis in contrariam plane sententiam contorta: *ipse eligebat alios senatores singulos vel binos per singulas quasque provincias,* sequuntur 19 literae evanidae, ipsae fortasse, inquit Vesm., quas habet constitutio, seu *qui omnium patrimonia.* m) I. *principalem.* Habetne imperator in mente c. 50 aut 54 C. Th. de Decur. (XII, 1)? n) I. sec. Vesm. *niõ* (an *Niõmedia?*). o) I. *contumelia* et mox *dibalis* et *neclecta.* p) I. *antiovalente.* q) I. *Defensoris.* r) I. *nec,* quod sec. Vesm. item ferri potest.

Pf. P. Admodum utiliter edimus*), ut plebs omnis Illyrici[s] officiis patronorum contra potentium defendatur iniurias. Super[t] singulas quasque praedictae dioeceseos[u] civitates aliquos idoneis moribus, quorumque vita anteacta laudatur, tua sinceritas ad hoc eligere curet officium; qui aut provinciis praefuerunt, aut forensium stipendiorum egere militiam, aut inter agentes in rebus palatinosque[v] meruerunt. Decurionibus[x] ista non credat; his etiam, qui officio tui culminis vel ordinariis quibuscunque rectoribus aliquando paruerint[y], non committat hoc munus; referatur vero ad scientiam nostram, qui in quo oppido fuerint ordinati. *Dat. V. Kal. Mai. divo Joviano et Varroniano Coss.* (364.)

2. *Id. AA. Senecae*[z]. Si quis de tenuioribus ac minuscularііs[a] interpellandum te esse crediderit, in minoribus caussis acta[b] conficias: scilicet ut si quando quis vel debitum iustum, vel servum, qui per fugam fuerit elapsus, vel quod ultra delegationem dederit postulaverit, vel quodlibet horum[c], tua disceptatione restituas; ceteras vero, quae dignae forensi magnitudine[d] videbuntur, ordinario insinuato rectori, et cetera. *Dat. V. Kal. Jul.*[e] *Tyrici, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

3. *Id. AA. Probo Pf. P.*[f] Cum multa pro plebe a nobis studiose statuta sint, nihil providisse nos credidimus, nisi defensores idoneos dederimus. Igitur non[g] ex decurionum corpore, sed ex alio, videlicet ex administratoribus, qui vel consulares fuerint administratione vel praesides, aut ex palatinis vel agentibus in rebus, vel his qui principatus culminis vestri vicariatusque gesserunt, vel ex scholasticis[h] huic officio deputentur. *Dat. III.*[i] *Non. Nov. Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

4. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Qui ex schola[k] agentum in rebus, sedis culminis vestri munere, principatus nostro[l] quodammodo nomine paruerint, inter ceteros honoratos[m] iussione nostra diversarum urbium plebibus constituantur patroni; ita ut si quos ex his auctoritas tua putaverit eligendos, eadem his tutela mandetur: ab his autem eos repraesentet immunes[n]. *Dat. VIII. Id. Nov. Treviris*[o], *Valentiniano et Valente II. AA. Coss.* (368.)

5. *Id. AAA. ad Senatum.* Utili ratione prospectum[p] est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii[q] beneficio fruatur, ne forensis iurgii fraudibus fatigata, etiam cum ultionem posceret, vexaretur; dum aut avarior instruitur advocatus, aut obsequio *donisque*[r] liminibus maioribus princeps praemiis exoratur, dum acta ab exceptoribus distrahuntur, et dum commodi nomine amplius ab eo, qui vicerit, intercessor exposcit, quam redditurus est ille, qui fuerit superatus. Hoc fieri dignitas non patitur senatoris, sed exortas contentiones cita definitione compescit; nam erepta perperam amota[s] dilatione restituit. §. 1. Ordinaria sine dubio *uti*[t] rectoris habeatur auctoritas, quae meliore in bonos conditione retinetur; nam ille patitur

---

Vesm. *Tit. XXIV.* Vid. tit. XXVII, not. sup. In codd. Brev. et in prioribus edd. hic tit. constat ex tribus const. (6—8); Vesm. ex cod. I. quinque priores const. eruit addiditque. Nov. Maior. tit. III. Cod. Just. I, 55. — c. 1. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 1. — c. 2. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 2. Coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Jis quae administr. (VIII, 15). Vid. not. *e.* Cod. Just. I, 55, I. — c. 3. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 3. Cod. Just. I, 55, 2 mut. — c. 4. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 4. — c. 5. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 5. Cod. Just. I, 55, 3 mut. et mutil. Vid. not. *q.*

---

6. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[z] *AAA. Neoterio*[a] *Pf. P.* Exceptis his, quibus extra ordinem subvenitur[b], omnes iacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro*) iurgaverint, siquidem possint[c] venire ad altioris iudicis[d] notionem, cum iudicatum[e], quod displicet, appellatio[f] excluserit[g]: *ita ut*[h], si quis litigator se vel *) fastidio vel gratia cognitoris aut non auditum aut dilatum[i] docuerit, et eius litis, quae protracta *) est, aestimationem fisco nostro iudex praestet[k], et in primores[l] officii poena deportationis[m] illico[n] depromatur[o]. *Dat. pridie Kal. Maii*[p] *Mediolani, Arcadio*[q] *A. I.*[r] *et Bautone*[s] *V. C.*[t] *Coss.* (385.)

Interpretatio. *Quicunque apud alium*[u] *et non apud suum iudicem negotium, quod habuerit, in initio*[v] *litis crediderit*[x] *proponendum*[y], *exceptis aetate minoribus, quibus lege consultum est, litis ipsius, de qua agitur, actione damnetur: nisi forsitan contra sententiam, quae adversus eum dicta*[z] *fuerit, crediderit appellandum, ut apud maioris dignitatis*[a] *iudices audiatur. Sane si quis caussam habens, a iudice suo se vel per superbiam*[b] *vel propter amicitiam adversarii sui*[c] *probaverit non auditum, iudicem tantum, quantum res, de qua agitur, valuerit, fisco nostro iubemus exsolvere: et qui consiliis suis adhaerent*[d], *exsilii poenam pro districtione sustineant*[e].

— c. 5. Br. Al., codd. edd. *c.* 5. Plane om. in L. R. U. Integra cum interpr. exstat *in* codd. 5 — 10, 14 — 21; omnia praeter *i*nterpr. des. in codd. 32, 37, 39, 43; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 40, 41, 44; inscriptio, textus et interpr. in cod. 33, sed addita interpr. c. 6 ad subscr. h. c.; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd 27, 29, 38, 42 Interpr. Ben. Lev. VII, 220. — c. 6. Br. Al., codd. edd. *c.* 6. Integra cum *i*nterpr. exstat in codd. 5 — 10, 14 — 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 33 (vid. supra ad c. 5), 28, 40, 41 (vid. supra ad c. 4), 39, 43; textus et inscr. in codd. 24, 26, 30, 35, 36, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 38, 42. Fortasse h. c. cohaeret cum c. 8 C. Th. de Indulg. crim. (IX, 38). Vid. not. *p.* Interpr. Ben. Lev. VII, 220.

gnitorem. c) Nonn. codd. *provinciales.* d) 8 *intentionis.* 10, 18 *actionem.* e) 8 *deceptante* et om. *decertet.* f) 9 *decertent.* g) 20, 21, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. *Id.*, sed Til. Cui. 1. Aur. Lugd. in m. *kal.* 27, 38 *D. X. Kal.* h) 5, 9, 19, 27, 29, 38, 42 *Jan.* In cod. 7 abscissum est v. *Jun.* 15 *Jul.* 6, 8, 10, 14, 16, 18, R. et in m. edd. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. *Decembr.* i) Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. om. *Med.*, sed Til. Cui. 1. Aur. Lugd. habent *Med.* in m. Plerique codd. *Med.* Num *Medianae?* Vid. c. 2 C. Th. de Off. praef. urb. not. *t* et *i*nfra V, 14, 3 not. *o.* k) Nonn. codd. om. *Divo* et 14 *Divo — Coss.* l) 8, 16, 19 *Joviniano*, alii *Juviano* aut *Viviano.* 9, 29, 33, 42 *Juliano.* m) 5 *Variano*, alii *varoniano*, etiam *Barroniano.* 6, 7, 10, 16, R. *Valeriano.* 24, 30, 33, 38 *et Basso.* n) 10, 18 *virum clarum.* o) 10, 18 *acceperit.* 15 *occepit*, sed sec. Go. *occoeperit.* 6, 7, 20 *ceperit.* *) 5 *pulsandum.* p) 8 *rationalem praesentie.* 10, 18, 20 *rationale.* q) 5 *confliget.* r) 6, 7, 10, 14, 16—19 om. *et.* 9 *etiam.* s) 9 *controversiam omnes agetutur.* 20, 21, Sich. om. *omnis.* t) 24 add. *X.* u) Nonn. codd. *Valentino.* 26 om. *et Valente* et multi codd. *AA.* 24, 30, 33, 38 *v̄c. Coss.* pro *AA. Coss.* v) 15 om. *res.* x) Codd. *ordinatoris* sive *ordinatores*, *ordinationis.* y) 15 *suaserit ordo servetur et iudicetur.* z) 5 *Gr. Val. et Valens.* Plerique codd. *Val. Gr. et Theodosius.* 18 *Valerianus* etc. Scrib. *Valent.*, *Theod. et Arcadius.* a) Codd. *Neutherio*, *Neuterio*, *Neotherio*, *Neutrio.* Til. *Neotherio.* b) 16 *subveniuntur*, alii *omnis.* *) Sich. add. *suo.* c) 16 *possent.* 21 *subiurgaverint, si quid est p.* d) 9 *altiores iudices.* 8 *ulterioris iud.* e) 19, 20 de corr., Sich. *iudicantum*, sed Sich. in corr. *iudicatum.* f) 5—10, 15, 16, 18 — 21, Sich. *appellatione.* g) 7 ex corr., 9, 19 — 21, Sich. Cui. 1 *excluserint.* Probabile igitur est, antiquitus fuisse *appellatione excluserint.* h) Sich. — Cui. 2* *Ita ut.* *) 21, Sich. *semel.* 20 corr., Sich. *in* corr. *se vel.* i) 10, 18 *dilatatum.* 16 *delatum.* *) 8 *prostrata.* k) 21 *index.* Nonn. codd. *praestitit.* Nonn. codd. om. *et.* 16, 19 *ut.* l) 10, 14, 16, 20, 21, Sich. Til. Cui. 1 *primoris*, sed Sich. in corr. *primores.* m) 19, Sich. *poenam deputatio*, sed Sich. in corr. *poena deportationis.* 20, 21 *poenam deputationis.* n) Sich. *exilii*, sed *in* corr. *ilico.* o) 5—7, 17, 19—21, Sich. Til. *deprometur*, sed Sich *in* corr. *depromatur.* 9 *deportetur.* 16 *deprivetur.* 10, 14, 18 *depromitur.* p) 8 *mads.* 10, 18, 20, An. Reg. ap. Go. *Mart.* 26, 36, Sich. in m. *Jan.* Similiter *in* c. 8 C. Th. de Indulg. crim. (IX, 38) nonn. codd. habent *prid.*, et *Maii* pro *Mart.*, quod *i*bi est, et *i*n h. c. nonn. codd. habent, ut ambae constt. unius amplioris c. laciniae videantur esse. In codd. 28, 40 h. subscr. commutata est cum subscr. c. 4. Paullo post 20 *Mediolano.* q) 8 om. *Arcadio.* r) 19—21 *Arc.* (20 add. *Aug.*) *ipso I. Aug.* Sich. *Arc. Augusto ipso I.* Nonn. codd. om. *I.*, alii *A. I.* s) Sich. *i*n m. *Varroniano V. C.* t) Plerique codd. Sich. — Lugd. om. *V. C.* u) 20, 24, Sich. *aliquem*, sed Sich. in m. *alium.* v) 5, 10, 15, 18, 20, multi alii codd., Sich. Cui. 1, Aur. Lugd. om. *in*; alii codd. habent *in initium* aut *initium.* x) 20 *credidit.* y) 8, 9, 42, 43 *et exceptis.* z) 40, Sich. in m. *data.* a) 6, 7, 42, 44, alii *maiores dignitate.* b) 5, 15, 44 *suo vel propter superbiam.* In cod. 7 *per* add. est a manu rec. 20, alii codd., Cui. 1. Aur. Lugd. *vel superbia.* Sich. *si v. sup.* c) 15, Sich. add. *se.* d) 8 *adserint.* Sich. in m. *aderint*, mendose. 5 *aderens.* e) Multi codd. *destrictione*, alii *sustineat.* 5 *per di-*

7. *Impp.* [f] *Theodosius et Arcadius AA. Martiniano* [g] *Comiti Orientis* [h]. Mulieres honore [i] maritorum erigimus [k], genere nobilitamus. Iisdem [l] forum ex eorum persona statuimus et domicilia mutamus [m]. *Dat. IV. Id. Novembr.* [n] *Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

Interpretatio. *Feminas secundum honorem, quem mariti* [o] *earum meruerunt* [p], *volumus appellari, ut, ad cuius domum nupta transierit, eius proficiat dignitate et pro negotiis suis in eodem foro, ubi est maritum secuta* [q], *respondeat.*

8. *Impp. Arcadius et Honorius* [r] *AA. Pasiphilo* [s] *suo* [t] *Salutem.* Caussas plurimi instituentes [u] de fugaci servo, aut manifesto furto aut non manifesto, direpti etiam animalis, servi, vel [v] rei mobilis ac moventis, vel [x] vi bonorum raptorum [y], parvulae [z] etiam terrae, finium [a] et parvulae casae [b], sub specie criminis tuum pulsant iudicium. §. 1. Momentariae etiam [c] possessionis [d] interdictum, quod non semper ad vim publicam pertinet [e] vel privatam, ut [f] mox audiri, interdum etiam sine inscriptione [g], mereatur [h], abacti [i] etiam animalis caussa proponitur [k]. §. 2. Cum [l] igitur de his rebus parvis ac minimis tuae sit [m] iniuria [n] potestatis iudicare, decretum est, eas tantum caussas criminales a sinceritate tua audiri, quas dignus et meritus [o] horror [p] inscriptionis [r] impleverit, quae [s] magnitudinem videlicet criminis

— c. 7. Br. Al., codd. edd. *c.* 7, sed 15 *Tit. II, De Honore Mulierum, c. un.* Cod. Just. X, 39, 9 et XII, 1, 13. Bas. LI, 6, 9 et VI, 1, 30. Cohaeret h. c. cum c. un. C. Th. de Fideiuss. dot. (III, 15). Integra cum interpr. exstat in codd. 5 — 10, 14 — 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 39, 43, 46, 47, 49; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 40, 41, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42. Plane om. in L. R. U. — c. 8. Br. Al., codd. edd. *c.* 8, sed 15 *Tit. III, De Criminosis Et Negligentibus Judicibus*, c. 1. Cod. Just. VIII, 4, 8, IX, 2, 16 et IX, 37, c. un. Bas. L, 3, 56 (Meerm. T. V. p. 57), LX, 25, 5, LX, 33, 29. Cuiacii Obs. I, 20. Integra cum interpr. exstat in codd. 5 — 10, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 39, 43, 47; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 40, 41, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42.

---

stinccionem. f) Ita 9, 14, recte, om. nomine Valentiniani iam Id. Maii interfecti. Vid. Go. in not. ad h. l. et in Chron. a. 392. Vid. etiam infra not. *n.* g) Ita 6 — 8, 10, 17, 29, 33. 16 *Mariano.* 25 *artemio.* 27, 38 *Mamertino.* Rell. et edd. *Martiano.* h) 33, 37 *consul Orientis.* In nonn. codd. om. *Com. Or.*, in aliis *Orientis.* In codd. 10, 18 *Orientis*, ex inscr. translatum est in textum, ut hi incipiant: *Orientis mulieres.* In cod. 42 pro *Com. Or.* pon. *honorem mulieris.* 38 *commorientes.* i) 5 *honores.* 20 *honorē.* k) Cod. Just. X, 39, 9 add. *et.* l) Cod. Just. utroque l. *n. et forum.* m) Cod. Just. X, 39, 9 *statuimus. Sin autem minoris ordinis virum postea sortitae fuerint: priore dignitate privatae, posterioris mariti sequentur conditionem et domicilium mutamus.* Idem XII, 1, 13 *statuimus et domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis — conditionem.* n) Ita 5 — 7, 9, 10, 14, 15 — 18, 24, 29, 36, 38, 40 — 42, Sich. in m. 19 *kal. nov.* 26 et Ms. optimae notae ap. Go. *III. id. Nov.*, prob. Go. 8 *Kal. Jul.* 20, 21, edd. Cod. Just. *Kal. Febr.* Emendavimus h. subscr., quoniam id omnes fere codd. et temporis ratio (vid. supra not. *f*) postulant; neque obstat Cod. Just., cum nesciamus, num ibi subscr. ex C. Th. restituta sit. Mox nonnulli codd. et edd. ante Be. om. *A.*, alii codd. om. *II.* o) Ita multi codd; 20 et alii codd., edd. *viri.* p) Nonn. codd. *meruerunt.* q) 20, Sich. *maritus s. r.*, sed Sich. in m. *maritum secutura.* r) 23 *Imp. Arc. et Theod.* Nonn codd. *Honor. et Arc.*, de qua transpositione nominum cf. Zirardini l. c. p. 281, not. C. un. Cod. Just. *Imp. Hon. et Arc.* s) 6—8, 10, 16 — 18, 29, 43 *Passifilio.* 9 *Passifilo.* 14 *Bassifilio.* 19 *Basifilio.* 20, 21, Sich. *Passibo filio suo.* 25 *Parsipilio.* 33 om. *Pas. suo Salut.* 5, 38 *Passivo filio.* 15 *Hon. filio suo Passivo.* Til. *Passibo * filio.* Go. Ri. Ri*. *Pasiphylo*, in comment. *Pasiphilo.* t) 6 — 8, 14 — 17 om. *suo*, sed add. a sec. m. in cod. 7. Cod. Just. VIII, 4, 8 om. *suo Sal.* u) 6, 7, 10, 14, 16—18, R. *plurimis*; iidem codd. et 8, 9, 15, 19 — 21, itaque omnes codd., qui textum habent, add. *instituentes.* 5 *instituciones.* Edd. om. *instituentes* et add. infra post *mobilis* pro *ac moventis*, praeter Til. Vid. not. *x.* v) 15 *seu.* x) Omnes codd., R. Til. *rei mobilis ac moventis v.*, s. *mobiles ac moventes v.*, praeter 21, qui *res mobiles ac morientes, v.* Ceterum 9, Sich. *veluti* pro *vel vi.* 20 *vel cui*, corr.; antea *vel curaptorum.* y) Ita plerique codd., Til. W.; 20, 21, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *rapt. bon.* Cui. 1. Aur. Lugd. add. in m. *parvulae etiam terrae finium et.* z) Ap. Til. om. *parv. et. t.* et 14 *parv. — ut et.* 20, 21 *parvo an etiam.* Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. in Obs. *parum*, sed Cui. 1. Aur. Lugd. in m. *parvulae.* Cui. l. c. in not. *parvulae.* a) Ita 5—7, 9, 10, 14—21, R. Til. Cui. 1 in m., Aur. Lugd. in m., Cui. 2, 2*. Cui. in not. ad Obs. l. c., om. v. *ut.* Sich. Cui. in Obs. l. c. Cui. 1 *fimi et*, om. v. *et*; sed 8, Go. Ri Ri*. Be. Cl. W. *fimi, ut et.* Posui *finium et*, quod huic l. magis congruit, quam *fimi, ut et*, quae lectio facile errore librariorum nasci poterat ex *finiū et.* Vid. Go. ad h. l. b) 5, 8 — 10, 15, 18 — 21, Sich. *causae.* Mox 9 *tum* et 20 *pulsat.* c) In v. *Momentariae* inc. l. 8 Cod. Just. Unde vi, om. v. *etiam.* d) 5—7, 16, 19—21 *possessiones.* Sich. *possessiones, int.* e) 6, 7, 16 *pertinent.* 19—21 *pertineant.* Sich. Til. *pertineat.* 15 *pert. aut.* f) 20, 21, Sich. Cod. Just. om. *ut.* 5, 9, 15 *quod.* g) 20 *etiam sim scriptionem.* 21 *etiam si inscriptionem.* Sich. Til. *etiamsi inscriptionem non.* 8 om. *sine — etiam.* Multi codd. *scriptione.* h) 6, 7, Cod. Just. *meretur.* 20, 21, Sich. Til. *mereantur.* In v. *mer.* desinit c. 8 cit. i) 8 *si ab actu.* 20, 21, Sich. Til. *abiecti.* In h. v. incipit c. un. Cod. Just. de Abigeis mut.: *Abacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine ea observatione proponitur.* k) 6—8, 10, 18 *proponetur.* l) Hinc multis mutt. desumpta est c. 16 Cod. Just. de Accus. (IX, 2): *In caussis criminalibus dignum est, ut inscriptiones praeponantur, quae magnitudinem* etc. m) 8 *parum ac mutua sit.* n) 5, 19, 20 *iniurie.* o) 19—21, Sich. Til. *dignitas et meritus earum h.* p) 20, Sich. in m. *honor*, sed 20 corr. *horror.* 19 om. *horror.* r) Multi codd. errore librariorum, qui saepe *i* et *e* commutant, Sich. Til. *inscriptiones.* s) 6, 7, 20 *impleveritque.* Sich. Til. Cui. 2 — Be. *impleverit: Quae* s. *quae.*

tempusque designat[t], ut alterutram[u] partem digna legum terrere[v] possit austeritas[x]. §. 3. Quod statutum si fuerit[y] forte contemptum, hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium[z], quinque librarum[a] auri condemnatione feriantur[b]. *Dat. VIII.*[c] *Kal.*[d] *Januar.*[e] *Mediolani*[f], *Olybrio*[g] *et Probino*[h] *Coss.* (395.)

Interpretatio. *Quoties de parvis criminibus, id est, unius servi fuga*[i], *aut sublati iumenti, aut modicae terrae, seu domus invasae, vel certi furti, id est, detenti aut praeventi*[k], *sub criminis*[l] *nomine actio fortasse processerit, ad mediocres iudices, qui publicam disciplinam observant, id est, aut defensores aut assertores pacis**), *vindictam eius*[m] *rei decernimus pertinere. Ad rectorem vero provinciae illud negotium criminale perveniat*[n], *ubi de personarum inscriptione agitur, vel*[o] *maior caussa est, quae non nisi ab ordinario iudice, recitata legis sententia debeat terminari. Quod praeceptum si fuerit praetermissum, officiales, qui negotia intromittunt, quinque libras*[p] *auri se noverint*[q] *esse damnandos*[r].

9. *Iidem AA. Archelao*[s] *Praef. Aug.* Si[t] quis neglectis iudicibus ordinariis[u] sine coelesti oraculo caussam civilem ad militare iudicium crediderit deferendam, praeter poenas ante promulgatas intelligat, se[v] deportationis sortem excepturum[x], nihilominus et advocatum eius decem librarum[y] auri condemnatione feriendum. *Dat. VIII. Kal.*[z] *Dec. Constantinop.*[a], *Caesario et Attico*[b] *Coss.* (397.)

Interpretatio. *Quisquis*[c] *contempto provinciae iudice, ad illos, qui armatis praeesse noscuntur, caussam suam crediderit transferendam, exsilio se deputandum esse cognoscat, et eum, qui caussam illius susceperit proponendam, decem libras*[d] *auri esse damnandum.*

10. *Iidem AA. ad Eutychianum*[e] *Pf. P.* Judaei[f] Romano et communi iure[g] viventes de his[h] caussis, quae non tam ad[i] superstitionem eorum, quam ad forum et leges ac iura[k] pertinent, adeant[l] solemni more[m] iudicia omnesque Romanis legibus inferant[n] et excipiant actiones[o]: postremo sub legibus nostris sint. Sane si qui[p] per compromissum[q], ad similitudinem arbitrorum, apud Judaeos[r] vel patriarchas[s] ex consensu

---

— c. 9. Br. Al., codd. edd. *c.* 9, sed 15 *Tit. III*, *c.* 2. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 32, 37, 39—41, 43, 46, 47, 49; textus et inscr. in codd. 24, 26, 30, 35, 36, 44; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42; sola interpr. in cod. 15. — c. 10. Br. Al., codd. edd. *c.* 10, sed 15 *Tit. III*, *c.* 3. Cod. Just. I, 9, 8. Bas. I, 1, 40. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 39, 43; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 35, 36, 40, 41, 44; textus et subscr. in codd. 25, 30, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38.

Cui. 1 *impl.*, *Quae.* Aur. Lugd. *impleverit. Quae.* 21 *implicuerit.* Mox Til. *magnitudo.* t) 6, 7, 9, 16, Til. *designant.* 8 *designans.* 14, 17, Cod. Just. *designent.* 19 *tempus dirigant, ut.* u) 20 *alterutrum*, idem mox *dignam.* v) Ita W. ex Cod. Just.; reliquae edd. et codd. *tenere.* x) 8, 20, 21, Cod. Just. *auctoritas.* Sich. *autoritas.* Aur. Lugd. in m. *authoritas.* y) 9 *Q. statuimus si f.* 10, 18 *Q. st. est si f.* 15 *Q. st. si forte f.* Cod. Just. *Q. si f. st.* z) Sich. *secretarii.* 21 *secreta in.* a) Nonnulli codd. *libras.* b) 5—7, 10, 14 *feriuntur.* Cod. Just. *ferientur.* c) c. 8 Cod. Just. cit. *VI.* d) Ita 8, 14, 17, 33, c. un. Cod. Just. cit. Reliqui codd., edd., c. 8 et 16 Cod. Just. citt. *Id.*, sed saepissime *Id.* et *Kl.* confundi, iam aliquoties indicatum est. e) Ita correxi antiquissimorum et plurimorum codd. (5—7, 9, 10, 15—20, 24, 27, 29, 33, 36, 38, 40—42, 44), edd., c. 16 et un. Cod. Just. citt. auctoritate; 8, Be. W., c. 8 Cod. Just. *Jun.*, quod Go. placet. Dicit enim Go. Theodosium ante XVII. Kal. Febr. obiisse; itaque leg. aut *Jun.* aut si *Jan.* legatur, in inscr. add. esse v. *Theodosius* (vid. etiam Reland. l. c. p. 525), sed restituta lectione *Kal. Jun.*, quam c. un. Cod. Just. habet, d. 25. mens. Dec. h. a. significatur. f) Nonnulli codd. *Mediolano.* g) Codd. plerumque *Olibrio.* Nonnulli om. *Ol.* h) 8 *Prohomo*, c. un. Cod. Just. cit. *Promoto.* 30 *Probo.* i) 20 *fugacis.* 42 *facta.* Antea 6 *pravis crim.* literis transpos. k) Ita 7 de corr.; in reliquis codd. et edd. *perventi.* Sich. in m. *superventi.* Aur. et Lugd. *perversi.* l) Ri*. *scriminis.* *) 20 add. *id est.* m) 20 et multi alii codd., Sich. *huius*, sed Sich. in m. *eius.* n) 5, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *perveniet.* *) Multi codd., ut 20, Sich. *scriptione.* o) 20, 40, Sich. add. *si*, quod sec. Sich. in cod. Arg. abest. 5 om. *maior.* p) Sich. et nonn. codd., ut 20, *librarum.* q) Nonnulli codd. *noverit.* r) Nonnulli codd. *damnandum.* s) Edd. ante Be. *Arcelao*; ita etiam fere omnes codd. 33 *Marcello.* 19 *Archadio.* 8 *arcellao.* 5 *archelauo praes.* Nonnulli codd. *Id. A.*, alii om. *Praef. Aug.* Go. in ann. *Archelaum* appellat. t) 17 *Sane si*, sine dubio ex integra const., cuius hic partem habemus. u) 19 *ordinari sine.* v) 5 sec. Cl. *s*; *condemnacionis*, sed in corr. *deportacionis.* x) Ita interpunx. Be. W.; anteriores edd. *excepturum. Nih.*, praeter Cui. 2, 2*, quae *except. nihilominus, et.* y) Ita 8, 9, 19—21, Be. W.; edd. ante Be. *libris* et reliqui codd. *libras.* z) 5 *V. Kal.* 38 *VIII. id.* 24 om. *VIII.* a) 5—10, 18, 20, 21, 24, 26, 27, 29, 30, 33, 42, Sich. — Lugd. om. *Const.*, pro quo v. nonn. codd., Sich. *Caesareae* habent. b) Sich. *Datiano et Attico.* 20 *cesareo datiano et adtico.* 8 *Siagrio et Att.* c) Multi codd., Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *Si quis*, sed eaedem edd. in m. *quisquis.* d) Ita codd.; edd. *lib.* 9 *auri se damn. esse cognoscat*, alii, ut 20 *auri se d. esse.* *) Cod. Just. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*, sed multi codd. et ed. Nbg. *Imppp. Grat.*, *Valent. et Theod.* Hal. *Arc.*, *Hon. et Theod.* e) Plerumque *Euticianum.* Edd. ante Be., praeter Til. et Go. in annot. *Eutichianum.* 8 *Eutianum.* 42 *Euteciano.* Cod. Just. *Eutychiano*, sed Montisp. H. 82 *Euticiano.* f) 8, 20, 21 *Judaeos.* g) 15 *more.* Cod. Just. *J. c. Rom. iure.* h) 5, 20, 21, Sich. Cod. Just. *in his.* i) Cod. Just. om. *non*, quod fecit Tribon. ratione sui temporis habita. 8 om. *ad.* k) 20, 21, Sich. *legis iura.* 9 *iure.* l) 9 *audeant.* 19—21, Sich. *habeant.* m) Ita 5, 15, Aur. Lugd. in m., Cod. Just. W.; in rell. codd. et edd. est *iure.* n) Cod. Just. *conferant.* o) 15 *excip. et inf.* In Cod. Just. om. *postremo — Sane.* p) Nonnulli codd., Til. *si quis.* 14 *Si quid.* Cod. Just. *Si qui vero ex his communi pactione ad sim.* q) 20, 21, Sich. *commissum.* r) Cod. Just. om. *vel — partium.* s) 9 *patriarchas*

partium, in civili duntaxat negotio, putaverint[t] litigandum, sortiri eorum iudicium iure*) publico non vetentur: eorum etiam sententias provinciarum[u] iudices exsequantur, tanquam ex sententia[v] cognitoris arbitri[x] fuerint attributi[y]. *Data III.*[z] *Non. Febr. Constantinopoli*[a], *Honorio Aug. IV. et**) *Eutychiano*[b] *V. C.*[c] *Coss.* (398.)

Interpretatio. *Iudaei omnes, qui Romani esse noscuntur, hoc solum apud religionis suae maiores agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam, ita ut inter se, quae sunt Hebraeis*[d] *legibus statuta, custodiant. Alia vero negotia*[e], *quae nostris legibus*[f] *continentur et ad forum respiciunt, apud iudicem provinciae eo, quo*[g] *omnes, iure confligant*[h]. *Sane si apud maiores, legis suae consentientes ambae partes*[i], *de solo tamen civili negotio audiri*[k] *voluerint, quod**), *interveniente compromisso, arbitrali iudicio terminatur***), *tale sit, quasi ex praecepto iudicis fuerit definitum.*

11. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.*[l] *Post alia*[m]: Minime[n] provinciae rector exspectet[o] in reos criminosos actorem dominicum, sed habeat[p] exhibendis noxiis[q] potestatem[r]: utatur legibus nullo interposito rationali[s]. Latebris reus[t] potestate ordinarii iudicis protrahatur, ne per colludium actorum iudiciorum[u] fiat dilatio. *Dat. IX.*[v] *Kal. Jun.*[x] *Mediolani*[y], *Honorio Aug. IV.*[z] *et Eutychiano*[a] *Coss.*[b] (398.)

Interpretatio. *Si quis in domibus dominicis criminosus potuerit inveniri*[c], *provinciae iudex praesentiam non exspectet actoris, sed mox reum*[d] *comprehensum, ne aliquo colludio effugiat, subdi iubeat*[e] *publicae disciplinae.*

12. *Impp. Honorius et Theodosius*[f] *AA. Consulibus, Praetoribus*[g], *Tribunis*[h] *plebis, Senatui suo Salutem dicunt. Post alia:* In[i] criminalibus caussis senatus[k], statuta iamdudum[l] quinqueviralis iudicii forma servabitur[m]. In quo[n] cum perfacile esse credamus, optimos legere*) de summis, sortito[o] tamen ad iudicium vocabuntur[p], ne de[q] capite atque innocentia alterius[r] iudicio[s] electi iu-

— c. 11. Br. Al., codd. edd. *c.* 11, sed 15 *Tit. III, c.* 4. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 39, 43, 46, 47; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 40, 41, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42. In codd. 28, 40, 41, 42 subscriptio mutila est. Interpr. om. in cod. 15, add. vv. *Explanatione non indiget.* Coniungenda est cum c. 6 Cod. Just. de Exact. (X, 19). Praeterea W. coniungi vult c. 2 C. Th. de Off. com. rei priv. (I, 11); sed vid. not. * et *v* c. 2 cit. — c. 12. Br. Al., codd. edd. *c.* 12, praeter 15, ubi est *Tit. III, c.* 5. In L. R. U. exc. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 37, 39—41, 43, 46, 47; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 44; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42. Coniungenda est cum c. 11 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 2 C. Th. de Libertis (IV, 10), c. 19 C. Th. de Accus. (IX, 1), c. 4 C. Th. Ne praeter crimen (IX, 6).

suos. t) 15 *neg. crediderint lit.* Mox 21, Sich. *sorti* et 20, 21 *iudicum in rep. utentur earum.* *) 5 *iure.* u) Cod. Just. om. *provinciarum.* v) 15 om. *ex sent.* x) 9 *arbitris.* 14 *arbitres.* 5, 15 *arbitrio.* 10, 18—21 *arbitrii.* y) 15 *attributae.* Ita etiam veteres codd. et edd. Cod. Just.; sed Hal. Russ. Cont. 66. Spangenb. *dati fuerint.* z) Cod. Just. VI. Multi codd. *IIII.*, sicut Sich. Cui. 1. Aur. Lugd., quae edd. in m. *III.* (Aur. Lugd. *IIII.* errore) habent. a) *Constant.* rec. Herm. in Cod. Just. 21 *decimū A. IIII. E.* b) 10, 18 *Dat. — Constantino augusto praefecto honorio aug. III. et Euticiano. Euticiano* plerique codd.; edd. ante Be., praeter Til., *Eutichiano.* c) Fere omnes codd. et Cod. Just. om. *V. C.* *) 5 *pertinent.* d) Nonnulli codd. *regionis*, alii *agantur*, *disciplina*, *ebriis.* e) 42 om. *quae sunt — negotia.* f) Complures codd. *leg. nostris.* g) 42 *prov. eius eo quo*, alii codd. *prov. eius quo* aut *prov. eius qui.* 5 *eoque.* h) Nonnulli codd., ut 20, 36 *confligat.* i) 20, 40, Sich. add. *elegerint.* k) Multi codd. *audire.* *) 5 *quicquid.* **) 5 *terminantur.* l) 38 *Theodero.* Codd. plerumque *Theudoro.* 10, 18, R. *T. Publio.* 5 *Pampeio.* Vid. c. 7 C. Th. de Off. praef. urb. not. *f.* m) 29, 33, 42 om. *post alia.* n) 19—21, Sich. *Neminem.* o) 15 *exspectat.* p) Ita 5, 9, 14, 15, 19—21, Sich. Cui. 1 — Ri*. Reliqui codd., Til. Be. W. add. *in.* q) 20, 21, Sich. *exhibendi noxios.* 5—8, 10, 15, 17, 18 *obnoxiis.* 19 *obnoxius.* r) 9 add. *ut.* s) 20, 21, Sich. *rationabili*, sed Sich. in m. *rationali.* 5—7, 14, 15, R. Til. *rat. e lat.* 16 *rat. et lat.* 17 *rationi e lat.* 20 *latebras.* Go. Ri. Ri*. *Rationali: latebris.* t) Nonnulli codd. *reos.* u) Edd. *iudicii.* 20, 21 *iudicis f. dilata*; reliqui codd. omnes *iudiciorum.* 9 *per consilium dium auctorum iudiciorum.* Ceterum codd. plerumque *auctorum.* v) 19—21 om. *IX.* 8, 9, 16, 28, 29, 33, 36, 38, 40—42, 44 *VIII.* x) 8, 20, 21 *Jan.* Sich. *Januariis.* 9, 29, 42 *Jul.* 28, 40, 41, Sich. in m. *VIII. Non. Jun.* 36 om. *Kal.* y) Nonnulli codd. *Mediolano.* z) Nonnulli codd. om. *aug.*, alii *IV.* a) Codd. plerumque *Euticiano*, *Eutyciano.* 38 *theuticiano.* Edd. ante Be. praeter Til. *Eutichiano.* b) 9 *v. c.* pro *Coss.*, quod multi codd. om. c) Nonnulli codd. *criminosos — invenire.* d) Sich. in m. *eum.* e) 20 et multi alii codd., Sich. Cui. 1 Aur. Lugd. *subiiciat*, sed in m. harum edd. *subdi iubeat.* Nonnulli codd. *iubeatur.* f) 14 *theud. et honcr.* 20 *Honorio et Theodosio.* g) 27 *Constantinopoli ppo.* 42 *Constantino praet.* 29 om. *consulibus dicunt.* 38 om. *consulibus.* h) 20, 21, Sich. *Praetoribus plebis*, om. v. *tribunis.* Alii codd. om. aut *suo* aut *dicunt* aut *Post alia.* In cod. 9 vv. *tribunis — alia* transposita sunt in subscr. et in cod. 20 v. *Dicunt* transl. in textum. i) 6, 7, 10, 16, 18 om. *in.* 9 *Hac crim.* k) Cui. 1 — Cui. 2* *causis, sen.* l) i. e. c. 13 C. Th. de Accus. et inscr. (IX, 1) ann. 376. Sec. man. in cod. 7 annot. *statuto*, quod etiam 15 habet. Sich. add. *et* post *iamdudum.* m) 15 *servetur.* 20, 21, Sich. *servabuntur.* n) 19—21, Sich. *In qua.* 19 om. *cum.* o) 19—21, Sich. *sortiti*, sed Sich. in m. *sortito.* 8 *sortitum.* *) 9 *obtimis elegere.* 20, 21 *legare*, alii codd. *optimus.* p) 6, 7, 14, 17 *vocabantur.* 9, 17 *nec.* q) 6, 7, 16, Til. improb. Bestio om. *de*, sed add. in codd. 7 a sec. manu. Best. prop. *ne de c. a. i. alterius*, *alterius iud. e. iud.* Vid. Ri. in Praef. Tom. I, p. XIV sq. r) 5 *alterum.* 16 *alter.* W. geminari vult *alterius*, quo non egemus, cum coniungenda sint vv. *alterius iudicio*, ut recte factum est in Cui. 1 — Cui. 2*.

dicent etc. *Dat. VIII. Id.*[t] *Aug. Ravennae*[u], *Asclepiodoto*[v] *et Mariniano*[x] *Coss.* (423.)

Interpretatio. *Cum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, quinque nobilissimi*[y] *viri iudices de reliquis sibi similibus missis sortibus eligantur: ne*[z] *studio videantur electi et de capitali re aut*[a] *innocentia alterius videantur facile iudicare*[b].

TIT. II. NE IN SUA CAUSSA QUIS JUDICET[c].

1. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus*[d] *AAA. ad Gracchum*[e] *Pf. U.*[f] Promiscua generalitate decernimus, neminem sibi esse iudicem debere. Cum enim omnibus in re propria[g] dicendi testimonii[h] facultatem iura[i] summoverint, iniquum[k] admodum est, licentiam[l] tribuere sententiae. *Lecta*[m] *Kal. Decemb. Valente V.*[n] *et Valentiniano*[o] *AA. Coss.* (376.)

Interpretatio. *Omnes praeceptio nostra constringat**), *ut nullus in sua caussa iudex sit: quia, sicut testimonium unusquisque pro se dicere non potest, ita nec pro se poterit iudicare.*

TIT. III. DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE[p].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio*[q] *Pf. P. Post alia*[r]: Nulli prorsus non[s] impetratae actio-

---

Tit. II. C. Th. (vid. tit. VIII), Br. Al., codd. 5—10, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 35—44, 46, 47, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Cl. W. Aeg. L. R. U. *Tit. II.* Cod. Just. III, 5. 15 *Tit. VII.* Est enim sequentium titulorum et constitutionum mira in cod. Selden. (15) confusio, quam iam ill. Witte animadvertit l. c. p. 25, et exinde natam esse recte putat, quod in codice, qui huius codicis fons est, duo folia transposita erant. Ordo enim titt. et constitutionum is est: c. 3, 4 C. Th. de Tempor. cursu II, 6 (cod. Selden. *Tit. III, c.* 6, 7); c. 3 C. Th. de Dilatt. II, 7 (cod. Selden. *Tit. III, c.* 8); c. 1, 2, 4 C. Th. eod. (cod. Selden. *Tit. IV, c.* 1, 2, 3); c. 1, 19 C. Th. de Feriis II, 8 (cod. Selden. *Tit. V, c.* 1, 2); c. 3 C. Th. de Pactis II, 9 (cod. Selden. *Tit. VI, c. un.*); c. un. C. Th. Ne in sua caussa II, 2 (cod. Selden. *Tit. VII, c. un.*); c. 1 C. Th. de Omissa act. imp. II, 3 (cod. Selden. *Tit. VIII, c. un.*); c. 1—7 C. Th. de Denunt. v. edit. rescr. II, 4 (cod. Selden. *Tit. IX, c.* 1—7); c. un. C. Th. de Dominio rei II, 5 (cod. Selden. *Tit. X, c. un.*); c. 1, 2 C. Th. de Temporum cursu II, 6 (cod. Selden. *Tit. XI, c.* 1, 2); c. 4—6 C. Th. de Postul. II, 10 (cod. Selden. *Tit. XII, c.* 1—3) etc. Sed redeamus ad c. un. Ne quis in sua caussa (II, 2). Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 30, 40, 41, 46, 47, 49; textus et inscr. in codd. 24, 26, 35, 36; textus et subscr. in codd. 25, 32, 37, 39, 43, 44; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42; sola interpr. in cod. 15. In Cod. Just. haec c. discerpta est in duas, quarum prior est III, 5, c. un., altera IV, 20, 10. Bas. VII, 3, 32, XXI, 1, 33. L. R. B. Tit. XLII. Grat. Decr. can. 3, §. 39. cau. 4. qu. 4.

Tit. III. C. Th. (vid. tit. VIII), Br. Al., codd. 5—10, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 35—44, 46, 47, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Cl. Aeg. L. R. U. *Tit. III.* 15 *Tit. VIII, c.* 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Cod. Just. II, 58, 2. Bas. VII, 14, 18. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 40, 41; textus et subscr. in codd. 25, 32, 37, 39, 43; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42. Coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. 3 C. Th. de Nuptiis (III, 7), c. ult. C. Th. de Dotibus (III, 13), c. 8 C. Th. de Natur. fil. (IV, 6), c. 9 C. Th. de Legit. her. (V, 1), c. 2 Cod. Just. de Bonis, quae lib. (VI, 61).

---

s) 20, 21, Sich. *iudicium.* 8 *iudicum.* t) 17, 21 *Kal.* 38 om. *VIII.* u) Nonnulli codd. *Ravenna.* 33 *a. Gratiano.* v) Codd. plerumque *Asclip.* x) 5, 9, 21 *Mariano.* 24, 26 *Marciano.* y) 6, 7, 10, 18 et multi alii *nobiles.* z) 19, alii codd, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. add. *aliquo.* 20 *nec aliquo.* Mox multi codd. *videatur.* a) 20, Sich. *cap. reatu.* b) 40, Sich. *videatur f. iud.* Plerique codd. *videatur f. iudicari,* ut 6, 7, Cui. 1. Aur. Lugd.

c) 5, 28, 36, 38, 40, Sich. add. *aut* (Sich. in titt. ind. *neque*) *testimonium dicat*, quae Til. uncis inclusit annotans in m. „*alias haec desunt.*" Ceterum 5 *De in sua c.* Cod. Just. add. *vel ius sibi dicat.* d) 7, 10, 11, 18 *V. Val. et Grat.* 19, 20 *et Valerianus.* 33 om. *et Val.* e) 5 *Grachum.* 6—8, 10, 14, 18, 19 *Graccum*, alii *Gràcum.* 9, 16, 17, 20, 37, 42 *Grecum.* 21, Sich. — Lugd. *Graecum*, sed Cui. 1. Aur. Lugd. in m. *Gracchum.* 39 *Graphum.* 15 *Bassum.* f) Ita 5, 6, 16, 20, 25, Cod. Just.; codd. plerumque *ppo*, alii *pm.* 10, 18 *publium.* 5 *pampeium.* Alii om. *Pf. U.* Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *Praef.* Til. Cui. 2* — Ri*. *P. P.* g) Cod. Just. III, 5, c. un.: *Generali lege dec., n. s. esse iud. vel ius sibi dicere debere. In re enim pr.* et om. *dicendi — summoverint.* In vv. *omnibus in re propria* inc. Cod. Just. IV, 20, c. 10. W. e Cod. Just. ed. *in re propria.* 21, superiores edd. *in se propriam* 6, 7, 10, 14, 17—19, R. *propria.* Interpr. optime *in sua caussa.* Go. in comm. cj. *in rem propriam.* Ceterum 7 om. *Cum e. omnibus.* 17 *Cum eam o.* h) 15 om. *test.* 6, 7, 10, 14, 17—19 *testimonia.* i) Ita 5—7, 9, 10, 15, 17, 18 et Cod. Just. IV, 20, 10. 21, edd. *iura facultatem submoverint.* Ceterum 9 *facultate* et 17 *facultatum.* Cod. Just. l. c. *submoverunt*, in quo verbo c. 10 desinit. k) 14 *inimicum.* 10 *in quem.* l) 8, 10, 18 *licentia.* 17 *his subitam.* Cod. Just. III, 5, c. un. *alicui lic.* m) 15 *sententiae dandae tribuere. Dat.* 5, 10, 18, 19 *sententia electa. Dat.* 8 *sententia lecta. Dat.* 17 *sent. lectura. Dat.* 20, 21, Sich. *sententiae electae. Dat.* s. *Data.* 33 *perlecta.* 26, 27, 29, 36, 42, Cod. Just. *Dat.* Vid. Reland. l. c. p. 459 sq. Cod. Just. IV, 20, 10 add. *V.* Mox nonnulli codd. om. *Dec.* n) 5—7, 10, 14, 15, 18, 21, 26, 35 om. *V.* 24 *Valentiniano V. et Valente.* Cod. Just. III, 5, c. un. *VI.* (378.). o) Nonnulli codd. et Sich. om. *AA.* Cod. Just. III, 5, c. un. add. *II.*, qua re annus 378 efficitur. Cod. Just. IV, 20, 10 *Valentin. Jun. Coss.* *) 9, 19—21, Sich. *praecepta — constringant*, sed Sich. in m. *praeceptio.*

p) Nonnulli codd. *Obmissa*, alii *Actiones Impetrationes* aut *Actione Imp.* 42 *Impetrationum.* 25 *De O. Actione* et om., ut in cod. 5 *Impetr.* 26 *De Commessationibus.* 28 *De oms actiones impetrandas.* 21 *impetrata.* Cod. Just. *De Formulis Et Impetrationibus Actionum Sublatis.* q) 5 *ā herio.* 8 *Egerio.* 33 *Hicerio.* Sich. *Hiero.* r) Multi codd. om. *Post alia.* s) 20, 21, Sich. *N. pr. nostris*, sed Sich. in corr. ex cod. Aug. *non.* 10,

nis[t] in maiore vel in minore[u] iudicio agenti[v] opponatur exceptio[x], si aptam rei[y] et proposito negotio competentem eam esse constiterit etc. *Dat. X.*[z] *Kal. Mart.*[a] *Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.* (428.)

Interpretatio. *Nullus per hoc praeiudicium*[b] *negotii videatur incurrere, quod in cuiuscunque audientia*[c] *caussae suae actio non pervenerit ad effectum. Solum est, ut vox sua rationabilis cum proposuerit, approbetur.*

TIT. IV. DE DENUNTIATIONE VEL EDITIONE[d] RESCRIPTI.

1. *Imp.*[e] *Constantinus Aug. ad Symmachum*[f]. Si quando minoribus vel adultis[g] inferenda lis erit, vel ab ipsis minoribus vel adultis[h] cuidam[i] quaestio movenda sit, non alias[k] cursus temporis[l] inchoetur, nisi ab universis, quos officii sollicitudo constringit, hoc est tutoribus, sive[m] testamento, sive decreto dati sunt[n], vel curatoribus, per quos minores[o] defenduntur, vel iisdem[p] omnibus solemni more lis*) fuerit intimata. §. 1. Quodsi[q] divisum[r] administrationis periculum per provincias sit, his tantum *) omnibus insinuari convenit, et ab ipsis inferri litem[s], qui in ea provincia tutelae vel curae officium sustinent, ne[t] de aliis provinciis defensores minorum ad iudicia producantur[u]. *Dat. pridie Non. Febr.*[v] *Sirmio*[x]. *Accepta VIII.*[y] *Id. Mar. Corinthi*[z], *Constantino*[a] *Aug. V. et Licinio Caes.**) *Coss.* (319.)

Interpretatio. *Si quis contra eos, qui in annis minoribus constituti sunt, litem forte commoverit, aut si a parte ipsorum reus aliquis* **) *arguatur, ex eo tempora computanda sunt, ex quo tutor sive* ***) *curator minoris*[b] *aut*[c] *per iudicem aut per curiam intulerit seu exceperit actionem: ita tamen, ut si in diversis provinciis istius officii*[d] *homines sunt, id est, curatores vel tutores, qui minorum caussas tueantur**), *qui in eadem provincia fuerint*[e], *ubi intentio nata probatur*[f], *ipsi aut ingerant aut excipiant actiones: quia nolumus*[g], *ut ad aliam provinciam defensores minorum pro audientiae necessitate ducantur*[h]. *Hoc de iure adiectum est.*

2. *Idem Aug.*[i] *ad Maximum Pf. U.*[k] Denuntiari vel apud provinciarum rectores[l] vel apud eos, quibus

---

Tit. IV. C. Th. (vid. tit. VIII), Br. Al., codd. 5—10, 14, 16—21, 24—30, 32, 33, 35—44, 46, 48, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Cl. W. Aeg. L. R. U. *Tit. IV.* 15 *Tit. IX.* Hic tit. abest a Cod. Just. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14—21; omnia praeter interpr. des. in cod. 49; textus et inscr. in codd. 24, 26, 28, 30, 35, 36, 39, 40, 41; textus et subscr. in codd. 25, 32, 37, 43, 44; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42. In L. R. U. exc. c. 1—4. Cod. Just. V, 40, 2. — c. 2. Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 32, 37, 39, 40, 41, 43, 49; textus et inscr. in codd. 24, 26, 30, 35, 36, 44; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42; sola interpr. in cod. 15. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Judic. (II, 18), primum a Go. in comm. h. c. edita. In cod. 40 interpr. est tertia h. tit.

---

18 om. *non.* t) 8 *impetra. actiones.* 9 *impetrata ea act.* u) 6, 10, 14, 16, 18 *maiorem vel* (om. *in*) *minorem.* Etiam 5, 21, Aur. Lugd. Cod. Just. om. *in.* Sec. man. in cod. 7 corr. *maiore, minore* pro *maiorem, minorem,* quod ibi erat. v) Iidem codd. et 9, 15 sec. Go., 20, 21, Sich. Til. *agendi.* x) Sich. Til. *opp. Excepto, si.* 20, 21 *excepto.* y) 19—21, Sich. *si apta re.* 10, 18 *artem rei causam.* Sich. in corr. *exc. quam tamen rei caussam ex prop. n. comp.* (om. *eam*) *e. c.* R. *rei caussam.* z) 9, 28, 36, 40, 41 om. *X.* et *Felice.* a) 30 *Maias.* Cod. Just. *Maii.* b) Nonnulli codd. *praeiudicio — pervenit — cum prop. rat. appr.* c) 6, 7 *audientiam,* sed sec. man. in cod. 7 corr. *audientia.* Mox 5, 44 et alii codd. *cum prop. rat.*

d) Plerique codd. Sich. *Edictione* s. *Ediccione.* 15 *Indictione.* 10, 18 om. *vel Edit.* e) Aur. Lugd. om. *Imp.* f) Sich. add. *Barroniatum.* 20, 21 *Barroniacum.* Multi alii codices *Simmacum* aut *Simmachum.* Val. add. *Proconsulem Achaiae.* Cod. Just. *Imp. Constantinus et Licinius C. ad S.* Vid. c. 1 C. Th. de Tutor. et cur. cr. (III, 17) not. *x* et Reland. l. c. p. 302. g) Sich. in corr. prop. *adolescentibus.* h) 21 *velut.* 15 om. *lis erit* et *minor. v. adultis.* 16 *infer. laeserit.* i) 15 *cuiquam mov. sit questio.* 8 *cuiquam lesit.* k) 9, Sich. *alius.* l) Cui. 1 — Cui. 2* in m. *temporibus.* m) Aur. Lugd. *sine — sine.* 9, 16 *ut tut. sibi test.* n) Ita 5—7, 10, 14, 16—21. 8 *dictata sint.* Edd. *sint.* 15 *datis.* o) 10, 18 *minoribus.* p) 15 *defend. si eis* et om. *omnibus.* *) 16 om. *lis.* Mox R. *insinuata.* q) In syllaba *si* inc. c. 2 Cod. Just. cit. r) Go. Ri. Ri*. *divisim.* *) Sich. *tamen.* s) 20, 21, Sich. *inferre l.* 15 *inf. legem.* t) 14, Cui. 2, 2* in m. *nec.* 6, 7, 10, 14, 16—18, R. *ne de alienis.* 5, 15, 19, Cod. Just. *de aliis.* 20, 21, edd. *aliis de.* u) 8, sed spatio interiecto, om. *produc.* 6, 7, 17—21, R. *perducantur.* 15 *pertrahantur.* v) 33 *Dat. IX. Febr.* 40 *Dat. kl. Mart.* 8 *Dat. III. Non.* 15 *Dat. II.* et om. *Non.*, alii om. *prid.* x) 20, 21 *Firmo.* Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *Firmio.* Ceterum plerique codd. *Sirmio,* ut Til. Cui. 2 — Ri*. (Be. W. *Sirmii*) aut *Syrmio.* 24, 30 om. *prid.* et *Sirm.*; 26 *Acc. — et;* Cod. Just. *Sirm. — Cor.* y) 8, 9, 16, 19—21, Sich. *VII.* z) Edd. ante Be. et multi codd. *Corinthio,* rell. codd. *Chorinto* aut *Corinto.* a) 8 *Constantio.* *) Edd. ante Be. om. *Caes.* **) 5 om. *aliquis.* ***) Sich. in m. *vel.* b) Nonnulli codd. *fortasse — aperte — tempore — minores.* c) Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. om. *aut* et 20 mox *ut.* d) Multi codd., Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *istius modi hom.*, sed Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. in m. *istius officii.* *) 5 *cultores — tuentur.* e) 20 cum al. codd. et Sich. *fuerit.* f) 20 *proturbatur.* g) 5 *volumus.* h) Seqq. exstant in codd. 5—10, 12—14, 16—19; des. in rell. codd. et ap. Sich. i) 6, 7, 38 *Imp. Constantinus.* 10, 18 *Imperatio Constantinus.* Cui. 1, 2, 2* *Maximium.* k) Ita 6, 7, 14, 17, 19, 20, 25 et Cuspinianus in Notitia Praef. urb. *Pf. Urbis* legitur etiam in cod. 11 et in F. 6, qui c. 2 C. Th. de Judic. (II, 18) exhibent; *Pf. U.* in c. 5 C. Th. de Lib. cau. (IV, 8) et in c. 5 Cod. Just. de Dilat. (III, 11), quae omnes ann. 322 datae sunt. 10, 18 *Publium* errore pro *pū.* 15 *praepositum;* reliqui codd. *ppo* aut *ppm.* Edd. *P. P.* aut *Pf. P.*, solus Sich. *PF.* Vid. Go. in not. *c* et W. not. *k* ad h. l., qui diversitatem scripturae ita explicant, ut Maximum hoc anno simul *praef. praet.* fuisse putent, quae cj. mihi non probatur, cum saepissime sigla harum dignitatum a librariis commutata esse ex innumeris locis constet. 14 *aug. Vellicinio,* errore libr. l) 6, 7, 14, 16 *rectoribus.* Mox nonnulli codd. *auctorum.* Aur.

actorum conficiendorum [m] ius est, decernimus, ne privata [n] testatio [o], mortuorum aut in [p] diversis terris absentium aut eorum, qui nusquam gentium sint [q], scripta nominibus, falsam fidem rebus non [r] gestis affingat [s]. *Dat. X.* [t] *Kal. Jun.* [u] *Sirmio* [v], *Probiano et Juliano* [x] *Coss.* (322.)

Interpretatio. *Contestari* [y] *apud rectores provinciae vel defensores aut omnes, apud quos gesta conficiuntur, litem iubemus, ne* [z] *ullus nomen absentis aut mortui vel, qui non potuerit* [a] *inveniri, in litis*) contestatione recipiat* [b], *ne falsitatis* [c] *inveniatur occasio* [d].

3. *Imppp. Valentinianus* [e], *Valens et Gratianus AAA.* [f] *ad Ampelium* [g] *Pf. U.* [h] Exigendae denuntiationis locus non est, cum quis ad luendum [i] debitum evidenti chirographo convenitur. *Dat. IV.* [k] *Kal. August. Contionaci* [l], *Gratiano Aug.* [m] *II.* [n] *et Probo Coss.* (371.)

Interpretatio. *Contestatio* [o] *locum habere non potest, quando aliquis ad solvendum debitum certa* [p] *cautione* [q] *convincitur.*

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.* [r] *ad Romulum* [s] *Consularem* [t] *Aemiliae et Liguriae* [u]. Post celebratam denuntiationem [v], editione [x] rescripti (quod [y] tamen iure sit impetratum) lis [z] exordium auspicatur [a], inter iustas [b] videlicet legitimasque personas. Et si quis [c] perennitatis [d] nostrae pendentibus temporibus [e] responsa protulerit [f], non modo tempora, quorum erunt curricula [g], non dilatentur [h], sed et quicquid elicitum [i] erit [k], frivolum iudicetur [l]. *Dat. XIII.* [m] *Kal. Jul.* [n] *Mediolano* [o], *Arcadio Aug. I.* [p] *et Bautone* [q] *V. C.* [r] *Coss.* (385.)

Interpretatio. *Posteaquam per scripturam lis fuerit contestata, et per* [s] *publicam conventionem*), quisquis ille est, qui pulsatur, agnoverit, tunc lis inchoata dicatur* [t], *si tamen litigantium perfectae probantur aetates* [u]. *Nam si quis principis beneficio contra rationem legis caussae suae tempora supplicaverit* [v] *prolongari* [x], *quicquid pro hac re meruerit, non valebit.*

— c. 3. Br. Al., codd. edd. citt. *c.* 3. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14, 16—21; omnia des. in cod. 28; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 39, 41, 43; inscr. et textus in codd. 24, 26, 30, 35, 36, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42; sola interpr. in cod. 15. In cod. 40 interpr. est secunda h. tit. — c. 4. Br. Al., codd. edd. *c.* 4, sed 28 *c.* 3. Integra cum interpr. exstat in codd. 5—10, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 39, 43, 46; inscr. et textus in codd. 24, 26, 28, 30, 35—37, 40, 41, 44; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 38, 42.

Lugd. in m. ex interpr.† *litem*, om. signo in textu, quod v. ad *Denuntiari* videtur referendum esse. m) 10, 18 *sufficiendorum.* n) Aur. Lugd. *et priv. test.* o) Sich. *contestatione.* p) Nonnulli codd. om. *in.* q) 5 *sunt.* r) 19 om. *non.* s) Ita W. ex cj. Go. 5 *affigeat.* 6, 7, 14, 16, 19, 21, Cui. 2 — Cl. *affigat.* 10, 18 *adfigant.* 20, Sich. — Lugd. *affigant*, sed Sich. — Lugd. in m. *affingant.* 8, 9, 15 *adfligat.* t) Codd. 26, 33, 35, 38 om. *X.* 24 *XII.* 30 *XI.* u) Ita corr. auct. codd. 5—8, 10, 14, 17—20, 26, 38, 42, 44, R. et c. 2 C. Th. de Judic. cit., quae ipsa quoque *Jun.* habet. Rell. codd. et edd. *Jul.* 24, 30, 33 *Jan.* v) Ita plerique codd. et edd.; sed Be. W. *Sirmii* et 20 *Syrmia.* x) 8 *Joviniano*, om. *Prob. et.* 15 *Coss. explanatione non indiget.* y) 20, Sich. *Contestaturi.* z) Nonn. codd. R., *nec.* a) 6, 7 *poterit*, alii *potuerint.* *) 5 om. *in.* 43 *in eo lites.* b) Aur. Lugd. *ricipiat.* 7, 20 *recipiant*, sed in cod. 7 sec. man. *recipiat.* c) Nonnulli codd., ut 42 *falsi testes.* d) Multi codd., ut 9, 42 *accusatio.* e) 33 om. *Valentin.* f) 33 *AA.*, alii *ā.* Edd. ante Be. praeter Til. om. *AAA.*, quod Go. in not. addi iubet. g) 15 *Aurelio.* 16 *Ampellium.* 20, Sich. *Empelium.* 21 *Eupolium.* h) Ita 6, 7, 20, Go. in not., Be. W. 10, 18 *Publium* pro *pū.* 25 om. *Pf. U.* Reliqui codd. *pp*, aut *ppo*, *pōm*, *p̄ri*, *p̄pm.* Edd. ante Be. *Pf. P.* aut *P. P.* i) 6—8, 15, *solvendum*, ut interpr. 10, 18 *ludendum.* k) 5, 15, 27, 30, 33, 35 *III.* 44 om. *IV.* l) Ita 5—7 et multi alii. 26 *Concinuci et Gr.* 8 *comprobant.* 21, Sich. *Cancionati.* Reliquae edd. ante W. *Contionati* s. *Concionuti*, ut 20. Vid. Go. in not. h. l. et infra c. 4 C. Th. de Nat. lib. (IV, 6), not. *s.* m) 5 *Conc. Saturnino Graciono aug.* 44 *Conc. Saturnino Gratiano et Pr.* n) 5, 10, 15, 18 om. *II.* et 26 *II. et Pr.* 24 *III.* 15 *Coss. Expl. non eget.* o) 6, 7 om. *Cont.*, quod v. sec. man. in m. utriusque cod. apposuit. p) Nonnulli codd. *certe.* q) Sich. in m. *ratione.* r) 8 om. *ad — Lig.* s) Nonnulli codd. *Romolum.* 25 *Romulium.* 38 *ā et promulū.* 15 *Romulo.* t) 6, 7, 10, 16, 18 *consulem.* 15 *consulari.* 9 *constpl.* 20 *c̄stantin'.* 42 om. *Cons.* — *Lig.* u) Codd. *Emilie, Emelie, Ligurie, Ligorie.* 29 om. *Aem. et Lig.* Sich. *Armeniae*, mendose. v) 15 *den. celebr.* 8 *celebratum denunciationes.* x) Hanc veram lectionem exhibent 8, 12, 14, 17, qui om., quod vulgo et in edd. et in codd. post *den.* additur: *sive* (*seu*) *edicto, sive* (*seu*), quae vv., ut iam Go. suspicatus erat, glossema redolent. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *s. edicta sive edictionem*, sed in m. Cui. 1 — Cui. 2* *denuntiatione seu edicto editionem.* Sich. in m. asteriscum habet. Primum Go. placuit *secundum edictum* vel *ceu dictum* pro *sive edicto*, ut haec vv. referrentur ad aliud h. constitutionis divulsum caput; deinde propter c. 2 h. t. restitui iubet *seu ad acta* (quod W. recepit, qui *sive ad acta*, improb. Bethmann-Hollweg., Handb. d. Civilprocesses, T. I, p. 249, not. 12) pro *seu edicto*, aut (om. v. *seu*) *ad acta sive editionem rescripti.* Be. cj, *den. seu ad acta editionem.* In cod. 7 sec. man. em. *editione.* y) 8, 20, 21, Sich. *quo.* z) 20, Sich. *bis*, sed Sich. in corr. *litis.* 5—7, 15, Til. W. *lis.* Rell. *litis.* a) Nonn. codd. *aspiciatur.* 5 *aut spicatur.* b) 16 *istas.* c) 6—10 *si qui.* d) 8 *serenitatis.* e) 15 *pend. temp. per. nost.* f) 8—10 *protulerint.* g) 19 *temporum querant pericula*, sed sec. man. corr. *curricula.* Sich. *modum temporum quaerant, curr.* 20, 21 *modum tempoŕ* (21 *temporis*) *querant curr.* Cui. 1 — Cui. 2* in m. *temporum quae erant.* 9 *q. erant curr.* 5 *eorum curr.* Go. cj. *q. eunt curr.* h) 8 *detegentur.* i) 8—10, 18, R. *electum.* k) Ita plerique codd., Til.; 20, 21, Sich. Cui. 1 — W. *fuerit.* l) 6, 7, 14 *iudicatum.* 8 *iudicentur.* m) 9, 15, 17, 24, 26, 28—30, 38, 40, 41, 44 *XIIII.* Sich. Til. in. m. *XIV.* 42 *IIIIX.* 8 *XV.* 33 *VIII.* 5 *VIIII.* (pro *XIIII.*) n) 16, 38 *Jun.* o) Ita plerique codd. et edd. ante Be., qui cum W. *Mediolani.* In nonn. codd. om. *Med.* p) 8 om. *Arc. Aug. I.*, alii codd. *Aug. I.* q) 36, 40, 41, Sich in m. *Votone.* r) In plerisque codd. et ap. Til. om. *V. C.* s) Nonn. codd. *post.* *) An. Put. *contestationem.* t) 20, 24, Sich. *quia tunc — dicitur.* u) Multi codd. *aetatis.* v) Ita 6, 7, 10, 18 et multi alii. Rell. codd. et edd. *speraverit.* x) 20, 40, Sich. *prolongare.*

5. *Iidem AAA. ad Claudium Consularem Tusciae*[y]. Universa quidem negotia, quae ex rescriptorum auctoritate sortiuntur exordium, ad[z] cursum temporum pertinere, decretum est: ante omnia vero procurandum est, ne pervasionibus[a] improborum protelandae cognitionis[b] praebeatur occasio[c]. Idcirco, si quis possessione deiectus auxilium nostri poscat oraculi[d], nullis eum temporum, quae ex rescriptorum[e] editione defluunt, moris[f] esse ludendum[g], hac[h] lege decernimus, ne iuris suffragium, quod in celeri reformatione consistit[i], beneficiorum imperialium decreta suspendant[k]. *Dat. VI.*[l] *Non. Maii*[m] *Mediolano*[n], *Timasio*[o] *et Promoto*[p] *Coss.* *) (389.)

Interpretatio. *Licet in negotiis, quae per actionem elicitam*[q] *inchoari videntur, legitimus ad respondendum temporum semper cursus*[r] *observandus sit, specialiter eos, qui aliqua pervaserint, non patimur per quamcunque occasionem differre*[s] *negotium. Ideoque cum ille, qui fuerit de possessione deiectus, audientiam impetraverit, iuxta iuris ordinem intra annum ad recipienda, quae perdidit, nullatenus differatur*[t]. *Nec aliqua pervasori dilatio concedatur, etiamsi pro hac*[u] *re differenda beneficium principis potuerit*[v] *obtinere*[x].

6. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius*[y] *AAA. Aemiliano*[z] *Pf. Urbis*[a]. Si quis[b] debiti, quod vel[c] ex foenore[d] vel mutuo data pecunia sumpsit exordium, vel ex alio quolibet titulo in literarum obligationem[e] facta cautione translatum est seu[f] fideicommissi dirigat *) actionem, aut momentariam possessionem pervasione[g] violatam vel quodlibet interdictum[h] efflagitet[i], seu inofficiosum[k] arguat testamentum, vel tutelae seu negotiorum actionem intendat, ruptis denuntiationum[l] ambagibus, inter ipsa cognitionum[m] auspicia rationem[n] exprimere[o] ac suas[p] allegationes iubeatur[q] proponere, denuntiatione et temporum[r] observatione remota, quam in ceteris civilibus caussis[s], quarum tamen aestimatio[t] centum solidorum summam excedat[u], volumus custodiri[v]. *Dat. XIII.*[x] *Kal. Aug. Constantinopoli, Arcadio A. VI.*[y] *et Probo*[z] *V. C.*[a] *Coss.* (406.)

quod. v) Ita 6—8, 10, 12, 14, 16—18, 20 et Vesm. *habeatur*; rell. editiones *erit*, quod 9, 15, 19, 21 habent. *) 15 *conveniet.* 21 *donationis.* x) 9 *credidimus.* y) 8 om. *XVII.* 12, 24 *XV.* 29 *VII.* 20, 30, 33, 34, Anianus optimae notae ap. Go. et Cod. Just. *XVI.*, sed Hal. *XVII.* 31 *VIII.* 44 *XVIII.* z) 8, 12 *X.* Cod. Just. Sich. in m. *PP.* pro *Prop.* a) Ita plerique codd., in quo siglo fortasse vitium subscriptionis, quam edd. proferunt, latet, cum lex prius *proponi* non posset, quam *data* esset. Be. et W. invertenda mensium nomina esse censent: *Data VI. Kal. Sept. Prop. XVII. Kal. Nov.* 10, 18 *supradictas.* 21 *s̄s.* Edd. et Cod. Just. *Septembres.* Vesm. *suprascriptas.* *) Codd. *Roma* aut *Rom̄.*, sed edd. (etiam Vesm.) et Cod. Just. *Romae.* b) 32 *XV.* 43 *X.* c) 6, 7, 9, 14, 21, Sich. Til. *VC. Coss.* 24, 29 *L. VCC.* 19 *Linio aug. Coss.* Ceterum om. *Nov.*—*Kal.* in codd. 9, 33, 42; *Prop.*—*SStas* in codd. 19, 20, 24; *kal. SStas* — *Coss.* in cod. 28; *Romae* in codd. 16, 31, 32, 44; *V.* in codd. 8, 10, 18, 40; *Caes.* in codd. 8, 15, 20, 30, 31, 33, 38, 40 et in Cod. Just. d) Nonn. codd. *omnia ea.* e) 20 *script. firmitate sollempniter adstrixerit.* Aur. Lugd. *scripturam.* f) 6 *aut et.* 20 om. *et.* g) Nonn. codd. *etiam.* Mox 42 om. *don.* et *que.* *) 21 in m. *eius.* h) 6—9, 20, 42—44 et multi alii om. *postea*, quod etiam abesse potest. In cod. 21 add. a sec. manu. i) 20 *de qua.* k) Nonn. codd. *despectus*, *depictus.* Sich. *depactus* et *subscriptis*, sed in m. *suprascr.* l) 20 *cartas.* Nonn. codd. *sint.* 42 *praedita*, sed corr. *tradita.* m) 6, 7 *tr. reposcuntur.* n) 42 *noscetur*, sed corr. *dinoscitur.* Aur. Lugd. *dinoeitur.* o) Sich. *conferatur.* p) Multi codd. *istius legis.* q) 6, 7 et alii codd., Sich. Cui. 1—Lugd. Vesm. *necessarium.* Mox multi codd. *explanari.* r) 8 *inferioribus.* *) Cod. Just. *Imp. Constantinus A.* s) 19 *vicaria ppo.* 20 *vicariū ppō.* t) 15 *et.* Go. in ann. *Nequidem.* 10, 18 om. *in.* u) 6, 7, 10, 14, 16—18, Til. om. *ius.* *) A literis *ntib.* incip. fol. III. cod. I. Nonn. vv. et literae cum marg. cod. abscissa sunt, videlicet *ignora* (ntibus), *locum*, (igi)*tur so*(luta), *cense*(mus), (aeta)*tem co*(nstitutis), *posse*, *marit*(us). v) Cod. Just. add. *tamen*; id Go. quoque suppl. vult. x) Wenckius, cui haec statuta ignota sunt, cf. vult c. 8 et 9 pr. D. de Jur. et f. ign. (XXII, 6) et c. 8 h. t. In v. *declarant* desinit c. 11 Cod. Just. rell. om., cum c. 8 h. t. in Cod. Just. recepta sit. 21 *principium.* y) 6, 7, 10, 16, 18, 20 *solutam m. caritatem*, sed 14 *sola tam caritatem.* I. (so)*lata* (sed corr. est *luta*) *matrimonii earitatem.* Mox 19 *coniugiis.* yy) Ex cod. I. rest. Vesm.; rell. om. *ut.* Vesm. enim „Hanc vocem, inquit, supplevi ex α (I.); deest in Br. codd. et in edd.; cf. Forcellini in Lexico, v. *Ut*, §. 25. Haec autem dicendi forma tunc potissimum usurpatur, cum, uti hoc loco, et verbum quod a particula *ut* pendet longo ab eo intervallo disiungitur, et alterum interpositum est verbum in subiunctivo modo, quod cum eadem particula non cohaereat. Seriore aevo ea constructio frequentius usurpata, Graecorum more, saepe in Institutionibus occurrit. Cf. etiam Miraei praefatio ad Julianum, p. III; ubi tamen lectio, quam auctoritate Antonii Augustini affert e Pandectis Florentinis, falsa est, ut me docuit amicus meus V. Cl. Dr. Wilhelmus Doenniges, qui Florentiae me rogante hunc locum contulit." Cf. Nov. Th. tit. VI. de Bonis Fabric. §. 3 *decernimus ut — bona — pertinere.* *) I. *coniugis*, a sec. man. corr. *coniugibus*, literis *bu* supr. *is* positis. Go. ad h. l. annotat: „*Vel nuptiarum* appellatione sponsalia hic intelligas, vel hae voces *tempore nuptiarum* loco motae fuerunt, ita ut post vocem *traditae* collocentur; hunc in modum: *Si futuris coniugibus intra aetatem constitutis res fuerint donatae et traditae tempore nuptiarum*: Vel denique haec sententia, *tempore nuptiarum intra aetatem constitutis*, parenthesi includenda fuerit. Quod existimo." Parenthesin Ri. recepit. z) 19, 20 *in ētra aet.*; nonn. codd. *aetate.* a) 6, 7, 16 *const. respuerint donatam et traditam.* b) I., 8, 9, 12, 14, 15, 20, 21, Til. Vesm. *eas posse*; rell. *posse eas.* c) 9 *qui act.* 14, 19, 20 *qđ actis.* d) 6, 7, 10, 17, 18 *quoddam.* In cod. 21 *maritus* add. a sec. manu. e) 9, 15, 16, 28—31, 42, Cod. Just. *III.*, sed in cod. Pist. *Dat. V. k. iun. c̄c s̄s* ex c. 10 antec. 32 *XIIII.* ee) I. *mart.*, sed Cod. Just. convenit cum Br. Al. f) Vid. c. 6 C. Th. de Contr.

fragilitatem interdum excusari possunt), in aliquibus caussis, si negligentes fuerint, lex subvenire noluerit*[g], *hic tamen specialiter voluit esse consultum, ut si qua in pupillaribus*[h] *annis marito fuerit copulata, et sponsalitiam largitatem*[i] *per negligentiam*[k] *actis non allegaverit, huius legis beneficio, et si gesta desint, inviolabilem in suo dominio donationem noverit permanere.*

4. *Id. A. Pacatiano Pf. U.*)* Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exsequi nuptias**) supersederit, eiusque spatii fine decurso in alterius postea coniunctionem puella pervenerit; nihil fraudis ei sit, quae[l] nuptias maturando vota sua diutius eludi[ll] non passa est. *Dat. prid. Id. April. Martianopoli, Pacatiano et Hilariano Coss.* (332.)

5. *Idem A. ad Pacatianum Pf. U.*[m] Patri[n] puellae aut tutori aut[o] curatori aut cuilibet[p] eius affini non[q] liceat, cum prius militi[r] puellam desponderit[s], eandem alii in matrimonium tradere. Quod si intra biennium[t], ut perfidiae reus[u] in insulam relegetur. Quod si pactis[v] nuptiis, transcurso biennio, qui puellam desponderit alteri eandem sociaverit, in culpam sponsi potius quam puellae referatur, nec[x] quicquam noceat ei, qui post biennium puellam marito alteri tradidit[y]. *Dat. prid.*[z] *Id. April. Martianopoli, Pacatiano et Hilariano*[a] *Coss.* (332.)

Interpretatio. *Si quis aut privatus aut militans, postquam sponderit, cum*[b] *patre, tutore vel curatore*[c] *puellae vel propinquis de puellae coniunctione definierit, debet post definitionem*[d] *intra biennium nuptias celebrare. Quod si tarditate aut negligentia*[e] *sponsi biennii tempus excesserit, et alio*[f] *viro se puella coniunxerit, absoluta erit a*[g] *calumnia, vel ipsa, vel quicunque suorum*[h] *eam tradiderit: quia culpa est illius, qui differendo coniunctionem suam alteri nubendi locum patefecit. Nam si intra biennium data fuerit, quid observetur, evidentius sequente*[i] *lege cognoscetur*[k].

— c. 4. C. Th. cod. I. Vesm. c. 4. Deest in rell. codd. et edd. Cf. not. sup. h. t. Coniungenda est cum c. 5 h. t. Cod. Just. V, 1, 2. Bas. XXVIII, 1, 16. In cod. I. nonn. abscissa sunt. Vid. not. *ll.* L. R. B. tit. XXVII, §. 2. — c. 5. C. Th. cod. I. Vesm. c. 5. Vid. not. sup. h. t. et c. 4. L. R. B. tit. XXVII, §. 2. Br. Al., rell. codd. edd. c. 4, praeter codd. 33, 34, in quibus est c. 3 C. Th. de Comm. resc. (III, 2), vid. c. 1 eod., et codd. 26, 38, ubi est c. 3 h. t. Cf. c. 4 h. t., not. sup. Integra cum interpretatione exstat in codd. 6—10, 12, 14, 16—21; omnia praeter interpretationem des. in codd. 26, 37, 38, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—33, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 28, 40; solus textus om. in codd. 27, 29, 34, 36, 42; sola interpr. in cod. 15. Interpr. hausta est ex hac et superiore c. 4. In cod. I. cum margine nonnulla detonsa sunt. Vid. not. *m.*

---

empt. (III, 1), not. *m.* *) 20 *possint.* g) Nonn. codd. *noluit.* 8, 10, 18, 42, 44, Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *voluerit.* h) 6, 7, 20, Sich. in m. *puellaribus*, sed 20 supr. lin. *pupillaribus.* i) 20 *sponsalitia in largitate.* k) Sich. Cui. 1 — Lugd. *pro negligentia.* Mox 20, Sich. *alligaverit.* *) Cod. Just. *ad Pacatianum.* **) Cod. Just. add. *in eadem provincia degens.* l) I. *qui.* ll) Cod. Just. *ludi.* I. *passus* et *marcianp.* Ceterum literae *Id*, *intra*, *decur* (decurso), *ritni* (pervenerit nihil), *uselu* (diutius eludi), *ano* (Pacatiano) abscissae sunt in cod. I. m) 9, 15, 29, 42 *p̄p̄o*, prob. Go. et W., sed cf. Corsini l. c. p. 184. Cui. 2 in Chron. Const. *Pf. P.* Rein.-corr. *Praef. V.* Be. cj. *PPf. U.*, quod non intelligo. 16, 28 om. *Pf. U.* Edd. *Praefectum V.* aut *Praef. V.* aut *Praef. U.*, praeter Til., qui *P. V.* 15, 25 *Pacationo* et 34 *agatiano.* Go. c. 2 Cod. Just. (V, 1) ex hac c. a Triboniano interpolatam esse dicit, quod W. recte negat, nam c. 2 hausta est ex c. 4 C. Th. h. t. In cod. I. des. literae *Idem A*, *libct* (cuilibet), *deri* (desponderit), *enni* (biennium), *tis n* et prior scapus lit. *u* (pactis nuptiis), *teri e* (alteri eandem), *lae r* (puellae referatur), *cllam m* (puellam marito), *pacatiano et.* n) Ita Ri. ex cj. in Praef. Tom. I. C. Th. (p. XV). Codd. I., 6—9, 12, 14, 16, 17, 21, edd. Sich. — Lugd. Vesm. *Patri aut puellae*, sed iam Ri. auct. Bestio monet, v. *aut* a librariis alieno loco positum esse. Primum in Cui. 2, quam posteriores edd. secutae sunt, editum est *Patri, aut matri puellae.* Errat igitur Bestius l. c. p. 280, qui v. *matri* a Go. tacite appositum esse existimat. Idem prop. *Patri, avo puellae*, cum v. *aut* ex *avo* facile oriri potuisset, quae cj. non congruit cum codicibus. 19 om. *aut.* Ex quibus omnibus apparet, et v. *aut* et v. *matri* suspectum, itaque utrumque delendum esse. Neque interpres *matrem* commemorat, quam commemorasset, si v. *matri* in ipsa lege exstitisset, quemadmodum fecit in interpr. c. 6 h. t. Non dubitavi ergo iub. Ri. delere *aut matri* et restituere *Patri puellae*, praesertim cum quinque codices 10, 15, 18—20 hanc lectionem tueantur et cod. I. fides h. l. haberi nequeat, qui om. *aut tutori.* o) Ita 6—10, 12, 15, 18—21, Til. Vesm.; Aur. Lugd. om. *aut cur.* Rell. edd. *vel cur.* p) 8 *cuiuslibet.* q) 6, 7, 14, 16 om. *non.* 21 *affinem non.* r) 15 *alicui*, memorabilis lectio. s) 6—10, 12, 14, 18 *desponderint.* Mox I. *in matrimonio.* t) Ita plerique codd. et omnes edd. Best., prob. Ri. l. c. (cf. not. *n*) h. l. ita em.: *quod si intra biennium sit perfidiae reus, in insulam rel.* Go. cj. *fiat* aut *fecerit* (biennium fecerit). *Fecerit* confirmatur tribus codd. 10, 14, 18, qui praeterea add. *quis* post *quodsi*, sed vulg. scriptura convenit cum latini sermonis ingenio, haud raro omittentis verbum, quod ex antecedenti membro per se supplendum est. Vesm. haec cum sqq. videntur cohaerere, quare post *relegetur* punctum delet, quod edd. habent. 20 intr. lin. *sit* pro *si* in v. *Quodsi.* Ceterum 12 *infra.* u) 15 *reus perfidiae.* Mox I. *religetur.* v) 15 *Si vero pactis.* x) 8, 10, 18 *ne.* y) 6—10, 14—18, 20, Til. Vesm. *tradidit*; in rell. codd. et edd. *tradiderit.* z) Nonn. codd. om. *prid.* 10 *Dat. I.* 18, 32, 39, 43 *Dat. V.* a) 8, 16 om. *et Hil.* I. *Marcianp.* 10, 18 *Apr. Martiano praefecto Pac. et H.* 20 *Martiano p̄p̄o Paccatiano et illariano.* 21, Sich. *Apr. Martiano et Hil. Coss.* 33 *Gratiano et Hil.* b) 21, edd. h. l. add. *et*, quod orationem turbat. c) 20 *procuratore.* 6, 7 *patrem tutorem vel curatorem vel prop.* d) 6, 7, 9, 10, 18, 20, 42, 44 et multi alii codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. Vesm. om. *si aetas permittat*, quod alienum ab ipsa lege in Cui. 2 — Ri*. h. l. additur. e) 6, 7 *aut per negligentiam*; alii *tarditatem aut negligentiam*, sed 6 sec. Ri. *Q. si tarditatem per negligentiam.* f) Ita codd., impr. Go., sed *alio viro* est ablativus, qui recte pendet a v. *coniunxerit.* g) 20 om. *a.* h) Nonn. codd. add. *qui.*

6. *Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hispaniarum*[l]. Si ab[m] sponso rebus sponsae[n] donatis interveniente osculo ante nuptias hunc vel illam[o] mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem*) pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctae heredes, cuiuslibet gradus sint, et quocunque[p] iure successerint, ut donatio stare pro[q] parte media et solvi pro parte media[r] videatur: osculo vero non interveniente, sive sponsus sive sponsa obierit, totam infirmari donationem et donatori[s] sponso sive[t] heredibus eius restitui. §. 1. Quodsi sponsa, interveniente vel non interveniente[u] osculo, sponsaliorum[v] titulo, quod raro accidit, fuerit aliquid sponso largita, et ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam sive eius successores donatarum rerum dominium transferatur. *Dat. Id. Jul. Constantinopoli*[x]. *Accepta XIV.*[y] *Kal. Mai. Hispali, Nepotiano et Facundo*[z] *Coss.* (336.)

Interpretatio. *Si quando sponsalibus celebratis, interveniente osculo, sponsus aliquid sponsae donaverit, et ante nuptias sponsus forsitan*[a] *moriatur, tunc puella, quae superest, mediam donatarum solenniter rerum portionem poterit**) *vindicare, et dimidiam mortui heredes acquirunt*[b], *quocunque per*[c] *gradum successionis ordine venientes. Si vero osculum non intervenerit*[d], *sponso mortuo nihil sibi puella de rebus donatis vel traditis poterit*[e] *vindicare. Si vero a puella*[f] *sponso aliquid*[g] *donatum est, et mortua fuerit, quamvis aut intercesserit aut non intercesserit osculum*[h], *totum*[i] *parentes puellae sive propinqui, quod puella donaverat, revocabunt.*

7. *Impp. Constantius et Constans AA.*[k] * * * .... dumtaxat[l] servata oblatio habeat integrum robur, etsi *neuter*[m] testationi fidem accommodavit actorum; quippe satis *est id*oneus testium convocatorum in haec[n] vota conventus: du*mmodo* in ceteris universis donationibus, secundum constituta *divi pa*tris nostri*), actorum confectio requiratur. *Dat. V. Id. Ju* Agrippinae*[o], *Amantio et Albino Coss.* (345.)

8. *Imp.*[p] *Julianus A. ad Hypatium Vicarium Urbis Romae.* Quoties sp*onso* in minori constitutae aetate futurae coniugi aliqua co*nferente* in praediis italicis vel stipendiariis seu tributariis, int*ercedent*e stipulatione donantur, largitas perpeti firmitate *subsistat*, etiamsi traditionis sollemnitas defuisse videatur; ita *tamen*, ut etiam in his donationibus, quae in minores conferuntur, *a*ctorum confectio omnifariam flagitetur. *Dat. IX. Kal. Mart. Antiochiae, Juliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

9. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Multa a*d nuptias* sponsaliorum nomine pro sollemnitate trad*untur*, quae nequaquam in

— c. 6. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 6. Sextam enim esse in cod. I., perspicitur ex antecedd. et seqq. constitt., nam paucae tantum literae supersunt ab initio legis, verborum scil. *Si — donatis.* Br. Al., codd. edd. ante Vesm. *c.* 5, praeter codd. 33, 34, in quibus est *c.* 4 C. Th. de Comm. resc. (III, 2), vid. c. 1 eod., et codd. 26, 38, ubi est c. 4 h. t. Cod. Just. V, 3, 16. Bas. XXVIII, 3, 16. L. R. B. tit. XXV. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37; inser. et textus in codd. 24, 30—34, 39, 43, 44; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 36, 38, 40, 42. — c. 7. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 7. Mutila est in cod. I. Vid. not. *k—o.* — c. 8. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 8. Partem c. 8 Vesm. divulgaverat in not. 60 ad interpretationem italicam libri perillustris viri Caroli de Savigny, quam edidit sub titulo: *Delle imposizioni dirette sotto glj Imperatori Romani. Torino* 1838. A marg. fol. Taurin. nonn. literae abscissae sunt. Vid. not. *p.* — c. 9. C. Th. cod. I. Vesm. *c.* 9. Etiam c. 9 nonnullae literae cum margine fol. Taurin. detonsae sunt. Vid. not. *q.*

i) Cf. c. 11 (6) h. t. k) 6, 7, 20, 21, 44, multi alii codd. et Vesm. *cognoscitur.* l) 6—8, 14, 16—18, Til. *Hispaniae.* 15 *Hisp. vic.* 10 *viro claro Hisp.* 25 *Vic. Vices Hisp.* Nonn. codd. *Span.* Praeterea 8 om. *Vic.* et 42 *Hisp.* m) 15 om. *ab.* n) 6—10, 12, 14, 17—20 *sponsoribus sponsae.* 15 *sponsalibus donatis sponsae interv. osc.* o) 17 *vel hunc.* 19 *vel puellam.* 20 *vel puella.* *) Aur. Lugd. *susperstitem.* p) 12 *quicunque.* q) 8 *non.* r) 8, 12 *dimidia — dimidia vid.* 15 om. *ut donatio — videatur.* 9 *media teneatur.* s) Nonn. codd. *donatoris.* t) Cod. Just. *vel.* 20 *sive sponso vel her.* u) 14 om. *vel non interv.* v) Cod. Just. *donationis.* x) Be. addi vult *Constantio et Albino coss.* (335.), quia lex non poterat esse *accepta*, antequam *data* esset, prob. W. Vesm., aut legi *Id. Jan.* y) Ita fere omnes codd., Sich. — Cui. 2* Vesm.; 39, 43 *XVII.* Sich. in m. Go. — W. Cod. Just. *XIII.* z) Nonn. codd. om. *Hispali.* 21, Sich. *Spalis*, sed in m. *Hispali.* Multi codd. *Hispalis* aut *Spalis.* 20 *spaniis neposiano.* Cod. Just. olim *Pacato*, male. a) Ita multi codd. Vesm.; 21, 42, rell. edd. *aliqua — forsitan sponsus.* *) 20 *potuerit.* b) 19, 20, Sich. Cui. 1 — Lugd. *acquirant.* c) 8 *quoscunque per gradus.* 20 *quoc. gradus p. gr.* d) 8 *osculo non interveniente.* Nonn. codd. *intervenit.* e) Nonn. codd. *potuerit.* f) Nonn. codd. add. *forsitan.* g) Ita plerique codd. Edd. praeter Vesm. *aliquid sponso.* h) 8, 20, 21 *aut interc. osc. aut non totum.* i) 20 add. *sibi.* k) Magistratus deest in cod. I. et ap. Vesm. Propter subscr. Vesm. recte rep. *Impp. Constantius et Constans AA....* Vid. not. sq. l) Cum v. *duntaxat* inc. aversa pag. folii Taurin. Initium enim c. detonsa folii inferiore parte periit. Vesmius lacunam deficientium literarum numero servato ita rest.: *Si sponsus in sponsam tempore nuptiarum aliquid conferat, traditionis sollemnitate.* Displicet mihi illud *tempore nuptiarum.* Praeterea sponsus dicitur *in* sponsa*m* aliqua contulisse, cum in sequenti lege, quam Vesm. respexit, sermo sit de sponso futur*ae* coniug*i* aliqua conferente, ut in hac quoque lege imperatorem eodem modo scripsisse mihi persuasum sit. Quare aliter explere tentavi lacunam sequentis constitutionis ope et observato quidem lacunae spatio: „*Quoties a sponso futurae coniugi aliqua conferuntur traditionis sollemnitate.* m) I. *ets* et abscissae sunt septem literae. Vesm. rest. *i* (etsi) *neuter.* Mox I. *fides.* n) I. *In hac vota.* Literas *est ido*(neus), quae des. in cod. I., rest. Vesm. et mox *mmodo* (dummodo) et *divi pa*(tris). *) *c.* 1—5 C. Th. de Donationibus (VIII, 12). o) I. *I* et superest prior tantum scapus lit. *u*, reliqua abscissa sunt usque ad *pinae.* Vesm. ed. *Ju* Agrippinae.* Sitne *Jun.* an *Jul.* scribendum, incertum est. p) I. *Imp̄p̄.* Literas *onso* (sponso), *nferente* (conferente), *ercceden* (intercedente), *ubsistat* (subsistat), *tamen*, *ur* (conferuntur) *ac* et *mart* (literae *m* primus tantum

damnum debent dantis accrescere, *sed* mortua in matrimonio puella ad dantis commodum revocari, veteri scilicet iure neglecto. Patris igitur explosa persona propinquorumque, his personis, quae ante coeptum *matrimonium* videntur obtulisse, incunctanter ea redhiberi oportet. *Dat. III. Id. Jul. Treviris, Valentiniano et Valente AA. II.*[q] *Coss.* (368.)

10.[r] *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Eutropium**) *Pf. P. Arrhis sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, quae data sunt, iubemus restitui, nisi caussam, ut nuptiae non celebrentur***), *defuncta persona iam praebuit. Dat. XV. Kal. Jul. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

11. *Iidem*[s] *AAA. Eutropio Pf. P.*[ss] Patri, matri, tutori vel cuicunque, ante decimum puellae*) annum datis sponsalibus, quadrupli poenam[t] remittimus, etsi nuptiae non sequantur[u]; et si[v] interea puella decesserit[x], sponsalia iubemus sponso restitui. §. 1. Quodsi decimo anno vel ultra pater quisve[y] alius, ad quem[z] puellae ratio pertinet, ante duodecim annos[a], id est usque ad undecimi metas[b], suscepta crediderit pignora esse retinenda[c],

— c. 10. C. Th. cod. I. Vesm. c. 10. Cod. Just. V, 1, 3, ex qua Vesm. suppl. c. 10, quae in cod. I. mutila est. Vid. infr. not. r. Bas. XXVIII, 2, 2. De legibus cum h. c. coniungendis vid. c. 11 h. t., not. sup. — c. 11. C. Th. ? Vesm. c. 11. Br. Al., codd. edd. ante Vesm. c. 6, praeter codd. 33, 34, in quibus est c. 3 h. t. et 26, 38, ubi est c. 5 h. t. L. R. B. tit. XXVII. Coniungenda est cum c. 10 h. tit., c. un. C. Th. Si provinciae rector (III, 6), c. un. C. Th. de Usur. rei iud. (IV, 19), c. 2 C. Th. ad L. Jul. rep. (IX, 27), c. 8, 9 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42), c. 16 Cod. Just. de Testam. (VI, 23) et fortasse cum c. 1 C. Th. de Primic. (VI, 10). Vid. c. 1 C. Th. de Prim. cit., not. q. Existimat Go. praeterea cum ea coniungendam esse c. un. C. Th. Si quac. praed. pot. (III, 11), c. 6 C. Th. de Iis quae administr. (VIII, 16) et c. 3 Cod. Just. de Litig. (VIII, 37), sed vid. Ritterum in Praef. Tom. III. C. Theod. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42.

scapus superest) rest. Vesm.; in cod. I. abscissae sunt. l. *anthiochiae.* q) Recte Vesm. repos. *II.*, qui numerus abest a cod. I. Omisso numero esset ann. 365, sed illo anno neque Treviris fuit Valentinianus, neque Gratianus imperator. l. *triū.* Vesm. *Triveris.* Literae *dnub* (ad nuptias), *untur* (traduntur), *resed* (adcrescere sed), *voca* (revocari), *erso* (persona), *matri* (matrimonium), *eriopor* (redhiberi oportet), *ss* (coss.) abscissae sunt in cod. I., rest. a Vesm. r) In cod. I. apparent solae literae *Imppp Grati..... auus et T.... ā ad.* Reliqua cum inferiore membranae parte detonsa sunt. Ea rest. Vesm. ex Cod. Just. V, 1, 3, glossa aliqua quamvis ob resectum marginem et perforatam membranam mutilata usus, quae in marg. cod. I. adscripta est: *o (?) cɔ ... aq̄ ē et posterior | .....ι ITI ɔº V.* Haec Vesm. ita interpretatur, ut *constitutio* haec *et posterior* in cuiusdam legum Codicis libro aliquo fuerint *tituli I constitutio V.* „Haec de ipso C. Th., inquit, intelligi non posse manifestum est; refero igitur ad quampiam collectionem privata opera ante Th. Codicem confectam, in qua, uti in Vaticanis Fragmentis vel in Codicibus in quibus Novellae post Th. Codicem constitutiones receptae fuerant (cf. Justiniani const. Haec quae necessario, *De novo Codice faciendo*, §. 2), non discerpta per varios titulos legum fragmenta, sed ipsae integrae constitutiones sub certis libris et titulis dispositae fuerint; unde utraque haec nostra necessario una fuit constitutio. Quidquid tamen hac de re dicendum sit, id ex allato scholio indubie constat, duas hic positas fuisse constitutiones arcto aliquo inter se sive fontis sive argumenti vinculo connexas." Equidem aliter interpretor glossam; nam *haec* legi non potest, cum ante *q̄* non *c* sit, sed *a.* Lego igitur *constitutio alia quae et posterior ...* (T)*it I. c. V.*, refero autem glossam ad c. 5 Cod. Just. *de Sponsalibus*, qui titulus libri quinti primus est. Neque igitur id concedere possum, quod Vesm. scribit, ex glossa illa constare, duas hic positas fuisse constitutiones arcto aliquo inter se argumenti vinculo connexas. Videtur enim scholiasta quidam hic et illic in palimps. Taur. similes Cod. Just. leges annotasse. Vid. aliud scholium palimpsesti Taurinensis ad tit. C. Th. de Diversis rescriptis (I, 2), not. *bb*, quod const. graecam (ita enim interpretor illud *exemplum ...... graec.*) *lib. V.* commemorat. Et in quinto quidem Cod. Just. libro fuisse constitutiones graecas, cognoscitur inter alios iuris fontes ex rescripto potissimum codice Capituli Cathedralis Veronensis (cf. Herrmann praef. Cod. Just. p. XIV. et Haenel in Richteri et Schneideri Annalibus criticis [Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft] 1844, p. 193 sqq.) N. 60, ubi c. 12 Cod. Just. de Repudiis (V, 17) graece scripta est (cf. Herrmann. ed. Cod. Just. p. 799), quae si integra esset, fortasse scholion illud illustraret. Iam quod ad c. illam quintam attinet, agitur in ea de arrhis sponsalitiis, idem fit in c. 3 eiusd. tit., est etiam c. 5 posterior tertia, cum haec anno 380, illa anno 469 a Leone data sit; itaque si c. tertia Cod. Just. decima h. t. fuit, scholion illud in hunc locum optime quadrat. Voluit enim scholiasta demonstrare, in posteriore aliqua Cod. Just. lege de eadem re actum esse, et id quidem est in quinta, cum quarta nihil habeat quod eo faciat. Quare Vesm., etsi aliter intelligo glossam, recte videtur c. 3 cit. ad hunc Cod. Theod. locum revocasse, neque eum imitari dubitavi. *) Cod. Just. *Eutropio.* Vesm. edidit *ad Eutropium*, quia in fol. Taur. v. *ad* superest. **) Cod. Just. *celebrarentur.* Vesm. *celebrentur.* s) Br. Al. codd. edd. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*, quod quia c. 10 recepit, Vesm. recte mutavit. ss) Hanc c. in Cod. Just. (V, 1, 3) interpolatam esse Go. affirmat, W. vero negat. Vesm. Wenckio assentitur: sicuti enim c. 2 Cod. Just. non interpolata sit ex c. 5 h. t., sed ipsa c. 4 h. t. (vid. ibid.), ita c. 3 Cod. Just. non interpolatam esse ex c. 11 h. tit., sed haustam ex c. 10. Accedit glossa ad marginem c. 10 in cod. I. adscripta. Vid. not. r. 20 *Valent. Grat. et Theod.* inverso ord. 25 om. *Valentinianus.* 38 *Valentianus.* Nonn. codd. *Eotropio.* 42 *Evropio.* *) 20 *ante dec. ann. puellae.* t) 6—8, 10, 16, 18—20 *poena.* 14 *pene.* De qua poena W. auct. Gothofredo cf. vult c. un. C. Th. Si prov. rector (III, 6), c. un. C. Th. Si nupt. ex rescr. pet. (III, 10) et c. 5 Cod. Just. h. t. (V, 1), qua sublata est. u) 8, 12 *nuptias non sequatur.* v) 9, 20 *ut si.* Edd. plene distinguunt ante *et*, impr. Vesm. x) Nonn. codd. *discesserit.* y) Fere omnes codd. *quis vel.* 19 om. *ve.* z) 6 *ad aliquem.* a) 19, 20 *ante duodecimum annum.* b) 21, Sich. *usque ad undecimum annum, aetas*, ex interpr. sec. Ri. 6—8, 10, 16—18, Til. — Lugd. *usq. ad und. m.* 12, 20 *usque ad undecimum etas* et 19 *usque in undecimum etas*, sed 20 *idem* pro *id est.* 14, 15 *usque ad undecimum etatis.* Recepi ex codd. *ad* pro *in*, quod duo tantum codd. et Cui

deinceps adventante[d] tempore nuptiarum a fide absistens, quadrupli *) fiat obnoxius. §. 2. Viduae autem ratio diversa est, cui **) auxilium non suffragatur aetatis, scilicet ut ea, matrimonium[e] non implens, ad quadruplum ex veteri constitutione teneatur[f]. §. 3. Duodecimo autem anno impleto quisquis de nuptiis paciscitur, si quidem pater, semetipsum *) obliget, sive **) mater curatorve aut[g] alii parentes, puella fiat obnoxia. §. 4. Cui quidem contra matrem, tutorem, curatorem eumve[h] parentem actio ex bono et[hh] aequo integra reservetur[i] eorum pignorum, quae ex propriis, iuxta poenam iuris, reddiderit facultatibus, si ad consensum accipiendarum arrarum ab his[k] se ostenderit fuisse compulsam. *Dat.*[l] *XV.*[m] *Kal. Jul.*[n] *Thessalonica*[o], *Gratiano A. V.* *) *et Theodosio A.*[p] *I. Coss.* (380.)

Interpretatio. *Pater vel*[q] *mater puellae, aut si pater defuerit*[r], *tutor, curator vel aliquis*[s] *ex propinquis, si, antequam decimum annum puella contingat, de nuptiis pacti fuerint et sponsalia susceperint, si postea mutata voluntate renuere voluerint, quem*[t] *prius susceperant, non addicuntur ad quadruplum, sed ea tantum, quae sunt suscepta, restituant: nam et*[u] *si puella mortua fuerit*[v], *hoc tantum, quod acceperant, reddunt*[x]. *Sin vero*[y] *iam puella decimum agens annum usque ad undecimum plenum, susceptas arras vel ipsa, vel parentes, tutores curatoresve tenuerint, id observandum est, ut si fidem placiti mutare voluerint et illum renuant*[z], *cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam sine dubio teneatur persona, quaecunque de puellae nuptiis placitum fecit. Quod si antequam annus undecimus compleatur*[a], *pignora suscepta reddiderint, nullam de susceptis arris calumniam pertimescant*[b]. *Nam si vidua fuerit, nihil per aetatem poterit excusure*[c], *si animum alibi diverterit et priorem sponsum renuere voluerit. Tunc*[d] *quaecunque suscepit sponsaliorum titulo, in quadruplum reddat. Puella vero post duodecimum aetatis suae annum, si pater de nuptiis illius aliud facere voluerit, quam promisit, ad quadrupli poenam et ipse tenendus est. Si pater mortuus est, et de nuptiis puellae mater, tutor aut curator aut propinquus aliquis definierit, et puella alteri nubere maluerit, ipsa sponso*[e] *priori*[f] *de propriis facultatibus satisfaciat*[g] *in quadruplum, quod accepit: hac*[h] *tamen conditione servata, ut postmodum contra praedictas personas agere possit*[i], *si illius arras, quem renuit, illis cogentibus invita suscepit*[k].

12. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Marinianum Pf. P.*[l] *Post alia:* Si pater pactum de filiae nuptiis[m] inierit et humana sorte consumptus[n] ad vota non potuerit[o] pervenire, id inter sponsos firmum ratumque permaneat, quod a patre decebitur definitum[p],

— c. 12. C. Th. ? Vesm. c. 12. Br. Al., codd. edd. ante Vesm. c. 7, praeter codd. 33, 34, in quibus est c. 4 h. t., et codd. 26, 38, ubi est c. 6 h. t. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Dotibus (III, 13) et cum c. 4 Cod. Just. de Sec. nupt. (V, 9). Cod. Just. V, 1, 4. Bas. XXVIII, 1, 18. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; inscriptio et subscriptio in cod. 26; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola interpr. in cod. 15; textus pro interpretatione ponitur in cod. 26.

2—W. habent. c) 6, 7, 10, 16—18, 20 *reddenda.* d) 9, 14 *adveniente.* *) 20 add. *paena.* **) 20 *cum.* e) 9 sc. *minoris antea patrimonium.* 15 *aetatisque matrimonium.* 16, 17, 21 *ut eam m.* f) 8 om. *teneatur.* 9 *teneantur.* Mox nonn. codd. *pascitur* pro *paciscitur.* *) Cui. 1 *semeptipsum.* **) Ita 6, 7, 10, 14, 16, 17—20, Til.; 9, 12, 15 *sin.* 8, 21, Sich. Cui. 1—W. *si.* g) 9 *curatori aut.* 10, 18 *curatori ut* et mox *obnoxium.* h) 6, 7, 14, 16, 20 *curatorumve*, sed 6 sec. Ri. *tutorum Curatorumve parentum.* 15 *curatorem tutorem.* 19 om. *curatorem eum.* hh) 6, 7, 10, 14, 18—20, Til. om. *ex*, quod add. 21, Sich. Cui. 1—W. i) Ita 8—10, 12, 15, 18, 20, Til. 6, 7, 14, 16 *reserventur.* 19 *reservato.* 15 *ex integro aequa reservetur*, quae omnia ducunt ad lectionem *reservetur*, quam reposui et Vesm. etiam recepit. 17, 21, edd. *reservatur.* Mox 20 *rerum* pro *arrarum.* k) Sich. Cui. 1—Ri. *hiis.* Ri*. *iis.* 19, 20 *eis.* l) In sqq. nonn. codd. om. *Thess.*, *A. V.*, *I. Coss.* Sich. om. *A. V.* m) 19, 20, 28, 40, Sich. in m. *Dat. XII.* 39 *Dat. XVI.* n) 33 *Jun.* o) Ita plerique codd.; 20 *tesalonice.* 40 *terratocae*, reliqui *tess̄.* Edd. *Thessalonicae*, praeter Til., qui *Thessa.* Cod. Just. *Thess.* *) 38, 42 cum aliis codicibus om. *V.* p) 8, 21, Sich. *Th. AA. Coss.* 27 *Th. ā II. Coss.* 24 *Dat.—tess. theud. V. Coss.* Ex rell. codd. plerique om. *A. I.* aut *I.* Vesm. *AA. Grat. V.—Th. I.* q) 19 add. *Si.* Sich. Cui. 1—Lugd. *Pater aut mater.* r) Ita plerique codd. Edd. *def. pat.* s) 8, 9, Sich. Cui. 1—Lugd. *vel alius quis.* t) Nonn. codd. *quae* et mox *addicantur*; 21 et alii, Sich. *quam*, impr. Ri.; nihilosecius Ri*. *quam.* In m. cod. 21 a sec. man. pon. *quem.* u) 19, 20 om. *sunt* et 8, 21, Sich. *et.* v) Ri*. add. *et.* x) 9, Ri*. *reddant.* y) 6, 7, 10, 18, 19 *Si quid vero.* 20 *si quid iam vero* et mox *quod si.* z) Nonn. codd. *tenuerant* aut *tenuerunt* — *immutare voluerit* — *renuat.* 20 *renuunt.* 44 *rennuit.* a) Ita fere omnes codd. pro *impleatur*, quod est in edd. b) Nonn. codd. *reddiderit* — *pertimescat* et paullo infra *excusari.* 20 *propter aetatem.* c) Melius *excusari.* Aur. Lugd. add. *si se emutaverit et.* d) 19, 20 *vol. Nunc hec.* Sich. *Nunc* et mox *sponsaorum*, err. typ. Vesm. *voluerit, tunc.* e) Nonn. codd. *Quod si* — *aliquid* — *voluerit ipsi sp.* 20 om. *et* post *mortuus est.* f) 42 om. *priori.* g) Multi codd. *facult. quadruplum satis faciat quod.* h) 42 *ea tamen.* i) 44 om. *possit.* k) Nonn. codd. *suscipiat*, alii *susciperet.* Sich. *invite suscepit.* l) 15, 19, 25 *Mariniano.* 10, 18, 28, 29, 33 *Marianum.* Cf. etiam Spangenb. not. 17 ad c. 4 Cod. Just. Nonn. codd. *ppū.* Multi codd., Cod. Just. om. *post alia.* m) Ita omnes codd., etiam 6, Til. et Cod. Just.: Sich. Cui. 1—W. *de nupt. fil.* 20 *finieriet*, sed supr. lin. *ingerit*, quod etiam 9, 26 habent. n) Ri. annotat, Sich. male habere *consumptis*, sed Sich. *consumptus.* o) 6, 7, 9, 10, 17, 18, 26 *poterit.* p) 10, 18 *decebitur def.* 26 *quod percipitur a p. definite.* Cf. Dirksen l. c. p. 447.

nihilque permittatur habere momenti, quod cum[q] defensore, ad quem minoris[r] commoda pertinebunt, docebitur fuisse transactum[s]. Periniquum[t] est enim, ut contra patriam voluntatem redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur[u] arbitrium, cum plerumque etiam ipsius feminae[v] adversus commoda propria inveniatur laborare consilium etc.[x] *Dat. IV.*[y] *Non. Nov. Ravenna*[z], *DD. NN.*[a] *Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

Interpretatio. *Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit definitum, si humano casu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari*[b] *placitum nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiamsi mater aut tutor aut curator vel propinqui alium fortasse voluerint suscipere, quam pater elegit* *). *Sed patris promissio circa sponsum, quem ipse suscepit, firma permaneat: nec ipsi puellae suo consilio* **) *contra voluntatem patris aliud velle ulla ratione permittatur.*

13. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio*[c] *Pf. P.*[cc] *Post alia* *): Si donationis instrumentum[d] ante nuptias actorum solennitate firmatum sit, de traditione, utrum nuptias antecesserit[dd], an secuta sit vel penitus praetermissa, minime perquiratur[e]: in illa donatione, quae *) in omnibus intra[f] ducentorum solidorum est quantitatem[g], nec actorum confectione quaerenda. Haec enim *) commoda nec mariti fraude, nec successorum eius improbitate, nec scrupulositate[h] iuris, si[i] et imperite vel callide rerum offerendarum in[ii] dotem habeat donatio mentionem[k], denegari uxoribus deceptis[l] patimur vel his *), qui in earum iura[m] succedunt, sed a marito vel ab heredibus eius exacta restitui; illa manente lege[n], quae minoribus aetate feminis etiam actorum testificatione omissa, si patris auxilio destitutae sint[o], iuste consuluit[p] etc. *Dat. X.*[q] *Kal. Mart. Constantinopoli, Tauro et Felice Coss.*[r] (428.)

Interpretatio. *Si donatio sponsalitia ante nuptias gestis inseritur, etiamsi res donata non traditur, non poterit*[s] *infirmari. In illa vero donatione, cuius summa infra*[t] *ducentorum solidorum pretium invenitur, etiamsi gesta defuerint*[u], *nulla feminis poterit sub quaeunque calliditate aut obiectione calumnia commoveri, sed qualiscunque cum die et tempore scriptura sufficiet. Et ideo seu*[v] *illa donatio, quae sine traditione gestis habetur inserta, seu*

— c. 13. C. Th. ? Vesm. c. 13. Br. Al., codd. edd. ante Vesm. c. 8, praeter codd. 33, 34, in quibus est c. 5 h. t., et codd. 26, 38, ubi est c. 7 h. t. Coniungenda est cum c. un. C. Th. de Omissa act. impetr. (II, 3), c. 3 C. Th. de Nuptiis (III, 7), c. ult. C. Th. de Dotibus (III, 13), c. 8 C. Th. de Natur. fil. (IV, 6), c. 9 C. Th. de Legit. her. (V, 1) et cum c. 2 Cod. Just. de Bonis quae liberis (VI, 61). Cod. Just. V, 3, 17. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola interpretatio in cod. 15.

q) 20 *quodcunque.* r) 20 supr. lin., Sich. Cui. 1—Lugd. *minora.* 15 om. *quem.* 20 *adqueminoris.* 19 *atque min.* s) Ri *. *transasactum*, errore typ. t) 6 sec. Ri., 7, 14, 16, 17, Til. *Iniquum.* 19, 20 *Perinitium.* u) 16 *tutores aut curatores admittantur.* v) 6, 7, 10, 14, 17, 18, Til. *familiae.* x) Cod. Just. om. *etc.* y) Aut hic leg. *III.*, aut in c. 3 C. Th. de Dotibus cit. *IV.*, ne diverso die hae constitutiones videantur datae esse. Uterque numerus exstat in codd.; 8, 19, 21, 29—31, 33, 34, 36, 40, 42, Sich. *Dat. III.* 38 om. *IV.* z) Ita plerique codd.; Til. *Rav.*, rell. edd. *Ravennae.* a) Multi codd. om. *DD. NN.*; nonnulli *DD. A. Hon.*, alii *dominis nostris.* Mox 40, 44, Sich. in m. *XIIII.* 9, 29, 38, 42, 44 *Theod. XIII. et Hon. X.* 20 om. *X.* post *Hon.* b) Ita 6, 7, 9, 20 et multi alii codd., Sich. Cui. 1—Lugd.; Cui. 2—Ri *. *mutare.* Mox 20 om. *aut* post *mater.* *) In his vv. non concinunt codd.; 6, 7 *mater tutor vel curator aut prop. alium voluerint quam pater elegit, fortasse suscipere*, prob. Vesm. 8, 9 *alium voluerint eligere aut fortasse suscipere, quam pater elegit.* 20, 42—44 *voluerint fortasse*; alii codd. om. *voluerint* aut *fortasse.* 21 *mater tutor — alium voluerint quam p. el. fortasse suscipere.* **) Sich. *cosilio*, errore. Multi codd. et edd. ante Vesm. *permittitur.* c) 8 *Jerio.* 15 *Icelio.* 19, 28, 33, 34, 40 *Igerio.* 20 *Hiero.* 27 *Higerio.* 38 *Lirio.* cc) Tich. Til. *Praefecto.* Cui. 1. Aur. Lugd. *Praefecto P.* Cui. 2, 2 * *PR. P.* *) *Post alia* exc. in multis codd. et in Cod. Just. d) 20 *instrumenta.* dd) 8, 19, 20 *antecesserint*, sed 20 corr. *antecesserit.* 7, 8, 14, 17 *accesserit.* 10 *anteaccesserit.* 18 *accesserit ante secuta.* e) 19 *vel minime requir.* 20 *intermissa vel minime perq.* *) Sich. Til. *min. perquiratur in illa donatione, quae.* f) 15 *ultra.* g) 6, 7, 10, 14, 16, 18, 19 *quantitate.* Mox 10, 18 *ne auctorum.* *) 20 *confectionem quaer. hec enim.* Aur. Lugd. *querenda.* Be. annotat, *nec* ante *mariti* deesse in Sich.—Cui. 1, quod potius referendum est ad id, quod annot. *i* expressimus. h) 6, 7, 14, 17 *nec scrupulosi fuit.* i) Ita 6, 7, 14, 16, 17, 21, Sich.—Lugd.; Cui. 2—W. *nec si et.* 8—10, 12, 15, 18, Vesm. *iuris etsi.* 19, 20 *iuris etati imperite.* ii) 6, 7, 10, 14, 16—18 om. *in.* 8, 20 *in dote.* k) 6, 7, 12, 14, 16 *hab. donationem* et om. *mentionem.* Til. in m. *donationem.* 17 om. *donatio.* l) 8 *patiamur.* 10, 15, 18—20, Cui. 1—Ri *. add. *non*, quod in rell. codd. et edd. om., prob. Ri. Ceterum 9 *ux. demptis pat. vitiis.* 16 *certis non p.* *) Sich. Cui. 1—Ri. *hiis.* Ri *. *iis.* m) 18, 20 *iure.* Mox 20 om. *ab* ante *heredibus.* n) Intelligitur sec. W. c. 3 h. t. Contra Vesmius „quod, inquit, mihi secus videtur, tum ob conditionem, si patris auxilio destitutae sint, quam lex illa non requirit, tum quod ea per c. 8 h. t. abrogata fuisse videatur. Haec igitur magis refero ad recentiorem deperditam sub h. t. constitutionem, qua, Juliani constitutione remota, privilegium a Constantino indultum minoribus aetate feminis fuerit restitutum, si quidem patris auxilio destituerentur.“ Assentior Vesmio. Hinc petita est c. 17 Cod. Just. cit., ita tamen mutata et aucta: *Minoribus aetate foeminis, etiam actorum testificatione in ante nuptias donatione ad eas facta omissa, si patris auxilio destitutae sint, iuste consulitur, ut firma donatio sit.* o) 10, 18 *destituit sin.* 19, 20 *distituta sit.* p) 15 *omissa gestorum si dest. s. patr. aux. i.* Sich.—Lugd. om. *etc.* q) 19, 20 *XI.* 36 *XIIII.* 31 om. *X.* r) 19, 20 *Felice II. coss.* Zirardini l. c. p. 439. s) Ita 6—8, 20, 21, 43, 44; rell. *potest.* t) 7, 20 *in-*

illa, quae infra ducentorum solidorum summam[x] *consistit, nullis calumniarum argumentis in aliquo vacuentur, sed a marito vel ab heredibus eius*[y] *feminis iubentur exacta restitui: illo tamen beneficio legis circa eas feminas, quae in minoribus annis defuncto patre nuptae sunt, permanente, ut de quantalibet summa fuerit conscripta donatio, etiamsi gestis allegata non fuerit, omni firmitate subsistat*[z].

TIT. VI. SI PROVINCIAE RECTOR VEL *) AD EUM PERTINENTES SPONSALIA[a] DEDERINT.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.*[b] *Post alia*: Si quis in potestate publica positus atque honore[c] administrandarum provinciarum[d], qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis, quae matrimonium contracturae sunt, potest esse terribilis, sponsalia[e] dederit, iubemus, ut deinceps, sive parentes, sive eaedem mutaverint[f] voluntatem, non modo iuris laqueis liberentur[g] poenaeque expertes sint[h], quae quadruplum statuit[i], sed extrinsecus data pignora lucrativa habeant, si ea non putent esse reddenda[k]. Quod[l] ita late patere volumus, ut[m] non solum circa administrantes*), sed et[n] circa administrantium filios[o], nepotes, propinquos, participes domesticosque censeamus[p], quibus tamen administrator operam dederit[q]. Impleri autem id postea matrimonium[r], non vetamus, quod tempore potestatis[s] ob[t] eas personas, de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum[u], si sponsarum consensus accedat. *Dat. XV.*[v] *Kal. Jul.*[x] *Thessalonica*[y], *DD. NN. Gratiano A. V. et Theodosio A. I.*[z] *Coss.*[a] (380.)

INTERPRETATIO. *Judex provinciae cuiuslibet vel quicunque in administratione constitutus, si habeant aliqui *) adultos secum filios*[b] *in praedicto honore positi aut propinquos, vel qui ipsis*[c] *in consortio administrationis *) videntur adiuncti, si per potestatem aut comminando parentibus aut terrendo forte tutores sive curatores vel ipsas quoque puellas sponsaliorum nomine aut arrarum ad obligandam*[d] *cuiuslibet domum aliqua dederint, si contra hanc voluntatem aut parentes aut*[e] *ipsae puellae resultare voluerint, habeant liberam facultatem renuere, quod ita*[f] *suscepisse videntur. Nec *) poenam sibi noverint quadrupli exigendam, sed etiam ea*[g], *quae sub terrore visae sunt accepisse, in lucrum suum, si voluerint, retinebunt, nec constringi possunt, nisi forte ex suo arbitrio reddere voluerint. Nam si *) post administrationem, aut parentum aut puellarum circa eos, qui sponsalia dederint, voluntas nubendi permanserit, sequatur electa coniunctio.*

Tit. VI. C. Th. *Tit.* ? Br. Al., codd. 5—10, 12, 14—21, 24—34, 36—40, 42—44, 46, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. VI.* Cod. Just. V, 2. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Cod. Just. V, 2, c. un. Bas. XXVIII, 1, 20. Coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. un. C. Th. de Usur. rei iud. (IV, 19), c. 2 C. Th. ad L. Jul. repet. (IX, 27), c. 8, 9 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42) et c. 16 Cod. Just. de Testam. (VI, 23). Vid. ann. super. ad c. 6 C. Th. cit. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

---

tra et hic et infra. u) 6, 7, 9, 10, 18, 20 *non fuerint.* v) 20 *submoveri sed qualicunque die et tempore scripta sufficiat. Et ideo sive.* 21 *comm. et qual.* x) Multi codd. *summa constitit.* y) Nonn. codd. *ab eius her.* 8, 44 om. *ab.* z) Nonnulli codices *qualibet — consistat.*

*) 15, R. *et ad.* 10, 18 *Si De Prov.* Cod. Just. *Si R. Pr.* Sich. in titt. ind. *Si pr. rectores.* a) *Sponsalitia* ed. Contius ex uno libro ms. in rubrica Cod. Just, sed alii codd. habent *sponsalia* aut *sponsalitias arrhas.* Utrumque exstat in meis codicibus. Cf. Spangenb. not. 1 ad tit. Cod. Just. cit. qui ed. *Sponsalitia* et Cui. Obs. XI, 17. 5 *sponsolias.* 32 om. *Spons. Ded.* Nonn. codd. *dederit.* b) Sich. *Praefecto.* Til. — Lugd. *Praefecto P.* 10 *aug. et Itropio praeposito.* 25 om. *Valent. et,* 28 *AAA. — alia,* 37 *et Theod.*, 38 *Eutropio Pf. P.* et 15, 29, 42 Cod. Just. *Post alia.* 39, 43 *AAA. ad Senatum.* c) 12 om. *honore.* d) Ita codd., Til. et Cod. Just.; rell. edd. *prov. admin.* e) Cod. Just. *arrhas sponsalitias.* 19 *potestates se terribilia sp. dederint.* 20 *contractae sunt potestates se terribilia sp. dederunt.* f) 8 *eandem mut.* 9, Til. *eadem mut.* 10, 18 *sive heredes mut.* 14, 16 *sive eadem demutaverint.* 15 *sive heredes eandem mut.* 19, 20 *sive alii eandem mut.* 21 *sive eaedem demutaverint.* Sich. *par., sive haec eadem demutaverit.* g) 20 *liberantur.* 15 *laq. iur. lib.* h) 19, 20 *poeneque experte sunt,* sed 19 corr. *pena, quam.* Cod. Just. *poenaeque statutae exp. sint.* i) 19, 20 *statuisset.* Cod. Just. om. *quae quadr. st.* k) 10, 18 *non potest e. r.* 16 *non potentes se r.* 19 *non potuerint esse r.* 20 *non putuverunt esse r.* l) 8 *Qui ita.* Mox 19, 20 *latere pat.* m) 19 om. *ut* recte. *) 20 *administratores.* n) 19, 20 om. *et.* Cod. Just. *sed etiam.* o) Sich. om. *circa adm. fil.* 16 *filias.* 20 *filiorum.* p) 6, 7, 10, 14, 16—20 *censemus.* Cod. Just. *nepotes ac propinquos et participes, id est consiliarios, domesticosque locum habeat: quibus* etc. W. ex Go. ad h. l. profert c. 5 C. Th. de Iis, quae administr. (VIII, 15). q) Nonn. codd. *dedit.* r) 15 *mutr. postea.* Sich. *matrimoniū.* s) 19, 20 *quo potestatis tempore.* t) 6, 7, 14, 16, 17, 20 *ut.* 10, 19 *ad.* 18 *adeat.* Cui. 1 — Cui. 2* in m. *inter,* impr. Go. u) 8, 12 *fuerint obligatae.* v) 8, 17 *XII.* 32 *V.* 39, 43 *XVII.* x) 9 om. *Jul.* y) Ita plerique codd.; rell. codd. *tess., tessal., tesalonice, thessale.* Til. *Thessal.* Rell. edd. et Cod. Just. *Thessalonicae.* z) 6, 7 *et Honorio I.*, impr. Ri. 10, 18 *et Honorio Coss.* Ceterum nonn. codd. om. *DD. NN.*, alii *A. V.* aut *A. I.* aut *I.*, ut Cod. Just. 20 *domino Gr. V. oug. et Th. ċsul.* a) 32, 39, 43 *I. simile Coss.* *) 20 *in eadem adm. — aliquos.* b) Ita plerique codd.; edd. *fil. secum.* c) 42 supra lin. add. *cum.* *) Ri. *administationis,* err. typ. d) Nonn. codd. interponunt *aut.* 20 *aut obl.* e) 6, 7, 20, 21, 42, 44, alii *vel.* f) Permulti codd. *quod si ita* et mox *visa.* *) Add. *tantum.* g) Sich. *etiam hae quae.* *) 20 om. *si.*

TIT. VII. DE NUPTIIS.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens*[h] *et Gratianus AAA. ad Senatum.* Viduae intra vicesimum et quintum[i] annum degentes etiamsi emancipationis libertate gaudent[k], tamen in secundas nuptias non sine patris sententia conveniant. In oppugnationem[l] cessent itaque[m] sequestres atque interpretes, taciti nuntii renuntiique[n] corrupti. Nuptias nobiles nemo redimat, nemo sollicitet, sed publice consulatur[o] affinitas, adhibeatur frequentia procerum[p]. §. 1. Quodsi in conditionis delectu[q] mulieris voluntas certat sententiae[r] propinquorum[s], placet admodum[t], ut in[u] pupillarum coniunctionibus sanctum[v] est, habendo[x] examini[y] auctoritatem[z] quoque iudiciariae cognitionis[a] adiungi, ut, si pares sunt[b] genere ac moribus petitores[c], is potior aestimetur[d], quem sibi consulens mulier approbaverit[e]. §. 2. Sed ne forte hi[f], qui gradu proximo[g] ad viduarum successiones[h] vocantur, etiam[i] honestas nuptias impediant, si huius rei suspicio processerit[k], eorum volumus auctoritatem[l] indiciumque succedere, ad quos, etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum pervenire non possit. *Dat. XVII.*[m] *Kal. Aug. Gratiano*[n] *A. II.*[o] *et Probo*[p] *V. C.*[q] *Coss.* (371.)

Interpretatio. *Viduae intra vicesimum et quintum annum si fuerint*[r] *constitutae adhuc*) vivis patribus*[s], *tametsi emancipatione acquisierint libertatem*[t], *si ad secundas nuptias venire voluerint, noverint coniunctionem suam in patrum potestate*[u], *non in propria voluntate consistere, et eorum electione, non quorumcunque*[v] *amicorum aut familiarium sequendum*) esse consensum. Si vero patres mortui sunt*[x], *nec sic quoque ex suo singulariter*) arbitrio nubendi habeant potestatem, sed pro honestate coniunctionis*[y] *iudicium sequendum est propinquorum*[z]. *Quodsi duo petitores exstiterint, consulendi sunt quidem parentes, nec praetermittendus est etiam*[a] *iudex, qui*[b] *voluntatem feminae pro honestiore duntaxat parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis praestet assensum, qui suspicione hereditatis utuntur*[c], *qui forte, dum nuptias differunt, pro successione hereditatis mulieris mortem exspectare videntur: sed illorum magis, si talis conditio*[d] *intercedit, electio sequenda est, qui nihil possunt de ipsius hereditate conquirere.*

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.*[e] Ne quis Christianam mulierem in matrimonium[f] Judaeus accipiat, neque Judaeae Christianus coniugium[g] sortiatur. Nam si quis aliquid hu-

---

Tit. VII. C. Th. *Tit.* ? Br. Al., codd. 5—10, 12, 14—21, 24—34, 36—40, 42—44, 46, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. VII.* C. Gr. V, 1. Cod. Just. V, 4 — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Cod. Just. V, 4, 18. Bas. XXVIII, 4, 34. L. Visig. III, 2, 1. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. *in* cod. 25; solus textus om. *in* codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. *in* cod. 15. — c. 2. Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Iterum haec lex exhibetur in c. 5 C. Th. ad L. Jul. de adult. (IX, 7). Fortasse coniungenda est cum c. 14 C. Th. de Haeretic. (XVI, 5). Vid. not. *k*. Cod. Just. I, 9, 6. Bas. I, 1, 38. Integra cum interpr. exstat *in* codd. 6, 7, 9, 10, 12, 14, 16—21; omnia des. in cod. 31; omnia praeter interpr. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 28, 30, 32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 34, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 36, 38, 41, 42; sola subscr. in cod. 8 et sola interpr. in cod. 15. In cod. 40 una const. facta est ex inscr. c. 2 et ex subscr. et interpr. c. 3 h. t.

---

*) In cod. 11 praemittitur: *Iste titulus est primus de incestis nuptiis.* 5 *De incertis n.* Cod. Just. (V, 5) *De i. et inutilibus nuptiis* et ponitur statim post tit. de Nuptiis. h) Edd. *Impp. Constantinus et Constans AA.* et in subscr. *Constantino et Constante AA. Coss.* (339.), quam inscriptionem et subscriptionem corruptam esse, iam Go. Be. et W. viderunt. Itaque Go. praeterquam quod cj. *Constantium* pro *Constantino* legendum esse, prob. Be., inscriptionem hanc esse voluit: *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.*, prob. W. In subscr. Go. corr. *Constantio* pro *Constantino*, Be. et W. em. *Constantio II.* Uterque locus sanatur codicibus illis, in quibus h. c. inveni. Etenim 12, 25, 28, 35, 40 in inscr. pro v. *Constantinus* habent *Const̄.* aut *Cōst.*, quo compendio scripturae h. l. non *Constantinus*, quemadmodum librarii aut editores opinati sunt, significatur, sed *Constantius*; de qua re iam supra dixi ad c. 4 C. Th. de Off. pr. praet. (I, 5), not. *c.* In subscr. autem codd. 12, 19 habent *Const̄.* (id est *Constantio*) *III.* et *Con-*

ciales Phoenices[k]. Si quis filiam fratris sororisve[l] faciendam crediderit abominanter uxorem aut[m] in eius amplexum, non ut patruus aut avunculus[n] convolaverit[o], capitalis sententiae poena teneatur. *Dat. prid.*[p] *Kal. Apr. Antiochiae, Constantio III. et Constante II. AA. Coss.* (342.)

Interpretatio. *Quicunque hominum cum fratris*) filia vel sororis*[q] *incestam coniunctionem se habere crediderit, capitale periculum*[r] *se noverit*) subiturum*[s], *et*[t] *spurios esse convenit, qui de tali coniunctione nascentur.*

2. *Impp.*[u] *Constantinus et Constans AA. et Julianus Caesar ad Volusianum Vicarium Urbis*[v]. Etsi licitum veteres crediderunt, nuptiis fratris solutis ducere[x] fratris uxorem[y], licitum etiam, post mortem mulieris aut

---

— c. 2. Br. Al., codd. 8, 11, 12, 15, 19, 28, 36, 40, cod Guelpherb. et Lex Rom. Utin., edd. Cui. 1 — W. *c.* 2; rell. codd., edd. Sich. et Til. *c.* 1, sed vid. supra c. 1, not. super. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—12, 14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27 — 29, 32 — 34, 36, 38 — 40, 42 — 44; sola interpr. in cod. 15.

---

stante II., quo ducunt etiam 28, 36, 40, qui *Const. uj. et Constantio* (28 *Constante*) *Coss.* Neque multum differt 15, qui, om. vv. *III. et Constante*, exhibet *Constantio II. aug.* Est igitur haec c. referenda ad a. 342 et scribendum, ut nos fecimus, in inscr. *Impp. Constantius et Constans AA.* etc., in subscriptione *Constantio III. et Constante II. AA. Coss.* (342.) Antiochiae autem Constantium h. a. fuisse, ex chronologia constitutionum certum est. — L. R. Utin. *Impr. Constant.* (cod. Sang. et Pip. *Imp. cons̄.*) — *Dat. III.* (Sang. et Pip. *II.*) *kl. Mar. Rom.* (Sang. *kal. mār. Roma.* Piper. om. *Rom.*) ex. sq. c. i) 25, 40 *Constantius.* k) 8, 11 *Finices.* Cui. 1 — Ri*. *Fenices.* 19 *ponicis.* 28, 36, 40 om. *ad pr. Ph.* l) 8 *sororis sue.* 19 om. *sororisve.* m) 15 om. *aut* et 19 *in eius amplexum.* n) 15 *avunculusve.* o) 8 *convolarit.* 19 *conviolaverit.* p) 15 *II.* 8, 12, 19, *III.* 28, 36, 40 *XII.* Reliqua vid. supra not. *h.* *) 19 *patris.* q) 8 *vel sororis filia.* r) 19 *iudicium.* 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *capitalem sententiam.* *) 25 *noluerit* et des. seqq. s) 8, 11 *incursurum.* 19 *incursuros.* t) 8, 21, 28, 40, Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *et — nascentur*, quae vv. ex sq. c. 2 ab interprete addita censet Go. In L. R. Utin. haec c. ita in epitomen redacta est: *Intpr. Quicunque homo cum sui patris* (Piper. *parentes*) *filiam quem* (Sang. et Piper. *filiu que*) *de altera* (Piper. *aliu*) *uxorem habet, aut cum filiam* (Sang. et Piper. *filia*) *matris suae, quem de altero marito habet* (Piper. *habuit*) *si se in coniugio* (Sang. *coniugium*) *acciperint* (Piper. *acceperint*) *capitale iudicium se esse incursurum cognoscat.* Guelpherb. epitome: *I. Fratris vel sororis filium uxorem ducere non licit. si quis fecerit capite puniendus.* u) Ita omnes edd. praeter Sich., qui *Constantius et C.*, sed falsam esse inscriptionem monuerunt Go. Ri. T. I, praef. (p. XVI.), Be. et W. Quod *Constantini* mentio fit, aperte mendosum est. Errore irrepsit etiam in inscriptionem nomen *Constantis*; utrumque nomen ex siglo *Cons̄t.* depravatum est. Neque significatur nomen *Constantii* (Galli) iam superiore anno 354 Polae interfecti, iussu Constantii patrui. Est etiam nomen Juliani suspectum, habita temporis ratione, cum Julianus VIII. Id. Nov. huius anni Caesar declaratus Galliisque praepositus sit, non *prid. Kal. Maii*, quo die haec c. edita est. Tentarunt igitur docti emendare hanc inscriptionem et quidem Go. ita: *Imp. Constantius A. et Constans* (Gallus) *Caesar*; Ri. autem, qui in praef. ad tom. I, p. XVI. *Constantium* pro *Constante* ponendum esse probat, ita: *Imp. Constantius A. et Constantius* (Gallus) *Caesar*; Be. denique et W. sublatis nominibus *Constantis Caes.* sive *Constantii Galli* et *Juliani Caesaris* restituerunt *Imp. Constantius A. ad Vol.*, quarum coniecturarum nulla codicibus confirmatur. Sed etiam codices praeter paucos nihil auxilii ferunt, quorum plerique vulgatam lectionem tuentur, reliqui hunc in modum differunt: 8, 25 *Id. ūū. et Jul. C.*; 19, 40 *Id. aḡ. et Julianus C.*; 15 *Imp. ū. et Jul. Caesar*; 36 *Imp. A. Julianus ad*; 10, 18, 38 *Impp. Const. et Constantius AA. et J.* (om. *Caesar* in codd. 10, 18) *ad*; 33, 34 *Impp. Cons̄t. et Jul. ūū. ad*; 37 *Imp. Cons̄t. et Julianus Caesar ad*, in qua scripturae diversitate fortasse codd. 19, 40, 37, 8, 25, 15, 33, 34 ducunt ad veram inscriptionem, si sublatis mendosis siglis *ūū.* (8, 25, 33, 34), *Imp.* (15), scriptum fuisse existimamus *A.*, *Id.* etc. Etenim quod ad Constantini et Constantis nomen attinet, videtur in Cod. Th. lex aliqua Constantii antecessisse a Visigothis omissa, et ex hac omissione diversitas scripturae orta esse. Nonnulli enim Breviarii librarii retinuerunt *Id. ū.*, quod in ipso Cod. Th. repererant (vid. 8, 15, 19, 25, 40), alii pro *Id.* ipsum imperatoris nomen recte posuerunt, ex antecedente Codicis Th. const. transferentes (vid. 33, 34, 37), alii autem pro *Id.* nomina imperatorum ex superiori constitutione in Br. Al. recepta restituentes, non ex ipso Codice Theodosiano, hoc modo legis corruptam inscriptionem introduxerunt, quae transiit in editiones. Quae si ita sunt, scribendum est cum Be. et W. *Imp. Constantius A.* Quod autem Julianus commemoratur, obstare quidem videtur, praeter Idatium, Chronicon Alexandrinum, quorum librorum ille Julianum demum VIII. Id. Nov. levatum esse Caesarem dicit, hic eum a Constantio VIII. Id. Oct. Arbetione et Lolliano Coss. purpura insignitum et Caesarem initiatum esse refert. Sed praeterquam quod in his libris corruptis dies diversus itaque suspectus est, reliqui etiam, quos inspexi, illius temporis scriptores hanc rem, omissa mensis mentione narrant, et ita quidem; ut Julianus ante profectionem in Galliam Arbetione et Lolliano Coss. Mediolani publice quidem purpura insignitus et Caesar initiatus sit, sed iam antea Caesar nominatus esse videatur. Quibus ex caussis non dubito, quin scribendum sit *Imp. Constantius A. et Julianus Caesar*, quod 37 habet, quamquam om. *A.* Sed quia omnis coniectura, ubi imperatorum nomina incerta sunt, lubrica est, firmorum argumentorum auxilio destitutus, nolui ipsam inscriptionem corrigere, satis esse arbitratus, opinionem meam indicasse. v) Valde dubito, an *Volusianus* recte appelletur *Vicarius urbis*, cum hac dignitate functus esse aliis in locis non dicatur. Contra Volusianus Praefectus praet. in aliis eiusdem anni legibus nominatur. Vid. c. 2 C. Th. de His, qui per metum (XI, 34), c. 26 C. Th. de Appellat. (XI, 30), c. 12 C. Th. Quorum appell. (XI, 36), et ita habent etiam h. l. codices 9, 19, 42. Sed tamen cum plerique codd., quibuscum consentiunt omnes edd., *Vic. Urb.* tueantur, non mutavi inscriptionem. 10, 18 *viro claro urbis.* 33, 34 *V. C.* et om. *Urb.* 25 *Vol. ū. N̄.* 26 *pū.*, id est Praef. urb. Praefectus urbis dicitur Volusianus in c. 6 Cod. Just. de Test. (VI, 22), qua de caussa Corsinius l. c. p. 215 reponi vult *PPV.* i. e. *Pro — Praefect. Urbis.* 40 om. *Vicarium* et 38 *ad — Urbis.* In nonn. codd. scriptum est *Volosianum.* x) 8 om. *ducere.* y) 8

divortium contrahere cum eiusdem sorore coniugium[z], abstineant[a] huiusmodi nuptiis universi nec aestiment[b], posse legitimos liberos ex hoc consortio procreari: nam spurios[c] esse convenit, qui nascentur. *Dat. prid.*[d] *Kal. Maii*[e] *Roma, Arbetione*[f] *et Lolliano*[g] *Coss.* (355.)

Interpretatio. *Fratris uxorem ducendi vel uni viro duas sorores habendi penitus*[h] *licentia denegatur*[i]*; nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur.*

3. *Impp. Arcadius et Honorius*[k] *AA. Eutychiano Pf. P.*[l] Manente[m] circa eos sententia[n], qui post latam dudum legem quoquomodo absoluti sunt aut puniti, si quis incestis[o] posthac[p] consobrinae suae vel sororis aut fratris filiae[q] uxorisve[r] vel eius postremo, cuius vetitum damnatumque[s] coniugium est, sese[t] nuptiis funestarit[u], designato quidem lege[v] supplicio, hoc est ignium et proscriptionis[x], careat, proprias[y] etiam, quamdiu vixerit, teneat facultates: sed neque uxorem neque filios ex ea editos[z] habere credatur, ut[a] nihil[b] prorsus praedictis, ne[c] per interpositam quidem personam, vel donet superstes vel mortuus[d] derelinquat. Dos[e], si qua forte solenniter aut data aut dicta[f] aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. Testamento suo extraneis nihil derelinquat[g], sed[h] sive testato[i] sive intestato legibus ei*) et iure succedant[k], si qui forte[l] ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint[m], hoc est de descendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, de[n] adscendentibus[o] pater, mater, avus, avia, de latere frater, soror, patruus, amita. Testandi sane ita[p] demum habeat[q] facultatem, ut his[r] tantum[s] personis pro iuris ac legum, quod voluerit, arbitrio relinquat[t], quas succedere imperialis praecepti tenore mandavimus; ita tamen, ut[u] hereditate defuncti[v] penitus arceatur, si quis ex his[x], quos memoravimus, in contrahendis incestis nuptiis participatum atque[y] consilium iniisse[z] monstrabitur[a], successuro[b] in locum illius*), qui post eum gradum[c] proximus invenitur. Id[d] sane, quod de viris cavimus[e], etiam de feminis, quae praedictorum[f] se consortiis[g] com-

---

— c. 3. Br. Al., codd. 8, 11, 12, 15, 19, 28, 36, 40, cod. Guelpherb. et Lex Rom. Utin., edd. Cui. 1 — W. *c.* 3; in rell. codd. et in edd. Sich. Til. *c.* 2, sed vid. supr. c. 1, not. super. Cod. Just. V, 5, 6 mut. Cf. L. Baiuv. Tit. VI, c. 1. L. Alemann. Tit. XL. et ad interpr. Conc. Turon. II, 21. L. Sal. Ant. Tit. XIV, art. 12. Capit. (Ben. Lev.) VI, 410. Coll. can. Ans. lib. X, cap. 34. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—12, 14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 28; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola interpr. in cod. 15.

---

uxoris. 9 *uxore* et om. *licitum.* 15 *uxorem et etiam.* z) 9 *coniugio.* 19 *sororis coniugio abstineant.* a) 11 add. *ab.* b) 15 *extiment.* 18 *aestimant.* 19 *ne estiment.* Sich. Cui. 1 — Cui. 2 *coniugium. Abstineant*, dissuadente Go. Til. Go.—Ri*. *coniugium: abst.* c) 9 *superius.* d) 8, 12 *III.* 36 *X.*; alii codd. *II.* e) 19, 24, 30, 34 *Mar.* s. *Mart.* Mox codd. *Rom̄.* aut *Roma.* Edd. *Romae.* f) Plerique codd. et edd. Sich. — Ri*. *Arbitione.* Cf. c. 2 C. Th. de Jurisd. (II, 1), not. *i.* 8 *Arbitone.* 39 *arbiciano.* 34, 43 *arbitiano.* g) 8, 33, 38 *et Juliano.* 19 *loliano.* 24 *Loviano.* 28, 36, 40 om. *et Lolliano.* h) 6, 7, 21, Sich. *vel duobus fratribus unam mulierem nubendi penitus.* Fortasse haec vv. sunt interpretamentum antecedentium *Fratris uxorem ducendi.* i) Nonn. codd. *denegetur.* k) 37 *et Theod.* l) Plerique codd. *Euticiano.* 8 *Eutitiano.* 25 *Eutithiano.* Sich. Cui. 1 — Ri*. *Eutichiano.* 10, 18 *E. praeposito.* 38 om. *Pf. P.* m) Sich. in m.: „*Apparet legem esse alicunde obiter, ita ut fit, et mutilam citatam,*" quae vv. sine dubio ad prox. annot. referenda sunt. n) 6, 7, 14, 16, 17, 19, 21, Sich. Til. om. *qui post — incestis.* o) 10, 18 *quomodo — vel puniti — incesti.* 11 *incestus.* p) 10, 18 *posthec.* Sich. Til. *posthac qui.* q) 8, 11 *filiam.* 15 *fratris aut sor. fil.* r) 6—8, 10, 14, 17, 18 om. *ve.* 9 *uxoris suae.* s) 9, 21, Sich. — Lugd. om. *vel* et ita interpungunt: *uxorisve eius, postremo cuius* etc. 8 *uxoris ex postr.* 6, 7, 14, 16, 17 *cuius vel tantum damnoque*, impr. Ri. Mox 8, 12 om. *est.* t) 8, 11 *si se.* u) 10, 18 *funestari.* 16, 17, 19 *funestaret.* v) 10, 18, 19 om. *lege.* 14 *quidem de suppl.* Til. *legis.* Intelligitur lex Theodosii M., de qua vid. supra c. un. Si nuptiae ex rescr. pet. (III, 10) not. *x.* Go. ad h. l. fuse disserit de conciliandis c. 3 h. t., c. un. cit. et c. 19 Cod. Just. de Nupt., quae c. 19, si integrum C. Th. haberemus, sine dubio in hoc titulo inveniretur. Vid. W. p. 177, not. *n.* Ceterum cf. Huschke, Studien d. römischen Rechts, T. I, p. 220. x) 21 *praescriptionis.* Sich. *et praescriptione*, impr. Ri. y) 11 *propriis.* z) 14 *ex se editos.* 15 om. *ex ea editos.* a) 9, 15, 19 om. *ut.* b) Initium huius const. in Cod. Just. propter nuptias consobrinorum in c. 19 Cod. Just. permissas ita immutatum est: *Si quis incesti vetitique coniugii sese nuptiis funestaverit: propr. quamd. vix., ten. facult., sed — credatur. Nihil prorsus* etc. c) 8, 15 *nec per.* Cod. Just. *neque per.* d) 11, 14, 19 *mortuos.* Cod. Just. *moriturus*, prob. Go. e) 9 *duos.* 10, 18 *dum.* f) 15 *aut dictu aut data.* 19 *data aut directa.* In Cod. Just. om. *aut dicta*, quoniam dotis dictio in desuetudinem abierat. Vid. Go. comm. ad c. 3 C. Th. de Dotibus (III, 13). g) 9, 15, 19 *relinquat.* h) Sich. Til. om. *sed.* i) 10, 18 *sive testamento.* *) 15 *ei legibus.* 12 om. *ei.* k) Sich. *succedent.* Sich. et Til. hic plene interpungunt. l) 6—8, 10—12, 14, 16, 18, 21, Sich. Til. *Qui si.* m) 10, 18 *fuer. editi.* n) 8 om. *de.* o) Cod. Just. add. *autem.* Post *amita* ap. Sich. et Til. commate interpunctum est. In Cui. 1 — Ri*. colon ponitur. p) 10, 18 *Testandis an ita.* q) 8, 12 *habeant.* r) Sich. Cui. 1 — Ri. *hiis.* Ri*. *iis.* s) Cod. Just. *tantummodo.* t) 8 *relinquant.* 15 *rel. arb.* 19 *rel. qua.* u) Cod. Just. add. *ab.* v) 6—8, 10, 14, 16, 18 *hereditatem diem functi.* 15 *her. die functi.* 21, Sich. — Lugd. *diem functi.* Alii *her. defuncti.* Vid. c. 2 C. Th. de Sponsal. (III, 5), not. *n.* x) Ita 6, 7, 10—12, 14—19, 21, Til. et Cod. Just.; rell. *ex iis.* y) Cod. Just. om. *participatum atque.* z) 6, 7, 11, 14, 16 *in his monstr.* 8, 12 *inesse.* 10, 18 *inhisse.* 21, Sich. — Ri*. *inisse.* a) 12 *monstrat.* b) 8 *successurum.* 10, 18, 19 *successorum in loco.* *) 21 *ipsius*, sed supr. lin. *illius.* c) 9, 15, Cui. 2, 2* in corr., Cod. Just. *gradu.* d) 6, 7, 11, 14 *Is.* Cod. Just. *Ea sane quae.* e) 9 *censemus.* 14—16, 19 *cavemus.* f) Sich. *proditorum.* 8,

maculaverint[h], custodiatur[i]. Memoratis[k] vero personis non exstantibus, fisco locus pateat[l]. Ad cuius legis nexum et conditionem pertinere iubemus, si qui[m] forte iam dudum, hoc est[n] ante promulgationem huiusce[o] legis, illicitis memoratarum nuptiarum[p] sceleribus commaculati quoquo[q] modo latere potuerunt. *Dat. VI.*[r] *Id.*[s] *Decemb.*[t] *Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA.* Coss. (396.)

Interpretatio. *Post prioris legis sententiam, quae de talibus personis lata est, id*[u] *praecipit observari, ut districtione legis, supplicio et proscriptione liberi*[v], *quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut certe ulterioris*[x] *gradus consobrinam aut*[y] *fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur. Atque etiam si filios habuerint* *), *non habeantur heredes, sed*[z] *infamia sint notatae utrimque*[a] *personae, ita ut*[b] *possidere tantum proprias facultates principis beneficio videantur. Ceterum nullum*[c] *praesumant*[d] *subire contractum*[e], *donandi atque testandi facultate summota: sed nec*[f] *ipsis feminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant*[g], *et si etiam aliquid tempore nuptiarum sibi dederint, revocetur ad fiscum: aut etiamsi*[h] *filios habuerint, non per suppositam aut per aliam personam aut per commenticiam donationem ad illos quicquam ex eorum facultate perveniat, sed ipsis mortuis ad legitimos heredes, quoscunque gradus admittit, usque ad certum originis locum ab intestato ipsi succedunt. Testandi etiam eis in his tantum personis, quibus lege concessum est, permissa potestas, ita ut ex his, quos elegerint, scribant*[i] *heredes, ita tamen, ut, si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur, hereditate exclusi, aliis* *) *in proximo gradu venientibus locum faciant: nam si desunt*[k] *personae propinquorum, quos ad successionem vocat lex*[l], *tunc in eorum facultatibus fiscus accedat.*

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano*[m] *II.*[n] *Pf. P.* Tanquam[o] incestum commiserit, habeatur, qui post prioris coniugis amissionem[p] sororem eius in[q] matrimonium proprium[r] crediderit sortiendam[s]; pari ac simili ratione etiam, si qua post interitum mariti in germani eius nuptias crediderit adspirandum*): illo sine dubio[t] insecuturo, quod ex hoc contubernio nec filii legitimi habebuntur, nec in sacris patris erunt, nec paternam[u] ut sui[v] suscipient[x] hereditatem. *Dat. XVII.*[y] *Kal. Jun.*[z] *Constantinopoli, DD. NN. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

Interpretatio. *Quaecunque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit, vel si quis ex viris, mortua uxore, sororem eius aliis nuptiis sibi*[a] *coniunxerit, noverint tali consortio se esse notabiles, et filii, qui exinde fuerint procreati, ex*[b] *successione excludantur, nec*[c] *inter filios habebuntur* *).

— c. 4. Br. Al., codd. 8, 11, 12, 15, 19, 28, 36, 40, cod. Guelpherb. et Lex Rom. Utin., edd. Cui. 1 — W. *c.* 4; in rell. codd. et in edd. Sich. Til. *c.* 3. sed vid. supr. c. 1, not. sup. Ad interpr. cf. Capit. l. c. et acta Conc. Turon. II, 21. Integra cum interpr. exstat *in* codd. 6—12, 14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; *inscr.* et textus in codd. 24, 28, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; subscr. et interpr. in cod. 15; solus textus om. iu codd. 26, 27, 29, 33, 34, 36, 38, 40, 42.

Cod. Just. *sese.* g) Codd. *consortis* aut *consortiis*, ut etiam Cod. Just. Edd. *consortio.* h) 6, 7, 10 *commacularint.* 14, 16, 19 *commacularent.* i) 15 *quae se praed. comm. cons. volumus custodiri.* Cod. Just. *Ea — quae — sese consortiis — custodiantur.* k) 9 *Minoratis.* l) Cod. Just. *nostro fisco locus pateat* et des. seqq. m) 8, 19 *si quis.* 10, 18 *si quid.* n) 6—8, 10, 12, 14, 16—18, Til. om. *hoc est*, quod non ineleganter factum esse, Ri. dicit. o) 10, 18 *huiusmodi.* 19 *huius.* p) 6—8, 10, 14, 16 add. *in.* 9 *nupt. celeberrimus mac.* q) 19 *quomodo.* 21 *q. m. l. poterunt.* r) 6—8, 11, 14, 16, Til. *V.* 9, 15, 29—32, 39, 42, 44 et codd. ap. Go. *VII.* 34 *X.* 36, 40 *III.* 38 *VIII.* s) 9, 12, 15, 19, 21, 24, 27, 29—34, 36, 38—40, 42—44, Cui. 2 — Be. *Kal.* t) 15 om. *Const. Arc. IV.*, alii codd. om. *Const.* aut *III.* post *Hon.* u) 21, Sich. *praecepit* et in m. Sich. *hic.* v) Nonn. codd. *destrictione — subscriptione liberis.* 21 in m. *praescriptione.* x) Multi codd., Sich. om. *ulterioris.* Ceterum Sich. *certi.* Conc. Tur. l. c. *aut certe gradu consobrinam.* y) Plerique codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. add. *certe.* *) Aur. Lugd. add. *qui spurii appellantur.* z) 6 sec. Ri., 11, 43 et multi alii *heredes legitimi.* 21, 42, 44, Sich. Cui. 1 — Lugd. *heredes legitimi, nec heredes, sed* 7—9 et alii *habuerit legitimi nec heredes sed.* a) Nonn. codd. *uterque*, *utraque* aut *utrique.* 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *utraeque.* b) Seqq. des. in cod. 26. 6 *ita aut.* c) Sich. add. *negocium.* d) Cui. 2 — Ri*. add. *sibi*, quod delevi plurimorum codd. et rell. editt. auctor. e) Sich. Cui. 1 *contractuum.* f) Multi codd. add. *in.* Ri. cj. *in ipsas feminas.* g) Cui. 2 — Ri*. *conferant, his si etiam* et om. *aliquid*, quod corr. ex codd. Nam 6—8, 10 et alii habent *transferant etsi etiam aliquid tempore.* 9, 11, 42—44 et multi alii codd. *conf. etsi etiam aliquid tempore.* Suaserunt etiam 21, Sich., qui *conferant ei. Si etiam aliquid tempore* et Cui. 1 — Lugd., ubi *conferant, et si aliquid tempore.* h) Multi codd. *etiam*, om. *si.* Mox alii *earum — quascunque — potestas perm. est* aut *pot. est perm.* i) 6—9, 21, 42, alii codd. et Sich. *elegerit scribat.* *) 21, Sich. om. *aliis*, sed appon. a sec. man. in cod. 21. k) Permulti codd. *desint.* l) 8, 11, 21 *quos lex ad succ. v.* 9, Ri. Ri*. *vacat*, mendose. m) 14 *Juliano Secundo ppo.* n) 15, 19, 25, 29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, Sich. Til. om. *II.* 26 *Arelio ppō II.* 29, 38, 42 *ad Aurelianum ppō.* Multi codd. *Auriliano.* o) 11 add. *si.* p) 11 *missionem.* q) Sich. *sororis eius* et om. *in.* r) 15 om. *proprium.* s) 6—8, 14, 17, Sich. *sortiendum.* 16, Til. *sociandam.* *) Sich. — Cui. 2* ponunt comma, Go. — W. punctum. t) 10, 17, 18 *Illud sine dub.* 10 *insecuturum.* u) 19 *nec paterna.* v) 15 om. *ut sui.* x) 18, 21, Sich. *suscipiant.* y) 9, 27 *VII.* 14 *XII.* 24 *XVIII.* 26 *VI.* 28, 30, 33, 34, 36, 40, Sich. in m. *XVI.* 32 *XVIIII.* Anianus optimae notae ap. Go. *VIII.* z) 19, 28 *Jul.* Cui. 1. Aur. Lugd. *Jan.* 6—8, 10—12, 14, 16—18, Til. *Jan. Constantino X. et Th.* et om. *DD. NN. Hon. X.* Alii codd. in seqq. om. *DD. NN.*, ut etiam Sich., aut *X.*, aut *VI.* 21 om. *DD. NN. Hon.* a) 9 *se.* b) Cui. 2, 2*. Go. *et.* c) Plerique codd. *excludantur.*

TIT. XIII. [d] DE DOTIBUS.

1. *Impp. Constantius* [e] *et Constans* [f] *AA. ad Philippum Pf. P.**) De moribus [g] actio ultra personam [h] extendi non potest, nec in heredem dabitur [i], nec tribuetur [k] heredi. *Data XII.* [l] *Kal. Octobr. Limenio et Catulino* [m] *Coss.* (349.)

Interpretatio. *Si de moribus maritus uxorem**) *accusat, hoc est in maleficio, in adulterio, similibus aliisque criminibus, si mortua uxor fuerit, heredes eius accusari non possunt, quia crimina cum auctore deficiunt: tamen et si maritus mortuus fuerit, quia***) *accusabat uxorem, ab herede mariti mulier non potest accusari.*

2. *Imp. Julianus A.* [n] *ad Mamertinum* [o] *Pf. P.* In dote reddenda et retentiones [p] ex iure venientes [q], et pacta, quae legibus consentanea esse monstrantur [r], placet, etiam ex huius sanctionis auctoritate, intemerata inviolataque servari. *Dat. IV.* [s] *Kalend. Mart.* [t] *Juliano A. IV.* [u] *et Sallustio* [v] *Coss.* (363.)

Interpretatio. *Pacta inter maritum et uxorem, quae de dote inita* [x] *sunt et cum lege concordant, haec lex, sicut reliquas pactiones valere praecepit. De retentionibus* [y] *vero, quia hoc lex ista non evidenter ostendit, in iure, hoc est in Paulli Sententiis**) *sub titulo* [z] *de Dotibus requirendum**) *aut certe in Paulli Responsis sub titulo de Re Uxoria.*

3. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Mariniano* [a] *Pf. P. Post alia* [b]: Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos, quae data dicitur [c] vel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad feminam [d] revertatur, nihilque sibi ex hoc [e] defuncti heres audeat [f] vindicare, quod ad [g] mulierem recurrere fecit obitus maritalis [h]. §. 1. Et si [i] fortasse constante matrimonio a marito*) uxori dos [k] refusa est, quod legibus stare non

---

Tit. XIII. C. Th. *Tit.?* Br. Al., codd. 5—10, 12, 14—19, 21, 24—27, 29—34, 36—40, 42—44, 46—49, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. XIII.* Cod. Just. V, 11—15. In cod. 48 hic tit. ponitur post interpr. c. 9 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1). Apud Sich. et Til. hic tit. tribus tantum constat constitt. Vid. tit. XII, not. et c. 1 h. t., not. sup. — c. 1. Br. Al., codices, edd. Cui. 1 — W. *c.* 1; sed ap. Sich. et Til., ut olim in cod. 21, haec c. est *quarta* superioris tit. de Inc. nuptiis. Coniungenda est cum c. 1 et c. 2 C. Th. de Revoc. donatt. (VIII, 13). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14—19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 48, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. — c. 2. Br. Al., codd. edd. Cui. 1 — W. *c.* 2. Sich. Til., olim in cod. 21 *c.* 1. Eodem die data est c. un. C. Th. de Longa consuet. (V, 12) et c. 4 C. Th. Sine censu (XI, 3) et fortasse c. 3 eod., quare Go. omnes has leges coassandas esse censet in comm. ad c. un. (V, 12) cit., impr. W. in ed. C. Th. p. 300, not. *u*. Integra cum interpr. exstat in codd. 6, 7, 9, 10, 12, 14—19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola subscriptio in cod. 8. — c. 3. Br. Al., codd. edd. Cui. 1 — W. *c.* 3. Sich. Til., olim cod. 21 *c.* 2. Cod. Just. V, 18, 11 et V, 19, c. un. Bas. XXVIII, 9, 1. Coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Sponsal. (III, 5) et c. 4 Cod. Just. de Sec. nupt. (V, 9). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola interpr. in cod. 15. Ad interpr. cf. Ivo, Decr. XVI, 246.

Sich. *excl. sed et nec.* 10, 18, 21, Cui. 1 — Lugd. *excl., sed nec.* *) Cod. 11 add. *De Incestis Nuptiis*, et sequitur interpretatio et antecedentis et huius constitutionis desumpta ex epitome, quam Aeg. edidit. Cod. 46 add. *quod hic minus est in Libro Gagi require.*

d) Numerus et rubrica huius tit. des. in cod. 28, quod negligentia librarii factum est, cum seqq. tit. ita numerentur, ac si nihil excidisset. Sich. in m. annotat: *Hic titulus non erat in codice Murbacensi, emendatissime alioqui scripto.* Til. haec habet in m.: *Hic titul' in nostris codicib' ante legē superiorem De morib' actio* (i. e. primam h. t., quae ap. Sich. et Til quarta antecedentis tituli est) *etc. positus est.* e) 10, 15, 16, 18, 38, 42, 44, Til. *Constantinus*, rell. codd. *Cōst.*, *Const.* aut *Constant.*, quod posterius Sich. Cui. 1 — Cui. 2* exhibent. f) 10, 18, 19, 25 *Constantius.* *) Nonn. codd. *Philippo*, alii *Filippum, Filipum, Fylipum, Fylippum, Phylipum.* Deest etiam in nonn. codd. *Pf. P.* g) 12 *De m. et actio.* h) 6, 7, 10, 14, 18 *persona.* i) 6 — 8, 10, 12, 14, 18, 21, Sich. Til. *habetur.* 16 *non habetur.* k) 15, 19 *tribuitur.* l) 19 *XVI.* 27, 31, 33, 34 *XIII.* 38 *XI.* m) Fere omnes codd. et edd. Sich. Cui. 1 — Ri*. *Liminio et Catulino.* 9 *Leminio.* 18, 38 *Limio.* 42 *Lyminio.* Be. W. *Catullino*, sed vid. supra c. 1 C. Th. de Jurisd. (II, 1), not. *o*. *) Multi codd. *uxorem maritus.* Paullo post nonn. codd. *accuset* et 6, 7 *hoc est in manifesti adulterio similibus* etc. **) 6, 9, Sich. *qui*, improb. Ri. 21 in m. *accusat* et paullo post *potest causari.* n) 36, 40, Sich. in m. add. *et Caesar.* o) 8, 15 *Mamertino.* 37 *Mamericium.* p) 6—8, 10 *retentationis.* 14 *reddendae retentationis.* 18 *retentationes.* q) 8, 10, 12, 14, 18, Til. in m. *venientibus*, sed 18 *et i. v.* r) 9 *monstrabitur.* s) 15, 28, 30, 33, 34, 36, 40, Sich. in m. *III.* 19 *prid.* 24 *XIV.* 8 om. *IV. — Coss.* t) 28, 36, 40, Sich. in m. *Maii.* u) 15, 34 *III.* 19 *II.* 38 om. *IV.* v) 19 *Sal. IV.* Plerique codd. *Salustio.* 6, 7, 10, 14, 18 *Psallustio.* 28 *Salusio.* x) 44 *scripta.* y) 6, 7, 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *retentationibus.* 42 *retemptationibus.* *) Sich. Cui. 1 — Lugd. in m. *Julius Paulus.* z) 21 *sub titulo XXII.* Multi codd. om. *sub titulo.* Vid. Car. de Savigny l. c. T. II, p. 44, not. 30; p. 48, not. 35 (ed. I.), sive p. 46, not. *b* et p. 50, not. *d* (ed. II.). *) 6, 7 *relinquendum.* a) 9 *ad Maximinianum.* 16, 25 *Mariano.* 27, 37 *Marciano*, ut Char. in c. 11 Cod. Just. cit. 29, 38 *ad Marinianum.* 42 *ad Marianum.* b) 6—8, 10, 15, 17, 18, 21, 25, 29, 33, 34, 38, 42, Til. Cod. Just. om. *Post alia.* c) 10, 18 *dicetur.* d) c. 11 Cod. Just. cit. *ad eandem.* 15 om. *ex e. u. fac.* e) 16 *ex his.* f) 9 *heredes audiat.* 10, 14, 18, 19 *heredes audeant.* g) 16 om. *ad.* h) In h. v. desinit c. 11 Cod. Just. 10 *fecit opus mar.* i) H. l. incipit c. un. Cod. Just.: *Si const. mat. a mar.* 15 *forte.* *) 6, 7 om. *a.* k) Cod. Just add. *sine causa legitima.*

potest, quia donationis instar perspicitur[l] obtinere[m], eadem uxore defuncta[n] marito ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis restituatur[o], ita ut proprietas eiusdem*) a[p] liberis ex eadem susceptis[q] alienari[r] a marito[s] non possit etc. *Dat. IV.*[t] *Non. Novembr.*[u] *Ravennae**), *Honorio XIII.*[v] *et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

Interpretatio. *Si contigerit*[x], *ut maritus uxore superstite moriatur, quaecunque a muliere marito in dotem*) data fuerant, ad suum dominium femina revocabit*[y], *nec heredes defuncti mariti hoc vindicare praesumant: nam si maritus dum adviveret, hoc ipsum, quod a muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem*). Si mortua fuerit mulier, non poterunt*[z] *eius heredes hoc sibimet vindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui: sic*[a] *tamen, ut si erunt filii, non*[b] *sibi hoc, dum advixerit*[bb] *pater eorum, quasi ex bonis maternis vindicent, nec*) pater aliquid aliud nisi usumfructum exinde habere debebit, nec transferendi in aliam personam habebit*[c] *liberam potestatem*[d], *sed omnia post obitum eius*[e] *ad communes filios revertantur.*

4. *Impp. Theodosius et Valentinianus*[f] *AA. Hierio*[g] *Pf. P. Post alia*[h]: Ad[i] exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacunque sufficere verba censemus[k], etiamsi dictio[l] vel stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta[m] etc. *Dat. X.*[n] *Kal. Mart. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.* (428.)

Interpretatio. *Ad implendam vel exigendam dotem, hoc est, quae a muliere tempore nuptiarum*[o] *viro datur, etiamsi*[p] *desit stipulatio promittentis et verba iuridica, dos valere iubetur.*

TIT. XIV. DE NUPTIIS GENTILIUM.

1. *Impp. Valentinianus et Valens*[q] *AA. ad Theodosium*[r] *Magistrum equitum*[s]. Nulli provincialium, cuiuscunque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit[t] uxore coniugium, nec ulli gentilium provincialis femina[u] copuletur. Quodsi quae[v] inter provinciales atque gentiles affinitates ex huiusmodi nuptiis exstiterint*) (quod in

— c. 4. Br. Al., codd. edd. Cui. 1 — W. *c.* 4. Sich. Til., olim cod. 21 *c.* 3. Cod. Just. V, 11, 6. Bas. XXIX, 1, 86. Coniungenda est cum c. un. C. Th. de Om. act. imp. (II, 3), *c.* 8 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. 3 C. Th. de Nuptiis (III, 7), c. 8 C. Th. de Natur. fil. (IV, 6), c. 9 C. Th. de Legit. hered. (V, 1), c. 2 Cod. Just. de Bonis, quae lib. (VI, 61). Integra cum interpr. exstat in codd. 6–10, 12, 14, 16–19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 35 (vid. interpr. c. 4 C. Th. de Contr. empt. III, 1, not. z); inscr. et textus in codd. 24, 30–32, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 37; subscr. et interpr. in cod. 15; solus textus om. in codd. 26–29, 33, 34, 35, 38, 40, 42. Tit. XIV. C. Th. *Tit.*? Br. Al., codd. 5–10, 12, 14–19, 21, 24–40, 42–44, 46, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. XIV.* Abest hic tit. a Cod. Just. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Bou. l. c. p. 755. Cf. L. Vis. III, 1, 2. Integra cum interpr. exstat in codd. 6–10, 12, 14, 16–19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27–29, 32–34, 36, 38–40, 42–44; sola interpr. in cod. 15.

l) 6, 7, 16, 21 *praespicitur.* 17 *prospicitur.* m) 8, 12 *tenere.* n) 19 *donationibus instar praecipitur obt. et eandem uxorem defuncto.* o) Cod. Just. *defuncta ab eius her. — dotis marito rest.* *) 19 add. *ut superius dictum est.* p) Cod. Just. om. *a* et 9 *a liberis ex eadem.* q) Cod. Just. add. *competens.* r) Cod. Just. add. *contra leges.* 9 *alienare maritus.* 6 om. *a.* s) Nonn. codd. *posset.* Sich., multi codd. et Cod. Just. om. *etc.* t) Ita corr. auct. codd. 8, 9, 12, 14, 17, 24, 30, 32, 39, 40, 43, 44. Rell. codd. et edd. *III.*, sed vid. c. 7 C. Th. de Sponsal. (III, 5), not. *s.* c. 11 Cod. Just. om. *IV.*, sed c. un. habet *V.* u) 15 om. *Nov.* c. 11 Cod. Just. *Decemb.* *) Ita plerique codd.; rell. et edd. Sich. — Be. *Rav.* W. et c. 11 Cod. Just. *Ravennae*; c. un. Cod. Just. om. *Rav.* v) Nonn. codd. om. *XIII.*, alii *X.* post *Theod.* 15 *Hon. aug. XIII.* et om. *AA.* 32, 36, 39 *Hon. XII.* Sich. *Hon. XIII.* (in m. *XII.*) *et Theod. XII.* (in m. *X.*) *A. Coss.* Cui. 1. Aur. Lugd. *Th. XII. A. Coss.* Cod. Just. in utraque lege *Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.) Sed obstant subscriptiones et huius c. et rell. legum, quas cum hac c. coniungendas esse dixi. x) 6–8, 10, 18, 21, alii codd. et Sich. in m. *constiterit*, sed 21 in m. *contigerit.* *) Multi codd. *in dote.* Mox Go. *dominum*, err. typ. y) 6–9, 12, 14, 17, 19, 21, 42, alii codd. et Sich. *feminae revocabunt.* Mox 21 *praeceperat.* *) H. l. in Aur. et Lugd. edd. haec add.: *Est enim refusio, quando res quae iuste possidetur alteri habenda ceditur, nulla praecedente solenni donatione. Ergo si.* z) Multi codd., etiam 6, 7 *poterunt hoc eius heredes sibimet vindicare.* a) 6–8, alii *si tamen* et paullo post *nec tamen*, sed in 7 corr. *sic.* b) *non* om. in nonn. codd. bb) Cui. 1 *ad vixerit*, vid. c. 1 C. Th. de Leg. her. (V, 1), not. *h*, et supra Sich. Cui. 1 *ad viveret.* *) 6, 7, 42, 44, alii, Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *nec.* Go. Ri. Ri*. *ne*, perperam. c) Sich. Cui. 1 — Cui. 2* repet. *nec transferendi.* d) 6, 7 *facultatem.* e) Plerique codices *post eius ob.* 10 *post opus.* f) Nonnulli codices male *Valentinus* aut *Valens.* g) 6–8, 10, 12, 14, 16–18 *Pierio.* 19, 28, 37 *Higerio.* 40 *Igerio.* 25 *Hyerio.* 38 om. *H.* — *Post alia.* h) Plerique codd. om. *Post alia.* i) 10, 18 om. *Ad.* Mox 14, 19 *praestare.* k) Cod. Just. add. *sive scripta fuerint sive non.* l) Cod. Just. om. *dictio vel.* Cf. c. 3 C. Th. de Incest. nupt. (III, 12), not. *f.* m) 12 *consecuta.* Sich. et Cod. Just. om. *etc.* n) 9 *XI.* Nonn. codd. om. *X.* o) Nonn. codd. *quod mulieri t. n. a viro.* p) In h. v. continuatur cod. 35. Vid. interpr. c. 4 C. Th. de Contr. empt. (III, 1), not. *z.*

q) 10 *et Valentius.* 37 om. *et Valens.* 39, 43 *Imppp. V. et V. et Gratianus AAA.* Vid. infra not. *b.* Bou. *Iidem Impp. ad.* r) 6, 7, 10, 12, 14, 25, 37 *Theodorum* s. *Theudorum.* Multi codd. et edd. Sich. — Cui. 2* *Theod.* Vid. Go. not. *b.* s) Nonn. codd. om. *equitum.* 36, 40 om. *ad — equitum.* t) 9 om. *sit.* u) 6–9, 14, 16, 17 *provinciali femine*, prob. Ri., modo leg. *ullus*, quod 9 habet. 10, 18 *provinciales femine copulentur.* v) 6–8, 10, 14, 16–18, Til. (qui punctum ponit post *exstiterint*) *nisi quae.* 19 *Quodsi qui.* 21, Sich. *Quo si quae*, sed Sich. in m. *quod.* *) 19 om.

iis suspectum[x] vel noxium detegitur), capitaliter expietur[y]. *Dat. V.*[z] *Kal. Jun.*[a] *Valentiniano et Valente*[b] *AA. Coss.* (365).

Interpretatio. *Nullus Romanorum barbaram cuiuslibet gentis uxorem habere praesumat, neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. Quod si fecerint, noverint se capitali sententiae subiacere*[c].

TIT. XV. DE FIDEJUSSORIBUS DOTIUM[d].

1. *Impp. Theodosius et Arcadius AA.*[e] *Martiniano*[f] *Comiti Orientis*[g]. Omnium sponsorum vel fideiussorum deinceps in[h] cavenda dotis sponsione promissiones[i] absolvimus. *Data. IV. Id.*[k] *Novemb. Constantinopoli, Arcadio A. II.*[l] *et Rufino Coss.* (392.)

Interpretatio. *Si quis implendae dotis caussa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur*[m] *obnoxius.*

TIT. XVI. DE REPUDIIS *).

1. *Imp. Constantinus* **) *A. ad Ablavium*[n] *Pf. P.*[o] Placet[p], mulieri non licere propter suas pravas[q] cupiditates marito repudium mittere[r] exquisita caussa, velut ebrioso aut aleatori[s] aut mulierculario, nec vero maritis per quascunque occasiones[t] uxores suas dimittere[u], sed in repudio mittendo a femina haec sola crimina inquiri, si homicidam vel medicamentarium vel sepulcrorum dissolutorem[v] maritum suum[x] esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem[y] recipiat. Nam si praeter haec*) tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam[z] capitis in domo[a] mariti deponere, et pro tam magna sui confidentia in insulam deportari[b]. In masculis[c] etiam, si repudium mittant, haec tria crimina inquiri conveniet, si moecham vel medicamentariam[d] vel conciliatricem repudiare voluerit[e]. Nam si ab his[f] criminibus liberam eiecerit[g], omnem dotem restituere debet[h] et aliam non ducere. Quod si fecerit, priori coniugi[i] facultas dabitur, domum eius[k] invadere et omnem dotem posterioris uxoris *) ad semet ipsam[l] transferre pro iniuria sibi illata. *Dat. III. Non. Maii*[m] *Basso et Ablavio Coss.* (331.)

Tit. XV. C. Th. *Tit.?* Br. Al., codd. 5–10, 12, 14–19, 21, 24–40, 42–44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. XV.* Cod. Just. V, 20. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Jurisd. (II, 1). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12, 14—19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 24, 46, 49; inscr. et textus in codd. 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44.

Tit. XVI. C. Th. *Tit.?* Br. Al., codd. 5—10, 12, 14—19, 21, 24—40, 42—44, 46, 49, edd. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. XVI.* Cod. Just. V, 17. Ba. ad Tit. XXI. L. R. B. unam alteramve c. h. t. excidisse censet. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. L. R. B. Tit. XXI. Ed. Th. cap. LIV. Ad interpr. cf. L. Burg. Tit. XXXIV, §. 3 et 4. Form. Sirm. XIX. Selden. edid. h. c. ex cod. 15 in Opp. II, 829 (s. Uxor. hebr III, c. 28). Integra cum interpr. exstat in codd. 6 — 10, 12 — 14, 16 — 19, 21; omnia praeter interpr. des in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37, 42; solus textus om. in codd. 27–29, 32 — 34, 36, 38 — 40, 43, 44; sola interpr. in cod. 15. Eodem die videtur data esse c. 1 Sirmond. app. Cod. Th. (c. 1 de Episc. iud. in edd. Cui. 1 — Ri*.).

---

ex post *gentiles affinitates.* 21 *exstiterit.* x) 6, 7, 9, 10, 16, Sich. Cui. 1 — Ri*. *susceptum*, impr. Go. Etiam Bou. *susceptum*, sed in m. ann.: „Leg. *suspectum.*“ Ceterum codd. et Til. *his.* Sich. *hiis.* y) 10, 18 *excipietur.* 15 *extegetur.* z) 16, 19, 42, Til. in m. *XV.* 32 *VI.* 31 om. *V.* a) 6—8, 10, 14, 16, 18 et Anian. Reg. ap. Go. *Januar.* 19, 30, 33 *Jul.* b) Go. addi vult aut *III.*, quocum numero convenit inscriptio h. c. in codd. 39, 43 (vid. supra not. *q*) aut (quod ipsi minus placet) *IV.* Priore numero admisso, haec c. incidit in annum 370, hoc addito in annum 373. Sed nullus codex habet *IV.* c) Ita plerique codd.; edd. *habere praes. uxorem — se cop. sent. noverint subiacere.* Ceterum nonn. codd. *sententia.*

d) 17 *De Fideiussore D.* 24 *De Fideiussori D.* 37 om. *Dotium.* e) Edd. et plerique codd. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*, sed vid. c. 7 C. Th. de Jurisd. (II, 1) not. *f*, *n* et Go. not. *b*, qui Valentiniani nomen expungendum esse censet, prob. Be. et W. Nonn. codd. om. *Mart. — Or.* f) 9, 25 *Martiano.* 19, 32, 38, 44 *Mamertino.* 26, 42, in m. Sich. Cui. 1 — Lugd. *Mariniano.* Cui. 2, 2* in m. *Marniano vel Martiano*; sed vid. Go. not. *c* et in Prosopogr. v. *Mart.* g) 33, 34 *comiti orientali.* h) 9 om. *in.* i) 6, 7, 16, 21, Sich. *promissionis.* k) Ita multi codd. Vid. c. 7 C. Th. de Jurisd. cit. not. *n.* 19 *Dat. IV. Non.* In rell codd., veluti 21 et in edd. *III. Id.* 40 om. *Id.* l) Plerique codd. om. *A.* 32 *Arc. ū. I.* m) 6—9 et multi alii codd. *retineatur.* Sich. Cui. 1 — Lugd. *tenebitur.*

*) Cod. Just. (V, 17) add. *et iudicio de moribus sublato.* **) Edd. Sich. Cui. 1 — 2* *Constant.* In h. c. inc. cod. 13. 8, 15, 25 *Ablavio.* 14, 34 *ad albinum.* 26 *ad flavio.* n) 32 *ad albino.* 33 *ad libanum.* 38 *ad bravium.* o) Nonn. codd. om. *Pf. P.*, pro quo alii *preposito.* p) 13 *Placet et mul.* q) 9 *parvas.* Sich. *malas.* r) 19 *mittere nisi exquis.* s) 9 *adulatori.* 10 *eleatori.* 15, 18 *elatori.* Mox 21 *muliercularium.* t) 6, 7, 14, 16, 17 om. *per q. occ.* 8 *per quācunque accusationem.* u) 10 *suas dim. ux.* 9 *dimitterint.* v) 15 (Seld. ms. ap. Go.) *violatorem.* 17 *med. sed sep.* Mox 13 om. *ut.* x) 14 *marito suo.* y) 10, 18 *dotem suam.* *) 12 om. *haec.* z) Sich. Til. *aciculam*, sed Til. in m. *acuculam.* Nonn. codd. *ucuculam.* 15 sec. Go. *acticulam.* In cod. 21 h. v. add. a sec. manu. a) 15, 19 *in domum.* b) Nonn. codd. *in insula deputari.* c) 12 *in masculinis.* d) Codd. *mecam, moecam, moccam.* 14 *si moecamentoriam vel conc.* e) 6, 7, 10, 16, 18 *voluerint*, non male. f) Sich. Cui. 1 — Ri*. *hiis.* g) 13 *elicerit.* 15 add. *aliquis.* h) 19 *debeat.* i) 9 *priore coniugii.* k) Ita plerique codd., Til.; rell. edd. *eius domum.* 9 *domus eius.* 18 *debitur d. e.* *) 15 om. *uxoris.* l) 16 *semet ipsum.* m) 10, 18 et codd. ap. Go. not. *h.* *Dat. X. kal. iun.* 28, 36, 40 *Dat. X. kal. Jul.* 39 *Dat. VII. k. Julii Toleto B.* Codd. ap. Go. not. *h* *Dat. III.*

INTERPRETATIO. *Certis rebus et probatis caussis, inter uxorem et maritum repudiandi locus patet; nam levi obiectione matrimonium solvere*[n] *prohibentur. Quod si forte mulier dicat maritum suum aut ebriosum**) *aut luxuriae deditum, non propterea repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam aut maleficum aut sepulcri violatorem esse docuerit, quibus criminibus convictus sine culpa mulieris merito videtur excludi, et mulier recepta dote discedit: nam si haec crimina mulier non potuerit approbare, hac poena mulctatur*[o]*, ut et dotem, quam dederat, vel*[p] *pro ipsa data fuerat, et donationem, quam percepit, amittat atque etiam exsilii relegatione teneatur. Quod si a viro mulier repellatur, nec ipse, nisi certis criminibus ream docuerit*[q]*, pro levi, ut assolet*[r]*, iurgio, repudiare non*[s] *permittitur, nisi fortasse*[t] *adulteram aut maleficam aut conciliatricem eam*[u] *probare sufficiat*[v]*. Quod si**) *docere non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam ducere non praesumat uxorem*[x]*. Quod si forte tentaverit, habebit mulier liberam*[y] *facultatem, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque omnem eius substantiam sibimet vindicare. Quod dignoscitur ordinatum, ut etiam secundae uxoris dotem repudiata*[z] *iniuste mulier iubeatur acquirere.*

2. *Imppp. Honorius, Theodosius et Constantius*[a] *AAA.*[b] *Palladio*[c] *Pf. P.* Mulier, quae repudii a se dati oblatione[d] discesserit, si nullas[e] probaverit divortii sui caussas*), abolitis donationibus, quas sponsa perceperat, etiam dote privetur, deportationis addicenda[f] suppliciis: cui non solum secundi viri[g] copulam, verum etiam postliminii ius negamus. Sin vero morum vitia ac mediocres*) culpas mulier matrimonio reluctata[h] convicerit, perditura dotem, donationem viro refundat[i], nullius unquam penitus socianda coniugio[k]: quae ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem[l] repudiato marito iure deferimus[m]. Restat[n], ut, si graves caussas atque involutam criminibus magnis[o] conscientiam probaverit, quae recedit, dotis suae compos[p], sponsalem quoque obtineat largitatem, atque a repudii die post quinquennium nubendi recipiat[q] potestatem; tunc enim videbitur[r] sui magis viri id[s] exsecratione quam alieni appetitione fecisse*). §. 1. Sane si divortium prior[t] maritus obiecerit ac[u] mulieri grave crimen intulerit, persequatur legibus accusatam, impetrataque vindicta et dote[v] potiatur, et suam recipiat largitatem et ducendi mox alteram[x] liberum sortiatur[y] arbitrium. Si vero morum est culpa, non criminum, donationem recipiat et[z] dotem relinquat*), aliam post biennium ducturus uxorem. Quod si matrimonium solo[a] maluerit separare dissensu, nullisque vitiis peccatisque gravetur exclusa, et donationem vir perdat et dotem, ac[b] perpetuo coelibatu insolentis divortii poenam*) de solitudinis moerore sustineat, mulieri post anni metas nuptiarum potestate[c] concessa. §. 2. Super retentionibus[d] autem dotium propter liberos iuris antiqui prae-

— c. 2. Br. Al., codd. edd. c. 2. Cod. Just. IX, 9, 35. L. R. B. Tit. XXI. L. Vis. III, 6, 1. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 35, 39, 43, 44; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola interpr. in cod. 15.

kal. Jul. Sich. in m. *Cal. Jul.* Til. in m. *Kal. Jul.* 19 *Non. Decemb.* Til. *Dat. — Maij. Jul.* 9, 13 — 16, 24, 27, 29—35, 38, 43, 44 om. *III. Non. Maii*, sed relicto in nonn. codd. (veluti 6, 7) spatio. Itaque pauci tantum codices tuentur diem, quem in hac subscriptione editiones exhibent. Unde fluxerit *Toleto* in cod. 39, nescio. n) Sich. Cui. 1 — Lugd. *solvi prohibetur.* 43 add. *non.* *) Nonn. codd. om. *aut ebriosum.* Mox 6 *quodsi forte* pro *nisi forte* et 21 *sepulchrorum viol.* o) Nonn. codd., Cui. 1 — Lugd. *mutatur.* 43 *mutetur.* p) Sich. in m. *ad.* In cod. 21 *pro* add. a sec. manu. q) 44 *repelletur nec ipse convincerit.* 21, Sich. *eam doc.* r) Multi codd. *solet.* s) 6—8, 10, 14, 18 et alii codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. add. *non*, prob. Ri. Cui. 2 — Ri*. om. *non*, perperam. t) Multi codd. *forte.* u) 6—8, 43, alii codd. om. *eam*, sed 6 *probarea.* v) Aur. Lugd. h. l. add. *tunc enim donationem sibi recipiat, et eam dimittere liceat.* *) Sich. add. *hoc.* Mox 6, 7 *poterit.* x) Nonn. codd. *al. ux. duc. n. praes.* y) Nonn. codd. om. *liberam* et mox *omnem.* z) 21, Sich. *repudiatam.* a) 17 *Imppp. Hon. et Theod. et Arcad.* 13, 25, Til. Cod. Just. om. *et Const.*, quod sec. Go. recte additum est in rell. edd. Ceterum Sich. Cui. 1 — Be. *Constant.* 27, 37 *Imppp. — Theod. et Valentinianus.* 6, 7 om. *et.* b) 13, 25, Til. Cod. Just. *AA.* c) Nonn. codd. *Paladio.* 10, 18 *Pallidio praeposito.* 19 *bladio.* d) 15 *obligatione.* e) 6—8, 14, 17 *nullus.* *) 17 *causa.* f) Ri*. *addiscenda.* g) 9 *secundo vero.* Mox nonn. codd. *si vero.* *) 6, 7, Til. in m. *vitia in mediocres.* h) 8, 12 *relicta.* i) 6—8, 12—14, 16, 17, Til. in m. *periura dotem vero donationem ref.*, impr. Ri., sed 13 *donationemque ref.* 10, 18 *periclitura dotem vero donat. ref.* 19 *viro donat.* 21, Sich. Til. *vero ref.* k) 17 *penitus sociis de coni.* 6, 7, 10, 18, 21 *sociam de coni.* l) 19 *commaculet et accus.* m) H. l. desinit c. 35 Cod. Just. cit., quae ita concepta est: *Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima caussa a se dati discesserit, ne viduitatem — deferimus.* n) 9, 21, Sich. *praestat.* 15 *Deferimus. Quod si.* o) 15 *caus. et inv. magnis crim.* 19 *gravis causa atque involuta magnis criminibus.* 8 *magis crim.* 9 *magni crim.* 10, 18 *magnis crim.*, quod fortasse praestat. 6, 7 *inviolatam magnis crim.* p) 10, 18 *cum post.* q) 19 *atque* (om. *a*) *rep. diem — recipiat nubendi.* r) 10, 18 *videtur.* s) 9 *id est.* 10, 18 *id ex hac ratione.* 15 *viri exsecr. — appetitione id fecisse.* 9 *fecissent.* 21 *quam in alieni adpetitionem fecissent.* t) 15 om. *prior.* 10, 18 *Sane* (om. *si*) *d. prius.* u) 6—8, 12, 16, Til. in m. *aut.* 21 *obierit*, sed corr. *obiecerit.* v) Nonn. codd. *accusata — dotem.* 10, 18 *impetret atque vindicta.* x) 6 (a man. sec.), 7, 14, 16, 17 add. *qui*; ceterum 17 *qui liberet.* y) 10, 18 *lib. potiatur arb.* z) 6—9, 12, 13, 17, 18, 21, Sich. — Lugd. om. *et.* 21 add. *ad.* a) 9 *se.* 17 *solum voluerit.* 21 *reparare.* b) 15 *vitiis aut peccatis—dotem et.* Sich. *exclusa est, et.* *) 6, 7 *poena.* c) Sich. *nuptiarum tempus* (et incipit fol. 34[b]) *potestate*, sed *tempus* in f. paginae antec. positum est sub v. *nuptiarum.* d) 8 *tentationibus.* 10

cepimus cauta servari. *Dat. VI. Id. Mart.*[e] *Ravenna*[f], *Eustathio*[g] *et Agricola Coss.* (421.)

INTERPRETATIO. *Si quis condito testamento decennio superstes fuerit et suam*[kk] *non mutaverit voluntatem*[l], *quod ante decennium factum est, vacuum remanebit.*

7. *Imp. Theodosius* *) *A. Asclepiodoto*[m] *Pf. P.* Si quis agere ex testamento, quolibet modo, sive scripto, sive sine scriptura confecto[n], de hereditate voluerit, ad fideicommissi persecutionem[o] adspirare cupiens, minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam[p] pro suo migrandi desiderio concedamus[q], ut etiam illud sanciamus, ut[r], si testator faciens testamentum in eodem*) pro codicillis etiam id valere[s] complexus sit, qui[t] hereditatem petit[u] ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens, se unius electione alterius sibi aditum praeclusisse; ita ut, sive[v] bonorum possessionem secundum tabulas vel[x] secundum nuncupationem ceterasque similes postularit[y], aut certe ex edicto divi Hadriani se mitti[z] ad possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris auspicia propositum suae intentionis[a] explanet. Sic[b] enim, si quis[c] defuncti agnoverit voluntatem, de inofficioso agere prohibetur, et patronus[d], liberti muneribus electis et operis[e], contra tabulas bonorum possessione repellitur*): sic[f] mulier in edicto, quod de alterutro[g] est, cum suam explanaverit optionem[h], ne poenitentia possit ad[i] aliud*) transire, etiam satisdatione cogetur praecavere, nisi si[k] aetatis iuvetur[l] auxilio. §. 1. Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decreverit[m] facere testamentum, si id implere[n] nequiverit, intestatus[o] videatur esse defunctus, nec traducere liceat[p] ad fideicommissi[q] interpretationem, velut ex codicillis ultimam voluntatem, nisi si[r] id ille complexus sit, ut vim[s] etiam codicillorum scriptura[t] debeat obtinere; illo iure electionis videlicet[u] perdurante, ut, qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. §. 2. Si quis vero ex[v] parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad gradum quartum agnationis*) vinculis alligatus vel cognationis nexu[x] constrictus ad tertium usque[y] scriptus heres fuerit vel nuncupatus, in eo[z] videlicet testamento, quod testator[a] vicem quoque codicillorum voluit obtinere, licebit ei, si de hereditate[b] ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit forsitan[c] superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium convolare[d]. Non enim par eademque[e] ratio[f] videtur, amittere[g] debita et lucra non capere[h]. In[i] omni autem genere testamenti, sive id praetorio iure sive civili consistat[k],

— c. 7. Br. Al., codd. edd. *c.* 7. Cod. Just. VI, 36, 8 et VI, 13, 2. Bas. XL, 7, 5. Desumpta est ex hac lege c. 7 C. Th. de Inoff. test. (II, 19), quae tamen diversum diem habet. Vid. c. 7 cit., not. sup. et infra not. *p.* Omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscriptio et textus in codd. 24, 30—33, 35, 38, 39, 43, 44; textus et subscriptio in cod. 37; solus textus in codd. 26—29, 34, 36, 40, 42; particula textus in codd. 6—10, 12—18, 21 exhibetur et in edd. Sich. — W. Desunt enim in his codd. et in edd. extrema huius legis verba, quae diu desiderata, sed a me inventa in cod. 19 (Wallersteinensi) a. h. saeculi XXVIII., primum ex schedis meis edita sunt in Haub. Opp. T. II, Praef. p. CLI, deinde ap. Glückium T. XXXIV, p. 269, quem vide etiam p. 273, 280.

rem addicatur. g) 15, 32 *iun.* h) Ita multi codd.; Til. et W. *Ravennae* et nonn. codd.; rell. *Rav.* 21 *DD. IIII.* i) 24 *X.* 38 *XI.* k) Plerique codd. et in m. Sich. *X.*, sed 21, 40, Sich. Cui. 1 — Lugd. *Honorio et Theod. XII. et Theo. VIII. AA. Coss.* Nonn. codd. om. *DD. NN.* et numeros consulatus. kk) Go. in not. *etsi suam.* l) 6, 7 *moverit*, nonn. codd. *revocaverit* aut *renovaverit.* *) Cod. Just. (VI, 13, 2) *Anastasius* et om. *Pf. P.* Cui. 2, 2* *Thodosius*, mendose. m) Codd. plerumque *Asclipiodoto*, nonn. *Asclipiedoto.* n) 15 *sive inscripto* et om. *confecto.* o) 15 *prosecutionem.* p) 19 *cuicumque.* q) 15 *nigr. pro suo des. conc.* r) 10 *sentiamus.* Cod. Just. om. *ut.* *) 10, 18 *eorum.* s) Sich. add. *non.* t) 9 *si.* u) Nonn. codd. *petiit* et mox 6, 7 *electioni.* v) 9 *ita ut de bon.* 19 *ut sibi bon.* x) Cod. Just. *sive.* y) 6 — 8, 16, 17, 21, Sich. *postularet.* 10, 18 *postulari.* 19 *postulaverat.* Cod. Just. *postulaverit.* z) 6 — 8, 12, 14, 17 *Hadr. emitti.* 10, 18 *Hadr. eos mitti.* Cod. Just. *aut certe* (om. *ex ed. d. II.*) *mitti se in poss.* a) 21 *seu intent.* Sich. *seu intentionem* (in m. *suae intentionis*). b) Ita W. de cj. Go. et Be. recte scripsit pro *Sicut*, quod in edd. est. Confirmatur haec cj. codd. 9, 15, 19, qui saepissime veram C. Th. scripturam proferunt. Rell. codd. *Si enim.* Ceterum in c. 8 Cod. Just. des. seqq. usque ad v. *auxilio.* c) Vv. *Si quis — prohibetur* constituunt c. 7 C. Th. de Inoff. test. (II, 19). d) Ex vv. *patronus — repellitur* facta est c. 2 Cod. Just. cit. e) 8 *libertinorum relictis operis.* 6, 7, 16, 17 *lib. minoribus e. et op.* Til. *illectus et op.* Cod. Just. h. l. add. *a*, prob. W. *) Sich. Cui. 1 — Lugd. *pellitur.* f) 6—8, 10, 12, 13, 16—18 *Si.* g) 8 *alterutrū.* Sich. *alterutū*, mendose. h) 6—8, 10, 12, 14, 18, Til. *opinionem.* 9 *portionem.* i) 6, 7, 13, 14 om. *ad.* *) 13 *alio.* 19 *alium.* k) 10, 18, 19 om. *si.* l) Plerique codd. *iubetur.* m) 9 Cod. Just. *decrevit.* n) Cod. Just. *adimplere.* o) Cod. Just. *intestato.* p) Sich. *defunctus. Nec tr. licet.* Cod. Just. *transducere l.* q) Sich. *fidei commissae.* r) 9, 12, 15, 19, Cod. Just. om. *si.* s) 13 om. *vim.* t) Be. recte rest. v. *scriptura*, prob. W., quod ap. Go. et ap. Ri. errore exciderat. Habent id omnes codd. et Sich. — Cui. 2*. u) Cod. Just. *elect. videl. iure.* 15 *videl. i. el.* v) 6, 7, 10, 12—14, 16—18, Til. *Sin* (aut *Si*) *vero is* (aut *his*) *a par.*, quae scriptura ex antecedente sententia explicanda est. 8 *Sive solus a par.* *) 19, Sich. *agnitionis.* Ceterum Cod. Just. *ad quartum gradum.* x) 6 — 8, 10, 11, 17 *sexu.* 19 *cogn. vero nexu.* y) Cod. Just. *usque ad tertium.* z) 19 *nuncupatione habitus in eo.* a) 21 *quo.* 19 *quod dies test.* Aur. Lugd. *testato*, mendose. b) 10, 18, 19 *licebit eis adire hereditatem.* c) 19 *voluntatem aut si f. forsan.* 8 *fortassis.* Cod. Just. om. *forsitan.* d) 19 *convolvere.* e) 6 — 8 *eadem* et om. *que.* Ceterum 6 sec. Ri. *eadem videtur ratio.* f) 19 *questio.* g) 6—10, 12—14, 16—19, 21, Sich. Til. *admittere.* Ita etiam Cont. Russ. et multi

seu codicilli[l] conscribantur, sive non scripta voluntas ultima praetendatur, id volumus observari, ut eodem die, quo coeptum[m] quid eorum fuerit, ad perfectum sui plenitudine[n] sortiatur, nihilque eius in diem alterum differatur; quod quidem nullam habeat firmitatem, nisi aut septem aut quinque vel rogati aut qui fortuitu venerint, possint iure testimonium perhibere, videlicet ut post hanc sanctionem divinis et liquescentibus apicibus, qui trium testium numero sint contenti [o]. *Dat. X.*[p] *Kal. Mart. Constantinopoli*[q], *Victore V. C. Cos.*[r] (424.)

Interpretatio. *Si quis per scripturam condiderit testamentum et postmodum sine scriptura, hoc est per nuncupationem suam iterandam crediderit voluntatem, vel si codicillis, quod est fideicommissum, potestatem heredi suo commiserit, ut, ex*) qua voluerit, testatoris ordinatione succedat: tunc in primordio adeundae hereditatis suam publicare non desinat voluntatem, utrum ex testamento, an per nuncupationem, an per fideicommissum hereditatem sibi eligat vindicandam. Quod si prima electio eius fuerit superata, ad alteram ei transire non liceat: quia unius petitione concessa, de reliquis se noverit excludendum, quia una petitio alias aperte et*[s] *evidenter excludit*). Extrema pars legis istius ideo non habetur scripta vel*[ss] *exposita, quia Novella lege calcatur.*

TIT. V.[t] DE LITIGIOSIS.

1. *Imp. Constantinus A. ad Provinciales. Post alia*[u]: Lite pendente[v] illud, quod in[x] controversiam devocatur[y], in coniunctam personam vel[z] extraneam donationibus vel emptionibus vel quibuslibet aliis contractibus[a] minime transferri oportet, tanquam nihil[b] factum sit lite nihilominus peragenda[c]. §. 1. Quodsi tutelae[d] caussa vertitur, post examen iudicis in supplementum pronuntiationis dentur arbitri, qui non iam[e] arbitri, sed exsecutores putandi sunt etc. *Dat. Kal.*[f] *Aug.*) Basso et Ablavio Coss.* (331.)

Interpretatio. *Res, quae proposita actione repetitur, transferri a possidente ad alterum nullis contractibus potest; neque inde aliqua fieri scriptura permittitur, nisi prius lis, de qua agitur, fuerit iudicio definita*[g].

Tit. V. C. Th. *Tit. ?* Br. Al., codd. 5—10, 12—19, 21, 24—40, 42—44, 46, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. V.* Cod. Just. VIII, 37. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Cod. Just. VIII, 37, 2 mut. Bas. XXVII, 1, 2. Cf. L. R. B. Tit. XXXV., et ad interpr. L. Baiuv. Tit. XIV, cap. 5. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. Fin. regund. (II, 26), c. 4 C. Th. de Administr. et peric. tut. (III, 30), c. 16 et 17 C. Th. de Appellat. (XI, 30), c. 1 C. Th. de His qui per metum (XI, 34), c. 2 Cod. Just. Ubi in rem actio (III, 19). Vid. c. 3 C. Th. Fin. reg. cit., not. super. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 38; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 39, 40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. Ceterum Aur. Lugd. Go. Ri. Ri*. duas proferunt interpretationes, quarum posterior deest in codd. commem. et in edd. Sich. Cui. 1. Cui. 2, 2*.

---

libri mss. Cod. Just.; Cui. 1 — W. *amittere.* h) 19 *nuncupari.* i) Hinc incipit clausula legis, quam a Visigothis om. inveni in cod. 19 (Wallersteinensi). k) Ita codex 19. Stieber ap. Haub. l. c. Glück *existat.* l) 19 *codicelli.* Stieb. Glück *codecilli.* m) 19, Stieb. Glück *ceptum.* n) Ita 19. Stieber *et perfectam sui plenitudinem*, quam cj. Glück recepit. Fort. leg. *ad perfectam sui plenitudinem sortiatur.* o) Postrema vv. mendosa sunt. Stieb. putat, nonnulla h. l. deesse, mihi contra videtur v. *ut* abundare, quo deleto reliqua sententia clara est, modo *et* pro *etiam* accipiatur. Sunt autem huc referenda vv. interpretationis: „*Extrema pars legis istius ideo non habetur scripta vel exposita, quia Novella lege calcatur.* Intelligitur Nov. Val. II. de Testam. (Berol. LXIV). In Cod. Just. h. clausula ita mutata est: *In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes vel rogati, vel qui fortuitu venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi: sive in scriptis sive sine scriptis voluntas conficiatur: testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus.* p) Ita paene omnes codd., Sich. — Lugd.; 8, 42 *XVII.* 9 *VI.*, quod fere convenit cum c. 7 C. Th. de Inoff. test. (II, 19). Vid. ibid., not. *m.* 15, 19, Cui. 2 — W. *XVI.*; c. 8 Cod. Just. cit. *Dat. XV.*, sed c. 2 Cod. Just. cit. *XIII.* q) 8 om. *Const.* r) c. 2 Cod. Just. cit. *Viatore et Aemiliano Conss.* (495.) Sich. *V. Vic. Cos.* 10, 18 *V. viro claro Coss.* 30, 32—34, 38 *V. urbis Romae Coss.* 17, 26, 40 om. *V. C.* 21 *vīc. Coss.* *) Sich. in m. *ea.* Nonn. codd. om. *ex.* Mox Aur. Lugd. *ordine* pro *ordinatione.* s) Multi codd. om. *et* et paullo post *istius.* *) Plerique codd. *exclusit.* ss) 6—8, 10, 21 et alii codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *scripta vel.* Cf. Car. de Savigny l. c. T. II, p. 51, not. 40 (I. ed.); p. 53, not. b (II. ed.).

t) W. propter argumenti diversitatem putat, plures inter hunc et antecedentem titulos excidisse. u) Nonn. codd. om. *ad Provinciales. Post alia*, alii aut *Post alia*, ut Cod. Just., aut *ad Provinciales.* v) 6, 7, 21 *pandente.* 10, 18 *pensante.* x) 10, 18 om. *in.* 6, 7, 16 *controversia.* y) Cod. Just. *Lite p. actiones, quae in iudicium deductae sunt, vel res, pro quibus actor a reo detentis intendit in coni.* 15 om. *devocatur.* 9 *devoc. si coniuncta.* z) 10, 18 *coniunctam et solam vel.* a) 10 *contractionibus.* Mox 12 *litem peragendam.* b) Cod. Just. *tr. ab eodem actore liceat, tanquam si nihil.* c) Hic finitur c. 2 Cod. Just. cit. Seqq. omnino fugitiva sunt et Go. videntur propter arbitros, qui commemorantur, ad c. 3 C. Th. fin. reg. (II, 26) pertinere, Wenckio ad c. 4 C. Th. de Admin. tut. (III, 30). Quod posterius mihi placet. Fortasse hic incipit decreti pars, quae ad tutelam spectat. d) 8, 12, 16 *quod* (12 *quid*) *sit utile* (pro *q. si tutile*, i. e. *tutelae*). 19 *quod si utilis causa videtur post.* Nonn. codd. in sqq. *vertit — examine — supplendum — detur arbitrio s. arbitrium.* e) 15 *iam non.* Mox Sich. et Til. om. *etc.* f) 16, 28, 35, 36, 40, Sich. — Cui. 2*. Be. add. *X.*, quem numerum Ri. Ri*. W. auct. Go. recte delent. Nam in omnibus C. Th. legibus, quas cum hac c. coniungendas esse dixi, deest *X.* Praeterea cum W. faciunt omnes codd., praeter quinque a me nominatos. *) Cod. Just. *Datum Kal. Mart. — Ablabio*, mendose. g) Nonn. codd. *permittitur, si prius lis de qua agitur non f. in iud. definita.* Aur. Lugd. Go. Ri. Ri*. add. „Vel sic: *Res litigiosa nullatenus ante dari nec vendi potest, quam elitigetur.*“ Quae vv. ex Aeg. desumpta pro interpretatione haberi non possunt.

TIT. VI. DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM[h].

— — *Deest una constitutio*[i]. — —

— — — — — — — —

2. *Imp. Constantinus A.* . . . . [k]

. . . .
ri fecit[l], vel si ipsorum nomine comparavit, totum legitima soboles recipiat. Quod si non sint filii legitimi, nec frater[m] consanguineus aut soror aut pater, totum fisci viribus *vindic*etur[n]. Itaque Liciniani etiam filio, qui per rescriptum sanc*tissim*um dignitatis culmen adscendit, omnis substantia au*ferat*ur, et secundum hanc legem fisco adiudicetur, ipso verber*ando*, compedibus vinciendo, ad suae originis primordia red*igendo*[o]. *Lecta III. Kal. Mai. Carthagine, Nepotiano et Facundo Coss.* (336[p].)

3. *Idem A. ad Gregorium*[q]. Senatores seu perfectissimos[r], vel quos in civitatibus duumviralitas*) vel quinquennalitas[s] vel flaminis[t] vel sacerdotii provinciae ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiae, et peregrinos[u] a Romanis legibus fieri, si ex ancilla vel ancillae filia, vel liberta vel libertae filia, sive Romana facta seu Latina[v], vel scenica[x] vel scenicae filia, vel ex[y] tabernaria vel ex tabernarii filia[z], vel humili vel abiecta[a], vel lenonis aut arenarii filia, vel quae merci-

Tit. VI. C. Th. *Tit. ?* Cod. 1 sin. num. et rubr. Vid. not. *h*. Br. Al., codd. 5—10, 12—19, 21, 24—40, 42—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. P. Pu. W. Aeg. L. R. U. *Tit. VI.* Est autem apud P. Pu. rubrica una cum num. tit. uncis inclusa. Cod. Just. V, 27. In Br. Al. codd. et in edd. Sich. — Be. hic tit. duabus tantum constat constitutionibus, quae nunc quarta et octava sunt, sed in ipso C. Th. saltem octo complexus est constitutiones, ut ex cod. 1 et ex Br. Al. perspicitur. In cod. 1 et ap. P. Pu. exhibentur praeter extremam const. secundae partem c. 3—6 et initium c. septimae. W. add. c. 8 ex Br. Al. Vid. not. *h*, *i* et *l*. Cf. ad h. tit. L. R. B. Tit. XXXVII. — c. 2. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 2, sed in cod. 1, ap. P. Pu. sine inscr. et initio legis. — c. 3. C. Th., cod. 1 (sin. num.), P. Pu. W. *c.* 3. Nov. IV. Martiani (ed. Berol. LXXXIV.), §. 1. Cod. Just. V, 27, 1. Vid. praeterea Nov. Just. LXXXIX, cap. 15, Nov. Just. CVII, quibus haec c. et Nov. Martiani abrogatae sunt, et W. ad h. c., not. *e*.

h) Maximam partem tituli exhibet quintum palimpsesti Taurinensis folium, et quamquam rubrica cum prima parte tituli deest, tamen, quod inter medias constitutiones ea profertur, quae in edd. ante W. prima huius tit. erat, ex eo colligi potest, omnes illius folii constitutiones huic titulo tribuendas esse. Cod. Just. add. *et ex quibus causis iusti efficiantur.* i) Ipsa const. deest in cod. 1, sed in aversa folii parte ad c. quartam, quintam, sextam, septimam additi sunt numeri IIII, V, VI, VII, quibus numeris subductis apparet, folium incipere a media c. 2, periisse autem primam. k) Inscriptio deest in cod. 1. P. add. (*Legis II a Constantino latae fragmentum*). Pu. add. (*Const. 2. A. Constantino Latae Fragmentum*). P. Pu. W. de cj. recte supplent nomen imperatoris. Sed magistratus, ad quem lex missa sit, nomen cj. assequi non potui. W. eundem Gregorium fuisse arbitratur, ad quem eodem anno c. 3 h. t. et c. 3 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) missae sunt, quae cj. mihi probatur, minus quidem propter Gregorii dignitatem, quem W. praefectum praetorio Africae fuisse ex Go. asseverat; nam etiam ad Felicem Pf. P. eodem anno nonnullae leges missae et Carthagine propositae sunt (vid. c. 1 C. Th. Ne Christ. manc. (XVI, 9) et c. 4 Sirmond.), quam propter eiusdem, qui in hac c. nominatur, Liciniani in c. 3 h. t. commemorationem. l) In vv. *ri fecit* inc. folium quintum Taurin.; P. suppl.: *Si pater aliquid naturalibus filiis donavit, aut donari fecit*, prob. W. Ceterum W. maximam h. c. partem periisse putat. m) Folii Taurinensis versus secundus finitur in syllaba *fra*, tertius, a quo nonnullae literae resectae sunt, incipit in syllaba *con*, unde P., quem Pu. secutus est, supplet: *fra(ter aut) consanguineus.* W. improbans v. *aut* in P. supplem. delet, et quod non sit, qui h. l. κατ' ἐξοχὴν dicatur *consanguineus*, et quia, quemadmodum fratres consanguineos uterinis in instituenda inofficiosi querela Constantinus praetulit, ita h. l. consanguineum quidem fisco praeferri voluit, non uterinum. De *sorore* nihil erat addendum, quam *consanguineam* esse oportuit, cum aliam ad civilem successionem non fuisse admissam constet. n) Ad h. l. vid. prolixam W. annotationem de Constantini circa liberos naturales placitis et Batavos in Bijdr. l. c. p. 329. o) 1 *verbe*| . . . . . *conpedib.—primordiaredi* | . . . . . *lect.* P., quem Pu. secutus est, rest. *verbe(ribus et) compedibus — primordia redi(gatur.) Lect.*, impr. W., cui displicet, quod *verberibus vinciri* dicatur aliquis, et quod v. *redigatur* non habeat, quo referatur. W., probb. Bijdr. p. 330, ed. *ipso verberando, comp. vinciendo et ad — primordia redigendo*, in qua cj. praeter necessitatem addita est copula *et*, quae in cod. 1 inter medium versum, non in extremo deest. p) P. 338, err. typ. q) Gregorii dignitas deest et hic et in Cod. Just. et supra in c. 2 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1), anno sq. data. Eum praefectum praetorio fuisse, intelligitur ex c. 3 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). Cf. Go. ad c. 3 cit. Praefectus autem fuit Italiae et Africae. Cod. Just. *Imp. Constantinus A.* r) Hoc v. ab Hal. Cont. in Paris. Russ. Spangenb. ex libr. mss., ut Bg., in Cod. Just. receptum defendit Cuiac. ad Ulpiani Fragm. Tit. XIII, §. 2 (ap. Schult. p. 607) contra *praefectos*, quod v. in vulg. edd. est. *Perfectissimos* etiam codd. in Nov. IV. Martiani. Plura vid. ap. W. l. c., not. f. Ex seqq. multa vv. transierunt in Nov. IV. Martiani. *) Cod. Just. *duumvirilitas.* s) Vv. *vel quinquenn.* des. in Nov. Mart. et in Cod. Just. Cf. W., not. *g*. t) *Flamines* sec. W. sunt municipiorum sacerdotes, unde in Nov. Martiani: *Flamini municipali, sacerdoti provinciae.* Cod. Just. om. *flaminis* mentione: *duumvir vel sacerdotii, id est Phoeniciarchiae vel Syriarchiae, ornam. condec.*, eaque in Nov. Just. LXXXIX. ita repetuntur, quasi a Constantino ipso sint profecta; ait enim φοινιαρχῶν γὰρ καὶ Συριαρχῶν — — μέμνηται, sc. διάταξις. Putat igitur W., aut nonnulla verba in Taurinensi membrana excidisse, aut Tribonianum potiora et suo tempore sola sacerdotii provincialis exempla de suo addidisse, quod posterius W. recte praetulit. u) Cod. Just. *alienos.* v) In Cod. Just. om. *sive — Latina* propter c. un. Cod. Just. de Latina libert. toll. (VII, 6). Nov. Martiani (§. 1 et §. 3) *civem Romanam vel Latinam factam.* x) 1, P. Pu. *scaenica* et om. *vel scenicae*, quod W. e Cod. Just. restituit. Nov. Mart. utroque loco *scenicam vel scenicae filiam.* y) Praepositio *ex* hic et paullo post om. in Cod. Just. z) Cod. Just. *tabernariae filia.* 1, P. Pu. *tabernari*, impr. W., sed Nov. Mart. *tabernariam vel tabernarii filiam.* a) Cod. Just. add. *persona.* Haec in-

moniis publicis[b] praefuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio*) aut nostri praerogativa rescripti; ita ut, quicquid talibus liberis pater donaverit, sive[c] illos legitimos seu naturales dixerit[d], totum retractum legitimae soboli reddatur, aut fratri aut sorori, aut patri aut matri. Sed et si uxori tali quodcunque[e] datum quolibet genere fuerit vel emptione collatum, etiam hoc retractum reddi praecipimus: ipsas etiam, quarum venenis inficiuntur animi perditorum[f], si quid quaeritur vel commendatum dicitur, quod his[g] reddendum est, quibus iussimus, aut fisco nostro, tormentis subiici iubemus. Sive itaque per ipsum donatum est, qui pater dicitur, vel per alium[h], sive per suppositam[i] personam, sive ab eo emptum, vel ab alio, sive ipsorum nomine comparatum, statim retractum[k] reddatur, quibus iussimus; aut si non exsistant, fisci viribus[l] vindicetur. Quod si exsistentes[m] et in praesentia rerum constituti*) agere noluerint, pacto vel iureiurando exclusi: totum sine mora fiscus invadat. Quibus tacentibus et dissimulantibus, a defensione fiscali[n] duum mensuum[o] tempora limitentur, intra quae si non retraxerint vel propter[p] retrahendum rectorem provinciae[q] interpellaverint, quicquid talibus filiis vel uxoribus liberalitas impura contulerit, fiscus noster invadat, donatas vel commendatas res[r] sub poena quadrupli severa quaestione perquirens[s]. Liciniani[t] autem filius, qui fugiens comprehensus est[u], compe*dibus vinctus* ad gynaecei[v] Carthaginis ministerium deputetur. *Lecta*[x] *XII.*[y] *Kal. Augusti Carthagine, Nepotiano et Facundo Coss.* (336.)

4. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*[z] *ad Ampelium*[a] *Pf. U.*[b] Placuit, manentibus ceteris[c], quae de naturalibus liberis*) Constantinianis[d] legibus cauta sunt, haec tantummodo temperare, ut is, qui heredem heredesve[e] filios ex legitimo matrimonio vel nepotes, qui filiorum loco[f] habendi sunt, patrem quoque matremve dimittit[g], si ex consortio cuiuslibet mulieris naturales susceperit, unam tantum[h] bonorum suorum et[i] hereditatis unciam naturalibus vel*) mulieri donandi[k] aut relinquendi habeat facultatem. Si quis vero nullo ex his, quos excipimus[l], superstite morietur[m], atque ex muliere, quam[n] sibi adiunxerat, naturalem pluresve dimittet[o], usque ad tres tantum, si volet[p], uncias tam in mulierem quam in naturales, quo maluerit[q] iure,

— c. 4. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 4. Br. Al. eiusque codd. et edd. Sich. — Be. *c.* 1. Integra sine interpr. exstat in codd. 1, 15; integra cum interpr. in codd. 6—10, 12—14, 16—19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 38; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 39, 40, 42—44. Commemorant h. c. Libanius de Vita sua, p. 48 ed. Morelli, et Justinianus in Nov. LXXXIX, cap. 12. Vid. Go. comm. ad h. c.

primis vv., cum ad egenos omnes referrentur, sec. W. videntur Martianum ad edendam Novellam quartam impulisse. b) Nov. Mart. utroque loco, Cod. Just. *publice.* *) Pu. *iudiio*, mendose. c) Cod. Just. *seu.* d) 1 *di* . . . . et des. in medio versu nonnullae literae. e) 1 *quocumque*, quod P. em. ex Cod. Just. f) 1 *infacientur — perdatoru͞*, mendose. g) 1 *hi*, sed a man. sec. ponitur *s* supra literam *i.* h) 1 *aliam*, mendose. i) Similiter L. R. B. *per suppositam quamcunque personam.* Cod. Just. *interpositam*, ut etiam in c. un. §. 2 C. Th. de Mulieribus, quae se s. pr. (IX, 9). k) 1 *retractus*, sed corr. a man. sec. *retractum.* l) Cod. Just. *iuribus*, sed plerique codd., etiam mei *uribus*, i. e. *viribus.* Vid. supra c. 3 C. Th. de Off. mag. mil. (I, 7), not. *q.* m) Cod. Just. *existant*, improbb. P. et W. *) Pu. *constitui*, mendose. n) 1 *addefensionefiscali.* Similiter Cod. Just. multi libri mss., veluti mei, Pl. 1 et 2, Bg. *a defensione fiscali* aut, ut Gt., *defensione fiscali*, om. praepositione. P. Pu. ex edd. Cod. Just. corr. *ad defensionem fiscalem*, prob. W., cum defensio fiscalis sit, quae ad fiscum excludendum suscipiatur. Quae quamquam vera, tamen non impediunt, quominus cum codd. scribatur *a defensione fiscali.* o) Ita 1, P. Pu., impr. W., qui *mensum* ed., dicens archaismum esse, in quo nonnunquam sibi placuerint iuriscti et imperatores, quod exempla ex Ulpiano (D. XXVI, 7, 7, §. 11), Pandectis Florentinis et ex aliis scriptoribus petita probent. Sed tam crebra est in vetustis codicibus scriptura *mensuum*, ut non videam, cur aliquid mutandum sit. Cod. Just. *duorum mensium.* p) *propter*, quod excidit in cod. 1, recte restitutum est a P. ex Cod. Just. q) Cod. Just. add. *non*, praeter necess. r) 1 *commentasresconmendatasres*, sed verba *conmendatas res* delentur punctis supra lineam positis. s) Seqq. des. in Cod. Just. t) 1 *licinniani.* Vid. c. 2 h. t. u) 1, P. Pu. *comprae-hensus.* v) 1 *gynecei.* P. Pu. *Gynecei.* x) 1 *l* et des. literae sqq., quae avulsae sunt. Cod. Just. *Dat.*, improb. W. Etenim Constantinus hoc anno Carthagine non fuit. y) Numerum, qui deest in cod. 1, apud P. et Pu., W. primus restituit ex Cod. Just. z) 8 *Imppp. Val. et Theod. et ac͞ns.* 33 *I. V. et Gracianus V. et Grat.* a) 15 *Ampelio.* 8 *Ampilio.* 36, 40 *Pampelium.* Sich. Cui. 1 — Lugd. *Ampilium.* b) Nonn. codd. *p̃p̃o.* aut *p̃p̃m.* Sich. *Pf. P.* c) Ita 1, 9, 12, 15, 18, 21, Sich. P. Pu. W., quam ob rem W. non recte dicit, omnes edd. ante P. exhibere *cunctis.* Dicere debebat omnes edd. praeter Sich. 10 om. *ceteris — Constantinianis.* *) 1 *liberum*, sed ponitur *s* supra syll. *um.* 15 *natural. filiis.* d) 14, 18 *Constantiniani.* Mox nonn. codd. *sint* et *his* pro *is.* e) Nonn. codd., Sich. Til. *heredisve.* 10 *heredi suae.* f) 15 *loco filiorum.* W. recte sustulit parenthesin, qua vv. *qui f. l. h. s.* in edd. Go. — Be. inclusa sunt. Cf. Wenckii docta disputatio (p. 218, not. *f*) contra Go. Sich. *habiti.* g) 1 *dimitti*, sed corr. *dimittit.* Minus usitata vox pro *relinquere.* Cf. Bijdr. l. c. p. 331. h) 19 *tantummodo.* i) 6, 7, 10, 16, 18, 19, Til. om. *et.* *) Go. *vel* pro *et* positum esse censet. k) Aur. Lugd. *donanti.* l) 1, 8, 16, 19, P. Pu. W. *excipimus.* 21, Sich. — Be. *excepimus.* m) Ita 1 (de corr., nam antea scriptum erat *morietem*), 6—9, 13, 16, 17, 19, P. Pu. W. 21, Sich. — Be. *moriatur.* n) Sich. *cum sibi.* o) 1, 6, 7, 17, P. Pu. W. *dimittet.* 8, 10, 12, 14, 16, 19 *dimittit.* 9 *dimittitur que ad.* Sich. — Be. *dimittat.* Ceterum 19 *prolem dimittit.* p) Ita 1, 9, P. W.; Pu. *voluit.* Rell. codd. et Sich. — Be. *voluerit.* q) 1 *naturalestrivomaluerit*, sed supra syll. *tri* ponitur . . *q.*, qua re corr. *quo* pro *trivo.* 15 *voluerit.*

transscribat. *Dat. XVII.*[r] *Kal. Septembr. Constantionaci*[s], *Gratiano A. II.*[t] *et Probo Coss.* (371.)

Interpretatio. *Observandum de naturalibus filiis lex ista constituit**), *ut, si quis habens ex legitimo matrimonio filios vel*[u] *filias, sive masculos nepotes ex filiis, vel patrem aut matrem ex quacunque muliere, id est ingenua nata vel facta susceperit naturales*[v], *non amplius quam unciam unam de facultatibus suis noverit naturalibus conferendam. Nam si defuerint ex omni parte personae superius nominatae, tunc naturalibus filiis vel mulieri, de qua nascuntur, tres uncias tantum, non amplius noverit, quisquis*[x] *ille est, se posse conferre.*

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Petronio Vicario Hispaniarum*[y]. *Legibus*[z] Constantini et genitoris nostri praeceptis edocti, *praecipimus*[a], ut exclusis naturalibus filiis, ad fiscum *totum deferatur*[b], quod ab[c] ipsorum persona decidit[d]; si ne . . . . . | cipitur[e], et omne, quod *) legitimis[f] competit, leg . . . . . . | tia[g]

— c. 5. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. c. 5.

r) Ita 1, 27, 30, P. Pu. W., quem numerum in magna codd. diversitate praetuli. Proxime accedunt 6—8, 10, 12, 13, 16—18, 21, Sich. — Lugd., qui habent *VII.* Excidit in his codd. *X.* 9, 14, Cui. 2 — Be. *XVIII.* 15, 34, 42, 44 *VIII.* 19, 24 *XV.* 28, 31, 32, 35, 36, 39, 40, Sich. in m. *XVI.* Mox nonn. codd. om. *Sept.* s) Ita 1, P. Pu. W., quo nomine P., prob. W., intelligit urbem, mutata scriptura *Constantiam* dictam ad Acronium lacum, et revera in c. 5 C. Th. de Cust. reor. (IX, 3), c. 3 C. Th. de Denunt. (II, 4) 19 exhibet *Constantio* pro *Contionato* s. *Contionaco*, quod in illis legg. edd. et rell. codd. exhibent. Nihilosecius vera loci, qui hic intelligitur, scriptura non facile restitui poterit, nam omnes codd., quos inspexi, exhibent *Concionati* (ut edd. Sich. Til. Cui. 1) aut *Concionaci* et *Contionati*, ut Aur. Lugd. Go.' — Be., aut *Contionaci.* Cui. 2, 2* *Contionace.* Praeterea aliae eiusdem anni sunt constitutiones Contionati datae. Cf. c. 3 C. Th. de Denunt. (II, 4), not. *l*, c. 5 C. Th. de Cust. reor. (IX, 3), c. 17 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). Go. coni. *Cortionaci*, i. e. *Kreutznach*, oppidum in Palatinatu situm. Verum hoc scriptores rerum Gallicarum *Cruciniacum* appellatum fuisse existimant. t) 28, 36, 40, Sich. in m. *III.* Nonn. codd. om. *II.* *) Sich. *constitut*, err. typ. u) Ita paene omnes codd.; rell. codd. et edd. *aut.* Paullo post delevi uncos, quibus vv. *id est ingenua* ap. Go. et Ri. inclusa sunt. v) 8 *susc. patruelis.* 21 *susceperint naturales — noverint.* Sich. *naturaliter.* In seqq. nonn. codd. et Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. om. *unam*, item nonn. codd. exhibent *noverint.* x) Ita multi codd., Sich. Cui. 1 — Cui. 2*; Go. Ri. Ri*. *quisque.* y) Dolendum est, h. c. tantis lacunis in membrana Taurinensi hic etiam resecta deformatam esse, ut nemo facile veram legis sententiam assequi eiusque verba restituere possit. Mihi quidem multum de hac constitutione cogitanti nihil in mentem venit, quod recipiendum esse putarem. Ex W. coniecturis nulla quidem praeter primam, quae tamen Puggaeo debetur, mihi probatur; contra annotationes, quibus cum P. supplemeuta oppugnat, tum sententiam legis illustrare studet, dignae erant, quae servarentur. Ita enim primo loco disputat: „Ad sententiamtamen refero Justin. verba Nov. LXXXIX, c. 12 princ., ubi, postquam legis antec. argum. exposuit, pergit: *καὶ εἰ καθ' οἱονδήποτε τρόπον λάβοιέν τι* (sc. *νόθοι*), *εἰς τοῦτο συναιρεῖσθαι καὶ μόνον* (sc. in portionem lege definitam) · *τοῦ πλείονος ἐπὶ τοὺς ἐκ τοῦ νόμου καλουμένους ἰόντος. τοῦτο ὅπερ καὶ οἱ Θεοδοσίου τοῦ πρεσβυτέρου παῖδες, εἰ καὶ οὐ τελείως, ἐνομοθέτησαν* (*et si quocunque modo aliquid acceperint* (sc. *naturales*), *ut in hoc solum imputetur: eo quod excedit, ad eos, qui a lege vocantur, perveniente; id quod etiam Theodosii senioris filii, licet non perfecte, sanciverunt*). Jam Arcadii et Honorii duas tantum hoc titulo leges exstitisse, membrana Taurin. comprobat. Sententia autem, quam Justinianus maxime ad eos refert, quod nimirum id, quod ultra modum lege constitutum donatum aut relictum fuerit, ad legitimos heredes, (non ad fiscum) pervenire iusserint, cum sequenti legi manifeste non insit, hac sine dubio fuit comprehensa: ita tamen, ut, cum Justinianus addat, non plenam et perfectam istam sanctionem fuisse, videantur Impp. quosdam reliquisse casus, quibus fiscus legitimis praeferretur. Qui locus si Peyrono ante oculos fuisset, alia excogitasset lacunarum supplementa, vel potius, ut a nobis factum, earum indicia reliquisset.“ z) W. monet: „Cum in Cod. literae syllabam *le* sequentes rescissae sint, Peyronus scripsit: *legitimis.* Sed habent, quo me offendant haec verba: *legitimis — — praeceptis edocti, praecipimus*, quae ne hoc quidem aevo puto ferenda. Contra *legibus* (quae cj. Pu. est) *et praeceptis edocti* denuo legibus ferendis operam dare poterant. Accedit quod *genitoris* Theodosii M. *legitima praecepta* nulla de hoc argumenta adsunt, quae haud dubie hoc ipso titulo legerentur: unde, si Peyronum sequimur, de Gratiano cogitandum est, praecedentis legis ex parte saltem, auctore, qui et Theodosium M. et Arcadium in societatem imperii receperat, et, pro Impp. more, *pater* aut *genitor* dici fortasse poterat. Sed his omnibus nihil opus, si nostrum supplementum sequaris et filios ad patris de hoc argumento sententiam, sibi privatim cognitam provocare statuas, cum praesertim Theodosius anno demum CCCXCV. obierit.“ a) Ita Pu. W. de cj. P.; 1 *edoc* . . . . . |*cipimus.* b) 1 *t* . . . . |*ratur.* Supplevi *totum deferatur.* P. *t(otum infe)ratur*, quod W., quamquam ei non probatur, retinuit. Pu. et Batavi in Bijdr. l. c. p. 332 cj. *ad fiscum t(ransfe)ratur.* c) 1 *ad*, sed corr. *ab* a man. sec. d) Nova igitur sec. W. oriebantur *caduca.* Hinc igitur clara sunt verba Justiniani *οὐ τελείως*; iusserant enim hi principes ea, quae naturales percipere non possent, fisco vindicari: et certis tantum casibus, legitimis permitti. e) Peyronus (dubitante Pu.) supplet: *si nemo heres concipitur*, et interpretatur de hereditate patris ab intestato defuncti, cuius, cum solos naturales filios reliquisset, legitimus heres non ita facile praesumi atque concipi possit. Sed sec. W. inaudita est formula, et hoc sensu non latina: *heredem concipere.* Deinde neutiquam hic est de successione ab intestato cogitandum, quae naturalibus hoc aevo in bonis paternis prorsus nulla competebat, omninoque a Justiniano demum Nov. LXXXIX, c. 12 videtur esse tributa. Coniiciebat igitur W.: *si nemo adest qui excipitur*, respiciens ad personas, qui c. 2, 3 et 4 h. t. excipiuntur et fisco praeferuntur. Sed non ita haec cj. ei satisfecit, ut in contextum haec vv. recipere auderet, praesertim cum sequentia iis accommodari vix possent. Batavi ferendam esse putant W. cj., dummodo mutata interpunctione ita legatur: *praecipimus — ad fiscum t(ransfe)ratur, quod ab ipsorum persona decidit, si ne(mo adest, qui ex)cipitur*; *et omne* etc., qua cj. admissa W. sententia in annott. *y*, *d* prolata quodammodo restringitur. *) 1 *quo*, sed corr. *quod.* f) 1 *noncompetit*, sed *non* deletum est a man. sec. g) *legitima instantia* supplet Peyronus, qui putat inculcari, ne legitimis heredibus instantibus, bona vacantia denegentur. Quae sententia sec. W. huic legi non congruit; imo his vv. alter casus comprehensus fuisse videtur, quo ea, quae a naturalium persona decidant, non debeant ad fiscum in-

non negatur. *Dat. IV. Kal. Mai. Mediolani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

6. *Iidem AA. et Theodosius A.*[h] *Anthemio Pf. P.*[i] Damus patrum arbitrio, *si tamen* legitima prole careant, nec filios vel nepotes *ex filio* matremve habeant, naturales filios, quos ex qu*olibet* *) susceperint[k] contubernio, eorumve matrem[l], tres *bon*orum suorum uncias largitate prosequi, seu[m] ul*tima voluntate:* matre vero vel ceteris personis, quae ex *connubio* sunt, hoc est legitimis[n] filiis vel nepotibus ex[o] filio, v*iventi*bus vel exsistentibus, pater bonorum suorum unam t*antum* unciam naturalibus filiis eorumque *) genetrici larg*iendi aut*[p] relinquendi habeat potestatem. *Dat. Id. Novemb. Constantinopoli, Stilicone*[q] *II. et Anthemio Coss.* (405[r].)

7. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Bassum Pf. P.*[s] Natural*ium nomen* sancimus imponi iis, quos[t] sine honesta cele*bratione* matrimonii procreatos, legitima coniunctio fud*erit in luc*em; servos autem ex ancillae utero ipso iure gen*eratos*. Et quamvis per vim naturae ne illis quidem poss*it natura*lium nomen auferri, in hereditariis *) tamen cor[u] . . . .

. . . .

8. *Iidem AA.*[v] *Hierio Pf. P.*[x] *Post alia:* Naturales liberi eorumque matres nec parentum arbitrio in successionibus *) ceterisque modis, quibus rei mobilis vel immobilis dominium confirmatur, passim et sine legis distinctione congrua permittantur[y], nec[z] tamen legis[a], quae nuper lata[b] est, asperitate premantur, cum satis sit, eos secundum priorem constitutionem[c], aut exstantibus iustis liberis aut etiam non[d] exstantibus, id tantum consequi, si patris deferatur arbitrio[e], quod per eam iusta moderatione decretum est; ceteris, quae *) de eorum matribus, libertis libertinisque per novam constitutionem[f] decreta sunt, in sua manentibus firmitate. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Tauro et Felice Coss.* (428.)

Interpretatio. *Haec lex interpretatione non indiget*[g], *quia ad hoc solum intromissa est, quia posterior*

— c. 6. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 6. Cod. Just. V, 27, 2 mut. — c. 7. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 7. Fortasse coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Libertis (IV, 10). L. R. B. Tit. XXXVII. — c. 8. C. Th. c. ult. W. *c.* 8. Br. Al. eiusque codd., Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 2. Coniungenda est cum c. un. C. Th. de Om. act. imp. (II, 3), c. 8 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. 3 C. Th. de Nuptiis (III, 7), c. 4 C. Th. de Dotibus (III, 13), c. 9 C. Th. de Legit. her. (V, 1) et c. 2 Cod. Just. de Bonis quae lib. (VI, 61). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—19, 21, 33—35; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus des. in codd. 24, 30, 32, 38, 39, 43, 44; inscr. et subscr. in cod. 26; inscr. et interpr. in cod. 31; textus et subscr. in codd. 25, 28, 37, 40; solus textus om. in codd. 27, 29, 36, 42; sola interpr. in cod. 15. Ceterum h. l. codices valde turbati sunt. Etenim in cod. 26 textus h. c. extremam constituit partem interpretationis c. 4 (in Br. Al. c. 1) h. t.; in codd. 28, 36 inscriptio h. c. translata est in c. 1 sq. tit., et in cod. 40 subscr. c. 1 sq. tit. ponitur pro subscriptione h. c. De rell. ipsius textus lacunis et mendis vid. not. *a*, *d*, *e*.

ferri. Etiam Pu. dubitat, an P. cj. firma sit. Neuter, neque W. neque Pu. aliam cj. proponit. Batavi servata cj. P. verba *legitima instantia* ablativa vi accipiunt, i. e. *si legitimo modo petitur.* — Similiter in c. 2 Cod. Just. h. t. „*legitimis filiis vel matri vel ceteris successoribus iure reddatur*" et in L. R. B. Tit. XXXVII. „*ab herede legitimo legibus revocetur.*" Multa hic coniici possunt, veluti *legum sententia*, aut *legum providentia.* Ceterum sec. P. in margine folii Taurinensis (ut videtur ad v. *Constantini*) exstat scholion minutis literis descriptum, sed adeo evanidis, ut vix una et altera syllaba legi possit. h) In Cod. Just. om. *et Theodosius A.* i) Lacunas folii Taurinensis explevit P. Repetitur hac c. in Oriente, quod c. 4 h. t. in Occidente decretum erat. In Cod. Just. vv. legis hunc in modum mutata sunt: *Matre vel legitimis filiis vel nepotibus aut pronepotibus cuiuscunque sexus, uno pluribusve exsistentibus, bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque genitrici, vel si sola sit concubina semiunciam largiendi vel relinquendi habeat potestatem. Quicquid vero ultra modum concessum relictum sit, legitimis filiis vel matri, vel ceteris successoribus iure reddatur.* *) Supplevi *quolibet.* Vid. c. 4 h. t. *Si ex consortio cuiuslibet mulieris naturales susceperit.* P. Pu. W. *quaesito.* k) 1 *susceperit*, mendose. l) 1 *patrem*, mendose. m) Ita 1 et W.; male P. *sua*, quod repetiit Pu. n) 1 *legetimis.* o) 1 *seu* pro *ex*, mendose. *) W. *earumque*, mendose. p) P. supplevit *et*; idem edid. Pu.; sed rectius W. *aut.* Similiter c. 4 h. t. *donandi aut relinquendi* et in Cod. Just. *largiendi vel relinquendi.* q) 1, P. Pu. Cod. Just. *Stilichone.* In Cod. Just. om. nomen urbis. r) Spangenb. in ed. Cod. Just. apponit annum 403, mendose. s) Hic Bassus anno 426 praefectus praet. fuit, postquam anno superiore Valentinianus III. Augustus creatus est. t) 1 *inponimusquo*, addita *s* supra lit. *o* verbi *quo.* *) Pu. *heredetariis.* u) Abrumpitur hic folium quintum Taurinense, et periit postrema pars legis, ex qua W. petita esse putat, quae in L. R. B. de naturalibus ita scripta sunt: *Naturales sane, si ex ancilla nati fuerint, et non manumittantur a domino, inter hereditaria mancipia computantur.* Porro: *Inter ingenuum vero et ancillam, sive servum et ingenuam, sicuti consensus nuptias facere potest, ita nuptiae non vocantur: et qui ex his nati fuerint, deteriorem lineam secuti dominis acquiruntur.* Ceterum ex sententia W. nihil excidit inter hanc et sequentem legem, cum haec lex sequente et aliud eius caput, quod periit, constitutione 9 C. Th. de Legit. her. tollatur. Contra sentiunt Batavi in Bijdr. p. 333 propter vv. sq. legis: *nec legis, quae nuper lata est, asperitate premantur* a sententia h. c. discrepantia. Postea mutavit W. sententiam suam de c. 9 cit. Vid. infra c. 9 cit., not. *x*. v) Ita de cj. W. propter constitutionem septimam. Antea ex Br. Al., ubi c. septima omissa est, scripti erant *Impp. Theodosius et Valentinianus AA.* x) Codd. *Ierio*, *Hiero*, *Hygerio*, *Ingerio*, pauci *Hierio*. Praeterea nonn. *pū*, pro *p̄p̄o.*, alii om. *Post alia.* *) 24 om. *tres* (matres) *nec — successio.* y) 9 *permittatur.* 15 *congr. dist. perm.* z) 8 *ne.* 16 *nam.* a) 14, 33, 34 om. *distinctione — legis.* b) 19 *lecta.* 31 *q̄. nobis lata.* c) Puta c. 4 h. t. d) Locus in codd. depravatus. 9 om. *non*, 13, 14 *iustis — exstantibus* et 15 *etiam.* e) Nonn. codd. *patri def. arbitrium.* Ceterum codd. in seqq. miro modo mendose scripti sunt, quae menda hic proferre inutile est. *) Aur. Lugd. *caeterisque.* f) W. intelligit

omnibus est[h] *et priorem*[i], *quae a posteriore*[k] *damnata fuerat, confirmavit.*

TIT. VII. DE MANUMISSIONIBUS IN ECCLESIA[l].

1. *Imp. Constantinus**) *A. Osio Episcopo*[m]. Qui religiosa mente in ecclesiae gremio servulis[n] suis meritam concesserint[o] libertatem, eandem eodem[p] iure donasse videantur, quo civitas Romana*) solennitatibus[q] decursis dari consuevit. Sed hoc duntaxat iis[r], qui sub adspectu antistitum dederint[s], placuit relaxari. §. 1. Clericis autem amplius concedimus, ut, cum suis famulis[t] tribuunt libertatem, non solum in conspectu ecclesiae ac religiosi populi[u] plenum fructum libertatis[v] concessisse dicantur, verum etiam cum postremo iudicio libertates dederint[x], seu[y] quibuscunque[z] verbis dari praeceperint; ita ut ex[a] die publicatae[b] voluntatis, sine aliquo iuris teste vel interprete, competat directa libertas. *Dat. XIV.*[c] *Kal. Maii, Crispo*[d] *II. et Constantino II.*[e] *Coss.* (321.)

Interpretatio. *Qui manumittendi in sacrosancta ecclesia habuerit*[f] *voluntatem*[g], *tantum est, ut*[h] *sub praesentia sacerdotum servos suos velit absolvere*[i], *noverit*[k] *eos, suscepta libertate cives esse Romanos: nam*[l] *si clerici suis mancipiis dare voluerint libertatem*[m], *etiamsi extra**) *conspectum fecerint sacerdotum vel sine scriptura verbis fuerint absoluti, manebit, sicut civibus Romanis, integra et plena libertas.*

TIT. VIII. DE LIBERALI CAUSSA[n].

— — — — — — — — —
— — *Desunt tres constitutiones.* — —
— — — — — — — — —

4. *Imp. Constantinus A. ad Maximum Pf. U.*[o] . .
. . . .

Tit. VII. C. Th. *Tit.?* Br. Al., codd. 5—10, 12—19, 21, 24—40, 42—44, 46, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. VII.* Cod. Just. I, 13. Videtur hic tit. tribus ex legibus constitisse, quas de hoc argumento a Constantino datas esse, testatur Sozomenus lib. I. Historiae Ecclesiast. cap. IX. Prima autem periit; secunda ad *Protogenem Episcopum* ann. 316 data, nunc est c. 1 Cod. Just. h. t., tertia a Visigothis ex C. Th. hic servata est. Vid. Go. in comm. ad h. c., secundum quem prima c. in c. 1 Cod. Just. h. t. significatur vv. *Placuit iamdudum* et intra ann. 312 et 316 data est. — c. 1. Br. Al., codd. edd. Lab. *c. un.* L. R. B. Tit. III. Cod. Just. I, 13, 2. Bas. XLVIII, 14, 3. Marculfi Form. App. cap. LVI. Form. Sirm. cap. XII. L. Visig. V, 7, 2. L. Ripuar. Tit. LVIII (LX), cap. 1. Ad interpr. cf. Regino I, 406. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—19, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et part. textus in cod. 27; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 38; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 29, 32—34, 39, 42—44. De codd. 28, 36, 40 vid. c. 8 antec. tit., not. sup.

Tit. VIII. C. Th. *Tit.?* Cod. 1 sin. num. et rubr. Vid. not. *n.* Br. Al., codd. 5—10, 12—20 (vid. supra interpr. c. 2 C. Th. de Nupt. (III, 7), not. *p*), 21, 24—40, 42—44, 46, 47, 49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. P. Pu. W. *Tit. VIII.*, sed ap. P. Pu. numerus et rubr. uncis incl. sunt. In C. Th. hic tit., ut ex cod. 1 et Br. Al. perspicitur, saltem novem complexus est constitutiones, quarum quinta usque ad nonam ex edd. Cui. 1 — Be. innotuerant, quarta vero, neque tamen integra cod. 1 debetur, ex quo primum edita est a P. et Pu. una cum quinta c. et initio constitutionis sextae; tres adhuc desiderantur. W. constitutionibus in prioribus edd. receptis add. particulam c. 4 ex P. In edd. Sich. Til. hic tit. quattuor tantum complectitur constt. (5—7, 9) et om. octava, quae primum in Cui. 1 edita in omnibus deest Br. Al. codicibus, quos inspexi. Concinunt igitur hac in re codd. Br. Al. cum edd. Sich. Til. In Cui. 1 duodecim huius tit. numerantur constitutiones, quamquam revera quinque tantum sunt. Vid. tit. sq. de His qui a non dom., not. *s* et tit. ad Sc. Claudian. (IV, 11), not. *x*. Ceterum cf. ad h. t. L. Vis. VII, 2, cap. 3—8. — c. 4. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c. 4*, sed in cod. 1, ap. P. Pu. sine inscr. et initio textus. Cod. Just. VII, 16, 42. Bas. XLVIII, 20, 42.

c. 7 h. t. Vid. not. *u.* g) Ita plerique codd.; Sich. Cui. 1 — Ri*. *eget.* h) Fuit igitur c. 8 ultima h. tit. i) Go. et W. intelligunt c. 4 h. tit. Ego puto c. 6 h. t. significari propter urbem, unde utraque const. data est. k) W. intelligit c. 7 h. t.

l) 8 *ecclesiam.* 6, 7, 19 et epit. Guelpherbyt. add. *factis.* *) Cod. Just. *Idem A.*, quia secunda c. h. t. est. m) 9 *p̄o ep̄o.* In Cod. Just. v. *Episcopo* deest. Primum receptum est a Bk. et Herm. ex C. Th. n) Cod. Just. *servis*, sed codd. Pl. 1, Gt. *servulis.* o) Pluralem hic et mox in v. *videantur* recte restt. Be. et W. ex Sichardo et Cod. Just., quacum scriptura consentiunt codd. 9, 12, 14, 15, 17, 19, 21. In rell. codd. et edd. scribitur *concesserit — videatur*, praeter 6, 7, 10, 18, ubi *concesserit — videantur.* p) Ita etiam in Cod. Just. mss. Pl. 1, 2. Hal. Russ. Cont. 62. Herm., sed ms. Bg., edd. Nbg. Schf. Cont. 66 et rell. *eo iure.* *) Lab. *Romae.* Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *Rom.* q) 6—8, 10, 12—14, 16, 17, Til. *sollemnibus.* r) Plerique codd., Til. Cod. Just. *his.* Sich. *hiis.* s) Go. in not. add. *libertatem.* 6, 7, 10, 14, 16, 18 *dederit.* t) 15 *famulis suis.* u) 6—8, 12, 14, 17 *religiosi publici.* v) 15 *libertatis fructum.* Multi codd. *libertatis.* x) Cod. Just. *ded. lib.* y) Sich. Til. *sed.* z) Cod. Just. edd. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66 et seqq. edd. ante Herm. *quibuslibet*; sed mss. Pl. 1, 2. Bg. Gt., edd. Schf. Cont. 62. Herm. *quibuscunque.* a) 6—8, 10, 12, 14, 16—18, 21, Sich. Til. — Lugd. *praec. aut*, sed in m. Cui. 1 — Lugd. „*γρ. ita ut ex die publicatae,*" sine dubio ex codd., quod transiit in posteriores edd. et in nonn. codd. exstat, veluti 9, 15, 19. Cod. 14 et Lab. om. *ita.* b) 6—8, 10, 14, 16, Sich. — Lugd. Lab. *publicae*, sed Lab. in not. „leg. *publicatae.*" Vid. not. *a.* c) 15 *XIII.* 30 *VIII.* 31 *XVIII.* Numerum in Cod. Just. habent Russ. in m., Bk. Herm. d) Nonn. codd. *Crispoli*, alii om. *II.* e) 38 *Const. ā. VC. coss.* 6, 7, 10 *II. cl'. coss.* Nonn. codd. om. *II.* f) Ita plerique codd., Sich. Cui. 1 — Lugd.; *habuerint* Cui. 2 — Ri*., impr. Go. g) 6, 7 *voluntate.* h) Lab. om. *ut.* i) Go. in not.: „*Absolvat.*" k) Go. in not.: „*Et noverit.*" l) Go. in not.: „Pro *at.*" m) 6, 7, 9, 10 et multi codd. *libertates.* *) 21 in m., Sich. *etiamsi non ante consp. fuerit*, sed 21 *fecerint.*

n) Rubrica desumpta est ex Br. Al., ex quo transiit in edd., P. except., ubi: (*De Libertatis Causa*). o) Inscriptionem (sed om. *A.*) W. rest. ex Cod. Just., em. autem propter const. sq. *PF. U.*, pro *PF. P.*, quod edd. vulg. habent. W. em. tuentur codd. Bg. Montispes. H.

, ...[p]ixisset, eorum omnium iudicio fieret*) copia. Quod quidem[q] *ita*[r] interpretati sunt, ut, contractis in litem omnibus, et assert*io*nibus iam ordinatis*) et profligatis, exactisque paene iudiciis, si *qu*i earum personarum, quae in quaestione sunt, partus accidisse*nt*[s], quasi accessiones absentiae necessariae spectataeque *p*ersonae, novari tempora iuris esse affirment[t]. Sed cum ali*ud* sit abesse, aliud necdum natum esse, placuit[u] eos, qui nascuntur, matrum conditionibus et iure[v] uti, quarum mox visceribus exponuntur, neque ideo, quod natus quidam est, tempora iudicii renovari[x]. Ante litem vero[y] nati suo omnes nomine in quaestionem vocentur; quoniam hos solos, qui in lite[z] nati erunt, in omnem[a] fortunam matrum complecti oportet, et[b] aut iustis tradi dominis, aut libertate frui cum lucis au*ct*oribus[c]: cum eorum nulla propria veriorve possit esse defens*io* quam matrum. *Dat. prid. Id. Jun.*[d] *Sirmio*[e], *Probiano et Juliano Coss.* (322.)

5. *Idem A. ad Maximum Pf. U.*[f] Si quis[g] libertate utentes[h] eiusque[i] compotes inopinatos[k] in discrimen ingenuitatis adducat[l], si eos[m] forte assertio defecerit, circumductio praebeatur, assertorem quaeri[n] titulo per literas indicante[o]; ne[p] caussa[q] per silentium[r] ignoretur[s] vel absurde etiam proclametur[t]: ut, qui comperissent*), vellent[tt] asserere[u], vel cunctantes etiam cogerentur; neu[v], si assertor defuerit, vincti[x], multis eos scientibus liberos, a dominis[y] ducantur[z]. §. 1. Ideoque sancimus: si quis assertoris[a] inops atque ignotus[b], circumlustratis provinciae populis, desertus trada-

---

v) Primum et hoc quidem loco, sed sine numero apparet hic titulus in edd. Aur. et Lugd. Apud Go. Ri. Ri*. appellatur *XXIV.*, harum scilicet editionum, non Codicis Theodosiani. Non igitur audiendus est Wenckius, qui Go. reprehendit, quasi ordinem Codicis Th. hoc numero indicaverit. Quod autem hic titulus hoc loco positus est, id mihi videtur recte ab editoribus factum esse. Nam quamquam W. utriusque codicis ordinem nonnunquam discrepare dicit, haec tamen discrepantia non tanta est, ut praesumenda sit. Hic autem non video, cur Justinianum ab ordine C. Th. defecisse existimemus. Primum enim apud Justinianum sermo est de Interdictis eorumque speciebus insignioribus, quibus expositis transit deinde ad reliqua, inter quae ea sunt, quae habentur in tit. de Aedificiis privatis. Idem ordo erat sine dubio in C. Th. Certe ante tit. *Quorum bonorum* non potest hic titulus in C. Th. exstitisse; fuit ergo post tit. *Utrubi* ponendus, quas ob caussas a W. discessi, proferente eum in annotatione. Cod. Just. *De A. Privatis.* x) Aur. Lugd. Go. Ri. Ri*. (sed ap. Go.—Ri*. omm. astericis) add. *Imp. Theodosius. A* **| ** *desiderantur verba huius constitutionis.* *) Aur. Lugd. *luminum.* y) Aur. Lugd. om. *similiter.* z) Aur. Lugd. add. *Papian.* L. R. B. Go. — W. add. *secundum legem Theodosiani* (edd. ante Am. Go. — Ri*. *Theodosii*) *lib. IV. sub tit.* (P. *III.*) *de aedificiis privatorum* (Ott. A. *privatis et publicis.* W. *privatis*).

CODICIS THEODOSIANI[a]

LIBER QUINTUS.

TIT. I. DE LEGITIMIS HEREDIBUS[b].

1. *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P.*[c] Matri[d] ius liberorum non habenti, interveniente[e] licet patruo ceterisque, inter quos agnationis*) incorrupta iura per ordinem porriguntur, et[f] quicunque deinceps agnati erunt, a quibus consanguinitatis iure mater poterat excludi, placet omnium filii[g] bonorum, quotiescunque ab intestato venitur, deferri tertiam portionem; etiam[h] patruo eiusque filio et duntaxat nepoti[i], agnatione minime[k] durante, (si forte per emancipationem cuiusquam fuerit consanguinitas diminuta[l]) beneficio pari deferri[m] tertiam portionem[n], licet habeat mater ius liberorum. Nec immerito, si quando supra dicto[o] subnixa mater fuerit privilegio, agnatione dirempta[p] ultra nepotis gradum nostrum beneficium[q] minime[r] placuit extendi, ne[s], multis personis vocatis, plus ablatum matri, minus additum[t] videretur. Sive igitur unus exstiterit[u] pluresve patrui, eorumque filius aut etiam filii[v] et nepotes neptesve, non amplius quam sola tertia universorum bonorum simul omnibus[x] vel singulis pro suis quibusque gradibus[y] deferenda est. Et[z] eodem genere, si plures erunt[a], a quibus mater possit excludi, non plus quam tertia[b] bonorum matri[c] adversus omnes competere debebit. Supra dictae ergo originis exsistentibus[d] personis agnatis in infinitum, matri adversus omnes censuimus subveniendum, licet non omnibus adversus matrem, sed certis superius[e] comprehensis personis hoc auxilium tribuatur; ita ut, nec petita bonorum possessione, (quoniam huius legis, non praetoris*) est beneficium) illico, ut sibi delatae[f] portionis dies exstiterit, aditione simplici, arrepto rerum quolibet corpore, vel

---

Tit. I. C. Th., Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42, 46, 47, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* (vid. infra tit. IV, c. 2, not. *k* et tit. XIII.) Cod. Just. VI, 55—58. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Nominatur in c. 2 h. t. et in L. R. B. Tit. X. Respicit eam Just. in §. 5 Inst. ad Sc. Tert. (III, 3) et Theophilus eod. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Temp. cursu (II, 6) et c. un. C. Th. Si pend. appell. (XI, 35). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. Abrogata est per c. 7 Cod. Just. ad Sc. Tert. (VI, 56).

---

a) Til. Pu. *Theodosiani Codicis.* 15 *Lib. IV.* Vid. supra tit. de Const. pr. et ed. (I, 1), not. *e* et tit. de Jurisd. (II, 1), not. *r.* b) Ita correxi plurimorum codd. auct. Item Sich. — Lugd.; sed 21 a sec. man., Cui. 2 — W. *Hereditatibus.* c) Edd. *Pf. U.* Be. et W., praeeunte Go. aut inscr. vulg. aut subscriptionem mendo laborare putant, cum tempore, quo haec c. proposita, i. e. promulgata est, iam Valerius Maximus Basilius praefecturae urbanae dignitate functus sit. Reponi igitur iubent aut *Pf. P.* pro *Pf. U.* in inscriptione, aut alios eosque anni 317 vel 318 consules in subscr. Sed ipsi se a priori cj. revocant, quia in c. 2 h. t. et in L. R. B. l. c. Bassus expresse dicatur praefectus urbis. Quin etiam W. cj., Bassum per aliquod tempus urbanam simul cum praetoriana gessisse praefecturam, sed nullis additis argumentis. Be. denique fortasse scriptum fuisse putat *ad Basilium* (Maximum) *Pf. U.* Sed omnibus his cj. non opus est, et emendandum *Pf. P.*, quod temporis ratio flagitat et permulti optimique codices et hic et in c. 2 h. t. (vid. c. 2, not. *u*) agnoscunt, praeterea etiam rell. h. a. leges, veluti illae, quibuscum haec constitutio coniungenda est et c. 3 C. Th. de Malef. (IX, 16) habent, ubi optimorum codicum auctoritate scribitur *p̃p̄ō*, id e. *Pf. P.*, non *Pf. U.* Quod autem in L. R. B. Bassus nominatur Pf. urbis, hoc non tanti esse videtur, ut scrupulum iniicere possit, cum tot libri manuscr. *ipsius Codicis Theodosiani* nostram emendationem tueantur. Quis enim ignorat crebram siglorum *p̃p̄ō*, *ppūm*, *ppū* confusionem, postquam in unaquaque fere const. huius rei exempla e codicibus a nobis edita sunt? Cedere ergo debet L. R. B. auctoritati ipsius Codicis Theodosiani. Nam *p̃p̄ō*, i. e. praef. praet. est in codd. 8, 9, 12, 14, 17, 19, 25—28, 32—34, 38, 39, 43, 44. *publio* 10, 18. *pp̄m̄* 15, 36, 40. 29 *praepositum.* Perpauci igitur codd. cum edd. *Pf. U.* d) 15 *Patri.* e) Aur. Lugd. *intervenienti.* *) Nonn. codd. *agnitionis.* f) 15 *iura perdurant et.* 8, 10, 13, 14, 16—18, 20 *corriguntur*, sed 20 supr. lin. *porriguntur.* g) 19 *placeat o. filiis.* h) 10, 12—15, 18 *etiam* aut *et iam.* Rell. et edd. *et tam.* i) Ita 6—10, 12—14, 16—21. 15 *filio et nep. dumtaxat agn.* Edd. *filio, quam et nepoti*, minus recte propter sqq. *ultra nepotis gradum nostrum beneficium minime placuit extendi.* k) 20 *accionem enim*, sed supra lin., ut hic. l) Nonn. codd., Til. *deminuta.* m) 16 *patri deferret.* n) 19, 20 add. *et.* o) 19 *supradicta.* p) Fere omnes codd. *direpta.* q) Sich. *gradum iurium ben.* 19 *nostro beneficio.* r) 15 om. *minime.* s) 19, 20 *nec.* Mox nonn. codd. *matris* et 8 *oblatum.* t) 15 *et minus aditum.* u) 15 add. *patruus.* v) 13, 21 *eorumque filii vel etiam filiae.* 15 (om. v. *etiam*) *nepos.* Multi codd. *neptisve.* 9 *nepos nepotesve.* 20 *eorumque filios — et neptisve.* Alii codd. *filios*, crebra mutat. litt. *u* et *o.* x) Cui. 1 — Ri*. *bonorum simul, omnibus.* 21 *bon. univ.* 10, 18 om. *bonorum.* y) 20 *defensa* pro *defendenda.* 19 om. *gradibus.* z) 10, 15, 18 om. *Et.* a) 14 *erant.* b) Nonn. codd. *tertiam.* c) 16 om. *matri — in infinitum.* 18 *omnes adversus.* d) 19, 20 *debet — exstantibus.* e) 12 *matrem secretis superius.* 15 *m. sub certis.* *) 12 *petitoris.* f) 21, Sich. *ut si datae.* 9, 19, 20 *ut si delatae*, sed 20 supr. lin. *ubi.* 10,

animi destinatione patefacta, plenum dominium delatae sibi portionis consequantur[g], facultate eis perpetua, dum advixerint[h], tribuenda in adeunda concessa sibi parte successionis. Nec enim ad eos, qui eorundem successores*) erunt, nisi ipsis[i] prius, quos indulgentiae nostrae ratio complectitur[k], quaesita fuerit hereditas, transire quicquam iubemus, sed penes eos manere[l], apud quos ante istam legem residere potuisset[m]. *Dat. XIV. Kal. Jun.*[n] *Sirmii*[o], *Crispo II.*[p] *et Constantino II.*[q] *Caess. Coss.* (321.)

Interpretatio. *Si mater ius liberorum non habeat, hoc est, si ingenua tres partus vivos et*[r] *libertina quattuor non*[s] *ediderit et unicum filium intestatum fortasse*[t] *perdiderit, et filius moriens patruum unum vel plures aut certe patrui*[u] *vel patruorum filios vel*[v] *nepotes plures cum matre reliquerit, qui tamen emancipati non fuerint, mater in tertia portione in**) *filii intestati hereditate succedat, et duas partes patruus, vel si plures patrui fuerint, aut filii vel nepotes sibimet vindicabunt. Quod si mater liberorum ius*[x] *habeat, et patruus vel patrui cum matre superfuerint, etiamsi emancipati sunt*[y], *duas partes de bonis filii intestati morientis mater consequatur*[z], *quae ius liberorum habet, et tertiam patruus vel patrui: qui si defuerint*[a], *filii patruorum, quanti fuerint, aequales sibi per capita faciant portiones. Quod si filii patruorum defuerint, simili etiam nepotes patruorum*[b] *divisione succedant. Sed in hac successione sola constitutio praesens sufficit, ut inter matrem, patruos eorumque filios et nepotes bonorum possessio praesumatur; quae si**) *fortasse adita non fuerit hereditas*[c], *et hi*[d], *qui adire debuerant, moriuntur, heredes eorum a successione*[e] *non aditae*[f] *hereditatis excludit**): *quia evidenter haec lex*[g] *constituit, ut non adita hereditas non transeat ad heredes*[h].

2. *Impp. Valentinianus et Valens*[i] *AA. ad Ausonium Pf. P.* *) [k]Quia non solum filius consanguineus[l],

---

— c. 2. Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 37, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 15. Ad interpr. cf. Form. Sirm. XXIII. et Lindenbr. LIX.

---

18 *ut si dilatae.* 15 om. *sibi.* Sed vid. sequentia. g) Ita 9, 15, 19, 20, Be. de cj. Go., et W. Rell. *consequentur*, impr. W. h) 12 om. *eis.* 19 *vixerint.* Sich. Til. Cui. 1 *dumad vixerint.* Go. *dum ad vixerint.* Cf. Cuiacius, Obs. VIII, 36, quem corrigit Go. in not. h. l., et Heineccius ad Brissonium h. v. *) 20 *successiones*, sed supr. lin. *successores.* Antea 6 *suae cessionis* pro *successionis.* i) 6—8, 10, 18—20 *ipsi.* k) Restitui *complectitur*, et ita quidem habent fere omnes codd. et Be., auct. Go. pro *complectetur*, quod est in cod. 21 et ap. Sich. — Ri*.; W., cui futurum h. l. longe gravius esse videtur, iterum ed. *complectetur.* l) 20 supr. lin. *tenere.* Idem *penis.* m) Ita 7, 8, 10, 13, 14, 17, 18 et W., iubb. Go. et Be. in notis. 9 *potuisse.* Rell. *potuissent*, impr. W., nisi fortasse superius excidit v. *omnia*, ut esset *sed omnia penes eos.* Sed saepe ab imperatoribus post *quicquam* et simile pronomen collectivum ponitur pluralis; quare nec *potuissent* falsum est. n) Ita corr. et permultorum codd. fidem secutus et postulantibus constitutionibus, quibuscum haec c. iungenda est. Vulgo *PP. XIV. Kal. Jan.* 15 *IIII.* An. opt. not. ap. Go. *XV.* (Ri. *XIV.*, err.) 20 *XIII.* Go. in Chron.: „*X.* al. *XIII.*" Memorabilis est subscr. in codd. 36, 40 et ap. Sich. in m.: *XII. Kal. Maij.* o) Ita scripsi auct. codd. 13, 14, 17 et flagitantibus legibus, quibuscum hanc c. coniungendam esse dixi. Rell. codd. *Roma* aut *Rom̄.* In codd. 30, 33, 34 om. *Sirm.* Edd. *Rom.* Est ergo in codd. duplex huius c. subscr., quarum illa, quae a nobis recepta est, spectat et ad tempus et ad locum, quo data est lex, altera huc usque cognita ad tempus et locum, quo proposita est. p) Nonn. codd. *III.*, negligentia librariorum. q) 6, 7, 13, 14, 16, 17 om. *et C. II.* 8, 12 om. *et — Coss.* 10, 18 om. *et — Caess.* et 36, 40 *II.* 33, 34 *Constante* et om. *II. Caess.* 42 om. *Caess.* et 9 *Caess. Coss.* Ceterum 29, 39 *Constantio.* In cod. 15 ponitur subscr. c. sq.: *prop̄. IIII. K. Jan. Constantinopoli Valentiniano et Victore Coss.* Til. om. *Constant. II.* Ceterum Sich. — Ri*. *Caes.* 20 *cesare.* r) *et* exc. ap. Ri. Ri*., sed add. in corr. Nonn. codd. *libertinos.* s) 6, 7 om. *non.* t) 36, 40, Sich. Cui. 1 — Lugd. *fort. int.* u) Nonn. codd. *patruum.* v) 6—8, 10, 18, 21, alii om. *vel.* Nonn. codd. *filius.* *) 20 om. *in.* 21 *portione tertia.* x) Multi codd. *ius lib.* 9, 10, 18 om. *ius.* y) 20 *superstites fuerint — fuerint.* z) Sich. *acquirat*, sed Sich. in m. *consequatur.* 43 *consequitur.* a) 19, 20, 42 — 44 et alii add. *patrui.* Ceterum 43 *quod si.* b) Nonn. codd. add. *modo* post *etiam* et *in* post *patruorum.* Item mox nonn. codd. *succedunt — matrem sufficiat — et patruos.* *) 20 *quodsi fortasse addita.* c) 6 — 9, 19, 20, 42, 44, alii, Cui. 2, 2*. Go. om. *hereditas*, impr. Ri. d) Ri*. *et ii.* e) 20 *ad successionem.* 21 om. *a.* f) Nonn. codd. et hic et supra *addita, additae.* *) 6, 7 *excludi.* g) Ita plerique codd.; edd. *lex ista.* 9 om. *haec.* h) 6—8, 20, alii add. *Hic de iure addendum.* Vid. interpr. c. 3 h. t. i) 38 *Imppp. V. et Theodosius et Valens AAA.* 40, Sich. in m. *et Theodosius* post *Valens.* 32 *Valerianus et.* Be. addi vult *et Grat. A.* *) 10, 18 *auxanium praepositum.* 6, 7, 13 *auxanium.* 8 *ausanium.* 14 *auxentium.* 15 *āā. ausonio p̄p̄ō.* 16, 17, 20, 32, 38, 39, 43, Til. — Ri*. *Auxonium.* 28 *oxonium.* 33 *ausinium.* 21 *ad auxilio pf. pō.* Sich. *ad Auxilium.* Codex Rhem. sec. Go., ut nos. 20 *pf̄ū pō.* k) Authentica legis primae, sed hac ipsa obscurior interpretatio, cui videtur ansam praebuisse disputatio orta in foro, primum quidem, an praeferendi essent fratres consanguinei emancipati patruis, et deinde, an inter matrem et fratres, quos dixi, defuncti, idem ius succedendi locum haberet, quod Constantinus in lege prima huius tit. inter matrem et patruum etc. defuncti constituisset. Firmatur igitur hac lege ius fratrum consanguineorum, licet emancipatorum. Hoc verum esse huius legis argumentum, intelligitur cum ex interpretatione eius, quacum Summa Lugdunensis et reliquae Br. Al. Summae conveniunt, tum ex c. 7 h. t., qua ius illud hac lege per Orientem constitutum ad Occidentem transfertur, nexumque esse interiorem inter has leges, docet interpretatio c. 7. Et primum quidem in hac lege describitur antiquum ius, secundum quod mater excluditur a fratribus defuncti consanguineis, etiam adoptivis, neque tamen emancipatis, contra tamen a matre emancipati fratres, quod posterius hac lege corrigitur. Augetur enim ius fratrum emancipatorum, ut non solum a matre non excludantur, verum etiam, ut gradu

sed etiam[m] per adoptionem quaesitus, nulla capitis deminutione intercedente eius[n], matrem excludit; si quidem[o] patiatur mater[p] defunctorum excludi a fratribus[q] consanguineis, exsistentibus, quibus ipsa praeferatur intercedente capitis deminutione, proximior[r] gradus ineatur[s]. Nam[t] constitutio divi Constantini ad Bassum praefectum praetorio[u] emissa patrui tantummodo ius[v] antiquum temperavit, ut[x], si unus patruus seu duo pluresve sint, sive filius[y] filiive eorum usque ad nepotem exstiterint, beneficio constitutionis[z] in partem tertiam componant; de consanguineis[a] vero fratribus nullam fuisse mentionem[b] cognovimus. Evidenter[c] licet antiquo iure servato, ac divalis memoriae Constantini[d] constitutione comprobata, prospectum esse videatur a nostra clementia[e], ut[f] in[g] huiusmodi litibus, qui[h] frater consanguineus debet excludi secundum ius antiquum, praeferatur iuxta memoratam destinationem[i]; vel certe[k], si patrui persona intercesserit, usque ad nepotem ius constitutionis temperatum suum teneat robur[l] atque firmitatem. *Dat. IV.* [m] *Kal. Jan.* *) *Constantinopoli*[n], *Valentiniano N. P.*[o] *et Victore V. C.*[p] *Coss.* (369.)

Interpretatio. *Si moriatur quis et relinquat*[q] *matrem et fratrem consanguineum, id est uno patre natum vel etiam adoptivum, id est gestis ante curiam affiliatum, qui consanguinei loco habendus est, consanguineus frater vel adoptivus matrem in totum*[r] *a successione mor-*

---

proximiores una cum matre ante patruum etc. succedant in bona defuncti fratris ex mente Constantinianae legis (*ut in huiusmodi litibus, qui frater consanguineus debet excludi secundum ius antiquum, praeferatur iuxta memoratam constitutionem*). Verbo *tantummodo* indicatur caussa legis. Lex enim Constantini prospicit solis patruis eorumque filiis etc., non emancipatis fratribus consanguineis, quamquam hi proximiores gradu sint, quod iniustum videbatur. Debet igitur, pergit imperator, emancipatus, ceteroquin iure antiquo servato et Constantini lege approbata, in posterum iuxta memoratam legis Constantinianae destinationem potiore iure quam antea gaudere, ut prospectum est a nostra clementia, quae vv. videntur referenda esse ad sententiam ab imperatore approbatam eorum, qui fratrum illorum emancipatorum ius augeri voluerunt, non ad antiquiorem aliquam nunc deperditam legem. Admissa hac explicatione, quacum, ni fallor, Batavi in Bijdr. l. c. p. 340 consentiunt, removentur omnes difficultates, quae Go., Gebauerum et W. offendunt. Go., quocum Gebauerus concinit, fratres emancipatos semper excludi dicit a matre, ita ut patruus una cum matre succedat, sed cum ipse hanc sententiam absurdam esse dicat propter melius ius, quod patruis remotioribus contra fratres proximiores gradu tribuatur, non multis eam esse refutandam putavimus. Ceterum interpungendo tentavimus legem illustrare. l) Insolens appellatio filiorum, quam omnes codd. tuentur. Cuiacius Obs. XV, 36 et in Recitt. ad tit. C. ad Sc. Orphit. T. V. Opp. Posth. p. 954 ed. Fabrot. em. *frater consanguineus*, impr. quidem Go., sed probb. Batavis in Bijdr. l. c. p. 340 et W. *Filius consanguineus* sec. nonnullos esset filius matris defuncti, qui ergo simul est frater consanguineus defuncti. Sed tamen scrib. *frater*, quod etiam interpr. defenditur. Natus est error aut ex confusione siglorum similium *fi.*, *fs.* (filius) et *fr.* (frater) aut ex siglo *f.*, quod et pro *filio* et pro *fratre* in codd. scriptum inveni. 9, 20 *filios consanguineos* et mox *quaesitos*. Aur. Lugd. *consangnineus*. m) 9 om. *etiam*. n) 15 om. *eius*, non perperam. Male Gebauerus, Diss. de Success. inter ingen. iure sanguinis ab int. civ. (Exercitt. Acad. Vol. I, p. 376) v. *eius* intelligit defunctum. Sich. — Ri*. comma ponunt ante *eius*, ut *eius* sit pro *suam*. Nos posuimus comma post *eius*, referentes h. v. ad *cap. deminutionem fratris*. Be. et W. male delev. omnem interpunctionem. o) 15 *excludet* (om. *si*) *quidem*. 21, Sich. *e.*, *ut q.* Go., prob. Geb., cj. *sic idem* et Be. *sic item*, recte impr. W., cum hoc loco transitus fiat ad antiqui iuris mutationem, quare semicolon post *excludit* posui pro commate, quod in edd. est. p) 15 *matrem*. q) Sich. *excludi se*, *fratr.* Go. in not. *excl. scilicet fr.* In seqq. diverse interpungitur in edd.; Sich. Til. quidem ita: *fratr. — praeferatur, intercedente — ineatur*; Cui. 1 — Cui. 2* *fratr. c. existentibus, quibus ipsa praeferatur, int. c. diminutione, p. g. i.*; Go. — Be. *fratribus*, (Be. om. comma) *consanguineis existentibus, qui bus — diminutione, pr. gr. in.*, probb. Bijdr. l. c. W. propter pleonasmum intolerabilem, quem hac interpunctione *fratr. cons. existentibus, q.* contineri censet, ponit comma post *consanguineis* (*consanguineis, existentibus quibus*), sine dubio accommodate ad sententiam, quare eum secutus sum, ita tamen, ut etiam post *exsistentibus* perspicuitatis caussa comma ponerem. Ceterum 8 om. *quibus*. r) 12 *proximiorque*, ut Be. in not.; Go. cj. *et proximior*. s) 19, 20 *initiatur*, sed 20 supr. lin. *sinatur*. Batavi explicant *inire* per *suscipere*, *calculo subiicere*, sed nihil opus expl. t) 19, 20 add. *si*. u) 8, 9, 12, 14, 17, 19, 20 *ppō*, i. e. praefectum praetorio; 15 *ppm*, quod idem est. Rell. codd. et edd. *praefectum urbis*, sed vid. c. 1 h. t., not. *c*. v) 18 *ius tantummodo*. x) 19, 20 *t. quod*. y) Sich. *sine filiis*, impr. Ri. 9 *filios filieve*. 15, 20 *filii filieve*. 21 *sine filios*. z) 19 *beneficium constitutionem*. Sich. *compositionis*. 9, 19, 20 *componatur*. 15 *comparatur*. Edd. *componant. De.* a) 10, 18 *De sanguineis*. b) 15 *mentionem fuisse*. 16 *nulla f. mendationem*. c) Edd. ante W. *cognovimus evidenter*, (Be. *evidenter*; *l.*) *licet ant.*, sed Aur. Lugd. comma ponunt etiam post *licet*. Gebauer cj. *cogn. evidenter, sic et antiq.* et Batavi l. c. *cognovimus evidentem*; *licet*. W. *cognovimus; evidenter licet, ant.* Nos plene interpunximus post *cognovimus* et delevimus comma post *licet*. Go. prop. *evidenter. Ilicet*, novam hic sententiam inchoare putans. Be. cj. *licet, — comprobata, ut prosp. — clementia, in h.*, quam cj. his vv. confirmare studet: „Certe *ut* ab. a S. (Sich.),“ quod prorsus falsum est. Sed nihil opus est emm. Vid. supra not. *k*. d) 15 om. *Constantini*. e) Batavis l. c. haec vv. videntur ad deperditam aliquam legem referenda esse, sed vid. supra not. *k*. 19 *hac nostra*. f) 15, 19, 20 om. *ut*. 6—8, 13, 14, 16, 17 *aut*, mendose. g) 15 om. *in* et 9 *huiusmodi — secundum*. 12 *uniusmodi*. h) 15, 19, 20 *quibus*. Gebauer cj. *quis*. Mox 15 *debeat*. i) 10, 18 *destitutionem*. In m. Aur. Lugd., prob. Go. *distinctionem*, scil. utrum frater capite deminutus sit nec ne; sed rectius *destinationem*, id est ut proximior praeferatur ex mente legis. k) Pro *certe etiam*, sec. Batavos. l) 19, 20 *suum roborem teneat*. m) 9, 12, 24, 28, 29, 31, 32, 35, 42, 44, Go. in Chron. *III.* 27, 30, 33, 34, 38, 39 *XIII.* 40, Sich. in m. *V. Kal. Maij.* *) 20 *Jun.* et *Constantinopolim*, quod saepe. 42 *Mar.*, sed corr. *Janr.* n) 8 om. *Const. — et.* o) Edd. *NB. Puero.* Nonn. codd. *Val. IX. et* aut *Val. II. et*, alii om. *P.* 24 *Val. XXIII.* 6 *NOBP vero.* 20 supr. lin. *nobili praefecto*, impr. Ri. p) Permulti codd. et Til. om. *V. C.*, nonn. *V. C. Coss.* 9 *Victore VIIII.* q) Nonn. codd. *reliquerit*. r) 6—8, 20 *in toto*. Alii codd., ut 21 in m., 42, Sich. Cui. 1 — Lugd. *in tota*

tui fratris excludunt[s]. *Quod si emancipatus fuerit consanguineus aut adoptivus, et moriatur frater, superstitibus emancipatis fratribus et matre, patruos eorumque filios vel*[ss] *nepotes etiam emancipati**) *fratres evidenter excludunt: ita tamen, ut, si*[t] *ius liberorum mater habuerit, duas partes de morientis filii hereditate praesumat, et tertiam emancipati fratres, quos constat esse superstites. Quod si mater ius liberorum non habuerit, tertiam mater consequetur*[u], *et duas partes etiam emancipati filii, exclusis patruis, possidebunt.*

3. *Imppp.*[v] *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hilarium*[x] *Pf. P.*[y] [z]Quoties de[a] emancipatae filiae successione tractatur, seu[b] eam fiduciae nomen obstrinxit, seu etiam[c] nulla comitantur[d] suffragia liberorum, filiis ex ea genitis[e], etiamsi talis occasus*) avo[f] vivente contingat, intacta[g] pro solido successio deferatur, neque ulla defunctae patri matrique concedatur intestatae successionis hereditas, cum satis superque sufficiat adversus omnes legitimo gradu ad successionem venientes in hereditatibus matrum, incolumes ac superstites optabili sorte genitoris[h], successio liberorum. *Dat. XI.*[i] *Kal. Mart. Mediolano*[k], *Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

Interpretatio. *Filia, quam fiduciatam nominavit*[l], *hoc est emancipata, si intestata moriatur et relinquat*[m] *superstitem*[n] *patrem, matrem et filios, excluso patre et*[o] *matre, etiamsi ius liberorum defuncta non habeat, filii soli in eius hereditate succedunt*[p]. *Hic de iure addendum, quid sit fiducia.*

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Constantiano*[q] *Pf. P. Galliarum.* Si defunctus cuiuscunque sexus aut numeri reliquerit filios et ex filia defuncta[r] cuiuscunque sexus aut numeri[s] nepotes, eius partis, quam defuncti filia, superstes[t] patri[u], inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia*), tertia pars fratribus sororibusve[v] eius, quae defuncta est, id est filiis filiabusque eius, de cuius bonis agitur, avunculis scilicet sive[x] materteris eorum, quorum commodo legem[y] sancimus, accrescat. §. 1.[z] Quod si hic defunctus, de cuius bonis

— c. 3. Br. Al., codd. edd. *c.* 3. Cod. Just. VI, 57, 4 mut. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. — c. 4. Br. Al., codd. edd. *c.* 4. Nominatur in L. R. B. Tit. X. et XXII. Cod. Just. VI, 55, 9. Cf. Marculfi Form. II, 10 et Go. in comm. h. c. Bou. l. c. p. 761. Significatur haec lex in c. 5 h. t. et in §. 15, 16 Inst. de Hered. q. ab int. def. (III, 1). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; textus, subscr. et partic. interpr. in cod. 38; solus textus om. in codd. 27—29, 32 — 34, 36, 39, 40, 42 — 44. Subscr. et interpr. inde a vv. *Si vero* una cum indice titt. Br. Al. profertur in cod. Vat. Alexandr. 982, fol. 34[a]: quod propterea commemorandum est, quia praeter hoc fragmentum nihil ex Br. Al. in cod. Alex. reperitur. Vid. quae ap. Haub. Opp. T. II, praef. p. CXVIII sq. num. 38 ex schedis meis proferuntur.

successione. s) Sich. Cui. 1 — Lugd. *excludant.* 20 om. *excludunt — moriatur frater.* ss) Nonn. codd. *eorum qui filios filias vel.* 21 *filius*, sed in m. *fratribus eor. fil. v. nepotes vel emancipatos fratres evid.* Supra 6 *et matrem.* *) Cui. 2 — Go. *mancipati.* t) 6—8, 10, 18 et multi alii codd. *etsi.* 20 add. *mater* et om. *mater* post *liberorum.* Idem paullo post om. *esse* et *partes.* u) Multi codd. *consequitur* aut *consequatur.* v) Sich. in m. *Constantinus et Gratianus.* 40 *Imppp. Constantinus Gratianus et Th. ããã.* 20 *Val. Gr. et Th.* 38 om. *Valent.* Be. addi vult *et Arcad. A.* post *AAA.* x) Codd. 29, 33, 34, 40, 42 *Elarium.* 18 *Hillarium.* Go. in Chronol. h. a. cj. *Hypatium.* Cod. Just. *Hilarianum.* y) Cod. Just. *P. U.* Sich. *PF.* z) Lex 4 Cod. Just. hinc ita interpolata est: *Quotiens de emancipati filii filiaeve successione tractatur, filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio, neque ulla defuncti defunctaeve patri matrive concedatur intestatae successionis hereditas.* a) 16 om. *de.* b) 19, 20, Til. *sive eam.* 10, 18 om. *seu — obstrinxit.* c) 8 *eam.* d) 6—8, 10, 12—14, 18 *comitante* s. *commitante.* 20 *commitantur.* e) 16 om. *ex ea gen.* *) 12 *casus.* f) 9 *aut.* g) 16 *intactae.* 20 *intestata*, sed supr. lin. *intacta.* h) Ita corr. hunc l., quem W. insanabilem putat, auct. codd. 9, 15, 19 (sed 19 *genitos*), qui proxime accedunt ad C. Th. Referenda enim sunt haec vv. ad patrem defunctae. Incolumes sunt, qui vivunt tempore mortis filiae. Rell. codd. praeter 16, ubi *sorte gentis accessio* et edd. *geniti*, corrupte. Go. em. *Si inc. — geniti* (id est nati, vel filii) *sint*, impr. W. In m. Cui. 1 — Cui. 2* *incolumis ac superstitis optabili sorte genitoris*, impr. W., cui nonnulla excidisse videntur. Go. Ri. Ri*. uncis includ. vv. *incolumes — genitoris.* 20 *ab-tali.* i) Cod. Just. *XV.* 31 *XII.* 40, Sich. *X.* 36 om. *XI.* k) Ita plerique codd. Edd. et Cod. Just. *Mediolani.* 8 om. *Merobaude — Saturn.* et nonn. codd. *II.* 42 *Merebaude.* Go. om. numerum anni. l) 20 *Si filia q. f.* Nonn. codd. *quae fiduciata n.* 44 *fiduciata nomen habet.* Mox 8 *hoc est si int.* m) 9, 10 18 et alii *relinquant.* n) Multi codd. *superstes.* 6, 7, 20, 21 *superstites*, sec. Ri. eleganter. o) 6, 7 om. *et.* p) Multi codd. *succedant.* Seqq. des. in codd. 9, 19, 42 et aliis. 20 *hereditatem — quod sit fiduciata.* q) Multi codd., Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *Constant.* 19, 20, 32, 42, 44, Cod. Just. L. R. B., impr. W. *Constantino* s. *ad Constantnum.* 6, 7, 21 *Constantiniano.* 38 *C. Galliarum ppo.* 20 *Gallie.* 44 *Gallearum.* 9 *praes. Gall.* 15 *C. praefecto Gall.* 10 *praeposito G.* 40 om. *C. Pf. P. G.* et Cod. Just. *Gall.* Ceterum Til. *Valeninianus* et Cod. Just. *Valentinanus.* Bou. *Iidem Impp.* r) Cod. Just. *diem functa.* 10 om. *cuiuscunque — defuncta* et 18 *numeri — aut.* s) 9 *noluerit.* Mox 21 *nepotes.* t) 19, 20 *nepotes ex eius parte qua d. filia superstis.* Cod. Just. *defuncta* et om. *filia.* 8 *defunctis f.* Nonn. codd. *superstites* aut *superstis.* Ceterum 9 *eius patris.* u) 6, 7, 12, 13, 18 om. *patri.* Cod. Just. *patri in fr.* *) 8 om. *filia.* 15 *filia eadem.* v) 18 om. *sororibusve.* 15 *sororibusque.* x) 20 *si licet.* 15 *sc. et matert.* Cod. Just. *seu.* y) 19, 20 *lege.* 15 *commoda lege.* 14, 20 *quomodo lege*, sed 20 supr. lin. *commodo.* z) Tota haec §phus abest a Cod. Just., quo spectare videntur §. 16 Inst. l. c. *memoratam quidem*

loquimur, habebit ex filia nepotes, et[a] praeterea filios non habebit, sed[b] qui praeferri nepotibus[c] possint, habebit agnatos[d], in quandam*) Falcidiam et in dodrantem nepotes iure succedant. §. 2. Haec eadem[e], quae de avi materni bonis constituimus[f], de aviae maternae[g] sive etiam paternae simili aequitate sancimus; nisi forte avia elogia[h] inurenda impiis nepotibus iusta semotis[i] ratione monstraverit[k]. §. 3. Non solum autem, si intestatus avus[l] aviave defecerit[m], haec[n] nepotibus, quae sancimus, iura servamus[o], sed et[p] si avus vel avia, quibus huiusmodi nepotes erant[q], testati[r] obierint[s] et praeterierint nepotes aut exheredaverint[t] eosdem[u], et de iniusto avorum testamento, et si quae filiae poterant vel de re[v] vel de[x] lite competere actiones nepotibus deferimus[y], secundum iustum nostrae legis modum[z], quae de[a] parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. *Dat. V.*[b] *Kal. Mart.*[c] *Mediolani*[d], *Timasio*[e] *et Promoto Coss.* (389.)

INTERPRETATIO. *Si aliquis moriatur intestatus et filios vel filias superstites vel nepotes ex filia mortua derelinquat**), *filii in sua portione succedunt***); *nepotes ex filia*[f] *de portione matris suae tertiam perdunt, quae superstitibus avunculis eius et materteris*[g] *proficit. Si vero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, sed*[h] *fratrem et sororem*[i] *superstites derelinquat, tres partes hereditatis avi materni sibi nepotes vel*[k] *neptes ex filia vindicabunt, quartum frater vel soror avi defuncti*[l] *iuxta legis huius ordinem consequentur. Si vero mulier, id est paterna vel materna avia intestatu moriatur et relinquat filios et ex mortuo filio vel filia nepotes, aequaliter de patris vel*[m] *matris portione*[n] *nepotes vel neptes tertiam perdunt, quam*[o] *patruis et amitis ex aviae paternae bonis, avunculis et materteris ex aviae maternae bonis, sicut et de avi materni conquirunt. Nam si patruus et amita vel avunculus et matertera fortasse defuerint, ad fratres vel sorores aviarum**) *tres unciae et ad nepotes novem perveniant: nam in avi paterni hereditate nepotes vel neptes ex filio mortuo de patris sui*[p] *portione nihil perdunt. Si vero avus vel avia nepotes ac*[q] *neptes ex filia in testamento suo praeterierint aut non probatis*[r] *caussis exhereduverint, actio illis de inofficioso contra testamentum avi vel aviae, quae matri eorum competere potuit, legis beneficio tribuetur*[s].

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Aureliano Pf. P.*[t] Nepotes ex[u] filia avis[v] pro rata parte[x] hac conditione succedant, qua et matres[y], si viverent, hereditatem pa-

— c. 5. Br. Al., codd. edd. *c.* 5. Coniungenda est cum c. un. C. Th. Unde lib. (IV, 2). Commemoratur etiam in c. 19 Cod. Just. de Collat. (VI, 20). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. In edd. Cui. 1 — Cui. 2* haec c. appellatur *IIII.*, err. typogr.; nam sec. seriem constt. est *c.* 5.

constitutionem a nostro codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. a) Ita recte 15, Sich. W.; Til. Be. om. *et*. Rell. *sed*, incommode sec. W. b) 6—8, 14, 17 add. *si*. 15, 20 om. *sed*. c) 21, Sich. add. *non*. Nonn. codd. *possent*, quod Go. placet. d) Cui. 2, 2* *agn̄tos*, sed in corr. *agnatos*. Go. scribi vult *ii in*, scilicet *agnati*. *) 15 *agn. vim quandam*. 18 *quadam*. 19, 20 *quartam*, quod nonn. ap. Go. cj., impr. Go. et W. e) 19, 20 *succedant et haec eadem*. 15 *Haec autem eadem*. f) Cod. Just. add. *et*. g) 21, Sich. *aviae et mat.* 19, 20 *avia materna s. etiam paterna*. 15 om. *etiam*. h) 6—8, 13, 14, 16—18, 21 *delogia*, impr. Ri. 19, 20 *logia*. i) 19, 20 *iuxta se motus*. 9, 18 *se motibus*. 6—8 *semotus*. 14 *simotus*. 21 *semotos*. k) Plerique codd. *monstraverint*. Cod. Just. *dixerit* (W. cj. *duxerit*) *et hoc fuerit legibus approbatum*. Vid. Cuiac. Obs. XVIII, 17. l) 6, 7, 12, 16—18 *int. cum avus* et mox 16 *aviae d.* 19 *autem avus si cum avia intestatus d.* 20 *autem in avos si eum avia intestatus d.* m) 10, 16, 18 *defecerint*. 19 *defecerit ac*. 9 om. *defecerit*. Cod. Just. *decesserit*. n) Edd. add. *de*, sed codd. 6, 7, 10, 12—21, Cod. Just. om. *de*, prob. W. o) 20 *reservamus*. p) Nonn. codd. om. *et*. q) 15, 19, Cod. Just. *erunt*. 20 *er̄*. r) 15, 19 *intestati*. s) 20 *obviaverint*, sed supr. lin. *obierint*. t) Ita plerique codd. et Cod. Just. Rell. *exheredarint*. In Cod. Just. hic plene distinguitur et mox post v. *testamento*. u) Cod. Just. *Eadem*. v) 19 *et si qui e filiis poterint vendere*. 20 *poterint vendere*. 15, Sich. *poterunt*. Go. deleri iubet *et*, sine caussa. x) 9, Sich. Til. om. *de*. y) Ita codd., Til. et Cod. Just.; rell. edd. *deferemus*. z) Vid. pr. et §. 1 h. c. Go. etiam de c. 5 C. Th. de Inoff. test. (II, 19) cogitat. a) 19 *quae res par.* 15 supr. lin. add. *sancimis de his quae*. b) Nonn. codd. om. *V*. c) 36, 40, Sich. in m. *April.* d) Multi codd. om. *Mediol.* et 8 *Mediol. — et*. e) Nonn. codd. *Timatio*. 20 *thiadio*; alii *Thimasio* et mox *praemoto*. *) Nonn. codd. *relinquat*. **) Multi codd. *succedant*. f) Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *ex filia*. g) 42 add. *profectis*. h) 6, 7 *ex filia nepotem — et*. i) Nonn. codd. *fratres et sorores*. k) Ita plerique et optimi codd. Edd. *ac*. l) Nonn. codd. *consequantur* et om. paullo post *et* post *filios*. m) 6, 7, 20, 21, alii add. *de*. n) Nonn. codd. add. *sive*. o) Multi codd. *perdant pro patruis* aut *perdunt pro p.* Seqq. usque ad v. *tres unciae* valde depravata sunt in codd.: ut unum nominem cod. 20, qui sic: *parvis et amicis ex — bonis avunculis sicut et* (om. *de*) *avi — nam parvus et amita tres uncias* et des. *vel avunculus — aviarum*; sed supr. lin. add. *quam de patruus testamentis vel et amitis ex uviae maternae bonis sicut et de avi materni conquirunt nam si patruus. et amita et avunculis et matertera fortasse defuerint. ad fratres. vel sorores aviarum l. sorores.* 6, 7 *fortassis defuerint* (nonn. codd. *defuerunt*. Sich. *defecerint*, sed in m. *defuerint*) *ad fratres v. s. avi eorum* (ita etiam in m. Sich. Cui. 1 — Cui. 2*, impr. Ri.) *tres uncias et abnepotes*. 8 om. *avunculis — maternae bonis*. *) 21 *avi eorum*, sed in m. *aviarum*. Mox 6, 7 *abnepotes novem* et 6 *hereditatem*. p) Nonn. codd. om. *sui*. q) Nonn. codd. *vel*. r) 6, 7 *aut reprobatis — quem matri*. 42 *provocatis*. s) Multi codd. *tribuatur*. t) Vid. c. nn. cit., not. *c* et *d*. 38 *Impp. Honorius et Theodosius* ex lege sq. u) 15 *de*. v) 19, 20 *avi*. x) 20 supr. lin. *patris*. 9 *probata pateris ac cond̄*. y) 9, 12 *s. que matr.* 15 *s. quam matr.* 16 *s. qua ei matr.* 20 *s. quia et matr.* Aur. Lugd. *fratres* et paullo post *patri-*

trum sibi[z] cum fratribus vindicarent, scilicet ut mixtis matrum suarum[a] dotibus avi[b] hereditatem pro rata parte, quam lex divalis*) censuit, cum avunculis partiantur[c]; nec amplius his[d] quicquam de avitis facultatibus tribuatur, quam legis dudum latae[e] sanctio comprehendit, scilicet detracta[f] tertia partis eius, quae eorum matri, si dotem iungeret, debebatur[g]. Si vero dotem matris[h] miscere noluerint, maternis et[i] paternis facultatibus oportet esse contentos, quos constat alienae iam[k] familiae esse procreatos. *Dat. pridie*[l] *Non. Octobr. Constantinopoli*[m], *Arcadio IV. et Honorio*[n] *III. AA. Coss.* (396.)

Interpretatio. *Haec lex similis est superiori: sed hoc amplius habet, quod dotem pro filia in generum factam*[o], *vel quicquid ipsa*[p] *filia accepit tempore nuptiarum*[q], *post mortem avi intestati nepotes confundere iubet, ita ut de*[r] *dote in hereditatem*[s] *confusa duas partes de eo*[t], *quod mater eorum erat habitura, percipiant: aut, si noluerint confundere nepotes, sint acceptis tempore nuptiarum rebus vel solâ dote contenti*[u].

6. *Impp. Honorius et Theodosius*[v] *AA. Maximo*[x] *Pf. U.*[y] Ubi aviarum successio occasu[z] interveniente discutitur, capitis deminutio materna[a] quaerenda non est. Tunc enim in*) huiusmodi hereditatibus filiorum status aut[b] persona spectatur[c], quoties de eius bonis, qui[d] potestatem familiae potuit habere, tractatur. *Dat. V.**) *Kal. Octobr.*[e] *Ravennae, Theodosio*[f] *A. IX.*[g] *et Constantio*[h] *III. Coss.* (420.)

Interpretatio. *In bonis aviae emancipatio patris aut*[i] *matris nepotibus non impediat: sed perdito triente, in ea, quam lex eis tribuit, portione succedant* *).

7. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino Pf. U.*[k] Sicut mater, quae*) liberorum iure subnixa[l] est, patruo capite deminuto dare iussa est[m] tertiam portionem, ita etiam[n], quae[o] nullo huiusmodi fulcitur[p] auxilio, patruo[q] quattuor cedat unciis[r] facultatum. §. 1.

— c. 6. Br. Al., codd. edd. *c.* 6. Cod. Just. VI, 55, 10. Bas. XLV, 2, 23. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 44; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 43. In edd. Cui. 1 — Cui. 2* haec c. appellatur *V.*, err. typogr., nam sec. seriem constt. est *c.* 6. — c. 7. Br. Al., codd. edd. *c.* 7. In Cui. 1 — Cui. 2* *VI.* quidem appellatur, sed sec. seriem constitt. est c. 7 h. t. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; subscr. deest in cod. 26.

bus pro *fratribus.* z) 15 om. *hered. patr.* et 12 *sibi.* 20 *patruum sibi.* a) 15 *matr. s. mixtis.* 20 *matris suar.* b) 12, 15 om. *avi.* *) Nonn. codd. *hereditate — qua lex divalis*, scil. c. 4 h. t. c) 20 *parciatur.* Aur. Lugd. Go. *patiantur.* d) 15, 16 om. *his.* 20 *amplius is quam de.* 9 *quippiam.* e) 18 *lata.* f) 8, 10, 13, 16, 17 *scil. et detr.* 20 *detr. p. e. tertia.* g) 9 *debeatur.* 20 *iungere debeatur.* h) 6, 7, 10, 12, 13, 16, Til. *maternam.* Sich. *matres.* Mox 13, 20 *voluerint.* i) Ita multi codd. et Til.; rell. *ac.* Mox 21 *contemptos.* 15 *materna ac paterna facultate.* k) 13, 14 *aliena in fam.* 20 *alienam in familia*, sed supr. lin. *aliene etiam familie.* 16 om. *iam.* Mox 6, 7 *procreatus*, quam confusionem literarum *u* et *o* in sqq. non commemorabo. l) Nonn. codd. *II.* m) 8 om. *Const.* et *IV.* et *III.*, 36 *et Hon.*, 40 *Hon. III. AA.* et alii codd. *AA.* s. *AA. Coss.* n) 12 *Arch. III.* 31 *Arc. II.* 9, 29, 42, 44 *et theodosio.* 34, 40 *honor. IIII.* Ceterum 40 *ccss.* pro *Coss.* o) Multi codd. *facta.* 6 *pro filias — factum.* p) Ita fere omnes codd.; in edd. om. *ipsa.* Mox 21 *accipit.* q) 6—8, 13, 14, 17, 19, 20 et alii codd. add. *cum.* r) In nonn. codd. exc. *de.* s) Nonn. codd. *hereditate.* t) Multi codd. *de id*, sed 20 supra lin. *hoc.* u) Multi codd. *contempti.* v) 15 *Impp. Honorius et Archadius.* Cod. Just. *Impp. Theodosius et Valentinianus*, cui accommodatur etiam subscriptio. x) 6, 7, 10, 14, 16, 21, 37, 42, Sich. — Lugd. *Maximino*, sed Sich. Cui. 1 — Lugd. in m. *Maximo.* 20 *Maximiano et Archadio.* y) 10, 13—15, 29, 37, 39, 40, 42—44, Cui. 1 — Lugd. in m., Cui 2 — Ri*. Cod. Just. *Pf. P.* s. *P. P.*, sed leg. esse *Pf. U.*, ex inscr. ap. Gruter. p. 449, num. 7, docuit Go. et hic et in Prosopogr. Cf. etiam Amadut. l. c. p. 50, not. 2. z) Ita 9, 10, 13, 15, 18 — 21, Sich. Vid. supra c. 3 h. t. Rell. *casu.* Cod. Just. *morte.* a) Ita omnes codd. et edd., probb. Cuiacio et Glück, Intestaterbf. p. 274, not. 84, quacum scriptura sec. Cui. consentiunt Bas. l. c, ubi non modo in textu lex restringitur ad τοὺς ἀπὸ θυγατρὸς ἐκγόνους, et sequuntur verba: κἂν τὰ μάλιστα ἡ μήτηρ αὐτῶν αὐτεξουσία ἦν, μὴ ἀδικουμένοις ἐκ τῆς ἐκείνῃ συμβαινούσης καταστάσεως ἐναλλαγῆς, sed etiam in Scholiis p. 80, ubi τὸ κατὰ πόδας exhibetur, est: ἡ κάπιτις δεμινούτιων τῆς μητρὸς οὐκ ἐπιζητεῖται. Vid. Cuiac. Obs. XVIII, 17. Sed Cod. Just. *paterna.* Mirum igitur est, quod interpres Gothicus habet: *emancipatio patris aut matris nepotibus non impediat.* Go. et Löhr. (Constitutionen der Röm. Kaiser von Constantin I. — Valentinian III.) p. 93, not. 4, utrumque teneri posse censent. Sine dubio lex non integra est. 20 *diminutione.* *) Ap. Go. Ri. Ri*. om. *in*, sed add. in corr. ap. Ri. b) 8 *et.* c) Codd., Sich. Til. *exspectatur*, impr. Ri. Sed constat, in codd. *specture* et *exspectare* confundi. 20 *persone exsp.* d) 6—8, 12, 14, 16, 17, 21, Til. *si.* Sich. om. *qui.* 15 *bonis eius qui.* *) 39 *XIII.* e) 40, Sich. in m. *Novemb.* Nonn. codd. *Ravenna.* f) 8 om. *Theod. — Coss.* et 20 *A. — III.* g) 9 *nubp̃.* 24 *Nob̄.* 34 *Th. et nb̄.* 44 *nobp̃* (Nobilissimo Puero). 43 *th. ā. nuper.* 32, 39, 43 *Th. ā. montes et.* Nonn. codd. om. *IX.* h) Ita 9, 15, 19, 24, 32, 39 et Ri. Ri*. in corr., probb. Be. et W.; 42, 44 *Constante.* Rell. *Constantino* s. *Constant.* Cod. Just. *Dat. XV. Kal. Octob. Ravennae, Theodosio XIII. et Valentiniano III. AA. Coss.* (430.), sed editores posuerunt annum 420, perperam. i) Ita codd.; edd. *ac.* *) Multi codd. *mancipatio* (6, 7 *emancipati*, sed in 7 corr. *mancipatio.* 20 *et manc.*) — *impediunt* — *triante* (20 *trientem.* 6, 7 *triante*) *in ea que* (6, 7 *ea qua*) *l. eius*, mendose. k) Ita 6—8, 10, 12, 14, 17—19, 21, 27, 28, 36, 38, Sich. — Lugd. Go. in Chron. Be. W. Rell. *p̃p̃ō* s. *PP.*, sed vid. Corsinium l. c. p. 345, qui scribendum esse probat *Pf. U.* *) 10, 18 *quod.* l) 6, 7, 17, 21 *subnexa.* 20 om. *est.* Mox nonn. codd. *deminuto — tertia.* m) Nempe c. 1 h. t., quae paullo post *Constantinianae legis* nomine repetitur. 20 *tercia.* n) In m. Cui. 1 — Cui. 2* γρ. *ita ei*, impr., ut videtur, Go. o) 20 add. *in.* p) 20 *fulciatur.* 26 add. *aut.* q)

In illa quoque parte matris[s] non est privilegium transeundum, in qua Constantinianae[t] legis potissimum constitutum tenendum esse censemus[u], ut, sicuti nulli unquam vel[v] ex prioris[x] generis parte venientium vel ex consequenti sanguine probatorum[y] agnationis compositionisve[z] nomine de*) successione filii[a] iusta cum matre potuit esse contentio[b], praeterquam patruo[c], filio patrui et eius nepoti[d], ita contra omnes reliquos[e], sicut custoditum[f] hactenus arbitramur, persona potior matris[g] habeatur. §. 2. Emancipati quoque fratris merita tractamus, qui, ut agnationis iure integro matrem in totum[h] a successione filii decedentis excludit, ita capite deminutus nihil penitus consequitur[i]. Exemplo igitur patrui etiam huic cum[k] matre hanc volumus esse rationem, ut quattuor uncias hereditatis accipiat. §. 3. Laxa[l] vero decernimus sanctione, ut statuta nostra non solum futurarum ambigua quaestionum, verum etiam pendentium negotiorum hoc ordine fata discingant[m]. *Dat. III.*[n] *Kalend. Febr.*[o] *Romae*[p], *Theodosio XII.*[q] *et Valentiniano II.*[r] *AA. Coss.* (426.)

Interpretatio. *Similis est haec lex superiori, sed quia evidentior est, et istam inseruimus*[s]. *Nam illa**) *hoc amplius habet, quod et*[t] *de adoptivo filio loquitur.*

8. *Iidem AA. ad Senatum urbis Romae.**) *Post alia:* Mater[u], quae habens ius liberorum defuncto filio sine liberis[v] filiave cum eius sorore succedit[x], pari[y] sortis paternae teneatur exemplo, ut, si[z] torum priorem secundo non mutarit amplexu, omnia filii morte delata pleno iure conquirat; si vero alterius elegerit coniugium[a] mariti, extrinsecus quidem quaesita filio filiaeve*) simili firmitate possideat, rerum vero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potiatur[b], proprietatem fratribus[c] transmissura defuncti[d]. Si

— c. 8. Br. Al., codd. edd. *c.* 8. In Cui. 1 — Cui. 2* *VII.* quidem appellatur, sed sec. seriem constt. est *c.* 8. Cod. Just. VI, 56, 5 et VI, 55, 11. Bas. XLV, 1, 38 et XLV, 2, 24. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Resp. prud. (I, 4), c. un. C. Th. de Cret. (IV, 1), c. ult. C. Th. de Revoc. don. (VIII, 13), c. 9, 10 C. Th. de Matern. bonis (VIII, 18), c. un. C. Th. de Bonis, quae filiis (VIII, 19), c. 3 Cod. Just. de Legib. (I, 14), c. 7 Cod. Just. de Prec. imp. off. (I, 19), c. 5 Cod. Just. Si contra ius (I, 22), c. 18 Cod. Just. de Jure delib. (VI, 30). Vid. c. 3 C. Th. cit., not. super. Integra cum interpr. exstat in codd. 6 — 10, 12 — 14, 16 — 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 37, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 34, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26; solus textus om. in codd. 27—29, 32, 33, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

In m. Cui. 1 — Cui. 2* „*γϱ. patruus,*“ impr. Go. 8 *patrum.* r) 20, 26 *uncias.* s) 9 *patris.* 6, 7, 10, 14, 18, 20, 21 *matri.* t) 26 *Constantini.* u) 13, 19 *censuimus.* 21 *cens. ita sicut in nulli.* v) 9 om. *vel — probatorum.* x) Ita 6 (sec. Ri.), 8, 10, 12, 17 — 21, Sich. — Lugd. Go. in not.; 6, 7, 13, 14, 16 *ex priori.* Rell. et in m. Cui. 1 — Lugd. *superioris.* Mox Sich. *venientum.* y) 10, 16, 18 *probaturū.* 20 *probaturiū.* 15 *prolaturum.* 26 *procreatorum* a sec. man. z) 20, 26 *compositioni sue.* *) 10, 18 *dum.* a) 15 add. *nulla.* Nonn. codd. *iuxta.* b) 21 *contemptio.* c) 15 add. *et.* d) 9, 19 *et in eius nepote.* Etiam 6, 7, 20 *nepote.* e) Ita 6 — 8, 10, 12—14, 16—21, Sich. Til. Go. in not. Rell. *ita omnibus reliquis*; sed illud gravius atque significantius. 26 *ita constutum est hactenus.* f) Sich. *custodito hactenus, arbitr.* g) 9 *pot. patris.* 20 *pocius m.* 15 *matris potior.* 14 *personū p. m. h. et mancipate.* Sich. *pars potior m. h.* h) 15 om. *in totum.* Idem mox *decedentis filii.* i) Nonn. codd. *consequetur* s. *consequatur.* k) 26 *in totum hac — igitur* (om. *patrui*) *etiam hic cum.* l) Ita 6, 7, 10, 12 — 14, 16 — 18, 21, Sich. — Lugd. 8 *laxata.* 15 *Hac*, optime. 19 *Latam v. sanctionem.* Rell. *Lata.* Praetuli *Laxa*, id e. ampliore, propter seq. *decernimus*, quod non quadrat, si scribitur *Lata.* Mox 20 *ambiguam.* m) Ita plerique codd., Be. W. et in m. Cui. 1 — Cui. 2*, probb. Go. Ri. 10 *distringant.* 15, 18—20 *facta distinguant.* 21 *distingant.* Sich. Cui. 1 — Ri*. *distinguant*, sed Sich. in m. *discindant.* Til. *facta discinguant*, unde mendum ortum est in edd. Sich. Cui. 1. — Ri*. Fortasse *distinguant* idem est, quod distinguendo diiudicent. n) 36, 40, Sich. in m. *prid.* o) 20, 32, 33 *Sept.* p) Multi codd., Sich. — Lugd. om. *Romae.* q) Nonn. codd. *XIII.*, in aliis om. *XII.* r) 8 om. *Theod. — AA.* et 10, 18 *et Val. II. AA.* 6, 7, 15, 20, 21, 30—33, 39 om. *II.*, ut Sich. Til. aut *II. AA.* s) Nonn. codd. *est ista inseruimus.* Sich. *statuimus*, sed in m. *inseruimus.* 9 *evidenter testamento servimus.* *) Sich. om. *illa.* t) Ita plerique codd. et Sich., prob. Ri.; Cui. 1 — Lugd. cum nonn. codd. om. *et.* Rell. *Nam illa quod a. h. hoc de ad. f. loq.* *) c. 5 Cod. Just. *Senatui urbis Romae* et om. *Post alia*, ut nonn. codd. Br. Al. u) 15 om. *Mater.* Hinc petita est c. 5 Cod. Just. cit., initio tamen ita mutato: *Mater quae defuncto filio filiave* (ita enim legendum pro *filiaeve*) *sine liberis, ex testamento vel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post mortem filii vel filiae non contraxerit, omnia filii seu filiae morte delata vel derelicta pleno iure acquirat* etc. v) 16 *defunctos filios in lib.* x) Nonn. codd. *succedat.* 8 *sor. sua cedit.* y) 6—8, 12, 13, 20 supr. lin., 21, Sich. — Ri*. *patri*, perperam, etsi in edd. Sich. Til. scriptum est *succedit patri, sortis* et in Cui. 1 — Cui. 2* *succedit, patri, sortis.* *Parti* Sich. in m. Rell. codd., in m. Cui. 1 — Cui. 2* *pari sortis*, quod recte, iubente Go., Be. et W. tenuerunt. Mox multi codd. *sortes.* z) 18 *sit horum.* 19, 20 *ut si tutorem.* Mox 20 *scđm* (supra lin. *scđo*) *n. mutaret a. o. f. m. delicta* (supra lin. *re vl delata.* 19 *derelicta*) *pleno.* 21 *ut sit horum priorum n. mutaret amplexum.* a) 15 *consortium.* Cod. Just. *Sin v. alt. mar. coni. eleg.* *) Sich. *q. a filio, filiave.* 21 *filiave.* b) 9 *patiatur.* 10, 18 *potietur.* c) Ita omnes codd. et edd., sed interpretatio *sorores*, quod totius orationis contextus postulare videtur, cum in superioribus mater cum *sorore* tantum successisse dicatur. Cod. Just. *et sororibus et fratribus.* Cuiacius in Recitt. ad tit. C. ad Sc. Tertull. (Opp. Post. T. V, p. 950) reponi iubet *sorores*, probb. Go. et Be. Tentat Go. praeterea alias huius loci explicationes. Nominatos enim fuisse putat in hac quoque lege emancipatos fratres in superiore c. commemoratos, sed propter emancipationem a matre et sorore fratris successione exclusos, aut recantatam videri legem superiorem et reductam legem 2. Denique fratrum appellatione etiam sorores comprehensas fuisse existimat, quam opinionem c. 2 C. Th. de Sec. nupt. (III, 8) firmare studet, ubi filiorum nomine sorores accipiendae sint,

vero filius, qui moritur, filium vel filiam [e] derelinquit, omnimodo patri suo matrive [f] ipso iure succedant [g]. Quod sine dubio [h] et de pronepotibus [i] observandum esse censemus [k] etc. *Dat. VIII.*[l] *Id.*[m] *Novemb. Ravennae*[n], *DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.**) (426.)

Interpretatio. *Mater ius liberorum habens, mortuo filio vel filia, si superstites alias*[o] *filias habuerit, et filium*[p] *non habuerit, cum filiabus aequali sorte succedat, hoc est ut mater mediam*[q] *et filiae, quantae*[r] *fuerint, mediam vindicent portionem: ita ut si alium maritum non acceperit, portionem* *), *quam consecuta est, faciendi de ea, quod voluerit, habeat potestatem; si vero alium maritum acceperit, quicquid filius vel filia mortui*[s] *aliunde acquisitum reliquerint, mater perpetuo iure vindicet. De bonis vero prioris mariti portionem, quam ex hereditate filii morientis fuerit consecuta, sorores mortuorum fratrum sibi post matris obitum vindicabunt. Quod si filius vel*[t] *filia, qui moriuntur, matrem ius liberorum habentem superstitem dimiserint et sorores, sed tamen*[u] *filios habeant, filii eorum in integra patris vel matris facultate succedunt*[v], *ita ut mater vel sorores ab hac successione habeantur extraneae. Hoc et de nepotibus et pronepotibus filiorum lex ista constituit.*

9. *Iidem AA. Hierio Pf. P.**) Pridem latae constitutionis [x] pars quaedam [y] abroganda *) est, ne ullis parentibus aut propinquis, quos [z] naturae legisque pariter praerogativa defendit [a], in capiendis ab intestato

— c. 9. Br. Al., codd. edd. *c.* 9. In Cui. 1 — Cui. 2* appellatur quidem *VIII.*, sed sec. seriem constt. est *c.* 9. Cod. Just. VI, 24, 11. Vid. not. *h.* L. Vis. IV, 2, 11. Coniungenda est cum c. un. C. Th. de Om. act. impetr. (II, 3), c. 8 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. 3 C. Th. de Nupt. (III, 7), c. 4 C. Th. de Dotibus (III, 13), c. 8 C. Th. de Natur. fil. (IV, 6), c. 2 Cod. Just. de Bonis, quae lib. (VI, 61). Integra cum interpr. exstat in codd. 8—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 33—35; textus et subscr. in codd. 25, 40; solus textus om. in codd. 27—29, 32, 36, 38, 39, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

probante W., qui *fratres* latiore sensu pro vernaculo *Geschwister* habet, ut interpres Gothicus casum in constitutione propositum, Tribonianus veram legislatoris sententiam expresserit. Quae quamquam vera sunt (vid. l. 35 D. de Pactis (II, 14), l. 93, §. 3 D. de Leg. III), tamen hac difficultate laborant, quod non verisimile est, legislatorem, qui in reliquis huius maioris constitutionis partibus ubique expresse filios filias, fratres sorores, nepotes neptes discernit (cf. inprimis c. 9 et 10 C. Th. de Matern. bon. cit.) ceterasque personas suis nominibus enumerat, in hoc solo loco generali notione usum esse, sine ulla nominum, quibus diversum genus demonstretur, appositione. Est igitur scribendum aut ex interpretatione *sororibus* aut cum Cod. Just. *et sororibus et fratribus*, ut aliquid excidisse putandum sit. d) 6, 7, 16 — 18, 21, Sich. *transmissuram d.* Hic desinit c. 5 Cod. Just. cit. Ex sequentibus facta est c. 11 Cod. Just. cit., quae incipit: *Si matre superstite filius vel filia, qui quaeve moritur, filios dereliquerit, omnimodo* etc. 10, 18 om. *Si.* e) 6, 7, 9, 19, 21, Sich. *moritur filiave filios der.* 15 *moritur filios vel filias der.* 20 *moritur* (om. *filium vel*) *filiasque der.* 8, Til. *filiumve vel filiam der.* f) Cod. Just. add. *suae.* g) 20 *matrive proprio succ.*, sed supr. lin. *ipso* pro *proprio.* h) 15 add. *de nepotibus.* i) In m. Cui. 1. Cui. 2, 2* *et pro nepotibus*, impr. Go. et W., quamquam scriptura illa defenditur codd. 10, 18, in quibus om. *de.* In m. Aur. Lugd. *et pronepotibus.* k) Ita non impr. Ri. plerique codd., Til. et Cod. Just.; 15 *decernimus.* Rell. *censuimus* et om. *etc.*, quod etiam deest ap. Til. et in Cod. Just. l) Ita plerique codd. Vid. c. 3 C. Th. de Resp. prud. (I, 5). In cod. 13 et in c. 11 Cod. Just. cit. om. *VIII.* 24, 36, 40 *VI.* 21, Sich. — W. et c. 5 Cod. Just. *VII.* m) Nonn. codd. *Kal.* n) Multi codd., Sich. — Lugd. et c. 11 Cod. Just. cit. om. *Rav.* et mox *II.*, qui numerus deest etiam in Cui. 2 — Ri*. Ceterum ex codd. addidi *DD. NN.* *) c. 11 Cod. Just. cit. *Theodosio XV. et Valentiniano III. AA. Coss.*, id est a. 435, si unius Theodosii, sed 430, si Valentiniani consulatus spectatur. Et hunc numerum habent editores, quos severius perstringit W. l. c. pag. 278, not. *x.* 20 *Valentinianus.* o) 19, 20 *alteras.* 20 *filia superst. al.*, om. v. *si.* p) 6—8, 10, 20, 21 et alii codd. *filios.* Mox 20 *habent*, sed corr. *habuerit.* q) Sich. Cui. 1 — Lugd. *dimidiam.* r) Sich. *filii quanti.* *) Cui. 1 — Lugd. *portione.* Mox 20 *que voluerit.* s) Nonn. codd. *filia mortua* et paullo post *fuerat. Mortui* cave ne pro genitivo habeas. t) Ita scripsi auct. codd. et ipsius legis pro *aut*, quod in edd. est. 20 *post patris — filios de filia.* u) 20 *et tamen.* 6, 7 *tamen si fil.* v) Nonn. codd. *in integram — facultatem succedant.* *) Sich. *Iidem A.* Til. *Idem A.* Nonn. codd. *Ierio.* x) Non exstare hodie hanc c. omnes concedunt; sed de vestigiis eius disputatur. Et Cuiacius quidem in Obs. III, 12 et in Recitt. ad titt. D. et C. Unde vir et ux. (Opp. Post. T. IV, P. II, p. 244 et T. V, p. 703) abrogatae constitutionis laciniam esse censet legem un. Cod. Just. Unde vir et ux. (VI, 18) anno 427 ad eundem Hierium datam; contra Go., quem Glückius (Intestaterbfolge, p. 372, not. 58 secutus est) intelligi putat eandem c., ad quam imperatores in alia eiusdem legis parte (c. 8 C. Th. cit.) respexerint, cuiusque reliquiae c. 7 C. Th. de Natur. fil. (IV, 6) et c. 3 C. Th. de Libert. (IV, 10) videntur esse; c. un. Cod. Just. autem licet alia subscr. instructam ex hac c. 9 interpolatam esse. Denique W. in notis ad c. 7 cit. (vid. supra d. c., not. *u*) primum quidem cum Go. sentire non dubitavit, deinde autem in huius c. notis mutata sententia recte in Cuiacii partes transiit et propter subscriptionem c. un. *XII. Kal. Mart. Hierio et Ardaburio Coss.*, quae ad annum 427 pertinet, neque igitur ad h. c., quam fortasse praecessit, transferri potest, et propter argumentum. In illa c. coniugem superstitem etiam cum propinquis defuncti concurrentem in partem aliquam (nobis ignotam) hereditatis vocatum fuisse aucto iure, quod ex edicto praetoris competeret; in hac c. 9 sequenti statim anno ius illud nuper coniugibus tributum rursus ademptum (unde *medium breveque tempus* nominetur) et eam tantum legis partem salvam relictam esse, quae coniugem propinquis deficientibus semper fisco praeferri iuberet, Tribonianum igitur, ut saepe, duas constt. comprehendisse, ita ut subscriptionem ex priori depromeret. Ceterum nonn. codd. *dilate.* y) 6, 7, 14, Sich. Til. *quidem.* 19 *quaedam absoluta est nullis.* *) 20 *abr. est nec ullis* et supra lin. *absoluta.* z) 6, 7, 10, 13, 16, 18, 21, Sich. — Lugd. om. *quos.* a) Sich. — Lugd. *legisque pariter* (non *pari*, ut W. affirmat) *prae-*

hereditatibus praeferantur coniuges vel etiam comparentur[b]; cum, si sanctitas[c] inter eos sit digna[d] foedere coniugali, non ita laboriosa vel sumptuosa est testandi occasio, ut desiderio suo quisquam subvenire differat, quod[e] interdum ita sensu*) leviore concipitur, ut[f] antiqui nec, quod extraneis ac saepe ignotis in donationibus successionibusque tribuatur[g], coniugibus concesserint[h], reprimendum inter hos[i] potius, ut in loco ancipiti, quam incitandum favorem[k] mutuum arbitrati[l]. Verum lex alia, quam*) pridem tulimus[m], ut matrimoniis auxilium impartiret[n], deficientis hoc totum credidit arbitrio permittendum[o]. Nunc vero[p] parentibus exstantibus vel propinquis ab intestato venire coniuges prohibemus. Itaque nulla mentio prioris legis sit, si qua hoc[q] medio brevique tempore contigisse alicui dicatur coniugis[r] ab intestato hereditas; et lege*) proposita divulgetur, omnem huiusmodi spem successionis, quae ab intestato[s] defertur[t], coniugibus deponendam[u], nisi si[v] ille casus emerserit, ut nemo de propinquis successionem mortui vindicare possit ex lege, cum fisco nostro qualiacunque iura*) matrimonii praeponamus[x] etc. *Dat. X.*[y] *Kalend. Mart. Constantinopoli, Tauro et*[z] *Felice Coss.* (428.)

Interpretatio. *Haec lex id*[a] *constituit, ut omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant*[b] *et maritum similiter a successione intestatae uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi invicem, excluso fisco, maritus vel uxor succedant.*

TIT. II. DE BONIS DECURIONUM[c].

1. *Imp. Constantinus A. Rufino Pf. P.*[d] Si decurio sine liberis intestatus diem vitae solverit, cui neque voluntas*) postrema legibus fulta[e], neque alio[f] iure gradu proximo heres exstiterit, bona eius curiae suae commodis cedant, id est ordinis utilitati proficiant, cuius corpori fatali necessitate exemptus est, nulli[g] praebenda licentia postulandi haec bona ut[h] vacantia de nostra clementia, etiamsi revera et testamentum et successor deesse legitimus approbetur; omni etiam beneficio[i], si quod[k] fuerit impetratum[l], protinus infirmando. *Dat.*[m] *Kal. Decemb. Sirmio*[n], *Constantino A. V.*[o] *et Licinio Caes.*[p] *Coss.* (319.)

Interpretatio. *Si curialis intestatus moriens*[q] *neque filios neque proximos derelinquat, curia, cuius ordini subducitur*[r], *quicquid reliquerit, vindicabit, ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca a principibus postulare.*

Tit. II. C. Th. (vid. infra tit. IV, c. 2, not. *k* et tit. XIII.), Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. II.* Cod. Just. VI, 62. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Ed. Th. cap. XXVII. Integra cum interpr. exstat in codd. 6 — 10, 12 — 14, 16—21, 25; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

---

rogativa donatis, non impr. W. 6, 7 et alii codd. *legis quae.* 20 *quos natura legis quae p. pr. d.* b) 18 *comparantur.* Go. cj. *comparientur.* c) 10, 18, R. *sanctus.* d) 15 *sit digna inter eos.* Ri. *in eos*, sed corr. *inter eos.* e) 19, 20 *quod si int.* 6, 7 *quo*, mendose. *) R. *sensum.* f) 10, 18 om. *ut.* g) 6, 7, 10, 12, 16, 18, 20, 21, R. *tribuetur.* 13 *tribuitur.* 20 om. *que* post *success.* h) 14 *successerint.* 20 *cesserint.* Ex his desumpta est c. 11 Cod. Just.: „*Extraneum etiam penitus ignotum, heredem quis instituere potest.*" Putarunt Cuiacius et Go. etiam c. 29 Cod. Just. de Donatt. (VIII, 54) hinc depromptam esse, impr. W., propter diversam subscriptionem, cum c. 29 *XI. Kal. Maii* data sit et alias etiam res contineat, quae hic desint. i) 15 *eos.* k) Edidi *favorem*, quod v. habent 6—10, 12, 14 — 16, 18 — 21, R. Til. — Lugd. Cuiac. in Obs. l. c. Rell. *fervorem*, probb. Go. et W. Sich. *quam incitantium filiorum mut.*, mendose. Sed Sich. add. asteriscum in m. l) Til. *arbitratus fuerit.* Cuiac. in Obs. l. c. *arb. fuerint.* *) 6, 7, 16 *lex aliquam.* m) Intelligitur c. 2 C. Th. de Jure lib. (VIII, 17). 20 supr. lin. *colimus.* n) 6, 7, 9, 19, 20 *matrimonii aux.* et 9, 14, 15, 18 — 21 *impertiret.* Mox nonn. codd. *credit.* o) 15 *committendum.* p) 16 add. *ab.* q) 6 — 8, 12, 13, 17 *si cui hoc.* 10, 18, 21, R. *si quis hoc.* Sich. Til. *si quid hoc.* r) 10, 18 *coniugi si ab.* Sich. *aut coniuge ab.* Til. *dicatur, coniugi ab.* *) 20 *hac lege.* s) 6—8, 10, 12—14, 16—18, 21, Sich. Til. om. *hereditus — ab intestato.* Orta est lacuna ex vv. *ab intestato* repetitione. Ceterum 20 *her. hac l. prop.* t) 6—8, 10, 12, 13, 16 — 18, Til. *deferatur.* Sich. *deferetur.* 20 *deferitur.* u) 6 sec. Ri., Til. *deponendū.* Sich. *coniugibus, deponendum.* 19 *deponenda.* Aur. Lugd. *coniungibus.* v) Multi codd. om *si.* *) 21, Sich. *qualiscunque* (ita etiam Cui. 1 — Lugd., impr. Go. in comm.) *iussa.* x) 19 *praeponimus.* 20 *matrimonio praeponanī.* Sich. om. *etc.* y) 8 om. *X.* 9, 15, 19, 24, 27—35, 39, 42—44, c. 11 Cod. Just. cit. *XI.* z) 8 om. *Const. T. et.* 9, 24, 29, 30, 39, 42, 44, Til. et Reg. sec. Go. pro vulg. subscr. *Tauro et qui fuerit nuntiatus.* 28, 31, 32, 38 *Tauro vīc. Coss.* Cod. Just. l. c. *Fel. et Tauro Coss.* a) Nonn. codd. *lex haec.* 9 om. *lex id.* b) Nonn. codd. *uxores — prohibeantur.* 9 om. seqq. 20 *succedut.* Mox nonn. codd. *desunt.* c) In nonn. codd. om. v. *Bonis* et scribitur *De Curionum* (s. *Decurionum*) *idē Curialium.* Similiter in m. Aur. Lugd. *de bonis, curionum, id est, curialium.* Sunt autem vv. *idē* etc. translata ex interpretatione titulorum, de qua exponam in editione Breviarii Alariciani. 15, Cod. Just. *De Hereditatibus Dec.* d) Vid. c. 1 C. Th. de Spons. (III, 5), not. *l.* *) 15 *voluntate non falsum.* e) 9 *functa.* 16 *leg. sola.* f) Cui. 2 — W. add. *quo*, quod 6, 7, 10—14, 17, 18, 21, Sich. — Lugd. om. 8 om. *iure.* 9, 15, 19, 20 ex corr. *aliquo.* Mox 21 *cedut.* g) Nonn. codd. *exceptus est nulla.* 8 *praebendi.* 9 *privanda.* h) 6, 7, 9, 13, 14, 17, 19—21, 25, Sich. *aut*, impr. Ri. i) 19, 20 *omne etiam beneficium — infirmandum.* k) 9 *si cui.* 6, 10, 18—20 *sicut.* 15, Sich. *si quid.* 25 *adprobatur etiam omnia sicut fuerat.* l) Multi codd. *imperatum.* m) 35, 40, Sich. add. *V.* et 20, 39 *X.* n) Ita codd., Sich. — Ri*., sed 21, 40, Sich. in m. *Firmio.* Be. W. corr. *Sirmii.* o) Multi codd. om. *A. V.* aut *V.* 10 *C. p̄fecto A. V.* 15 *A. II.* 40, Sich. in m. *VII.* p) Multi codd. et Til. om. *Caes.* aut *Caes. Coss.* q) Nonn. codd. *moriatur.* r) 6, 7, 10, 18, 21, alii, Sich. *subdu-*

Quod si fecerit, non valebit: nam testamentum faciendi curialibus lex ista tribuit potestatem.

TIT. III. DE BONIS[s] CLERICORUM ET MONACHORUM.

1. *Impp. Theodosius et* *) *Valentinianus AA. ad Taurum*[t] *Pf. P. et Patricium*[u] Si quis episcopus aut[v] presbyter aut diaconus aut diaconissa aut[x] subdiaconus vel[y] cuiuslibet alterius loci clericus[z] aut monachus aut mulier, quae solitariae vitae dedita[a] est, nullo condito testamento decesserit[b], nec ei parentes utriusque sexus vel liberi, vel si qui[c] agnationis cognationisve[d] iure iunguntur vel uxor[e] exstiterit, bona, quae ad eum pertinuerint[f], sacrosanctae ecclesiae[g] vel monasterio, cui[h] fuerat destinatus*), omnifariam[i] socientur: [[k] exceptis iis facultatibus, quas forte censibus*) adscripti vel iuri[l] patronatus subiecti vel curiali conditioni obnoxii clerici vel monachi cuiuscunque[m] sexus[n] relinquunt[o]. Nec[p] enim iustum est, bona seu peculia, quae aut[q] patrono legibus debentur aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus*), aut ad curias pro tenore dudum latae constitutionis[r] sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis[s] detineri; actionibus videlicet competenter[t] sacrosanctis ecclesiis[u] reservatis, si quis forte praedictis[v] conditionibus obnoxius aut ex gestis negotiis aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actibus[x] obligatus obierit[y]:] ita ut[z], si qua litigia ex huiusmodi competitionibus[a] in iudiciis pendent[b], penitus sopiantur[c], nec liceat petitori[d] post huius legis publicationem[e] iudicium ingredi, vel oeconomis[f] aut monachis aut procuratoribus inferre molestiam[g], ipsa petitione antiquata, et bonis, quae relicta sunt, religiosissimis ecclesiis vel monasteriis, quibus dedicati fuerant[h], consecratis. *Dat. XVIII.*[i] *Kal. Jan.*[k] *Ariovindo*[l] *et Aspare*[m] *Coss.* (434.)

Interpretatio. *Si quis episcopus, vel quos lex ipsa commemorat, aut quilibet religiosi vel religiosae intestati sine filiis, propinquis vel uxore decesserint, qui*

Tit. III C. Th. (vid. infra tit. IV, c. 2, not. *k* et tit. XIII.), Br. Al., codd. 5 — 10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. III.* — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Ed. Th. cap. XXVI. Cod. Just. I, 3, 20. (Coll. eccles. const. I, 3, 20 in Voelli et Justelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1281. Balsamo, Parat. I, 2 et 4 ap. Voell. et Just. l c. T. II, p. 1249 et 1281.) Profertur etiam ap. Bou. et Lab. et meminit eius Baronius ad ann. 434, n. 14. Integra cum interpr. exstat in codd. 6 — 10, 12 — 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; particula textus, subscr. et interpr. in cod. 46; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27 — 29, 32 — 34, 36, 38 — 40, 42 — 44; subscr. in cod. 26. Fortasse coniungenda est cum c. 39 C. Th. (V, 13) et cum c. 15 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28). Vid. infra not. *k*.

---

cetur. 8 *subdicitur.* 9, 42, 44 et alii *obducitur.* 20 *subditur.* 43 *submovetur.* Multi codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. *ordini;* rell. *ordine.*

s) 13 *De Clericis et Monachis.* Multi codd. om. *Bonis*, etiam 20, ubi a sec. man. add. post *Mon.* Add. etiam in cod. 21 a sec. man. post *De.* Nonn. codd. *Aut Cler.* *) Nonn. codd. om. *et.* t) 15, 25, 36 *AA. Tauro.* u) Sich. *et Patroc.* Nonn. libri mss. et C. Th. et Cod. Just., edd. Nbg. Hal. Russ. om. *et Patr.* 20 *ppū.* Ita etiam 42 a sec. manu. v) *episc. aut* om. in Cod. Just. Nonn. codd. *vel pr.* x) Cod. Just. *seu.* 15 om. *aut diaconissa.* y) Nonn. codd. *aut.* 26 *diaconus vel cuius libet alt. loci aut diaconissa aut subdiac.* 9, 20 *subdiaconissa.* z) 12 *clerici.* 26 om. *clericus.* a) 10, 18 *debita.* Edd. Nbg. Hal. *dedicata.* 15 *religiosae vitae ded.* b) 13 *discesserit.* 20 *discesserint nec eis.* 26 *decesserint.* 9 *dec. nec et.* c) 10, 18 *si quis.* 20 *si quu.* In nonn. edd. et codd. Cod. Just. deest *si* et 26 om. *agnationis.* d) 10 *cognationi seu.* 8, 12, 17 *cognationis suae.* 20 *condicionisque.* e) Schf. *iung. vir et ux.* Nbg. *vel nec.* f) Cod. Just. *ad eum vel ad eam pertinuerunt.* g) 15 *sacrosancta ecclesia.* h) 8 *quod.* 6, 7, 10, 13, 14, 16, 17, Til. *quo.* 20 *cui fuerit distinatus.* Cod. Just. add. *forte*, deest autem in nonn. libr. mss. *) Cod. Just. add. *aut destinata.* i) Multi codd. *omnifaria* et mox *his.* 9 *ob nefariam.* k) Uncinos ad vv. *exceptis — obierit* perspicuitatis caussa primus posuit W. Sich. *socientur. Exceptis hiis.* Cui. 1 — Cui. 2* *socientur, Exc. iis.* Go. Ri. Ri*. *socientur; Exceptis iis.* Plerique codd., Til. *exceptis his.* 13 *exc. his qui fac.* 26 *exc. et fac.* *) 10, 18 *censemus.* l) Ita recte Be. et W. ex Cod. Just. restitt. pro *iure*, quod edd. et nonn. codd. habent, impr. W. m) In nonn. libris mss. et edd. Cod. Just., praeter Schf. Herm. add. *sint.* Nonn. codd. om. *monachi.* 15 om. *cuiusc. sexus.* 10, 14, 18, 19, 21, 26 *monachi vel c.* n) Contius ed. 62 add. *vel conditionis.* o) 9, 10, 14, 17—21, 26, Sich. *relinquuntur.* p) Cod. Just. *Neque.* 20 *est iustum.* q) 16 add. *in.* *) 21, Sich. *adsumptus.* r) Go. hanc c. in tit. de Decurionibus quaerendam esse censet et fortasse intelligendam c. 172 eius tit., contra W. non Theodosii sed Constantini legem, quam titulus antecedens exhibet, significari putat. 15 inverso ordine *ad curias pertin. s. c. f. pro ten. d. l. c. noscuntur.* s) Cod. Just. add. *aut monasteriis.* 20 *ab ecclesiasticis.* 26 *nosc. cur eccl.* t) 21 *competentes.* Cod. Just. *competentibus*, quod sec. Go. sine caussa nonnulli restt. u) Cod. Just. add. *vel monasteriis.* 20 *competere sacrosancte ecclesie.* v) 15 *si quis autem pr.* 26 *si quid.* Sich. *supradictis.* Mox 20 *obnoxiis.* x) Cod. Just. *actionibus*, non pr. Go., sed ms. Pl. 2 *obligationibus.* y) Nonn. codd. *obiecerit.* Seqq. des. in Cod. Just. Go. — Be. *obierit. Ita.* z) 15 om. *ita ut.* a) 9, 15, 19, Cui. 2 — Ri*. *petitionibus.* 20 *petionibus.* b) 10, 18 *pendant.* c) 9 *subeatur.* 26 *sopiatur.* d) 20 add. *aut.* e) 10, 18 *leg. supplicationem* et paullo post om. *aut* post *oecon.* f) 19 *in gr. vel colomonis.* 20 supr. lin. *dispensatoribus.* 21, Sich. *ingr., vel hac omissa, aut.* 26 *integri tivelle oec.* g) 12 *modestiam.* 20 *ipsam petitionem.* h) Nonn. codd. *fuerint.* i) 8 *X.* 9, 16, 27, 29, 31, 40, Sich. in m. *VIII.* 15, 44 *VII.* 30 *XVI.* 33, 34 *XII.* 39 *XVIIII.* 42 *VIIII.* 32 om. *XVIII.* Cod. Just. edd. Cont. 66, 71, 76. Char. Pac. Sp. *XIV.* Totam subscr. om. Hal. k) 32 — 34, 38, Anian. Rhem. ap. Go. *iun.* 40, Sich. in m. *Jul.* Puto leg. esse aut *XII.* aut rectius *XIV. Kal. Jul. Constantinopoli* et iungendam h. c. cum c. 39 C. Th. (V, 13) et c. 15 C. Th. de Ind. deb. (XI, 28), cuius igitur dies mutandus est in *XIV.* propter c. 39 (V, 13) et c. 12 Cod. Just. (XI, 61) ex c. 39 desumptam. l) 8 om. *Ariov. et*

tamen nec curiae quicquam debuerint nec patrono, quicquid dereliquerint[n], *ad ecclesias vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit. Qui si testari voluerint, habebunt liberam potestatem.*

TIT. IV. DE BONIS MILITUM[o].

1. *Imp. Constantius*[p] *A. ad Bonosum Magistrum*[q] *equitum*[r]. Universis tam legionibus quam vexillationibus[s] comitatensibus[t] seu cuneis[u] insinuare debebis, uti cognoscant, cum[v] aliquis fuerit rebus humanis exemptus atque intestatus[x] sine legitimo herede decesserit[y], ad vexillationem, in qua militaverit[z], res eiusdem necessario pervenire[a]. *Dat. V.*[b] *Id.*[c] *Maii Hierapoli*[d], *Rufino*[e] *et Eusebio Coss.* (347.)[f]

Interpretatio. *Si milites sine*[g] *legitimo herede intestati decesserint et proximos*[h] *non habuerint, eorum bona, qui in eodem officio militant, vindicabunt*[i].

— — — — — —
— — — — — —

2. *Impp. Honorius et Theodosius Anthemio Pf. P.*[k]

. . . . *ex ba*[l]rbarorum praeda et ereptis manubiis noster provincia*lis* promeruisset[m], domum suam reportaret ita, ut quoscun*que* lib*er*tate conspicuos aut servos[n] vel alias[o] traxit vel deinceps a suis sedibus hostis depulerit, si interea, eo depulso, defen*di* po*t*uerint, minime sub detestandae praedae[p] occasione t*e*nean*tur*: sed iudiciarius[q] vigor liberos quidem patriis naturalibus, ser*vos* a*u*tem dominis[r] pro recenti legis intercessione consignet. *Dat. X. Kalend April.**) *Honorio*[s] *VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

3. *Iidem AA. Anthemio**) *Pf. P.* Scyras, barbaram nationem, maximis *Hun*norum, quibus se coniunxerunt[t], copiis fusis, imperio *nostro* subegimus[u]. Ideo-

Tit. IV. C. Th. (vid. infra c. 2 h. t., not. *k* et tit. XIII.), Br. Al., codd. 1 (sin. num.), 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. P. Pu. (uncis incl.) Aeg. L. R. U. *Tit. IV.* In edd. ante P. Pu. W. hic tit. unam tantum habet const., nunc tres sunt, postquam P. const. secundam et tertiam eruit e cod. 1, in quo numerus et rubrica tit. cum constit. 1 desunt. P. Pu. exhibent c. 2 et 3. Cod. Just. VI, 62. — c. 1. Br. Al., codd. praeter 1, edd. Sich. — Be. *c. un.* W. *c.* 1. Cod. Just. VI, 62, 2. Bas. XLV, 1, 12. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. — c. 2. C. Th. *c.?* Cod. 1, P. Pu. sin. num. W. *c.* 2. Coniungenda est cum c. 30 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). — c. 3. C. Th. *c.?* Cod. 1, P. Pu. sin. num. W. *c.* 3.

Codd. *Ariavindo, Ariovendo, Ariobinda, Ariūdo,* m) 19 *Aspero.* 24 *Aspure.* 28 *Asparte.* 38, 42, 44, Til. edd. Cod. Just. ante Bk. *Aspere.* 43 *Asparti.* n) Codd. diversimode *Si qui — intestatae — patronum quicquam reliquerint.* 20 *testare vol. habeat.*

o) 8, 12, 14, 17 *De B. M. Intestatorum.* 9 *De Donis mil.* Cod. Just. *de Hereditatibus decurionum, naviculariorum, cohortalium militum et fabricensium.* p) 8, 10, 15, 18, 20, 32, 43, 44, Ri*. *Constantinus*, impr. Go. in comm. Multi codd. et Sich. — Cui. 2* *Constant.* Go. *Imp. C. AA.* Be. scribi vult *Impp. Constantius et Constans AA.* q) 8, 9, 15, 25, 26, 28, 29, 32, 42—44, Cod. Just. *Bonoso magistro.* r) 15, 25—29, 32, 34, 38, 39, 42—44, sec. Go. An. Rhem. et Til., et libri mss. Cod. Just. *militum*, non impr. Go., sed Til. *equitum.* s) Nonn. codd. *vix illacionibus* et paullo infra *vix illacione in*, mendose. t) 6, 7 *comitacensibus.* 19, 20 *comitantibus.* 15 om. *comit.* 14 *comitacinsibus.* 16 *cum ita censibus.* u) 15 *et cun.* 19, 20 *cunctis.* 9, 29 *seu cum eis.* v) Cod. Just. *ut c. cum eorum*, impr. Go. Multi codd. *ut*, x) Cod. Just. add. *si*, non mendose, ut W. dixerat. y) 29 *cesserit.* z) Cod. Just. *militavit.* 21 *in quam mil.* a) Nonn. codd. *provenire.* 20 *pertinere.* b) 8, 10, 14, 16—18, Til. Cod. Just. *VII.* 6, 7, 13 *VIII.* 19 *prid.* 27 *VI.* 20, 24 om. *V.* c) 28, 31, 32, 35, 38, 39, nonn. codd. sec. Go. *Kal.* Nonn. codd. *Maias.* d) Codd. h. l. diverse *Geropoli, Gerapoli, Hieropoli, Ariapoli, Ariopoli, Erapoli, Hieranopoli.* 8 om. *Hier. R. et.* e) Nonn. codd. *Rufo.* f) Hunc annum recte W. posuit pro 345, qui numerus habetur in edd. Go. — Be. g) Multi codd. *Milites si sine* aut *Milites qui sine.* h) Sich. *proximum.* 6, 7 *proximus.* i) Nonn. codd. *militantum dicabunt.* k) In hac c. incipit folium octavum Taurinense, quo praeter particulam huius c. et constitutionem sequentem, quae ex eo primum a P. editae sunt, continentur titulus quintus et prior pars const. primae tituli sexti. Dubitavit W. ab initio, an c. 2 et 3 h. tit. huc pertinerent, cum non de successione in bona militum, sed de praeda bello capta sermo esset; sed tamen, quia in margine folii decimi Taurinensis numerus *tit. XIII.* exstat, ex quo apparet, nullum in hac libri V. parte titulum a Breviarii Al. conditoribus omissum esse, has constitutiones h. l. posuit, probb. Batavis in Bijdr. l. c. p. 338, qui de sola successione in bona militum hunc tit. agere negant, hoc modo omnem dubitandi rationem removentes. Integram inscriptionem W. restituit ex c. 30 C. Th. cit., quae cum hac c. coniungenda est et eadem ad Orientem spectat. Imperatorum nomina iam P. et Pu. suppleverant. Ceterum nonn. constt. inter primam h. t. et hanc c. videntur periisse, quod annorum intervallum suadet. Monendum praeterea est, initio singulorum versuum in folio Taurinensi resectas literas et syllabas in constt. 2 et 3 ab editoribus suppletas et inclinatis literis a me indicatas esse. l) P. Pu. tale supplementum praemittunt: (*concessum est, ut quidquid ex ba*)*rbarorum*, non impr. W., modo v. *ita*, quod sequitur, accipias pro *ita tamen.* Contra Batavi l. c. p. 342 supplementum requirunt, quo v. *ita* suam notionem retineat. Notio restrictiva v. *ita* minuitur, si ponitur comma post *ita.* Potest igitur locus fortasse ita restitui: *Militaribus commodis prospicientes concessimus, ut, quicquid ex barbarorum — reportaret ita, ut.* P. Pu. *reportaret. Ita.* m) 1 *promeruisse.* n) Ita recte P. pro eo, quod cod. 1 habet: *conspicuusautservus.* o) 1 *aliam.* P. Pu. *olim*, sed rectius W. *alias*, quod et ad codicis scripturam et ad sententiam legis propius accedit. p) 1 *praede*, sed ponitur *a* supra *e.* q) 1 *iudicarius*, sed ponitur *i* supra *a.* r) 1 *dominos.* *) Add. *Constantinopoli.* s) Pu. *Honoris*, mendose. *) Literas *Idem AA. A* in cod. 1 avulsas rest. P. t) 1 *coniunxe-*

que damus omnibus copiam[v], ex praedicta *gen*te hominum[x] agros proprios frequentandi*), ita ut omnes *sciant*[y], susceptos non alio iure quam colonatus apud se futu*ros*: *n*ullique licere ex hoc genere colonorum ab eo, cui se*mel* attributi fuerint, vel fraude aliquem abducere[z] vel *fugi*entem suscipere, poena proposita, quae recipientes *alienis* *) censibus adscriptos vel non proprios colonos in*sequi*tur. Opera autem eorum terrarum domini libera *utantur*[a]; ac nulli subacta peraequationi vel censui *subi*aceant[b], nullique liceat, velut donatos[c] eos a iure census *in* servitutem trahere urbanisve obsequiis addicere. *Porro*[d] intra biennium suscipientibus liceat, pro rei frumen*tari*ae angustiis, in quibuslibet provinciis transmarinis *tan*tummodo eos retinere et postea in sedes perpetuas *col*locare[e], a partibus Thraciae[f] vel Illyrici habitatione eorum *peni*tus prohibenda et intra quinquennium duntaxat intra *eius*dem provinciae fines coram traductione, prout libue*rit*, concedenda, iuniorum quoque intra praedictos[g] viginti an*nos*[h] praebitione cessante. Ita ut[i] per libellos sedem tuam ad*euntibus*[k] his, qui voluerint, per transmarinas provincias eorum *distri*butio fiat. *Dat. prid. Id. April. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA.*[l] *Coss.* (409.)

TIT. V. DE POSTLIMINIO[m].

1. *Imppp. Valentinianus*[n], *Valens et Gratianus*[o] *AAA. ad Severianum Ducem*[p]. Si quos[q] forte[r] necessitas captivitatis abduxit[s], sciant, si non transierunt[t], sed hostilis[u] irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare[v] debere[x] recepturos iure postliminii ea, quae[y] in agris vel mancipiis[z] ante tenuerunt, sive[a] a fisco nostro possideantur, sive[b] in aliquem principali liberalitate transfusa sunt. Nec[c] timeat quisquam alicuius contradictionis moram, cum hoc solum requiren-

---

Tit. V. C. Th. (vid. tit. antec. c. 2, not. *k* et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 1 (sin. num. et rubr.), 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. P. Pu. (uncis incl.) W. *Tit. V.* Cod. Just. VIII, 51. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1. L. R. B. Tit. XLI. Cod. Just. VIII, 51, 19. Ad interpr. vid. Capit. (Ben. Lev.) VII, 229. Integra exstat in cod. 1 et cum interpr. in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; solus textus om. in codd. 25, 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

---

runt, quod non falsum est. Edd. *coniunxerant.* u) 1 *maximis* | . . . . . *norum* etc. P., quem secutus est Pu., *maximis* (*tyran*)*norum*, impr. W., cum nullus tunc tyrannus (significatione vocabuli illi tempori propria, vid. tit. VI. sq.), nedum plures Orientem infestaverint. Restituit igitur W. auctt. Zosimo lib. IV, c. 34, lib. V, c. 22 et Sozomeno in Hist. eccl. lib. IX, c. 5 *Hunnorum*, quod etiam Batavis l. c. p. 342 probatur et mihi aeque. Longiorem hac de re disputationem cum ipsis antiquorum testimoniis vid. ap. P. p. 122 sq., W. p. 284 sqq., not. *s.* v) 1 *copia.* x) 1, P. Pu. *hominum.* W. propter pleonasmum corr. *hominibus. Frequentare* enim *hominibus agros* esse, agros receptis hominibus reddere frequentes, et ita intelligendas esse c. 19 C. Th. de Petitt. (X, 10) et c. 18 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27). Sed tamen ferri potest codicis lectio, modo *ex praedicta gente hominum* accipiatur pro *ex praedicto hominum genere.* *) Cf. ad h. l. Car. de Savigny, über den römischen Colonat (Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. VI, p. 317 sq.) et Bijdr. l. c. p. 343. y) Ita suppl. P. z) 1 *fraudemaliquaobducere.* P. Pu. *fraude aliqua abducere*, sed cum substantivum deesset v. *abducere* iungendum, recte W. emend. *fraude aliquem abducere.* *) Ita suppl. P. et mox in v. *insequitur* literas *sequ.* a) 1 *libera* | . . . . . *ac* etc. P. Pu. *libera* (*esse sciant*): *ac.* Melius W. suppl. *utantur.* b) 1 *acnullussubactaperaequationevelcensui* | . . . . *ace.nt*, quod P., quem Pu. secutus est, tenuit, modo *sub acta* scribens et (*subi*)*aceat*, cuius supplementi prior pars ut obscura W. displicet, cum non sit, quo referatur *sub acta* et quomodo ferendum sit *peraequatione vel censui.* Recte igitur W. cum palimpsesto ed. *subacta*, id est agri inculti, iam per colonos aratro subacti, quemadmodum *arva subigere* dicuntur coloni infra c. un. C. Th. Ne coloni inscio dom. (V, 11). Fortasse leg. *nullius.* c) 1 mendose *donator.* d) Ita suppl. P. e) 1 *sedesperpetuae* | . . . . . . *ocare.* P. Pu. W. edd. *sedis perpetuae fundo locare.* Ego recepi cj. Batavorum in Bijdr. l. c. p. 344 propos. f) 1, P. *Trachiae.* Pu. *Traciae.*

g) Id est praescriptos, lege definitos, in ipsa colonorum concessione constitutos. Vid. W. ad h. l. p. 288, not. *n* et Dirksen, Beiträge zur Kunde des Röm. R. (Lips. 1825. 8.) p. 269—271. Vid. not. sq. P. sibi non constitit in explicando hoc loco. Nam in notis quidem: *Ergo haec lex* inquit *pars est longioris constitutionis*, in comm. autem dominum dicit, qui tironem militiae conferre debuerit, potuisse offerre Scyram, modo eius aetas non excederet annum vigesimum, quod utrumque W. argumentis validis impugnat. h) 1 *an* | . . . . *raebitione.* P. Pu. W. suppl. *annos.* Batavi l. c. p. 344 legi volunt *annorum*, sed tum non est, cui iungatur *praedictos.* i) Recte W. plene interpunxit post *cessante* pro commate, quod ap. P. et Pu. est. k) 1 *tuamade* | . . . . . *his.* P. Pu. suppl. *ade*(*ant*; *et*) *his.* W., probb. Batavis l. c. p. 344 *adeuntibus.* l) 1, P. Pu. om. *AA.*

m) Plerique codd., Sich. Til. add. *id est post captivitatem regressis* (20 *regressi*), alii *id est post* (s. *per*, ut An. Rhem. ap. Go.) *captivitatem reversis.* Utrumque ex interpr. titt. huc translatum est. Cod. Just. *De postl. reversis et redemptis ab hostibus.* n) 21, Sich. Cui. 1 — Cui. 2* add. *et.* 34 om. *Valens.* o) Vid. c. 6 C. Th. de Vectig. (IV, 12), not. *x.* Cod. Just. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius ad Severinum D.*, non accommodate ad subscr, quae in vulg. edd. est et impr. Go. p) 15 *Severiano Duci.* 40 om. *ad S. D.* An. Rhem. ap. Go. *Severinum.* q) 20 *quis*, sed corr. *quos.* r) 19 *forsitan.* s) 9, 10, 12, 29, Aur. Lugd. *adduxit.* 15 *abduxerit* et om. *sciant.* 19 *abd. an si.* t) 16, Cod. Just. *transierint.* u) 29 *sed hos lites.* v) Cod. Just. add. *se* et 15 *sciant se*, non male. Sed rell. codd. omnes, etiam Taurin. om. *se.* Pu. err. *fertinare.* x) Delevi cum P. Pu. W. comma, quod hic in prioribus edd. et in cod. Just. ponitur, ne abesset accusativus iungendus cum infinitivo. y) 9, 12 *postlim. aequo.* Nonn. codd. *postliminium.* 1, P. *postlimini.* z) Cod. Just. add. *seu aliis rebus.* a) Cod. Just. *etsi a. f.* b) Cod. Just. om. *sive in al. — transfusa sunt.*

dum sit, utrum[d] aliquis cum barbaris voluntate fuerit, an coactus. *Dat. XVI.*[e] *Kalend.*[f] *Jul.*[g] *Remis*[h], *Gratiano A.*[i] *et Dagalaipho*[k] *Coss.* (366.)

Interpretatio. *Quicunque necessitate captivitatis*[l] *ducti sunt et non sua voluntate, sed hostili depraedatione ad adversarios transierunt, quaecunque in agris vel*[m] *mancipiis antea tenuerunt, sive a fisco possideantur, sive aliquid ex his per principem cuicunque donatum est, sine ullius contradictione*[n] *personae, tempore, quo redierint, vindicent ac praesumant, si tamen cum adversariis non sua voluntate fuerint, sed captivitate se detentos*) esse probaverint.*

2. *Impp Honorius et Theodosius AA. Theodoro*[nn] *Pf. P.* Diversarum homines provinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, aetatis*), quos barbarica feritas captiva[o] necessitate transduxerat[p], invitos[q] nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. §. 1. Quibus si quicquam in usum vestium vel alimoniae[r] impensum est, humanitati sit[s] praestitum, nec maneat victualis sumptus repetitio[t]: exceptis iis[u], quos barbaris vendentibus emptos esse docebitur, a quibus[v] status sui pretium, propter utilitatem publicam, emptoribus aequum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari[x] faciat emptionem, decet redemptos aut datum pro se pretium[y] emptoribus restituere aut labore, obsequio[z] vel opere quinquennii vicem referre[a] beneficii, habituros incolumem, si in ea nati sunt, libertatem[b]. §. 2. Reddantur igitur sedibus[c] propriis sub moderatione, qua[d] iussimus[e], quibus iure postliminii etiam veterum responsis[f] incolumia cuncta servata[g] sunt. §. 3. Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsistere actor[h], conductor procuratorque[i], dari se metallis cum poena deportationis non ambigat; si[k] vero possessionis dominus[l], rem suam fisco noverit[m] vindicandam[n] seque[o] deportandum. §. 4. Et ut facilis exsecutio proveniat[p], Christianos[q] proximorum locorum volumus huius[r] rei sollicitudinem gerere[s]. Curiales quoque proximarum

— c. 2. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Desumpta est, sed multis mutt. aut omm. ex const. XVI. Sirmond. (ap. Ri. in append. C. Th. T. VI, part. alt., p. XII). Ed. Th. cap. CXLVIII. Cod. Just. VIII, 51, 20. Bas. XXXIV, 2, 20. Cod. Just. I, 4, 11. Concil. Hispal. II, can. 1. Fortasse coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Lit. cust. (VII, 16), c. 25 C. Th. de Petition. (X, 10), c. 8 Cod. Just. de Episc. aud. (I, 4) et cum c. 3 Cod. Just. de Commerciis (IV, 63). Vid. infra not. *g*. Integra exstat in cod. 1 et cum interpr. in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49: inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

18 *in aliquam.* 20 *in aliqua.* c) 19 *Ne.* 20 *quicquam.* d) Cod. Just. add. *forsitan.* e) 1, P. Pu. *XII.* 9, 29, 42, codd. ap. Go. *XVIIII.* 15, 19, 20, 27, 28, 31, 32, 39, 40, 43, codd. ap. Go., Sich. Cui. 1 — Cui. 2* in m. *XVII.* 20 *XV.* 24, 30, 33 *XVIII.* 34 *VIIII.* 8 om. *XVI.* et mox *Remis.* Cod. Just. *V.* f) Til. *Gal.* g) Sec. Go. omnes codd. *Jun.*, quod non verum est et tantum de codd. 32, 34, 42, 43 dici potest. 28, 31, 38 *Jun.* 20 *feb.*, impr. P. Go. prob. *Jun.* h) 9, Cod. Just. *Romae*, impr. Go. 6 *Primis.* i) Be. W. sec. Go. in Chron. p. LXXIX. et LXXXI. ed. Ri. (vid. etiam Reland. l. c. p. 419) rep. volunt *N. P.*, omisso in inscr. *Imp. Gratiano A.*, sed etiam Taur. habet *Gr. A. et*, quamquam minus recte. Nonn. codd., Til. Cui. 2 — Be. add. *I.*, impr. Go. et W., et 20 *II.* Hal. in Cod. Just. *Grat. A. V.* (sic etiam Spangenb.) *et Theodosio Coss.* (380.), quod congruit cum inscr. in Cod. Just. k) Codd. *Dagalaifo* sive *Dagaleifo.* Illud est in edd. Sich. — Ri*. P. et Cod. Just.; Pu. *Dagalaiso.* 13 add. *II.* Nonn. codd. om. *et Dag.* l) 20 *captiv. necess. d.* m) Multi codd. add. *in.* 20 *sive in.* n) 6—8, 10, 18, alii *conditione*, reprehendente Ri. *) 20 *detentos se.* nn) 25 *Theodosio.* 40 *AA. et Th. ppo.* Nonn. codd. *praeposito.* *) Nonn. codd. *condiciones* aut *aetates.* o) 14 *captivas.* Cod. Just. *captivitatis nec.* Const. Sirmond. cit. *barbaricae feritatis discursus.* p) Ita 1, const. Sirmond. cit. P. Pu. W. Rell. *transvexerat.* q) 1 *invito.* Multi codd. *invitus.* Ceterum v. *invitos* in cod. 20, ed. Til. Sirmond. const. cit. et in Cod. Just., quem P. Pu. secuti sunt, iungitur seqq. vv. *nemo retineat*, ut apud nos; rell. trahunt *invitos* ad *transduxerat*, quod W. elegantius dicit ad discernendos captivos a transfugis: sed maior est vis, si sibi opponuntur *invitos* et *redire cupientibus.* r) 1 *alimonia.* s) 6, 7, 10, 14, 18 *humanitatis id.* 20 *humanitate.* 21, Sich. *praestitutū.* t) Nonn. codd. *victuali.* Ceterum haec vv. fusius leguntur in const. Sirmond. cit. u) Codd., P. Pu. Til. *Exc. his.* Sich. *hiis.* 1 *exc. his b. quos*, mendose. v) 15 *vend. constat emptos esse a quibus* et ponitur bis v. *status.* 21 *esse emptos.* 20 *emptus.* x) Sequuntur multa in const. Sirmond., quae hic omissa sunt. 1 *negare*, ut alii codd., quod W. sine ratione vitiosum esse dicit. y) 20 *de cetero redemptus aut dato pro se pretio.* 19 *duto pro se pretio.* z) Sich. Cod. Just. *laboris obsequio.* 15 *labore et obsequio.* a) 1 add. *ri.* 15 *beneficiū — incolume.* 20 *beneficio habiturus.* b) Ita 1, const. Sirmond. cit. Cod. Just. P. Pu. W., sed 1 *libertate.* 9 *incol. in ea in qua n. s. libertati.* 15 *inc. in ea qua n. s. libertate.* 6—8, 14 *si in ea in qua n. s. libertate.* 10, 12, 17 *inc. in ea qui nati sunt libertate.* 13, 19—21, 29 *inc. si in ea qua n. s. libertate* (21 *libertatem*). Sich. *inc., eum in qua nati sunt libertatem.* Til. — Be. *inc. eam in qua n. s. lib.* Sequuntur complura in const. Sirmond. cit., quae hic desunt. c) 13 *de rebus.* Sich. in m. Cod. Just. *aedibus*, impr. Go. 20 *in sedibus.* d) Cod. Just. *quam.* e) 1 *iusiussimus*, mendose. 19 *iuss. quove iure.* f) Vid. tit. Dig. de Captiv. et postl. rev. (XLIX, 15). g) 12 *conservata.* Cod. Just. *servanda sunt*, impr. W. 20 *revocata.* Sequuntur multa in const. Sirmond. cit., quae hic desiderantur. Ceterum seqq. fusius scripta sunt in eadem const. Sirmond. h) Multi codd. *auctor.* i) 1, 15 om. *que*, non male. k) 15 *dare — ambigant si.* Cod. Just. *sin.* l) 20 add. *est.* m) 15, 20 *noverit fisco.* Cod. Just. *a fisco.* n) 1 *domini — noverint-vindicando.* o) 19, 20 *seu*, sed corr. *seque.* p) Cod. Just. *perveniat.* q) 1 *christianus.* 10, 18 *christiano.* 19, 20 *christianis*; mox 20 *curialis.* r) Cod. Just. *haiusmodi.* s) Formata est ex hac legis particula c. 11 Cod. Just. de Episc. audientia (I, 4): *Christianos proximorum locorum volumus sollicitudinem gerere, ut Romanos captivos, qui reversi fuerint, nemo teneat,*

civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus caussis sciant, legis[t] nostrae auxilium deferendum; ita ut noverint rectores[u] universi[x], decem libras auri a se et tantundem a suis[y] apparitionibus[z] exigendum[a], si praeceptum[b] neglexerint. *Dat. IV.*[c] *Id.*[d] *Decemb.*[e] *Ravenna*[f], *Honorio*[g] *VIII. et Theodosio III.*[h] *AA.*[i] Coss. (409.)

Interpretatio. *Ili*[k], *qui ab hostibus tempore captivitatis ducti sunt, si ab aliquibus vel ad victum vel ad vestitum* *) *aliquid acceperunt, cum redire ad propria voluerint, minime aliquid*[l] *pro eorum requiratur expensis. Tamen si*[m] *pretium pro captivo suo praedator acceperit, quod dedisse*[n] *emptor probaverit, sine dubitatione recipiat. Quod si pretium non habuerit, quinquennio*[o] *serviat captivus emptori et post quinquennium sine pretio ingenuitati*[p] *reddatur, qui, cum ad*[q] *propria redierit, omnia sua integra et salva recipiat*[r]. *Si quis itaque* *) *huic tam iustae praeceptioni resistere tentaverit, noverit se in*[s] *exsilio deputandum*[t]*: si vero possessor fuerit, facultatem suam*[u] *fisci viribus addicendam. Sane Christianos, qui redemptioni studere debent, pro captivis volumus esse sollicitos. Ad curiales etiam ista sollicitudo*[v] *pertineat, ita ut omnes iudices sciant, decem libras*[x] *auri fisco se daturos* *), *qui huius legis praecepta neglexerint.*

TIT. VI. DE INGENUIS, QUI TEMPORE TYRANNI[y] SERVIERUNT.

1. *Imp. Constantinus A. ad Volusianum*[z]. Universi devotionis studio contendant, si quos *) ingenuis natalibus procreatos sub tyranno ingenuitatem amisisse[a], aut propria[b] contenti *) conscientia, aut aliorum indiciis[c] recognoscunt, natalibus[d] suis restituere, nec exspectata iudicis interpellatione[e]. Nam si quis contra[f] conscientiam suam vel certissima testimonia plurimorum in eadem avaritiae tenacitate[g] permanserit, severissima[h] poena mulctabitur. Placet autem[i], etiam eos periculo subiugari[k], qui scientes ingenuos servitutis[l] necessitatem per iniuriam[m] sustinere, dissimulant. *Prop.*[n]

Tit. VI. C. Th. (vid. supr. tit. IV. h. l. c. 2, not. *k* et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 1 (sin. num. et rubr.), 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 47, 49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. P. Pu. W. *Tit. VI.* — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Fortasse coniungenda est cum c. 2 Cod. Just. de Dignitt. (XII, 1). Vult etiam Go. inngi huic legi c. ult. Cod. Just. de Longi temp. praescr., quae pro libertate (VII, 22), modo pro vv.: *ad Dionysium vicariam praefecturam agentem*, legatur: *ad Volysium Vir. Claris. Praefecturam agentem* vel *Urbicarium Praefecturam agentem*, in qua cj. Go. nimis audax est. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

---

nemo iniuriis aut damnis afficiat. t) 1 *legi.* u) 15 *recentiores.* x) Nonn. codd. *universis* et mox *librarum.* y) 6—8, 10, 12, 13, 18 *a se tantundem suis.* 19, 20 *a se tantum et de suis.* 21 om. *a se et tantundem*, sed adscrib. in m., omissa part. *et.* z) Ita 1, P. Pu. W. et Hal. in Cod. Just.; in rell. codd. et edd. est *apparitoribus.* 6, 7, 21, Sich. Til. om. *a* ante *suis* et praeterea 6, 7 *et.* a) Ita 1, 6, 7, 10, 15—18, 20, 21, Cod. Just. P. Pu. W. et const. Sirmond. cit.; rell. *exigendas.* b) Cod. Just. add. *nostrum.* c) 1, P. Pu. om. *IV.*, qui numerus etiam exc. in c. 8 Cod. Just. de Episc. aud. (I, 4). 27 *XVI.* 28 *II.* 30, 31 *VIIII.* 33, 38, const. Sirmond. cit. Cod. Just. *III.* d) 34 *kal.* Const. Sirmond. *Nonas.* e) 15 *Nov.* f) Ita multi codd.; 20 et c. 11 Cod. Just. cit. om. *Ravenna.* Rell. et edd. *Rav.*, praeter P. Pu., qui *Ravennae.* g) 8 om. *Hon. — Coss.* Nonn. codd. *Hon. VIIII.* 21, Sich. *Hon. V.*, sed Sich. in m. *VIII.* 20 *VII.* Go. propter constt. cum h. c. coniungendas, const. Sirmond. reponi vult *Basso et Philippo Coss.* (408.) h) 10, 18, 24, 34 *Th. IIII.* i) 1, 16 et multi alii codd., P. Pu. om. *AA.* k) 6, 7 et multi codd., Sich. *Ilii.* *) 20 *vestimentum* et mox 21 *eum ad pr. red. vol.* l) 6—8, 10, 18—20 et multi alii codd., Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *a nemine aliquid.* m) 8 *exp. quam si.* 44 add. *suprascriptum.* n) 6—8, 20, 21 add. *se.* o) Multi codd. *quinquennium* et mox *post quinquennio.* p) 19, 20 *ingen. sine pretio.* 42 *ingenuitas ei redd.* q) 8 *quicumque ad.* 44 *qui dum ad.* r) Multi codd. *redierint — recipiant* et om. *sua* post *omnia.* *) Aur. Lugd. *ita* pro *itaque.* s) 6—9, 14, 17, 21, Sich. om. *in.* t) 6, 7, 10, 18—20, 21 in m. et multi codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. *deportandum*, sed Sich. in m. *deputandum.* Ceterum 19, 20, Cui. 1 — Lugd. *in exilium deport.* Scrib. aut *exsilio deputandum* aut *in exsilium deportandum.* u) 44 add. *noverit.* v) 20, 44 *etiam soll. ista.* Mox 20 om. *ut.* x) Multi codd. *librarum.* *) 21 *reddituros*, sed in m. *se daturos.*

y) Intelligitur Maxentius anno 312 a Constantino debellatus. Nonn. codd. *Tirannis Servierint.* 6, 7 *Servierint.* 15 om. *Temp. Tyr.* z) 37 *Volucrum.* Nonn. codd. *A. Volusiano.* 40 om. *ad Volus.* Volusiani dignitas deest in omnibus codd., praeter 32, ubi appellatur *prp.* Deest etiam in c. 1 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). In c. 2 Cod. Just. de Dignitt. (XII, 1) nominatur *P. P.*; sed repon. *Pf. U.*, quod siglum habet c. 2 C. Th. Quor. appell. (XI, 36) anno 315 proposita. Vid. Go. in comm. h. c. et Corsinium l. c. p. 169. Sec. Go. et W. Volusianus eodem anno 314 consulis et praefecti munere functus fuisse videtur. *) 20 *si quis.* Mox 12, 16 *procreatis.* a) 10, 18 *ingenuitatis amissae.* 6, 7 *amissae.* 16 *manumisse.* Sich. *ingenuitate amissa.* b) 9 *proprie.* *) Ri. in not. „non mutandum in *convicti.*" c) 20 *aliarum indices recognoscant.* Sich. Til. Aur. Lugd. *iudiciis.* d) W. *naturalibus*, err. typ. e) 19, 21 *nec exspectent* (21 *exspectant*) *iud. interpellationes.* 1 *interpellationem — certissimam*, mendose. Go. *nec* pro *non* habet. f) 6—8, 10, 13, 14, 16, 18, 20, 21 add. *id.* Mox in cod. 20 a sec. manu ponitur *per* supra vv. *conscientiam* et *certissima.* g) Ita 1, 6, 7, 10, 13—19, 21, Sich. Til., quam scripturam W. recte defendit contra vulgatam in edd. Cui. 1 — Pu. receptam: *avaritia et tenacitate.* Ceterum 12 *avaritiam tenacitatem* et 20 antea *avaritie et ten.*, sed corr. *avaritia.* h) 1 *siverissimam*, sed corr. *severissima.* 12 *severissima testimonia mult.* i) Pu. om. *autem.* k) 1 *subiudari*, mendose. Mox Sich. *scienter.* l) In literis *servit* abrumpitur folium octavum codicis 1 et desinunt P. Pu. Sich. *necessitate.* m) 6, Sich. Cui. 1 — Lugd. *incuriam*, mendose. 20 *iniurias.* n) Multi

VIII.[o] *Kal. Maii*[p] *Romae*[q], *Volusiano*[r] *et Anniano Coss.* (314.)

INTERPRETATIO. *Ingenui, qui tyranni temporibus*[s] *addicti* *) *sunt servituti, ingenuitati reddantur. Quod si quis sciens hoc ordine*[t] *addictum ingenuum in servitute tenuerit*[u], *noverit in se legibus vindicandum.*

TIT. VII. DE EXPOSITIS.

1. *Imp. Constantinus A.*[v] *ad Ablavium Pf. P.*[x] Quicunque puerum vel puellam proiectam[y] de domo, patris vel domini voluntate scientiaque, collegerit[z] ac suis alimentis ad robur[a] provexerit, eundem retineat sub eodem statu[b], quem apud se collectum[c] voluerit agitare[d], hoc est sive filium sive servum eum esse maluerit: omni repetitionis[e] inquietudine penitus summovenda eorum, qui servos aut liberos[f] scientes propria voluntate domo*) recens natos abiecerint[g]. *Dat. XV.*[h] *Kal. Maii*[i] *Constantinopoli*[k], *Basso et Ablavio Coss.* (331.)

INTERPRETATIO. *Quicunque expositum recenti partu, sciente patre vel matre vel domino, collegerit ac suo labore educaverit, in illius, a quo collectus est, potestate consistat, seu ingenuum seu servum, quem nutrivit, esse voluerit*[l] *et, si adoptare voluerit in filium vel libertum aut in servitium permanere, propria utatur potestate.*

2. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Melitio Pf. P.*[m] Nullum[n] dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus[o], si expositos quodammodo*) ad mortem voluntas misericordiae amica collegerit (nec enim dicere suum[p] poterit, quem pereuntem contempsit); si modo testes[q] episcopalis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatem possit[r] esse cunctatio. *Dat. XIV.*[s] *Kal. April. Ravenna**), *Honorio IX.*[t] *et Theodosio V.*[u] *AA. Coss.* (412.)

Tit. VII. C. Th. (vid. supr. tit. IV, c. 2, not. *k* et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. *Tit. VII.* Cod. Just. VIII, 52. Cf. L. Vis. IV, 4. Conc. Vasens. I, can. 9. Synod. Arelat. II, can. 51 (ap. Harduin. T. I, p. 1790; T. II, p. 777). — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Abrogata est haec lex c. ult. Cod. Just. (VIII, 52). Capit. circ. a. 744 ap. Baluz. T. I, p. 151. Capit. (Ben. Lev.) VI, 144. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29, sed de cod. 29 vid. infra not. *b*; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 39, 40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. In cod. 38 ex interpretatione utriusque legis huius tit. una facta est interpretatio eidemque add. inscriptio huius c., subscriptio vero c. sq. Interpr. legitur ap. Regin. II, 70. — c. 2. Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Cod. Just. VIII, 52, 2, mutt. inscr. et subscr. Bas. XXXIII, 2, 2. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 39, 40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. De cod. 38 yid. c. 1 h. t., not. super. Interpret. legitur ap. Regin. II, 71.

---

codd. *Dat.*, sed rectius *PP.*, cum Constantinus hoc tempore non fuerit Romae. 24 *Dat. prōp.* o) 19, *prid.* 20 *VII.* 36, 40 *IIII.* Anian. And. ap. Go. *XVIIII.* p) 19, 20 *Mad.* 32, 38, 43 et Anian. opt. not. ap. Go. *Mart.* s. *Mar.* q) Nonn. codd. om. *Rom.* 20 add. *III.* r) Add. *II.*, quod iam Be. voluit. Multi codd. *Volosiano.* 8, 20 om. *et Ann.* Plerique codd., Sich. *Aniano.* s) Fere omnes codd. *tyr. temp.* Edd. *temporibus* (sed Sich. Cui. 1 — Lugd. *tempore*) *tyr.* *) 21 *adiecti*, sed in m. *addicti.* t) Ita iterum codd., paucis exceptis. Edd. *hoc ord. sciens.* u) Sich. *tenuerint.*

v) 6, 7, 10, 18, 21, 40, 44, Sich. Til. *Idem A.*, sine dubio propter const. antecedentis tit. Cui. 1 — Be. *Constant.* x) Nonn. codd. *ablavio.* 19 *ad albinū ppō.* y) 15 *proiectos.* z) 12 *sc. quaeque coll. a suis.* 14 *volunti scienti atque coll.* 15 *scientiaque eius coll.* 20 *scientia quae coll.*, sed corr. *scientiaque coll.* a) Vv. *ad robur* des. in codd. 6—8, 10, 12—14, 16—18, 21, ap. Sich. Til.; primum recepta sunt in Cui. 1. b) Vv. *statu quem — maluerit* transponuntur a librario cod. 29 in c. un. sq. tit. post v. *debito.* c) Recte Be. et W. revocaverunt *collectum* pro *recollectum*, quod ex Cui. 2 manaverat in edd. Go. Ri. Ri*., sed omnes codd. a me inspecti et Sich. — Lugd. *collectum.* d) 10, 18 om. *agitare — maluerit.* e) 15 om. *repetitionis.* f) Plerique codd., Sich. — Lugd. *servos ac lib.* *) 20 *dominis.* g) 15 *eiecerint.* 20 *amoverint*, sed supr. lin. *obiecerint*, ut 19. h) 13, 15 *XII.* 19 *XVI.* 20, 40, Sich. in m. Go. in not. ad Chronol. h. anni *V.* i) Multi codd. *Mad.* 8 om. *Mai. Const.* k) 20 et alii *Constantinopolim.* Multi codd., Sich. — Lugd. om. *Const.* l) Seqq. des. in omnibus, quos vidi, codd. et ap. Sich. Cui. 1 — Lugd. Cum argumentum eorum in hac lege non inveniatur, aut spuria sunt aut addita a librario, qui codice in hac parte pleniore usus est. Primum edita sunt in Cui. 2. Ceterum leg. *servitio.* m) Multi codd., Sich. — Ri*. W. *Militio.* 15 *Meditio.* 19 *Meledio.* 20 *Miledio*, sed rectius *Melitio*, quod Be. rec. Vid. Go. in Prosopogr. v. *Melitius.* Ceterum Til. *TEEODO.*, mendose. 40 *Impp. Teod. ag̅. Honor. āā.* n) Maxima pars huius legis inserta est c. 2 Cod. Iust. cit., quae sic se habet: *Impp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum P. P. Unusquisque sobolem suam nutriat. Quodsi exponendam putaverit, animadversioni quae constituta est, subiacebit. Sed nec dominis vel patr.* etc. Iam enim sequuntur verba constitutionis nostrae ad v. *contempsit*, addita hac subscriptione: *Dat. III. Non. Mart. Gratiano A. III. et Equitio Coss.* (374.) Vid. not. super. h. tit. o) Nonn. codd. *reliquimus.* Cod. Iust. add. *ab ipsis* post *si.* *) 20 *quod admodum* et mox *amici.* p) 10, 18 *suum dicere.* Cod. Iust. *suum quis dicere.* q) Codd. aut *testis episcopalis*, ut Sich. Be., aut *testes episcopales*, ut Til., sed W. ex Cui. 1 — Ri*. revocavit *testes episcopalis*, recte. Nam imp. requirit, primum ut testimoniis probetur, expositum ab eo, qui convenitur, esse collectum; deinde ut testimonia illa subsequatur episcopalis subscriptio. r) Multi codd. *posset.* s) 12, 28 *XIII.* 8, 9, 15, 17, 29, 30, 33, 34, 36, 40, 42, in m. Sich. Cui. 1. Cui. 2, 2* *XV.* Aur. Lugd. in m. *XX.* Utrumque edd. numerum memorat Go. in Chron. h. a. 20 *XII.* 24 *III.* *) Ita plerique codd.; edd. *Raven.* s. *Ravenn.* t) *Hon. nubp. et.* 24 *Hon. nob. et.* 29, 30 *Hon. nbp̄.* 33, 34 *Hon. ñb et.* Cui. 2 — Ri*. *Hon. NB. P. VIIII. et*, impr. Go. et W. Hunc enim titulum Honorius gesserat annis ante XXVI, id est ann. p. C. n. 386. 10, 18, 42, 44, Sich. *VIII.* 20 *VII.* Tillemont l. c. T. V, Not. 81, n. XXXIV. requirit ann. 410 aut 411, cuius praefecti pr.

INTERPRETATIO. *Qui expositum puerum vel puellam, sciente domino vel patrono, misericordiae caussa collegerit, in eius dominio permanebit: si tamen contestationi*[v] *de collectione eius episcopus*[x] *clericique subscripserint*[y], *quem postea suum*[z] *dicere quisquam non poterit*[a], *quem proiecisse probatur ad mortem*[b].

TIT. VIII. DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS EMPTOS VEL NUTRIENDOS[c] ACCEPERINT.

1.[d] *Imp. Constantinus*[e] *A. Italis suis*[f]. Secundum statuta priorum principum[g], si quis infantem[h] a sanguine quoquo modo[i] legitime comparaverit vel[k] nutriendum putaverit, obtinendi eius servitii habeat potestatem: ita ut[l], si quis post seriem annorum ad libertatem eum repetat[m] vel servum defendat, eiusdem modi alium praestet aut pretium, quod potest valere, exsolvat[n]. Qui enim pretium[o] competens instrumento confecto dederit, ita debet firmiter possidere, ut et distrahendi pro suo debito *) caussam[p] liberam habeat: poenae[q] subiiciendis[r] iis[s], qui contra hanc legem venire tentaverint. *Dat.*[t] *XV.*[u] *Kalend. Septemb. Serdicae*[v], *Constantino A.*[x] *VIII.*[y] *et Constantino Caes.*[z] *IV. Coss.* (329.)

INTERPRETATIO. *Si quis infantem a sanguine emerit et nutrierit, habendi eum et possidendi liberam*[a] *habeat potestatem. Sane si nutritum dominus*[b] *vel pater recipere voluerit*[c], *aut eiusdem meriti mancipium nutritori dabit, aut pretium nutritor*[d], *quantum valuerit, qui nutritus est, consequatur*[e].

Tit. VIII. C. Th. (vid. supr. tit. IV, c. 2, not. *k* et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 5 — 10, 12 — 21, 24 — 40, 42 — 44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. VIII.* Cf. supra lib. III, tit. 3. Cod. Just. IV, 43, VIII, 52. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Ad interpr. cf. Form. Sirmond. XI. Regino II, 72. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; ponitur autem in cod. 32 pro inscr. et subscr. h. c. inscriptio et subscriptio c. un. sq. tituli. Sola interpr. deest in cod. 15. In cod. 37 confunduntur hic et sq. titulus. Etenim primo loco ponitur interpretatio c. 2 sq. tit., deinde interpr. et inscr. c. un. h. tit.; porro rubrica tit. IX., denique inscr. et interpr. c. 1 tituli noni, nt hic tit. duos locos complectatur, tit. IX. unnm tantum locum.

---

ignorantur. u) Multi codd. om. *V.* aut *V. AA.* aut *AA.* v) Nonn. codd. *in contestatione.* 20 *contestationem.* x) Sich. ex m. cod. 21 add. *presbyteri*, sed in m. annot.: ,,*Non erat in emendato alioqui codice Morbacensi.*" 6 *clerique.* 20 *clericusque.* y) 42 *subscripti sunt.* 44 *conscripserint.* z) 20 *suum postea.* a) Multi codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. *quisque non potest*, alii, ut 6, 7 *quisquis n. p.* b) Ri*. *montem*, mendose.

c) 15 *emptos susceperunt* et om. *Vel Nutr.* Multi codd. *emptis vel nutriendis* aut alterutrum. Nonn. etiam *acceperunt.* 37 *susceperint.* 8 om. *His, Qui*; 6, 7, 16 *His* et 20 *Emptos.* d) Eiusdem argumenti alia Constantini lex *Provincialibus* inscripta, sed subscriptione destituta continetur in c. 2 Cod. Just. de Patribus, qui fil. distr. (IV, 43), quam W. non dubitat hoc loco in ipso Codice Theodosiano fuisse, sed a Visigothis omissam esse. Praeterea huc pertinet Constantini rescriptum, quod in §. 34 Vat. Fragm. his vv. conceptum est: *Aug. et Caess. Fl. Aprillae. Cum profitearis te certa quantitate mancipium ex sanguine comparasse, cuius pretium te exsolvisse dicis et instrumentis esse firmatum: hoc a nobis iam olim praescriptum est, quod, si voluerit liberum suum legitimum reciperare, tunc in eius locum mancipium domino daret, aut pretium quo valuisset numeraret; etiam nunc si a suis parentibus certo pretio comparasti, ius dominii te possidere existimamus. Nullum autem ex gentilibus liberum approbari licet. Subscripta XII. kal. Augg. Constantino Aug. III. coss.* (313.) Zimmern l. c. T. I, p. 670. e) 40, Sich. in m. *Theodosius.* f) 15 *ā civibus Italiae.* Nonn. codd. om. *Italis suis.* g) Haec vv. coniunguntnr cum inscr. in codd. 10, 18—20. Ceterum vid. not. *d.* 16, 17 *priora.* Haec statuta ignorantur. Constantinus in §. 34 Vat. fragm. cit. id a se olim praescriptum esse dicit. h) H. v. in omnibus edd. omissum recte W. restituit ex interpr. Gothica, consentiente cod. 15, qui unus solus ex omnibus codd. hoc v. exhibet. i) Sich. *a sanguine quemquam eiusmodi.* 20 *sanguinei quoq; modum*, sed sec. man. corr. *a sanguine quoquo m.* 10, 18 *quomodo.* 21 *quoquo eiusmodi.* 15 om. *quoq. modo legit.* k) 15 *et nutriendi.* l) 15 *ita D si*, cum virgula supra *D.* m) Sec. W. hoc novum videtur et hic et in c. 2 Cod. Just. cit., cum in §. 34 cit. de solis parentibus sermo sit. 20 om. *ad libertatem.* n) Hoc sustulit Theodosius M. in c. un. C. Th. (III, 3), restituit Valentinianus III. in Novell. tit. XI. (XXXIII. ed. Berol.) Vid. Go. in comm. h. c. 20 *praestat.* o) 14 om. *quod potest — pretium.* *) Vid. c. 1 super. tit., not. *b.* p) 15 *ut et p. s. debiti distr. c.* q) Codd. aut *poena*, ut edd. Sich. — Be., ant *poenam*; nullus *poenae*, qnod W., iubente Be. recepit. r) Nonn. codd. *subiciendi.* s) Codd., Til. *his.* Sich. *hiis.* Mox 6 *temptaverit.* t) Scripsi cum compluribus codd., quibus accedit Anian. Rhem. ap. Go., *Dat.* pro *Prop.*, quod edd. habent, improbb. Go. et W. Neque enim haec lex, *Italis* inscripta, *proponi* potuit Serdicae, quae est Daciae urbs, ubi tnnc commorabatur Constantinus. 24, 28 *Dat. prop.* u) 8, 10, 18 om. *XV.* 20 V. v) Multi codd. *Sirdicae* s. *Serditiae.* 20 *Syrdice.* Sich. Cui. 1 — Ri*. *Serdice.* x) *A.* add. in codd. 13, 14, 17, 28, 30, 31, 35, 39, 43. Idem placuerat Go. Be. W. In edd. h. l. om. est. y) 20 *Constuntinopoli aug. Coss.* et des. rell. 24 *Consp̄l. et* et om. *VIII.* 28 *VII.* 30, 36, 40, Sich. in m. *VIIII.* Be. in not. rep. vult *III.*, err. z) Plerique codd. *Const.*, quod et *Constantium* et *Constantinum* significat. Correxi igitur auctt. Go. Be. et W. *Constantino* pro *Constantio*, quod in edd. est. Vid. Reland. in Fastis h. a. 24 *Constante.* *Caes.* add. in codd. 9, 15, 19, 24, 30, 33, 34, 42, addique voluerant Be. et W. Edd. *Constantio IV.* (Sich. *III.*) *AA.*, pro quo nonn. codd. *Const. IV. A.* aut *Const. A. IV.* Nonn. codd. *III.*; alii et Til. om. *IV.* Vid. supra II, 16, 2, not. *v.* a) Multi codd., Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *liberam.* b) 42 add. *eius.* 20 *vel mater.* c) 20 add. *qui nutritus est* et om. haec vv. post *valuerit.* d) Ita 6, 7, 8, 9, 13, 14, 17, 19, 20, 21, 42, 44 et permulti alii codd.; edd. *nutr. pr.*

TIT. IX. DE FUGITIVIS COLONIS, INQUILINIS ET SERVIS[f].

1. *Imp. Constantinus A. ad Provinciales*[g]. Apud quemcunque colonus iuris alieni fuerit inventus, is non solum eundem[h] origini suae restituat, verum super eodem capitationem temporis agnoscat[i]. §. 1. Ipsos etiam colonos, qui fugam meditantur*), in[k] servilem conditionem ferro ligari conveniet[l], ut officia, quae liberis congruunt, merito servilis condemnationis compellantur[m] implere. *Dat. III.*[n] *Kal. Novemb.**) *Pacatiano*[nn] *et Hilariano Coss.* (332.)

Interpretatio. *Si quis alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, ipsum prius domino restituat et tributa eius, quam diu apud eum fuerit, cogatur exsolvere: ipse vero, qui noluit**) *esse, quod natus est, in servitium redigatur.*

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*[o] *AAA. Cynegio*[p] *Pf. P.* [q]Quisquis colonum iuris alieni[r] aut sollicitatione susceperit aut occultatione celaverit[s], pro eo, qui[t] privatus erit, sex auri uncias, pro eo, qui patrimonialis[u], libram auri cogatur inferre. *Dat.*[v] *VIII. Kal. Novemb. Constantinopoli, Honorio N. P.*[x] *et Evodio*[y] *Coss.* (386.)

Interpretatio. *Si quis colonum alienum aut sollicitaverit aut*[z] *occultaverit, si privati*[a] *hominem sua sol-*

Tit. IX. C. Th. (vid. supra tit. IV, c. 2, not. *k* et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 5 — 10, 12 — 21, 24 — 40, 46, 47, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. Aeg. L. R. U. *Tit. IX.* Cod. Just. XI, 63. Cf. L. Vis. IX, 1. Titulum detruncatum esse et a Visigothis unam certe constitutionem omissam, perspicitur ex L. R. B. Tit. VI. In edd. Sich. — Cui. 2*. Be. W. duae sunt h. tit. constitt.; sed ap. Go. Ri. Ri*. tres. Vid. infra not. *f.* Cf. ad h. tit. Car. de Savigny, über d. Röm. Colonat in d. Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. VI, p. 273 sqq. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. De cod. 37 vid. c. un. tit. antec., not. super. — c. 2. Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Cod. Just. XI, 63, 2 mut. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Usuris (II, 33) et cum c. 30 C. Th. (V, 13). Censet praeterea Go., coniungendam esse cum c. 10 Cod. Just. de Agricolis (XI, 47), c. 1 Cod. Just. de Colonis Palaest. (XI, 50), c. ult. Cod. Just. de Mancip. et col. (XI, 62), quibus add. c. 5 Cod. Just. de Agric. et manc. (XI, 67), quae leges omnes ad eundem Cynegium Pf. P. datae, sed subscr. destitutae sunt. De c. 10 autem et c. ult. cit. dubitari potest, quamquam earum inscr. fortasse corruptae sunt. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in cod. 26; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. De cod. 37 vid. c. un. tit. antec., not. super.

---

e) Ita paene omnes codd. et Sich., neque obstat antec. *dabit*, cum eiusmodi temporum consecutionis non desint exempla neque in interpr. nec in Cod. Theod. quidem. Cui. 1 — Ri*. *consequetur.*

f) 15 om. *Et Servis.* In ind. rubr. ap. Sich. Til. om. *Inquil. Et S.* Nonn. codd. *ac s. s. aut s. s. vel s.* Locus L. R. B., ex quo apparet, hunc titulum a Visigothis truncatum esse, ita se habet: *Quodsi servum aut colonum alienum, regionis duntaxat nostrae, sciens in domo vel in agro suo consistentem iudicibus non praesentat, aut admonitus a fugitivi domino eum assignare dissimulat, mulctam retentatoris incurrat, sicut ultima Theodosiani lege: de fugitivis colonis, inquilinis et servis legitur constitutum, ad Florentium Comitem sacrarum largitionum data:* quam legem frustra hic quaerimus. Prima huius loci mentio est ad c. 2 h. t. in m. Aur. Lugd. Vid. infra not. *p.* Go., quem Ri. secutus est, ex eo ultimam huius tituli facit constitutionem addita inscriptione: *Impp. Theodosius et Valentinianus A.A. ad Florentium Com. S. L.*; ap. W. in notis legitur, quod iure factum est, cum certus locus huic legi assignari non possit, etsi Florentius C. S. L. commemoratur ad ann. 364—366 et 385, ideoque haec lex inter c. 1 et 2 h. tit. videtur interponenda esse. Go. coniungi eam vult cum c. 4 C. Just. de Agric. et manc. (XI, 67). g) Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *Constant.* In aliquot codd. om *ad Prov.* h) 6—8, 10, 18 *eosdem.* 9 *eodem.* 21 *his q in solum — super eosdem capitat.* Mox Sich. *captationem*, impr. Ri. i) 6, 7, 10, 12, 13, 14, 16, 17, 21 *agnoscant.* 18 *agnoscunt.* Ceterum 6, 7 *super eosdem.* *) Go. cj. *meditabantur.* k) 10, 18 om. *in.* 19, 20 *in servili conditione.* l) W. tacite corr. *convenit*; ita etiam 10, 18, sed rell. codd. omnes et Sich. — Be. *conveniet*, quod revocavi. Mox 20 *et offic. — meritum.* m) Sich. *cogantur*, sed in m. *compellantur.* 9, 29 *compellatur.* n) 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *VI.*, sed in m. *III.* 35 et alii codd. *VII.*, recte, ut in dicta *c.* 8 cit., quod non multum differt a cod. 21 et ed. Sich. — Lugd. 9 *III. id.* *) Add. *Constantinopoli.* Vid. c. 8 C. Th. cit. nn) Codd. aliquot mendose *Pagatiano*, *Pacatio s. Pacacio*, *Patiano*, *Pecatiano*, *Pasciano*; mox alii *et erario.* 8 om. *Pacatiano et.* *) Nonn. codd. *in domum suam — voluit* et mox *in servitio.* Sich. Cui. 1 — Lugd. et nonn. codd. *noluerit.* o) Ita corr. W. ex c. 2 Cod. Just. cit. et ex c. 2 C. Th. de Usur. (II, 33), quod Go. et Be. propter Gratiani mortem, quae ante accidit, rep. iusserant, pro inscr.: *Imppp. Gratianus* (Sich. in m. *Constantinus*), *Valentinianus et Theodosius*, quam omnes codices et editiones ante W. exhibent. p) Multi codices *Cinigio s. Cinegio.* 25 *Sinegio.* 38 *Cynigio.* 33, 34, in m. Cui. 1, Cui. 2, 2* *Remigio*, impr. Go., sed in m. Aur. Lugd. sic: „*Remigio* vel: *ad Florentum Comitem* 8. (sic!) *L. Papiā. tit.* 7." q) In Cod. Just. haec c. ita legitur: *Q. c. patrimonialem aut — celaverit: non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri poenae nomine inferre cogatur.* r) 9 *iuri alienum.* s) 25 om. *aut occult. celaverit.* t) 10, 12, 18 *eo quod.* 20 *erat sex uncias auri.* u) 25 add. *id est fiscalis.* v) Cod. Just. *PP.* x) Multi codd. *Hon. VIII.* aut *VIIII.*, ut Sich. in m.; 20 *XVII.* Anian. Rhem. ap. Go. *No. Puero*; alii om. *N. P.* 33, 34 *Honorio VIIII. et Theod. Coss.* 36, 40 *Honor. VIIII. et Theod. IV. Coss.* Cui. 1 — Cui. 2* in m. *Honorio VIII. et Theodosio Coss.* y) 32, 39 *Eudetio*, alii *Euuodio*, *Euuocio.* z) 20 supra lineam *vel susceperit.* Idem mox *uncias auri* et Aur. Lugd. *occultaverit.* a) Sich. Cui. 1 — Lugd. *privatum.* 21 *priv. homines.* Mox 6, 7, 8, 43, alii codd. *inferre* pro *implere.*

licitatione susceperit, sex auri uncias domino reddat; si fiscalem sollicitatum tenuit, libram auri cogatur implere.

TIT. X. DE INQUILINIS ET COLONIS[b].

1. *Impp. Honorius et Theodosius*[c] *AA. Palladio Pf. P.*[d] Si quis colonus[e] originalis vel inquilinus ante hos triginta annos[f] de possessione discessit, neque ad solum*) genitale silentii continuatione repetitus[g] est, omnis ab ipso, vel a quo forte possidetur, calumnia penitus excludatur*); quem annorum numerum futuris quoque temporibus volumus observari[h]. §. 1. Quod si quis originarius intra hos triginta annos de possessione discessit[i], sive per fugam[k] lapsus, seu sponte seu sollicitatione[l] transductus, neque de eius conditione dubitatur, eum, contradictione*) summota, loco, cui natus est, cum origine iubemus sine dilatione restitui. §. 2. Quod si forte ipse, de cuius proprietate certatur, fatali sorte consumptus est, eius posteritatem agrorum iuri[m] cum omni peculio atque mercedibus, velut eo superstite, qui decessit, celeri iubemus exsecutione revocari[n]. §. 3. In feminis sane observationem volumus esse diversam[o]. Itaque mulierum, quae fuisse originariae docebuntur*), si ante vicesimum annum de solo[p], cui debebantur, abscesserint*), universa repetitio cesset; earum[q] vero, quarum intra comprehensum tempus discessio comprobatur[r], ac[s] de conditione nulla dubitatio est, prorsus dominis perire non sinemus[t], ea tamen conditione servata, ut vicaria cum agnatione partis tertiae[u] non negetur, quae de colono suscepta est alieno, ita ut pro filiis quoque contrarii praebeantur*). §. 4. Quod si non ad[v] alienum praedium[x], sed cuiuscunque[y] liberi hominis ac sui iuris secuta consortium in urbibus vel in quibuscunque locis victura consistit, si modo intra praefinitum tempus reposcitur, eius omnem originem[z] secundum vetera constituta conveniet[a] revocari. §. 5. Contestatas autem lites, si tamen quisquam[b] docebitur solenniter fuisse conventus[c], salvas repetentibus esse decernimus[d]. *Dat. VI.**) *Kal. Jul. Ravenna*[e], *Monaxio*[f] *et Plinta*[g] Coss. (419.)

Interpretatio. *Si quis colonum alienum in re sua vel in fuga lapsum vel sua voluntate migrantem triginta annos**) *habuerit, ac si suum vindicet. Qui si intra*[h] *triginta annos inventus fuerit a domino, cum filiis secundum legem sibi*[i] *debitis et omni peculio revocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis vel patris mortui a domino revocentur. Colona etiamsi**) *viginti annis in alieno dominio et iure permanserit, a priore domino non requiratur*[k]*; si tamen intra viginti*

Tit. X. C. Th. (vid. supra tit. IV, c. 2, not. *k* et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 47, 49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. *Tit. X.* — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Ed. Th. cap. LXVII. et LXVIII. Cod. Just. XI, 47, 16, multis omm. et mutt. Ad interpret. cf. Capitul. Wormat. ann. 829, cap. III (ap. Baluz. T. I, p. 674, col. 2). Regino I, 22. Integra cum interpr. exstat in codd. 6 — 10, 12 — 21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44. Interpr. a cod. Ottob. (Garampii) scriptore perperam posita est in fine L. R. B., add. rubr. *tit. XLVIII. De colonis migrantibus vel in fuga lapsis.* Vid. Amad. l. c. praef. p. LXXII. et p. 288. Car. de Savigny l. c. T. II, p. 30, (ed. I.) et p. 31 (ed. II.). Barkow l. c. p. 133. In cod. 37 duae sunt h. titt. constt., cum c. un. sq. tit. omissa rubrica in hunc tit. translata sit. Vid. infra not. *p*.

---

b) 15 om. *Inq. Et* 34 *De i. colonum.* Go. in not. rubricae subiectis: „In MS. optimae notae Titulus ita habet. *Si quis colonum alienum in re sua triginta annos habuerit, ac si suum vindicet*", quae verba ex interpretationis initio huc deducta esse videntur. c) 6, 7, 12, 14, 16—18, 21, 36, 40, 44, Sich. Til. *Imp. Constantinus* s. *Constant. A. et Julianus C̄.* s. *Caes.* 10, 18 *Imp. Constantinus A. et Julianus consul*, utrumque male. 8 om. *et Theod.* d) Nonn. codd. *Pf. U.* Cod. Just. om. *Pf. P.* e) 12 *Si quae colona.* 6, 7, 14, 16 *colona.* f) Nonn. codd. *annos triginta.* *) 21 *ne quod sol.* g) 19, 20 *sil. repetitione* (20 *repetione*) *petitus*, sed supr. lin., ut nos. 29 *continuo cautione repetitur.* *) 29 om. *cal. pen. excl.* h) Sich. *futuris aliisque temporibus volumus conservari.* 21 *futuris aliaque t. v. conservari.* Plerique codd. *observare.* i) 6, 7, 10, 12, 14, 16, 18 *discessisse.* 19, 20 *discesserit.* k) 8 *sive fuga.* 21, Sich. Til. *perfuga.* Similiter 6, 7 *per fuga.* l) Sich. *seu sollicitatus, vel transductus.* *) Aur. Lugd. *contractione.* m) 12 *s. consultus est poster. magnorum iuri.* 19, 20 *agrum iuris.* n) 19, 20 *recessit c. i. exaccione rev.* 21 *celari iub.* o) 20 add. *his.* *) 19 *docebantur.* p) 14 om. *de solo.* 29 *de loco cui.* Idem antea *mercibus — mulier q̄.* *) Sich. *discesserint.* q) 20 *cessit eorum.* r) 8, 16, 17 *probatur.* s) 6—8, 10, 12, 14, 16—18 *haec.* 13 *nec.* 20 *hac* et mox *domini.* t) 6—8, 10, 15, 18, 19, 21 *sinimus.* Sich. *sinamus.* 12 *sin. et t.* 20 *sin. at t.* u) W., auct. Go., cui Be. in not. assent., em. ex interpr.: *cum agnationis parte tertia*; sed omnes codd. et edd. Sich. — Be. *agnatione partis tertiae*, quamobrem, etsi W. emendatio apertior est, codicum scripturam restitui. 20 *vicarie c. a. p. t.* *) Aur. Lugd. *praebeantut.* v) 10, 18, 20 om. *ad.* 29 om. *si.* x) 9, 20, 29 *praeiudicium*, sed 20 supr. lin. *praecium.* Ceterum multi codd. *pr. vel c.* y) Hinc deprompta est c. 16 Cod. Just. cit., quae ita se habet: *Mulier quae fuisse originaria docebitur, si cuiuscunque l. hom. secuta — vict. constiterit, eius omnem sobolem sec. v. c. conveniet rev. Dat.* etc. Mox 20 *infra.* z) 19 *omnem eius or.* a) W. tacite corr. *conveniat*, sed omnes codd. (praeter 10, 18, qui *convenit*) et omnes rell. edd. et Cod. Just. *conveniet.* b) 6—8, 10, 13 16, 21 *quisquis.* c) 6—8, 10, 12, 14, 17, 18, 21 Sich. — Lugd. *convictus*, male. d) 6—8, 10, 14, 17, 21, Sich. *docemus.* *) Multi codd. *VII.* e) 8 om. *Rav. — et* et 20 *Rav.* Til. et Cod. Just. *Ravennae.*; rell. *Rav.* aut *Ravenn.* f) 6, 7, 10, 16, 18—21, 24, 30, 32, 33, 34, 39, Sich. — Lugd. Cod. Just. *Maximo*, perperam, sed in m. Cui. 1. Aur. Lugd. *Monaxio.* 35 *Moncatio.* 38 *Monatio.* 36, 40 om. *Mon. — Coss.* et 39 *et P. Coss.* g) Multi codd. *Plenta.* *) 6, 7 *vel in suam voluntatem.* Cod. Ott. *annis* et nonnulli codd. *ann. hab. ac sic suum.* h) Multi codd. *vind. si quis intra.* i) Sich. *sive*, sed in m. *sibi.* *) Cod. Ott. *Colonā vero si XX annus.* Mox 20 om. *et* post *dom.* k) 6 *quaeritur.* 7 *queritur.* 8 *quiratur.* 20, 21 in m.

annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia revocetur: quia[l] *colonum duae partes agnationis sequuntur. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, vicariam mulierem et*[m] *pro tertia agnatione*[n] *mulieris domino compensare praecipimus. Si vero mulier iuris alicui ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit*[o]. *Quod hic minus est de colonae agnatione*[p], *in Novellis legibus invenitur.*

TIT. XI. NE COLONUS INSCIO DOMINO SUUM[q] ALIENET[r] PECULIUM VEL LITEM INFERAT EI[s] CIVILEM.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Clearchum*[t] *Vicarium Asiae*[u]. Non dubium est, colonis arva, quae*) subigunt, usque adeo alienandi ius non esse, ut, et**) si qua propria habeant[v], inconsultis atque ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat. *Dat. VI.*[x] *Kal. Febr.*[y] *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

Interpretatio. *In tantum**) *dominis coloni in omnibus tenentur*[z] *obnoxii, ut nescientibus*[a] *dominis nihil colonus**) *neque de terra neque de*[b] *peculio suo alienare praesumat.*

2.[c] *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Nebridium Vicarium Asiae*[d]. *Coloni censibus duntaxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt, ita his, quibus annuis functionibus et debito conditionis obnoxii sunt, paene est, ut quadam dediti servitute videantur. Quo minus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, a quibus ipsos, utpote dominis, una cum possessionibus distrahi posse non dubium est: quam de cetero licentiam summovemus, ne quis audeat domini nomen in iudicio lacessere, et cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant. Cum enim saepissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino praedii aut vendere aut alio modo alienare liceret, quemadmodum contra eius personam aequo poterit iure consistere, quem nec propria quidem leges sui iuris habere voluerunt, et acquirendi tantum, non etiam transferendi potestate permissa, domino et acquirere et habere voluerunt? Sed ut in caussis civilibus huiusmodi hominum generi adversus dominos vel patronos aditum intercludimus et vocem negamus, exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi praebuerunt, ita in criminum accusatione, quae publica est, non adimitur eis propter suam suorumque iniuriam experiundi licentia.*

Tit. XI. C. Th. (vid. supra tit. IV, c. 2, not. k et infra tit. XIII.), Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—36, 38—40, 42—45, 46, 49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. *Tit. XI.* L. R. B. Tit. XIV. Sec. Go. cod. Just. XI, 49. — c. 1. Br. Al., codd. edd. ante W. *c. un.* W. *c.* 1. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 45; textus et subscr. in codd. 25, 37, sed vid. de cod. 37 tit. antec., not. super. et not. *p;* solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 26. — c. 2. W. *c.* 2. In codd. et in rell. edd. deest haec c. Cod. Just. XI, 49, 2.

42, cod. Ott. *queratur.* Alii codd., Sich. in m. *quaeretur.* Paullo post 20 *et fil. de al. col.* l) Nonn. codd. *quem.* Cod. Ott. *agnatione parte terciū.* Idem post *sequuntur* add. *et tertiū colonā.* m) 42 add. *dare.* Cod. Ott. *illum cui col.* Sich. om. *et.* n) Cui. 1 — Lugd. *agnationem.* o) Seqq. des. in codd. 21 et Ott. Pro his in hoc est: *in quinto libro theudosiani lex ista requirenda titul'. nono; expl'. lex roma.* p) Nonn. codd. *praecepimus — omnes mulieres — dominum — agnitione.* In cod. 37 statim sequitur c. un. sq. tit., cuius rubr. om. Cf. Nov. Valent. de Colonis vagis (ed. Berol. p. 1338).

q) Ita 6—8, 10, 12—15, 17, 18, 26, 29—31, 33, 42, 44, Cui. 2 – Ri*.; rell. *Suo;* sed gravius est *Suum* et commendatur ipsis L. R. B. vv. *Nec serv. n. c. peculium suum posse distr.* et praeterea sq. legis h. tit. verbis: *ne quid de peculio suo.* Edd. L. R. B. *suo*, sed Ott. Am. *suo peculium suum posse* (Am. *possit*) *distrahere.* r) *Vel*, quod in edd. Go. — Be. add., recte a W. deletum est, cum et incommodum sit et in compluribus codd. et Br. Al. et L. R. B. om. 20 Ne *colonis i. d. suo alienentur* (sec. man. corr. *alienetur*) etc. s) Recte W. revocavit *Ei*, quod Be. auct. Til. et cod. 6 deleverat. Exstat autem ap. Til. in indice titt. 21 om. *Ei*, sed habetur in permultis et opt. codd. Br. Al. et in L. R. B. Be. h. l. annotat: „*In L. punctis notatum est.*“ Quid significet siglum *L.*, quod saepe in notis ap. Be. adhibetur, nescio, cum neque hic neque in ceteris locis, ubi commemoratur, cum codd. aut edd. congruat. t) 20 *Eufarcum.* 6 *Clearium.* Ceteri codd. *Cliarcum* aut *Clearcum*, ut Sich. Cui. 1 — Ri*.; Aur. Lugd. in m. *ad Nebridiū* ex L. R. B. In cod. 20 imperatores inverso ordine scripti sunt. u) Sich. *Vic. Cariae.* 19 *Africe.* 21 om. *Asiae.* *) Cui. 1 — Lugd. *que.* **) 20, 21, Sich. — Lugd. om. *et.* v) 19, 20 *habuerint.* x) 16, 36, 40, Sich. in m. *V.* 30 *XVI.* 33, 45 *VII.* In subscr. h. c. incip. cod. 45. y) 40, Sich. in m. *Septemb.* *) 20 add. *a.* z) Nonn. codd. *teneantur.* a) Go. Ri. Ri*. *ne scientibus.* *) Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *colonus.* b) *de* om. ap. Go. Ri. Ri*., add. autem in corr. c) Primus W. auct. L. R. B. recepit hanc c. ex Cod. Just. Multa enim huius tituli deesse, cum ex ipsa rubrica tituli apparet, quae plura promittit, quam a Visigothis dantur, tum ex L. R. B. Tit. XIV. cognoscitur, ubi haec leguntur: *Nec servum nec colonum peculium suum posse distrahere, insuper et ementes furti actione tenendos, secundum constitutionem Hermogeniani sub tit. de eorum contractibus qui alieno iure subiecti sunt, et Theodosiani legem lib. V. sub tit. ne colonus inscio domino suo alienet peculium, vel litem inferat ei civilem, ad Nebridium, Vicarium Asiae* etc. Eam igitur constitutionem omiserunt Gothi; sed Tribonianus illam recepit congruo Justinianei Cod. titulo, puta c. 2 C. Just. In quibus causs. coloni censiti dominos accusare poss. (XI, 49). Jure igitur W. eam, sed literis inclinatis scriptam, huc revocavit. Vid. W. in E. L. L. 1826, p. 1084 (Opp. Acadd. p. 438), quo loco se defendit contra eorum sententiam, quibus hoc non recte factum esse visum erat. d) Cod. Just. vulgo *N. Comiti Asiae*; sed Hal. Cont. Russ. nomen Nebridii et dignitatem om., Cuiacius in Comm. c. 2 cit. (Opp. ed. Francof. 1595. fol. T. III, p. 386) solam digni-

TIT. XII. DE LONGA CONSUETUDINE[e].

1. *Imp. Julianus*[f] *A. ad Maximum*[g]. Venientium est temporum disciplina*), instare veteribus institutis. Ideoque cum[h] nihil per caussam publicam intervenit[i], quae diu servata sunt, permanebunt. *Dat. IV. Kalend. Mart. Constantinopoli, Juliano A. IV.* *) *et Sallustio Coss.* (363.)

Interpretatio. *Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis*[k] *non impedit, pro lege servabitur.*

TIT. XIII.[l] . . . .

— — — — — — — — — —

— — *Desunt tredecim constitutiones.* — —

— — — — — — — — — — — —

14. *Impp.*[m] *Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum*[n] *Pf. P. Quicunque deserta praedia meruerit sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quam vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis vel maxime utilium patrimonii sui fundorum*[o] obligatione securitatis publicae firmaverunt[p] cautionem, susceptos[q] scilicet semel *fundos*[r] post emensa immunitatis spatia, inconvulsa a se vectigalium pensione retinendos. *Dat. VII. Kal. Jun. Divo Joviano et Varroniano Coss*[s]. (364.)

Tit. XII. C. Th. (vid. supra tit. IV, c. 2, not. *k* et tit. sq.), Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—36, 38—40, 42—44, 46, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. W. *Tit. XII.* In cod. 37 est *Tit. XI.* Cod. Just. VIII, 53. — c. 1. Br. Al., codd. edd. *c. un.* Go. eam coniungi vult cum c. 2 C. Th. de Dotibus (III, 12), c. 3 et 4 C. Th. Sine censu (XI, 3). Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—21, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 26.

Tit. XIII. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *Tit. XIII.* Cod. Just. XI, 61. — c. 14. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 14. Vid. not. *m.* Cod. Just. XI, 58, 3. Fortasse coniungenda est cum 3 C. Th. de Legatis (XII, 12) aut cum c. un. C. Th. de Equestri dignit. (VI, 36). Vid. infra not. *s.*

---

tatem. In c. 56 C. Th. de Appell. (XI, 30) Nebridius vocatur *Proconsul Asiae*, unde Go. (Prosopogr. v. Nebridius), quem Spangenb. sequitur, in c. 2 Cod. Just. poni volunt *Procons. Asiae.* W., quem secutus sum, tenuit scripturam L. R. B.

e) „Titulus hicce cur huc relatus sit, iam clarius intelligitur. Nempe quia consuetudinis non levis auctoritas erat in re agraria, quae mox tractatur.“ W. f) 6—8, 10, 15, 18—21, 27, 29, 32, 38, 40, 42, 44 s. *Const.* s. *Constantinus*, ut Til., s. *Constant.* Hoc etiam est in edd. Sich. Cui. 1 — Ri*., impr. Go. et W. Sed *Const.* s. *Constantin.* significatur etiam *Constantius.* Si ponitur *Constantius*, v. *Dat.* in subscr. habendum est pro *Reddita*, ut vivo Constantio lex facta, hoc autem anno promulgata sit; si vero *Julianus* scribitur, quod Be. W. auct. Go. receperunt, nihil mutandum est. Sed mihi videtur nomen *Constant.* ex deperdita aliqua antiquiore lege huc translatum esse a librariis, quibus Juliani apostatae nomen invisum erat. g) Dignitas deest in codd. praeter 15, qui *Maximo praepō.*, et 33, 34, ubi Maximus *ppō.* nominatur. Go. in Prosopogr. propter Symmachum X, ep. 47, Ammian. Marcell. XXI, 12 *Pf. U.* hunc Maximum fuisse putat. *) 20 *disciplinam.* h) 29 *I. quod n.* 20 *I. c. nichil colon' per* etc. i) Nonn. codd. *interveniet.* 26 *intervenit qui ex serv.* *) 6, 20 et Til. om. *A.* 21, Sich. om. *IV.* Ceterum 20 *Julio* et 6 sec. Ri. *et P. Sall.*, sed rectius 6, 7 cum aliis codd. *Psallustio.* k) Nonn. codd., Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *utilitates publicas.* 20 *utilit. iudicis.* Batavi in Bijdr. l. c. p. 350 multas huius tituli constitutiones periisse opinantur.

l) Non dubito hic Wenckii verba recipere, quae haec sunt: „Sequuntur, Taurinensis Cod. et Peyroni beneficio, fragmenta extremae libri quinti partis, quam ad ius agrarium spectantem, sibique inutilem, Gothi plane neglexerunt. Et folium quidem quod proxime sequitur nonum nullam habet nec libri nec tituli notam: argumentum tamen et numeri legibus aversae partis adscripti, hunc ei locum assignant. In folii autem decimi, quo argumentum, et legum numeri continuantur, ora superiore *libri V.*, in dextra *tit. XIII.* nota comparet, ut igitur hic in quo nunc versamur tit., etiam in genuino Codice illum, qui est *De longa consuet.* statim secutus, neque omnino in priore libri V. parte ullus titulus a Gothis omissus esse videatur. Deest autem rubrica, quam Peyronus effinxit talem: *de Fundis Patrimonialibus, Emphyteuticis et Saltuensibus*, accommodate ad argumentum, et Cod. Just. lib. XI. tit. 61. Sed malui vacuum rubricae locum relinquere, quam coniecturam sequi, in re admodum fallace.“ Ceterum P. et Pu. numerum et rubricam tituli uncis inclus. m) Cum in aversa folii noni parte primus constitutioni adscriptus numerus sit *XVIIII.*, supputatis retro numeris W. recte docet, folium in media c. 14 incipere, deesse igitur tredecim priores huius tit. constitutiones. Numeros etiam c. 14—18, qui in cod. 1 avulsi sunt, P. restt. et uncis inclusit. Iam impp. huic fragmento praefigendorum nomina P. e subscriptione supplevit et uncis inclusit. Item Pu.; W. cum propter vv. et argumentum, tum propter congrua imperatorum nomina, c. 3 Cod. Just. de Omni agro des. (XI, 58) putat ex hac lege desumptam esse, qua re et ipsa verba et inscriptionem h. c. ex Cod. Just. supplevit. Ceterum haec lex est illa *divi patris sui* (Valentiniani) *aperta praeceptio*, ad quam provocat Gratianus in c. 1. Cod. Just. de Locat. praed. civ. (XI, 70), authentica h. c. interpretatione, et Arcadius et Honorius respiciunt in c. un. C. Th. Qui conductores rei privatae (X, 5). n) Cod. Just. vulgo *Mamertium*, sed recte W. corr. *Mamertinum.* Vid. c. 15 h. t., Gothofr. in Prosopogr. v. Mamertinus et Cuiac. in Comm. ad c. 3 Cod. Just. cit. *Ad Mamert.* deest ap. P. Pu. o) W. „Ordinem verborum paullulum immutavi, ut fragmentum Taurinense cum lege Justinianei Cod. coalesceret, in quo haec in compendium redacta sunt. Sic enim ibi: *vel fundis patrimonii sui maxime utilibus obligatis, idonea cautione firmaverint, susceptam a se possessionem nullo detrimento publico relinquendam.*“ p) Restitui ex cod. 1 *firmaverunt*, quod W. ex Cod. Just. mutav. in *firmaverint.* Hoc est concinnius et ingenio Latino aptius, illud certius et magis definitum. q) Ita 1, quod plane congruit cum Cod. Just. *susceptam a se possessionem.* Sed P. et Pu. mendose *suspectos.* r) V. *fundos* deest in apographo cod. 1, edidit autem nihil de omissione eius monens P. p. 129. Etenim cod. 1 ita habet: *susceptosscilicetsemelpostemensainmunita.....*| Sed quia ita secunda folii linea brevior prima est, Wenckius verbum illud plane necessarium typographi negligentia ibi excidisse, legi autem revera in ipsa membrana arbitratur. s) Subscriptio deest in Cod. Just. Aut leg.

15. *Iidem* *) *AA. ad Mamertinum Pf. P.* Emphyteutica[t] praedia, quae senatoriae fortunae viris, praeterea variis[u], ita sunt per principes veteres elocata[v], ut certum vectigal annuum ex his aerario penderetur[x], cessante licitatione, quae recens statuta est[y], sciat magnifica[z] auctoritas tua a priscis possessoribus sine incremento licitandi esse retinenda[a]; ita, ut quaecunque in commissi fortunam inciderint[b], ac pleno dominio privatis occupationibus retentantur[bb] *a*[c] Leontii et*) Sallustii consulatu, ius pristinum rursus agnoscant. *Dat. IV. Kalend. Aug. Sirmio, Divo Joviano et Varroniano Coss.* (364.)

16. *Iidem AA. ad provinciales Byzacenos.* Nequaquam emphyteuticos fundos ante commissi vitium ad alterum transire debere, sancimus etc. *Dat. prid.*[cc] *Id. Septemb. Aquileia, Divo Joviano et Varroniano Coss.* (364.)

17. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Super fundis emphyteuticis seu patrimonialibus[d] divus Julianus[e] legem consultissimam dedit, scilicet, ut, qui ex his vel ad privatorum iura transissent, vel minuto canone conditionis[f] fisco locationibus tenerentur, ad statum retraherentur antiquum[g]. Hanc legem quidam iudicum interpretati pravius sunt, quam utilitas publica postulabat: ut eiusmodi praedia[h] ex rebus privatis nostris eruentes, ibi tantummodo satisfacerent legi, ubi non intererat fisci vectigalibus, utrumne privato iure an emphyteutico possideret[i]. Quamquam igitur animadvertimus esse consultius[k]: in eodem statu fundi[l] maneant, in quo ante legem divi Juliani fuerant; de quibus tamen nihil specialiter statuit, ab his, quibus omnia deinceps erogata[m] sunt, auctoritas tua redhiberi eos maturo iubebit auxilio. Erga ceteros sane fundos, quos recentium principum effusio aut perpetuo iure donavit aut deminuto canone concessit emphyteuticariis obtinendos, edictum comprehensi principis auctoritas tua valere praecipiat. *Dat. et PP. Romae VI. Kal. Novemb., divo Joviano et Varroniano Coss.* (364.)

18. *Iidem AA. ad Florianum Com.*[n] Quotiescunque emphyteutici[o] iuris praedia in vitium delapsa commissi, actis legitimis ac voci fuerint subiicienda praeconis, super facto licitationis *et* augmento nostra[p] peren-

— c. 15. C. Th., cod. 1 (sed absciss. num.), P. Pu. W. *c.* 15. Significatur c. 3 C. Th. de Locat. fund. iur. emph. (X, 3), c. 4 C. Th. de Collat. fund. patrim. (XI, 19). Cf. etiam c. 3, 4 Cod. Just. de Fundis patrim. et salt. (XI, 61) et c. 2 Cod. Just. de Locat. praed. civ. (XI, 70). — c. 16. C. Th., cod. (sed absciss. num.) 1, P. Pu. W. *c.* 16. Coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Petitionibus (X, 10), c. 3 C. Th. de Collat. fund. patrim. (XI, 19), c. 59, 60 C. Th. de Decurion. (XII, 1), c. 17 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). Vid. not. *cc.* — c. 17. C. Th., cod. 1 (sed absciss. num.), P. Pu. W. *c.* 17. Cf. Bijdr. l. c. p. 346 sq. Vid. etiam c. 1 C. Th. de Equestri dign. (VI, 36), not. *d.* — c. 18. C. Th., cod. 1 (sed absciss. num.), P. Pu. W. *c.* 18. Fortasse coniung. cum c. 4 sq. tit.

III. et add. *Serdicae*, ut in eundem diem h. c. incidat, quo data est c. 3 C. Th. de Legatis (XII, 12), aut in c. 3 leg. *VII.* pro *III.*, quae numerorum commutatio facilis est; si vero h. c. coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Equestri dign., tum add. *Philippopolis.* Vid. infra c. 1 cit., not. *d.* *) P. et hic et in sqq. constt. *Idem* pro *Iidem*, codicem 1 secutus, qui semper *Idem* habet, ubi scrib. est *Iidem*, quod brevitatis caussa semel moneo. H. l. *Iidem* suppletum est. t) Codex et P. fere semper *enfyteutica* etc. u) P. Pu. *Sen. Fortunae, viris pr. var.*, quam interpunctionem W., propter insolentem vv. *senatoriam fortunam* pro ipsis senatoribus usum, recte mutavit. v) Syllaba *ta* om. a librario cod. 1. x) 1 *pen|. iretur.* y) Sec. W. a Constantio, quo regnante Leontius et Sallustius, qui paullo post commemorantur, consules fuerunt. z) 1 *magnificas*, mendose. a) Id est sec. W., ut non liceat augere annuam pensionem. b) Apte W., spectatis c. 3 et 4 Cod. Just. citt., his vv. intelligi censet emphyteutica praedia, quae erepta sunt possessoribus, quia maiorem canonem persolvere noluerunt. Neutiquam igitur transferenda sunt ad eam iacturam, quam non soluto canone patiuntur. bb) Haec vv. P. habet pro: „fundis rei privatae accensentur", impr. W., qui ea interpretatur: „ab ipsis actoribus et procuratoribus dominicis exercentur." Sed P. idem dicit atque W. Cf. P. comm. circa fin. c) Praepositionem in cod. 1 om. add. W., qui comma post *retentantur* a P. Pu. positum delet. Si codicis scriptura tenetur, vv. *ita — consulatu* referenda sunt ad possessores tantum Leontio et Sallustio consulibus (ann. 344.) expulsos; si vero W. emendatio recipitur, ad quoslibet possessores ab his inde consulibus usque ad ann. 364, quo haec c. data est, praediis eiectos. Sed illi interpretationi obstat praesens *retentantur*, quod non commode cum anno huius legis coniungi potest, quare praetuli W. emend. *) Ita 1, sed edd. *ac.* cc) Rep. in c. 3 cit. *II.* sive *prid.* et in c. 59 et 17 *II.* sive *prid.* pro *IV.*, ut omnium illarum constt., quas inter se coniungendas esse dixi, unus dies fiat, quam levem mutationem nemo improbabit, qui meminerit librariorum in scribendis numeris negligentiam. d) Ita 1, P. Pu.; sed W. *provincialibus*, err. typogr. e) Haec lex non exstat. f) P. tentat *conductionis*, sine caussa. Conditio hic est pro pacto, conventione. g) Cf. de h. l. P. p. 133 et W. p. 304, not. *p.* h) 1 *praeda* mendose. i) P. W. legi volunt *possiderentur.* k) W. add. particulam *si* et propter orationis nexum et propter scripturam cod. 1 *consultiusineod.*, in qua facile geminatio excidere potuit; praeter necessitatem. Nam tria in seqq. iubentur: primum: „fundi in eodem statu maneant, in quo ante legem Juliani fuerant, quamquam *consultius* est eam sequi, quae nunc optime conveniunt cum exordio legis: *Super fundis — Julianus legem consultissimam dedit;*" alterum: „fundi, de quibus lex Juliani nihil specialiter statuit, redhibeantur ab his, quibus omnia deinceps erogata sunt"; tertium; „erga ceteros sane fundos" etc., in quibus inest applicatio legis. l) P. in comm. prop. *in eodem statu aliqui fundi maneant*, cum ipsi haec vv. cum illis, quae antea de consultissima D. Juliani lege dicta erant, pugnare videantur. Contra W. Peyroni coniectura non omnem caliginem, quae hanc sententiam premat, tolli, sed vv. quaedam post *specialiter*, in quo v. versus finitur, a librario omissa esse existimat. Sine caussa; vid. nostram annotationem *k.* m) Haec vv. W. intelligit de remissione tributorum, a quibus ii tantum, qui fundos rei privatae, non qui emphyteuticos vel patrimoniales possidebant, immunes erant. n) Scilicet *rei privatae.* Vid. Go. in Prosopogr. h. v., c. 4 sq. tit. et c. 11 C. Th. de Exact. (XI, 7). Ceterum

nitas consulatur; nec prius eius *dominio*, qui ceteros oblatione superavit, perpetuae firmita*tis* robur accedat, quam si super pensionis modo, conductoris nomine, enthecae quantitate[q], nostrae tranquillitatis arbitrium, fideli ratione consultum, observanda praescripserit[r]. *Dat. IV. Kal. Mart. Treviris*[s], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

19. *Iidem AA. ad Germanianum*[t] *Com. S. L.* Fundi emphyteutici patrimonial*is*que iuris in antiquum ius praestationemque redeant, ne quoque exempti ab emphyteutico patrimonialique titulo, veluti priv*a*to iure teneantur[u], rectoribus provinciarum et rationali*bus* monendis, ut sciant, contra commoda largitionum nost*rarum* specialia non admittenda esse rescripta[v]; his tantu*m*modo exceptis, quos in re privata nostra secundum lege*m* datam iam dudum[x] in hoc nomine manere praecipimus[y]. *Dat. V. Kal. Aug.*[z] *Valentiniano et Valente AA.* Coss. (365.)

20. *Iidem AA. ad Germanianum Com. S. L.*[a] Placuit, ut *emphyteuticorum* fundorum patrimonialiumque[b] possessores, quo voluerint, quo potuerint[c] tempore, et quantum habuerint pensionis paratum, [dummodo non amplius, quam in tribus per singulos annos vicibus[d]] officio rationalis assignent ac de suscepto ab eode*m* securitatem[e] eodem die pro more per*c*ipiant: modo ut intra[f] Januariarum Iduum diem omnis summa[g] ratiociniis publicis inferatur: gravissimae poenae subdendo officio[h], si cuiquam, quolibet anni tempore [dummodo nequaquam numerum trinae[i] illationis excedat] solutionem facere gestienti, negaverit susceptionis officium vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo[k]. Super quo possessores apud curatores[l] vel magistratus, aut quicunque in locis fuerit, qui conficiendorum actorum habeat potestatem, conveniet[m] contestari, ut *et*[n] de officii insolentia constet, in quod[o] exercenda vindicta est, *et*[p] his possit esse consultum. *Dat. XIV. Kal. Jun. Remis, Gratiano N. P. et Dagalaipho Coss.*[q] (366.)

21. *Iidem AA. ad Auxonium Pf. P.*[r] Si fundos patrimoniales *) vel emphyteuticos quispiam postularit, super nomine suo ad nostram clementiam sciat esse referendum, ut temeritatis notam subeat. Sane si rationalis vel eius officium per conniventiam[s] fundum huiusmodi tradendum esse crediderit, summo supplicio sese afficiendum esse cognoscat, ademptis facultatibus. *Dat. pr.*[t] . . . .

— — — — — — — — — —

— — *Desunt octo constitutiones.* — — —

— — — — — — — — — —

— c. 19. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 19. — c. 20. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 20. Cod. Just. XI, 64, 4. — c. 21. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 21.

ad suppl. est a P. o) 1 *enfyteuticis*, mendose. p) 1 *nostro*, mendose. q) 1 *quantitatae*. r) Pu. *praescriperit*. s) 1 *triu*. P. *Triũ*. Pu. *Triv*. t) Ita 1, sed P. Pu. mendose *Germanicum*, impr. W. Cf. Go. in Prosopogr. v. Germanianus, quod nomen etiam P. in comm. habet. u) W. de h. l. ita disserit: fundorum rei privatae, i. e. ipsius principis, possessores ab omni alio tributo, praeter canonem, immunes erant; emphyteutici et patrimoniales non ita. Intererat igitur fisci, ne utrumque fundorum genus confunderetur. v) „Similiter Valentinianus in fine c. 3 Cod. Just. de Fundis patrim. (XI, 61) ad eundem Germanianum datae." W. x) W. intelligit c. 15 h. t., Batavi in Bijdr. l. c. p. 347 c. 17 h. t.; mihi vero videtur h. l. ad deperditam aliquam legem respicere. y) 1 *praecipimus*. P. Pu. W. *praecepimus*, sine caussa. Ret. est *praecipimus*, id est quos manere volumus, ex mente illius legis iubemus. z) W. putat, supplendum esse *Mediolani*, ubi tunc commoratum esse Valentinianum Go. docet in Chronol. h. a. a) Cod. Just. *ad Germanum*, impr. P. W.; idem om. *Com. S. L.* b) 1 *utfundorumpatrim.*|*nialiumq. poss.*, unde P. Pu. om. *q.* edd. *ut f. patrim*(*o*)*nialium possessores*, allata simul a P. Codicis Just. scriptura, quam W. recepit et nos comprobamus. Videtur ergo v. *emphyteuticorum*, quod et apud nos et ap. W. literis inclinatis expressum est, per errorem librarii cod. 1 excidisse, neque vero litera *q.* mendose addita esse, ut P. et Pu. arbitrantur. c) *quo potuerint* om. in Cod. Just. d) 1 *civibus*, mendose. e) Id est apocha. Cod. Just. VI, 38, 3. f) 1, P. Pu. *intro*; recte W. ex Cod. Just. ed. *intra*. g) 1 mendose *summam*. h) Ita P., quem Pu. et W. secuti sunt, edd. ex Cod. Just. Neque enim recte legitur in cod. 1 *subdendaofficiisicuiquam*, ex cuius scripturae vestigiis non improbabiliter W. colligit, olim scriptum fuisse: *subdendis officiis* et mox *negaverint — fecerint*. i) Cod. Just. *ternae*; sed Cui. et cod. Gott. *trinae*. k) 1 *edendu.*|, mendose. l) Cod. Just. *poss. aut procuratores*, impr. P. et W. Intelliguntur enim curatores civitatum, qui saepe in hoc Codice commemorantur et nonnunquam iuri dicundo praeerant. Cf. Car. de Savigny, Geschichte des R. R. im Mittelalter, T. I, p. 41—43, 86 sq. (ed. 1); p. 64—69, 112 sq. (ed. 2). Rectius etiam auctore W. dicitur *contestari apud aliquem* quam *aliquem*, si de iudice sermo est. m) Cod. Just. *fuerint — habeant — conveniat. Conveniet* rectius dicit P. n) Ita Cod. Just. In palimps. deest *et*. Sed cum in vocula *ut* finiatur linea, in quarum singulis etiam hic literae aliquot, licet paucae, recisae sunt, recte W. non dubitavit copulam addere, a P. Pu. neglectam, sed necessariam, ut duplex finis, cuius caussa requiritur contestatio, elucescat. o) Cod. Just. *in quo*. p) Hanc quoque copulam in cod. 1 omissam suppleverunt edd. ex Cod. Just. q) In cod. 1 abscissae sunt literae *ipho*. P. Pu. *Dagala*(*ifo*.) Tota subscr. deest in Cod. Just. r) Fuit Auxonius Pf. P. Orientis ann. 368, 369. Videtur ergo Wenckio haec lex alterutro anno a Valente data esse eo consilio, ut etiam in Oriente emphyteuses perpetuae essent, neque fundum, quem alius possideret, sine poena petere liceret. P. hanc legem pro fugitiva habet. In annorum commemoratione errat W. *) Pu. *patrimomniales*. Paullo post P. Pu. ita interpungunt: *postularit super nomine suo, ad nostram* etc., male. s) 1, P. *conhibentiam*. Pu. *cohibentiam*. t) Hic abrumpitur folium nonum codicis Taurinensis.

30. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.*[u] *Quicunque defectum*[v] *fundum* patrimonialem exercuerit, instruxerit[x], fertilem idon*eum*que praestiterit, salvo patrimoniali canone, perpetuo ac*) *privato* iure defendat, velut[y] domesticum et avita[z] successio*ne*[a] *qu*aesitum sibi habeat, suis[b] relinquat, neque eum aut promulga*tione* rescripti[c] aut reverentia sacrae annotationis quisquam *a fructu**) impensi operis excludat. Ceterum eos, qui opimas *ac fertil*es retinent[d] terras aut etiam nunc sibi aestimant[e] eli*gendas*, pro defecta[f] scilicet portione[g] summam debiti prae*sentis* iubemus implere: eos[h] etiam, qui emphyteuticario no*mine* nec ad plenum idoneas nec omnimodis[i] vacuas detinent, *sic ex*[k] illis quoque, quae praesidio indigent, iustam ac debitam *quan*titatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio, *post b*iennium decretum canonem[l] solvendum esse memine*rint*. Ii[m] autem, qui proprio voluntatis assensu[n] nunc, quod *permis*imus[o], elegissent[p], neque sibi nunc opimum aliquid et con*ducib*ile vindicarint[q], sed tantum nuda et relicta suscepe*rint*, triennii immunitate permissa, debitum canonem p*endant**). Nemo tamen qualibet[r] meriti et potestatis obiecti*one* summovea*tur*, quo min*us*[s], ad diacatochiae[t] vicem, defec*tas* possessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tribu*ta et* canonem soluturus: illud speciali observantia[u] pro*curans*, ut primum[v] vicinas et in eodem territorio sortiatur; *dehi*nc si neque finitimas neque in iisdem[x] locis repererit *con*stitutas[y], tunc demum etiam longius positas, sed in quan*tum f*ieri valet pro interiecto spatio sibimet cohaerentes, *pro modo* et aequitate suscipiat, ut[z] consensu omnium fiat, *quod* omnibus profuturum est. *Dat. VIII. Kalend. Novembr. Constantinopoli, Honorio*[a] *N. P. et Evodio Coss.* (386.)

— c. 30. C. Th., cod. 1 (sed absciss. num.), P. Pu. W. *c.* 30. Cod. Just. XI, 58, 7. Bas. LVI, 3, 7. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Usuris (II, 33), c. 2 C. Th. de Fugit. col. (V, 9), c. un. Cod. Just. de Colon. Palaest. (XI, 50), c. 5 Cod. Just. de Agric. et manc. (XI, 67) et fortasse cum aliis Cod. Just. constt. Vid. supra c. 2 de Fugit. col. cit., not. super.

u) In syllaba *um* proximi v. *fundum* incipit decimum cod. 1 folium, quod totum propter luculentissimam in superiori ora inscriptionem *Lib. V. T. XIII.* ad eundem titulum idemque argumentum pertinet, et cum in aversa folii parte primae legis numerus sit *XXXIII*, a c. 30 incipiat necesse est, ut unum tantum inter hoc et antecedens folium absit cum octo constitutionibus. Incipit autem hoc folium in eadem c., quae est septima Cod. Just. de Omni agro des. (XI, 58), ita tamen ut inscriptio et duo prima h. c. verba una cum syllaba *fund* verbi *fundum* in cod. 1 perierint. Et prima quidem vv. W. ex Cod. Just. restituit; nomina autem imperatorum, quamquam uncis inclusa, P. (quem Pu. et W. secuti sunt) ex fastis atque adhibita subscriptione, quae in cod. 1 exhibetur, deest in Cod. Just.; vv. denique *Cynegio Pf. P.* in cod. 1, ap. P. Pu. et in Cod. Just. omissa idem W., auctoritate Cuiacii, reposuit, cum ad Cynegium multae similis argumenti constt. hoc anno datae sint. Cod. Just. habet *Iidem AAA.*, id est, si antecedentem legem inspicimus: *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius.* Cuiacius autem in Comment. (Opp. ed. Francof. 1695. T. III, p. 395) ed. *Iidem AAA. et Arcadius A.*, sed del. *Gratianus*, qui iam ann. 383 perierat. Advertendi sunt praeterea haec legentes, in sqq. constt., quae solis Taurinensibus foliis debentur, propter laceratam eorum conditionem multa restituta esse ab editoribus, pleraque autem a P., in quibus locis indicandis ita versati sumus, ut, ubi nihil dicitur, quis lacunam primus expleverit, P. intelligendus sit, in reliquis autem is, quem auctorem annotatio nominat. Quae suppleta ex Cod. Just. sint, per se apparebit. v) Vulgo in Cod. Just. *desertum*, male. Cuiacius et codd. Russardi *defectum*. Etenim *defectus* ex W. sententia dicitur fundus sterilis et inanis, qui ideo onera ipsi imposita sustinere non potest, ἀγρὸς ἄπορος, ut redditur in Bas. l. c. Is igitur commode h. l. opponitur *fertili et idoneo*. Cf. c. 3 et 12 C. Th. de Censitor. (XIII, 11), c. 3 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28). Itaque v. *desertum* hic nullus locus. Et quamquam ipsum principium in cod. 1 desit, idem tamen nostram lectionem infra confirmat, ubi pro vulg. *deserta* exhibet *defecta* et paullo post *defectas possessiones*. Olim *defecta* appellabantur *aphantica*. x) Cod. Just. *exerc. et fert.* et om. *instruxerit.* *) W. *atque*, sed 1, P. Pu. Cod. Just. *ac.* y) Cod. Just. *et velut*, sed nonn. codd. om. *et.* z) 1 *habita*, ut infra V, 15, 11. a) Pu. *successione.* b) 1 *sui;* a m. sec. corr. *suis.* Cod. Just. vulgo *suisque*, sed cod. Gt. et Cuiac. *suis.* c) 1 *proscripti*, mendose. *) .... *ctum*, sed corr. *ctu*, puncto supra posito. d) Cod. Just. *possident.* e) Cod. Just. *existimant.* 1 *aestimat.* f) Cod. Just. vulg. *deserta*, sed Cuiac. *defecta*, ut cod. 1. g) 1 *portionem;* a m. sec. corr. *portione.* h) Cod. Just. *illos.* Recte W. notam puncti ab edd. Cod. Just. atque ab ipso P. Pu. ante hoc v. positam cum distinctione minus plena permutavit, quoniam sequentes infinitivi *debere suscipere* et ipsi pendent a v. *iubemus.* i) Vid. c. 7 pr. C. Th. de Honor. cod. (VI, 22). Cod. Just. *omnibus modis.* k) Haec vv. in cod. 1 abscissa restituit W. ex Cod. Just. Male P. Pu. *si ex.* l) 1 *canone.* m) 1 *i* et ponitur alia litera *i* supra lin., ut leg. sit *ii.* P. Pu. *Hii*, ortographiam cod. 1 secuti. Incipit enim in litera *i* versus novus, cuius priores literae avulsae sunt. Tota sententia a vv. *Ii — pendant* deest in Cod. Just., quia de triennii immunitate iam cautum erat c. 1 Cod. Just. eod. n) 1 *adsensum*, a man. sec. em. *adsensu.* o) 1 *quod*|...*imus.* P. Pu. suppl. *dic* (*dicimus*), quod et W., quamquam renuens, retinuit. Edidi *permisimus* (*pmis*). p) 1 *eligissent.* q) 1, P. Pu. *vindicarent*, sed W. *vindicarint*, recte propter sq. *susceperint.* r) 1 *qualibent*, a man. sec. *qualibet.* s) 1 *potestatisubiectio*|....*submoveatquominus.* P. Pu. edd. *potestatis subiectio*(*ne eum*)*submoveat.* Nostram lectionem W. hausit ex Cod. Just., quae commendatur per facilem commutationem literarum *u* et *o* in v. *obiectionis* et omissionem virgulae compendium scripturae in v. *summoveat* indicantis. Deinde v. *eum*, quod P. inserit, plane non habet, quo referatur; praecedit enim pluralis. t) 1 *diacatochiem.* Cf. de notione v. *diacatochia* Cuiac. l. c., Go. in comm. c. 1 C. Th. de Fisci deb. (X, 16) et W. ad h. c. pag. 311, not. *y* et *c.* u) 1 *observantiam.* Cod. Just. *observatione.* v) Cod. Just. *primo.* x) 1, P. Pu. *hisdem.* y) 1 *reppererint*|.... *tituas.* z) Cod. Just. add. *id.* a)

31. *Iidem AAA. Floro Pf. P.*[b] Saltuenses[c] fundi iurisque patrimonii, in *Orien*tis regionibus siti, turbata exactione dispositionis[d] an*nuae*, *m*aximo dicuntur dispendio fatigari et immanissima *opp*rimi mole[e] reliquorum, eo, quod ad ordinarios sollici*tatio* transducta, latiorem dependendi[f] praebuit facul*tatem*. Illustris itaque auctoritas tua memoratos fundos *ad ra*tionalium curam praecipiat revocari. *Dat. IX.*[g] *Kal. . . .*[h] *Constantinopoli, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

32. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*[i] *AAA. Rufino Pf. P.* Fundos patrimoniales semel expetitos *e*t *t*raditos refundere, conductoribus omnino non liceat[k]: et *si h*uiusmodi facultatem quolibet tempore, qualibet auctoritate meruerunt, impetratis in fraudem publicam no . . . . | tur[l]. *Dat. XVIII. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

33. *Iidem*[m] *AAA. Rufino Pf. P.* Jus emphyteuticum, quo[n] iuris pat*rimonia*lis vel rei publicae[o] praedia possessoribus sunt adiudicata per*petuariis*[p], ita inconcussum[q] cum nostris tum maiorum[r] nostro*rum*[s] *sanctionibus*[t] esse retinemus, ut, quod semel traditum fuerit, nec *a nobis un*quam possit nec ab alio, aliis possidentibus, occupari. Se*d quando* improborum impotentia[u] factum est, ut optimis[v] quibusque luc*ri cu*piditati[x] et quaestui servientibus[y], deteriores agri provin*cialibus* relicti sint, quos nemo eorum dignatus[z] fuerit obtinere, *sublimis*[a] magnitudo[b] tua iudicibus, officiis ac defensoribus[c] eam poenam cons*titu*et, ut, nisi desertis ac deterioribus fundis utilium con*fusione ad*mixta[d] subvenerint, sciant a se mulctam aut poenam, *quae* pro*po*sita fuerit, sustinendam. *Dat. III. Kalend. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

34. *Iidem AAA.**) *Rufino Pf. P. Orientis*[e]. Qui fundos patrimoniales *iure* privato, salvo canone, susceperunt[f], hanc omnes *sine ullius* exceptione personae propositam[g] intelligant opti*onem*, ut aut ea loca, quibus minor est soli[h] foecunditas, cum *his*, *ex* quibus fructus uberes capiunt, suscipere et ten*ere non ab*nuant, aut, si eorum refugiunt sterilitatem[i], opimioribus ce-

— c. 31 et 32. C. Th., cod. 1 (sed absciss. num.), P. Pu. W. *c.* 31 et 32. — c. 33. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 33. Coniungenda est cum c. 20 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). — c. 34. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 34. Cod. Just. XI, 58, 9.

V. *Honorio* in cod. 1 avulsum rest. P. Tota subscr. deest in Cod. Just. b) Florus Pf. P. hoc anno ignoratur, quo Tatianus Cynegio in praefectura Orientis successit. Vid. Reinesii notam exhibitam a Ri. in Chron. C. Th. T. I, p. CXXX. et Go. in Prosopogr. v. Florus. W. cj., eum hoc anno praefecturam Orientalis Illyrici gessisse. De argumento legis cf. W. in notis ad c. 1 C. Th. de Off. com. rei priv. (I, 11), pag. 55. Ceterum literae *Iidem AA* abscissae sunt in cod. 1, quare P. ed. (*Idem AA*) *A.* et Pu. (*Iidem AA*) *A.*; Pu. *Flor.*, mendose. c) 1 *saltuensis.* d) Id e. sec. W. provisionis, necessitatis. Cf. Go. Glossar. nom. h. v. e) 1 *more.* f) Ita P. Pu. W.; 1 *depraehendi. An depraedandi?* g) Pu. om. *IX.* h) Mensis abscissus est in cod. 1. i) In cod. 1 abscissa sunt nomina imperatorum. P. rest. (XXXII *Idem AAA*), quod Pu. omm. uncinis rec., W. improbavit et de cj. P. mutavit in *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*, sed vix spatium, quod in cod. 1 superest, tot verba continere potest. Puto igitur, a P. recte restitutum esse *Idem* (rectius Pu. *Iidem*) *AAA.*, si codicis ratio habetur, si vero temporis, W. emendationem tenendam esse. Ceterum W. errat, quod in cod. 1 tertiam literam *A* superesse dicit, cum ne haec quidem adsit. Sine dubio Wenckium induxit in errorem c. antecedens. Vid. supra not. *b.* P. Pu. interpung. *traditos*, *refundere cond. o. n. l.* k) Idem iam cautum est in Occidente c. 3 Cod. Just. de Fund. patrimon. (XI, 61) anno 365 data, quare W. haec c. videtur a Cod. Just. conditoribus neglecta esse. l) Ita plane cod. 1. P. suppl. *notationib. vacuetur*, edidit autem *no(tationibus vacue)tur.* Item Pu. Uterque provocat ad vv. c. 7 C. Th. de Locat. fund. iur. emphyt. (X, 3), *subreptio ista vacuetur*, alia vero orationis structura, ut W. monet. Hic igitur proponit *nominibus vacuetur*, sc. auctoritas, i. e. imperatorum nomina eiusmodi rescripto praeposita, pro non adiectis habeantur, ipsumque adeo rescriptum non valeat, et cf. vult vv. c. 1 C. Th. de Matern. bon. (VIII, 18): *salva reverentia et pietate sacris nominibus debita*, i. e. legibus, quae prae se ferunt sacra nomina. Ipse conieceram *nominibus priventur* (sc. *conductores*), quacum cj. nunc video concinere Batavos in Bijdr. l. c. p. 349. Praetuli autem in lubrica hac re W. exemplum sequi et lacunam punctis indicare. m) 1, P. *Idem.* Cf. c. 15 h. t. not. *). Multa in hac c. restituta esse, cognoscitur ex iis, quae literis inclinatis scripta sunt. n) 1 *enfyteuticusquos*, mendose. P. *pa(rimonia)lis.* Pu. *pa(trimomia)lis.* o) Sec. W. intelliguntur praedia civitatum, de quibus c. 35 h. t. Quare postea defensores commemorantur. p) Cf. c. 14 C. Th. de Tiron. (VII, 13). q) 1 *concussum*, mendose. r) 1 *tuncmaiorum.* s) W. cf. vult c. 15, 16 h. t. t) Ita suppl. P.; W. cj. *constitutionibus* vel *legibus*, sine caussa. Verbum *esse* melius abesse dicit W. u) Id e. sec. W. violentia, qua potentiores utuntur adversus infirmiores. Conf. c. 8 C. Th. de Censitor. (XIII, 11). v) Optimi sec. W. sunt homines gente, honoribus, dignitate et opibus conspicui. P. monet, ne pro *optimis* corr. *opimis;* refert igitur vv. *optimis quibusque* ad agros hosque *deterioribus* opponi putat. x) 1 *cupiditatis.* y) P., quem Pu. secutus est, contra codicis 1 planam scripturam add. *delectis*, ne contextus, ut ait, hiaret. Recte hoc impr. W. et del. *delectis*; in err. enim induxit P. falsa interpretatio v. *optimis.* z) 1 *dignatur.* a) Hoc v. rest. P. ex c. 52 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5). In Novellis Valentiniani saepe legitur *illustris et praecelsa magnitudo tua* ita in compendium redact. *ill. et pc. mag. t.* b) 1 *mag.* c) Nempe sec. W. civitatum. 1 *defensoris.* d) P. Pu. suppl. *permixta*, sed melius W. *admixta.* Ceterum W. observat, ad hanc confusionem perficiendam spectare legem sequentem, ideoque hanc legem in Cod. Just. omissam esse. *) W. *AA.* e) In Cod. Just. om. *Orientis.* f) Cod. Just. *canone salvo susceperint.* g) 1 *proposita.* In Cod. Just. add. *sibi*, sed om. in multis libris. h) 1 *proli*, mendose. i) 1 *refugium* et 1, P. *sterelitatem.*

dant[k]. *Dat. VIII. Id. Novemb. Tyro metropoli*[l], *Arcadio III.*[m] *et Honorio II. Coss.* (394.)

35. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano Com. S. L.*[n] Restaurationi[o] moe*nium* publicorum tertiam portionem eius canonis, qui ex loc*is fun*disve rei publicae annua praestatione confertur, certum est *satis* posse sufficere[p]. De vectigalibus itaque publicis, quae *semper* ex integro nostri aerarii conferebant expens*as*, *ni*hil omnino decerpi nomine civitatum permitti*mus. Dat.*[q] *VIII. Id. Aug.*[r] *Olybrio et Probino Coss.* (395.)

36. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.*[s] Repetitae legis[t] iussione man*damus*, ut, quicunque patrimoniales fundos detinere dete*gatur*[u] aut domum se apud Constantinopolitanam urbem habe*re* vere perdoceat: aut si non habet vel talem habere monst*ratur*[v] in fraudem legis locum, qui, velut praedia numerar*iorum*[x], *no*bilissimae urbi deformitati sit potius quam decor*i*, *ad ex*structionem eiusdem intra annum, si possessionibus *se privari*[y] non patitur, magnificentiae tuae vigore cogatur. *Pari* etiam illos iubemus conditione retinendos[z], qui iuxta l*egem* divi patris nostri[a] nonnulla ex praedicto iure fundo[b] . . . .

. . . .

— — — — — — — — — —

— — — — — — — — — —

— c. 35. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. c. 35. Cod. Just. XI, 69, 3. Bas. LV, 13, 11. — c. 36. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. c. 36. Fortasse cohaeret cum c. 38 aut 40 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1).

k) Hoc est sec. W.: „aliis suscipiendos permittant, qui etiam sterilibus operam impendere non abnuant. Cf. c. 4 C. Th. de loc. praed. civ. (X, 3.), quae est c. 6 Cod. Just. de omni agro des. (XI, 58). L. autem 17 Cod. Just. eod. agit de iis, qui, cum omnes rei publicae agros conduxissent, steriles relinquerent incultos.“ l) V. *metropoli* deest in Cod. Just. Gothofr. in Chron. C. Th. ad h. a. p. CXLI. cj. „f. Dat. *Athyrae*, vel Dat. *Therae*, vel *Dat.* pro *PP. Reddita*,“ quae cj. per codicem 1 refelluntur. W. dicit, hanc legem, cum Theodosius Eugenii tyranni debellandi canssa hoc anno in Occidente fuerit, Arcadio deberi, huncque iter in Phoeniciam suscepisse, ex ea colligi posse; similem etiam subscriptionem esse in c. 11 C. Th. de Tiron. (VII, 13). m) W. mendose *VII.*, sed in corr. *III.* n) Prima huius legis pars est c. 3 Cod. Just. de Divers. praed. urb. (XI, 69), quam Go. ex c. 33 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) desumptam esse existimavit (vid. not. *r*); desunt autem in c. 3 vv. *Hadriano Com. S. L.* De Hadriano, quem Com. S. L. hoc anno in Occidente post Eusebium fuisse huc usque ignorabamus, cf. Peyroni doctissima observatio p. 146, exscripta a Wenckio p. 315, not. *m* et Go. Prosopogr. h. nom. o) De argumento huius c. et de diversis eodem anno super eadem re a Valentiniano latis legibus cf. Peyronus in comm. h. c. pag. 147, Wenckius p. 315, not. *n*. p) In v. *sufficere* desinit c. 3 Cod. Just. cit. q) In cod. 1 deest *Dat.*, quod rest. P. et rec. Pu. W. r) Cod. Just. *Dat. III. Non. Jul. Mediol.*, qui dies etiam in c. 33 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) est, quare Go. c. 3 Cod. Just. ex c. 33 cit. excerptam esse existimavit, P. autem c. 3 Cod. Just. cit. ex hoc loco emendari iussit, opinatus, c. 33 C. Th. cit. ab Honorio in Occidente, hanc c. et c. 3 Cod. Just. cit. ab Arcadio in Oriente promulgatam esse. Cui cj. W. validissimis argumentis contradixit, primum ex emendationis violentia depromptis, deinde ex eo, quod Hadrianus Com. S. L. in Occidente fuit. Censet igitur, omnes illas constitutiones ad Occidentem pertinere et, cum v. *Dat.* P. suppleverit, h. l. fortasse scribendum esse *PP.*, Codicem igitur Just. diem, quo lex *data*, Theodosianum, quo *proposita* sit, nempe *Mediolani* continere, neque ullam utriusque subscriptionis vere esse discrepantiam. Quae praeterea a W. adduntur, ea levia sunt, cum non raro constitutiones eodem die de simili re ad diversos magistratus datae inveniantur. s) Cum subscriptio legis desit, certi quicquam de aetate eius definiri nequit; hoc tantum constat, eam post c. antecedentem, h. e. post annum 395 et ante Arcadii mortem, quae anno 408 accidit, latam esse aut ante ann. 405, quo tempore Anthemius Eutychiano in praefectura successit. Fortasse incidit in annum 398, quo multae leges ad eundem Eutychianum datae sunt et inter alias c. 38 et 40 C. Th. de Oper. publ. de simili re, id est de amplificanda urbe Constantinop. Confirmat meam opinionem folii XII (XI). Taurinensis et folii decimi, quae cohaerent, comparatio. Nam cum illud incipiat cum extrema parte const. alicuius anno 409 datae, decimum autem folium in prima h. c. parte desinat, necessario unum saltem folium cum nonnullis constt. excidit, ut annus huius legis appropinquandus sit anno 395, non 405. Potest vero etiam anno 397 lata esse, cuius anni aeque nonnullae leges ad Eutychiannm inscriptae sunt, ut c. 3 C. Th. de Usur. (II, 33), c. ult. C. Th. de Praediis senat. (VI, 3), c. 3 C. Th. ad L. Corn. de Sic. (IX, 14). Certe mihi persuasum est, h. c. non recentiorem esse anno 398. t) Scilicet Constantini. Vid., quae ad illustrandam caussam huius legis doctissime proferunt P. p. 148 et W. p. 316, not. *p*. u) Nempe in Oriente. 1 *detenere.* v) 1 *monst.....*|*in fraudem.* P. Pu. *monst(ret, ut)in fr.* W. *monstraverit.* Ego non dubitavi recipere cj. Batavorum in Bijdr. l. c. pag. 349, mutato tamen coniunctivo in indicativum propter antecedens *habet.* x) Locus desperatus, quem sanare non potui. 1 *locumsivelitpraedaenumerar.......*|*bilissimae.* P. ed. *locum sibi elegerit, vel ex praeda Numerar(iorum no)bil.* Item Pu., in qua cj. recte W. primum iustam sententiam desiderat, deinde rationem criticam idoneam, cum illa: *sibi elegerit* plane sint insititia eo loco, quo nullum sit lacunae in cod. 1 indicium. W. igitur cj. *locum*, *qui*, *velut praedia numerariorum* etc., quasi *praedia numerariorum* vicum aliquem urbis Constant. inelegantem et deformem significent, ducto nomine a numerariis, satis exoso hominum genere, quorum fortasse maior pars ibi habitaverit. Sed neque haec cj. mihi placet, quamquam eam melioribus destitutus retinui. Coni. aliquis: *vel talem habere monstratur in fraudem legis locums* (*mille solidos*) *velit pro aede numerare, si nobilissimae u. def. s. pot. q. decori aut ad exstructionem* etc. y) 1 *possessionib.......*|*re*, nnde P. Pu. snpplent *decedere.* Hoc autem improbans W. et negans dici posse *decedere non patitur* de eo, qui decedere recusat, suppl. *se privari*, quae cj. satis bonam sententiam praebet. Vid. c. 13 C. Th. de Ann. civ. (XIV, 17). Velim tamen aliam cj., qua servetur syllaba *re.* z) 1 *condicioniretinendi.* Pu. *retinendos*, err. a) Theodosii M., quam ignoramus, cum extrema pars huius c. desit. b) Hic desinit folium decimum codicis 1; P. Pu. W. *fundo(rum).*

37. *) *Impp. Honorius et Theodosius* . . . . . .[c] . . . . nentibus[d] indulgentiis a nobis praestitis, ut in | . . . . itatur, quicquid exactum fuerit amplissima | . . . . cae. *Dat. III. Non. Novemb. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III.*[e] *AA. Coss.* (409.)

38. *Iidem AA. Aureliano Pf. P.*[f] Nulli penitus liceat[g] salvo *canone privato iure*, sive cum imminutione canonis pa*trimoniali iure*[h] limitrophos[i] sive saltuenses per Ori*entem fundos* patrimoniales postulare. Nemo potia*tur iis*, e*tsi* surreptiva quidem id promeruerit peti*tione per* speciale beneficium, vel exquisita fraude *vel quolibet* ar*tificio* ultro in quemquam liberalitas *nostra* pro*cesserit* *): quandoquidem nec emphyteutic*ario dari* proprium ius per petitionem huiusmodi *poterit* nec canoni aliquid detrahi vel imminui, et cum priv | . . . .[k] revocari debuerit. Futuras prohibere conte*ntiones*[l] *cupientes, im*probas petitiones arcemus, ut a principio . . . . tru . eas generali sanctione mandemus . . . . . ras, *et labor* emphyteuticarius per Orientem propriam *praerog*at*iv*am retineat, nec novus[m] possessor iura ali*ena perturbet*. *Dat. Non. Augusti Constantinopoli, Honorio A. X. et Theodosio A. VI. Coss.* (415.)

39. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Tauro Pf. P. et Patricio*[n]. Possessores[o] *vel emphyt*euticarii patrimoniales, qui fundos minime nunc *usque compara*runt[p], *eodem largitatis modo*[q] nequaquam ad *eorum* com*parationem* *urgeantur*, sed tanquam pretiis *depensis*,

— c. 37, 38. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?* Abscissus est numerus utriusque c. in cod. 1, neque legitur apud P. Pu. Vid. etiam supra not. *s*. W. *c.* 37, 38. — c. 39. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?*, propter numerum in cod. 1 avulsum. W. *c.* 39. Cod. Just. XI, 61, 12. Attal. Tit. LII. Fortasse coniungenda est cum c. un. C. Th. de Bonis cleric. (V, 3) et cum c. 15 C. Th. de Indulg. debit. (XI, 28). Vid. c. un. cit., not. *k*.

*) Seqq. palimpsesti Taurinensis folia apud P. ita collocata sunt: a) pag. 150—156 folium dimidiatum, quod P. ad tit. *de Agro deserto* refert et constitutiones continet, quae apud W. *tit. XV.* tribuuntur; b) pag. 157—168 alterum folium cum tribus in adversa parte truncatis constt., quas P. ad. tit. *de fundis Patrimonialibus, limitotrophis et saltuensibus* pertinuisse statuit, W. extremas *tit. XIII.*, quatenus servatus est, fuisse censet, et in aversa pagina cum quattuor constit. ap. W. ad *tit. XIV.* relatis, quibus P. praeponi vult rubricam *de fundis rei privatae*; denique c) pag. 169—175 folium laceratum cum fragmentis sex constitutionum, quae ap. W. *c.* 5—10 *tit. XIV.* sunt. Folium igitur, quod P. primo loco posuit, apud eum XI. palimpsesti est; XII. illud, quod secundo loco; XIII. quod ultimo loco habetur, qui ordo probantibus Batavis a Pu. et W. mutatus est. Nam cum perspexissent, folium decimum et duodecimi paginam primam et argumento et chronologia constitutionum inter se cohaerere, in folio autem decimo tertio continuari titulum in aversa folii duodecimi pagina exhiberi coeptum, folium undecimum palimpsesti XIII. esse iusserunt, duodecimo autem et decimo tertio undecimi et duodecimi locum assignaverunt. Factum est autem hac mutatione primum, ut titulum, quem W. *XIV.* esse vult, eodem numero in C. Th. signatum fuisse constet, deinde per se tollatur rubrica *de Fundis patrimonialibus, limitotrophis et saltuensibus*, a P. folio XII. praefigi iussa, Wenckio vero hac quoque de caussa suspecta, quod P. iam aliam rubricam fecerat *de Fundis patrimonialibus, emphyteuticis et saltuensibus*, quae iunctim in C. Th. ex sententia W. poni non potuerunt. Ceterum W. nescit, utrum inter folium X. et XI. (apud P. XII.) folium aliquod desit, an infesta sectione in ima antecedentis et suprema huius folii parte lacuna orta sit. Equidem habita aetatis constitutionum ratione non dubito, quin integrum folium exciderit. Vid. supra c. 36 h. t., not. *s*. Quod autem W. priorum constitutionum numeros continuavit, hoc mihi ille videtur commode fecisse, cum definiri nequeat, quot constitutiones exciderint. c) Impp. nomina W. add. subscriptionis ope, quod iam P. in sq. c. fecit, unde cum W. consentire videtur. Indicavi in hoc mutilo fragmento finem singulorum versuum perspicuitatis caussa. d) W. suppl. *ma* (manentibus). e) 1, W. *IV.*, sed P. Pu. et W. in corr. *III.*, recte. f) Vv. *Iidem — Aurelian* a P. restituta sunt, prob. W. Ita etiam Pu. g) P. Pu. tacite add. v. *sive*, quod non est in cod. 1. h) 1 *limitotrofis*. P. in comm. h. c. defendit scripturam *limitotrofi* et ed. *limitotrofos*, quod etiam Pu. habet. i) P. mavult *pristino titulo*, quod Pu. videtur arridere. W. tamen probantur P. supplementa usque ad v. *postulare* et cf. iubet Nov. Theod. II. de Patrim. rei dom. (ed. Berol. p. 1223 sq.) et §. 4 Nov. Theod. de Ambitu et loc. limit. (ed. Berol. p. 1274). *) P. Pu. *concesserit*, sed recte W. *processerit*, nam cod. 1 habet *liberalitas* | . . . . *ocesserit.* k) Ita 1; P. *privatis rebus*, quod Pu. et W. recep., quamquam neque P. neque W. hoc suppl. satisfacit. Batavi in Bijdr. l. c. p. 350 sagaciter tentant *imminui: et cum privilegium rev. debuerit, futuras.* Quid, si legatur *Nemo p. iis, et, si — processerit, quandoquidem — imminui, et cum privato datum sit revocari debuerit?* l) 1 *contec*|et des. sqq. usque ad v. *obas petitiones.* Non igitur scribitur *contenc.*, quod sec. P. Pu. W. videtur esse in cod. 1. m) Pu. *nvus*, mendose. n) P. ex Cod. Just., qui priorem h. legis partem exhibens et inscriptionem et alia supplevit. Desunt autem ibi vv. *et Patricio.* De argumento legis cf. P. in comm. p. 163 et inprimis W. a P dissidens p. 319 sq., not. *e* et *g*, a quo ad illustrandam legem recte adhibentur c. 15 et 16 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28). Statuit enim W., ortas esse dubitationes de ambitu indulgentiae in c. 16 concessae, quarum alia ad extraordinarias collationes donatis vel relevatis possessionibus impositas spectans remota sit c. 15 C. Th. cit., alia hac c. removeatur. o) 1 *Possession*| . ., sed v. *Possessiones*, quod scriptum fuisse credit P., non concinit cum sqq. et cum Cod. Just., qui *Possessores* habet. p) Cod. Just. *comparaverunt.* P. refert haec vv. ad c. 34 cit., idque putat indulgeri agrorum fertilium possessoribus, ne steriles etiam fundos compararent, cui interpretationi extremam legis partem supplementis suis accommodavit, improb. W. propter vv. Cod. Just. *tanquam pretiis — habeat* aliasque caussas, de quibus fuse exponit p. 320, not. *g*. De vv. *nunc usque* vid. C. Th. I, 12, 7, not. *u*. q) Miratur W., haec vv., quae propter exiguum lacunae spatium in C. Th. necessario exstiterunt, in Cod. Just. esse retenta, cum non habeant, quo referantur. Sed sine dubio pertinent ad maiorem illam legem de indulgentiis reliquorum, cuius haec c. lacinia est.

sic eis, nostri nominis[r] beneficio, potiantur, ut, *quod iuris* alter inferendo pretium consecutus est, hoc *nostra liberalitate* praedictus emphyteuticarius habeat: *illud quoque ius*, in quibus coluit praediis, quod aut ex successione aut ex *comparatione* *) privata aut nostri nominis liberalitate aut *quocunque* modo possedit, sciat illibatum intemeratumque *servari*[s]. *Sane* quia praestitis a nostra pietate[t] indulgen*tiis a sexta ad* undecimam nuper transactam indictionem, *omnium* reliquorum sarcina universis concessa est pro*vincialibus, ab annis, qui* post decimam indictionem secuti sunt, *ad hoc us*que tempus, in quod patrimonialium fundorum *possessor* exsistit, nullum reliquorum exactio premat; nam *illa praedia*, quae colebat, minime teneatur comparare[u]. Sanc*imus enim*[v], *nul*lum pristinum colonum vel possessorem sup*er spatiis* temporis subsecutis[x] molestiam aut inquie*tudinem* sustinere. *Dat. XIV. Kal. Jul.*[y] *Constantinopoli, Ariovindo*[z] *et Aspare Coss.* (434.)

TIT. XIV.[a] . . . .

1. *Impp. Constantius et Constans AA. ad edictum Constantinopolitanorum*[b]. Universi cognoscant, has pos*sessiones, quas* de fisco nostro comparasse noscuntur[c], *nullo a nobis* iure retrahi: sed propria firmitate posses*sas, etiam ad* posteros suos domini perpetis[d] durabilitate *dimitti*[e]. *Dat. prid. Id. Februar. Antiochiae, Marcellino et Probino Coss.*[f] (341.)

2. *Iidem AA. ad Cuprycium*[g] *Rationalem.* Comperimus, *aliquorum* ing*ationem*, quam hastis decursis[h] a fisco leg*itime compara*runt, in medium produci ac retractari: cum *certum sit*, quemque iure comparatas possessiones vel *villas*[i] serenitatis nostrae tempore[k] firmius obtinere *atque ad poste*ros suos transmittere. *Dat. prid. Id. Febr. Antiochiae, Marcellino et Probiano*[l] *Coss.* (341.)

Tit. XIV. C. Th., W. *Tit. XIV.*, etsi numerus cum rubrica in cod. 1 deest. Vid. c. 37 tit. antec., not. *) P. Pu. om. num., est autem hic tit. ap. Pu. *XIV.*, ap. P. *XVI.* sec. seriem tit. Cod. Just. XI, 65. — c. 1. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 1. Cod. Just. XI, 65, 1. Bas. LVI, 15, 1. Eodem die data est c. 2 h. t. — c. 2 et 3. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. *c.* 2 et 3. Cf. tit. Cod. Just. Ne fiscus rem, quam vendidit, evincat (X, 5).

---

r) 1, P. Pu. *nominis* et hic et infra. Vid. supra const. de Theod. Cod. Auct. p. 91, not. *x.* W. *numinis* ex c. 15 cit. et ex Cod. Just., ubi Cuiacius in Comm. h. c. (ed. Francof. 1595. T. III, p. 402) in omnibus libris mss. *numinis* se invenisse testatur. Sed vett. edd. *nominis*, quod recepi, etsi adversatur c. 15 cit. *) Ita Cod. Just.; P. — W. om. *ex.* s) Seqq. des. in Cod. Just., unde lacunae difficile restitui possunt. W. ann. ,,Tribonianus hanc iis ῥῆσιν substituit, nescio unde depromptam: *licentia eis concedenda, etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cum fundorum sint domini, praestare.*" t) 1 *pietatem*, mendose. u) Ita supplevit W. locum difficillimum, verbis membranae ceteroquin, quantum fieri potuit, retentis; a qua in eo solo recessit, quod pro *praemat* scripsit *premat*, tum pro *minime euatur*, quod ibi corrupte legitur, edidit *minime teneatur.* Sententia sec. W. est ea, quam statim clarius enunciat imp., ut legis beneficio etiam ii fruantur possessores, qui, a tempore indulgentiae finito, i. e. ab anno 428 ad tempus huius legis promulgatae, fundos acquisiverint. Et quamquam W. ipse sibi in hoc loco neutiquam satisfecisse fatetur, tamen videtur cj. eius praestare Peyronianae, qui pro sua de argumento legis opinione ita locum exhibet: *pro(p t e r e a e o r u m q u i) post decimam indictionem (o b)secuti sunt, (p e r h o c q u o)que tempus, in quod patrimonialium fundorum (c a n o n p e r)sistit, nullum reliquorum exactio praemat; nam (a l i a u l t r a e)a quae colebat, minime tenebatur comparare.* Item Pu. In qua cj. W. primum non intelligit vv. *in quod — persistit*, deinde reprehendit suppl. *propterea eorum qui*, pro quo necessario legendum sit *provincialibus* propter id, quod antecedit *universis.* Equidem postquam multum sudavi in hoc loco emendando, non potui meliora invenire, neque Batavis videtur res successisse, cum prorsus sileant. v) Ita W.; P. Pu. suppl. *san(cimusque).* Illud accommodatius est orationi. x) Ita 1, P. Pu.; W. corr. *subsecuti*, putans literam *s* ex antecedenti v. a librario male retentam esse. Sine caussa. y) Vid. supra not. super. z) Corr. *Ariovindo.* 1, P. Pu. W. *Hariovindo.* Cod. Just. *Ariobindo.*

a) Vid. c. 37 cit., not. *). *Tit. XIV.* rest. W.; Pu. (*Tit.* . .); ap. P. prorsus nihil est, praeter asteriscos, evanidam esse in cod. 1 rubricam et numerum indicantes. Putat autem P. hunc titulum propter legum argumenta et similem Codicis Just. titulum inscribendum esse *De Fundis rei privatae*, quam rubricam uncis inclusam Pu. praefixit, W. recte in notas reiecit. b) Cod. Just. vulg. *Imp. Constantinus A.* et om. *ad* etc., perperam. Rectius sec. W. Cuiacius in Comm. l. c. *Impp. Constantius et Constans. Edictum ad Populum*, sed in ed. Francof. 1595 l. c. p. 406 est *Impp. Constantinus et Constans.* In aliis libris notatur *Impp. Constantinus et Constans AA. ad Heliodorum.* Denique Contius ad oram Lugdun. in uno Ms. scriptum se reperisse dicit *Imp. Constantini Edictum ad Constantinopolitanos.* Vid. ad hunc l. doctissimam W. annotationem de edictis civitatum, qua simul refellit, quae a Go. ad c. 3 C. Th. de Extraord. vel sord. mun. (XI, 16) disputantur. Literae *m Constantinopoli* ab editoribus restitutae sunt. c) Cod. Just. *comparaverunt seu comparant.* d) Cod. Just. *perpetui.* e) W. cf. vult c. 2 C. Th. de Jure fisci (X, 1) et tit. Cod. Just. Ne fiscus rem, quam vend., evincat (X, 5). f) Subscr. deest in Cod. Just. g) Sec. P. legi quoque potest in cod. 1 *Eupricium.* Utriusque nominis rationalis huc usque ignotus erat. P. lacunas legis eleganter explevit. h) Eadem formula est in c. 1 C. Th. de Fisci deb. (X, 16), c. 1 C. Th. de Fide et iure hastae (X, 17). W. eam illustrari putat per c. 1 C. Th. de Domibus ad rem priv. (X, 2), ubi auctio fieri iubetur *hastis habitis et licitatione currente.* i) Harum mentionem fieri in sq. lege, monuit P. Recte W. intell. c. 4 h. t. k) Nescio, quid difficultatis W. in hoc v. quaerat, qui id modo putat verbis *serenitatis nostrae* iungendum esse, ut impp. laudem imperii sui in possessionum firmitate quaerant, modo haec vv. antecedentibus *possessionibus et villis* copulari vult, ita vero v. *tempore* pro ieiuno admodum et otioso habet. Leg. *serenitatis nostrae tempore firmius* (quam antea) *obtinere.* l) Ita cod. 1, P. W., quamquam plerumque *Probino* scribitur, quod etiam Pu. ed.; sed Fasti Floriac. min. Προβιανός exhi-

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.*[m] Universa, *quae* ex patrimonio nostro per arbitrium divae *memoriae Juliani* in possessionem[n] sunt translata templorum, *sollicitudine* sinceritatis tuae cum omni iure ad rem priv*atam rursus* *) redire mandamus. *Dat. X. Kal. Januar. Med.*[o], *divo Jovi*[p]*ano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Iidem AA. ad Florianum*[q] *Com. R. P.* Provincialium op*ibus comparandas* possessiones concedimus, videlicet, ut de fun*dis ad divae dom*us dominium perti-

— c. 4. C. Th., cod. 1, P. Pu. W. c. 4. Cod. Just. XI, 65, 2. Fortasse coniungenda est cum c. 18 C. Th. (V, 13).

bent. Literae *iae Marcel* restitutae sunt. m) De argumento legis vid. P. pag. 166 et W. pag. 324 sq., not. *g* et *h*, quibuscum cf. Go. comm. c. 8 C. Th. de Jure fisci (X, 1). n) 1, P. *possessione.* Pu. *possesione.* Recte W. em. *possessionem.* *) Pro *ad rem privatam rursus redire* melius fortasse est legere *ad rem privatam nostram redire*, quamquam etiam talia dicuntur *rursus redire.* o) P. Pu. W. *Mediolani*, recte quidem, sed cod. 1 *Med.*, quod siglum etiam in aliis huius anni constt. legitur et aut *Medianam* aut *Mediolanum* significare potest. Vid. supra c. 2 de Off. praef. urb. (I, 6), not. *t* et c. 4 de Jurisd. (II, 1), not. *i.* Inquirendum igitur est, quod iam Go., Tillemont. l. c. T. V, Notes p. 3, n. XIV. et W. fecerunt, utrum in omnibus h. anni constt. *Medianae* an *Mediolani* legi debeat, an denique temporis ratione habita, quo singulae constt. editae sunt, modo hoc modo illud nomen ponendum sit. Quod mihi placet. Et primum quidem, quo clarius haec res decidatur, historia h. a. breviter exponenda est, deinde instituenda enumeratio constitutionum, quae in hanc quaestionem incidere possint. De historia autem h. a. constat ex Go. chronologia et ex Pagii Crit. ad Baronii Ann. pag. 507, Jovianum d. XVI. Febr. supremum diem obiisse, porro die XXVI. eiusd. mensis Valentinianum Joviano successisse in imperio eundemque exeunte mense Mart. in societatem imperii Valentem fratrem Constantinopoli recepisse, deinde post XXX dies Constantinopoli peractos utrumque per Thraciam in Daciam se contulisse ibique per aliquot tempus (mens. *Jun.*) dividendi inter se imperii caussa *Naissi* et *Medianae*, Naissi suburbano constitisse (Ammianus Marcell. XXVI, 5), denique facta divisione et Valentinianum et Valentem ad suam quemque imperii sedem perrexisse, Valentinianum in Italiam, Valentem Constantinopolin. Clarum igitur est, omnes h. a. leges, veluti c. 5, 6 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), quae ante Joviani mortem datae Valentiniano et Valenti tribuuntur, mendo aliquo subscriptionis laborare; nullam praeterea constitutionem ante mensem *Jun. Med.* datam esse, porro omnes constitutiones, de quibus quaestio illa agitari possit, incidere in mensem Junium, post hunc autem mensem singulas quasque leges non ab utroque simul imperatore sive *Naissi* sive *Medianae* sive alio in loco, sed ab alterutro aut in Oriente aut in Occidente datas esse. Quod igitur ad leges ipsas hoc anno *Med.* datas attinet, has inveni: *a*) c. 8 C. Th. de Jure fisci (X, 1), Dat. prid. Non. Feb. Med. ad Caesarium Com. R. P. (Or.); *b*) c. 32 C. Th. de Appell. (XI, 30) et c. 15 C. Th. Quorum appell. (XI, 36), Dat. prid. Non. Febr. Med. Ordini Karthaginiensium; *c*) c. 17 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5), Dat. prid. Id. Mart. Med. ad Menandrum; *d*) c. 4 C. Th. de Jurisdict. (II, 1), Dat. Kal. Iun. Med. ad Terentium Correctorem Tusciae; *e*) c. 2 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), Dat. VI. Id. Jun. Med. ad Symmachum Pf. U.; *f*) c. 13 C. Th. de Operib. publ. (XV, 1), Dat. XIII. Kal. Jul. Med. Tautomedi Duci Daciae Ripensis; *g*) c. 2 et *h*) c. 3 C. Th. de Domesticis (VI, 24), Dat. XIIII. Kal. Sept. Med. ad Severum Com. domesticorum; *i*) c. 6 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42), Dat. VII. Kal. Dec. Med. ad Symmachum Pf. U.; *k*) c. 62 C. Th. de Decur. (XII, 1), Dat. IIII. Id. Dec. Med. ad Symmachum Pf. U.; *l*) Haec c. 3 h. tit., Dat. X. Kal. Jan. Med. ad Mamertinum Pf. P. Et primum quidem ex his, quae attuli, apparet, falsam esse subscr. c. 8 cit., quam Go. quidem ita emendare studuit, ut pro *Prid. Non. Febr.* scribendum esse censeret *Prid. Non. Novembr.* et *Medianae* pro *Med.*, quae tamen emendatio non sine difficultatibus est, quia, si *Medianae* corrigitur, hoc tempore imperatores iam discesserant hoc loco, sin autem *Mediolani*, haec lex ad Comitem R. P. *Orientis* a Valentiniano *Occidentis* imperatore data est, quod fieri non poterat. Puto igitur in hac lege pro *Febr.* ponendum esse *Jun.*, *Febr.* autem errorem librarii esse. Idem censeo faciendum esse in c. 32 C. Th. de Appellatt. et c. 15 Quorum appell., inter se coniungendis, ubi Go. reponi vult *Nov.* pro *Febr.*, quae cj. hac de caussa non admittenda est, quia tunc c. 32 recentior fieret sequenti eiusdem tituli. Neque rectius scripta est c. 17 C. Th. cit., cum neque locus neque dies cum chronologia h. a. conveniat, cui rei iam Go. et Ri. prospexerunt, corrigentes illi *Prid. Id. Maii Nicomediae.* Deinde autem ex eadem, quam protuli, singularum constitutionum comparatione cum chronologia h. a. perspicitur, omnes illas constitutiones literis *d* — *f* nominatas *Medianae*, non *Mediolani* datas esse. Haec cj. egregie confirmatur c. 2 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), quae cum propter diem, quo data est, necessario cum compluribus aliis constitutionibus Naissi ad eundem Symmachum Pf. U. datis (vid. c. 2 cit.) coniungenda sit, tamen pro *Naisso* in subscriptione *Med.* habet, ut nullo modo dubitari possit, quin omnes eiusdem mensis constitutiones siglo *Med.* in subscriptione munitae non *Mediolani*, sed *Medianae*, suburbano Naissi datae sint. Denique etiam id clarum est, leges reliquas, quas additis literis *g* — *k* enumeravi, *Mediolani* datas esse, tribuendas illas *Valentiniano*, non *Valenti.* Illis haec quoque lex annumeranda est, in cuius subscr. recte ab editoribus pro *Med.* plenius scriptum est *Mediolani.* Hoc modo tolluntur omnes difficultates, quas W. ubique in constt. h. a. perspicit, sed evitare facile poterat, si accuratius inquisivisset in h. a. chron. Refutatur etiam singularis eius de coniuncto utriusque imperatoris per totum annum imperio coniectura, quae nullius antiqui scriptoris testimonio confirmatur. Solius c. 3 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6) (*Dat. VI. Kal. Jul. Constantinopoli*) subscriptio primo adspectu offendit, cum imperatores die VI. Kal. Jul. Constantinopoli non fuerint; sed tamen sine dubio error latet in v. *Dat.*, quod, ut in aliis legibus pro *Redd.* positum est. Summa igitur disputationis haec est: neutrius sententia admittenda est, neque Wenckii, qui siglum *Med.* in omnibus, quas dixi h. a. constt., *Mediolanum* significare putat, neque Go., in quantum in constt. post mensem Junium scriptis pro *Med.* reponi vult *Medianae*; sed Go. coniectura cum his tantum constt. concinit, quae incidunt in illud tempus, ubi commorati sunt imperatores Naissi et Medianae, id est in mensem Junium et nonnullos dies postea. p) Seqq. restitt. sunt ab edd. q) Quod P. in c. 2 Cod. Just. male edi dicit *Flavianum Com. R. P.*, id recte a W. restringitur. Nam in multis Cod. Just. edd., quas W. in-

nentibus eligat unus quisque, *quem velit*, eumque perpetuo iure suscipiat *), palatiis tantum . . . . | am[r]in rei privatae[s] sollicitudine retentandis. Hi[t] *vero*, *quos* commoditas praediorum ad eadem[u] postuland*a sollicitat*, adeant tuae dicationis[v] officium et modum suae *deliberationis* indicent per libellos certumque habeant, *quod cum*[x] *una*quaeque villa cum ea dote[y] vel forma, cui nunc hab*etur obno*xia, ad novi domini[z] iura migraverit, si quid ad*iecerit*[a] *sumptus*, cura[b], sollertia, quicquid mancipiorum vel *pecoris ac*creverit, capitationis aut canonis augmenta non *patiatur*, sed solis dominis heredibusque dominorum sit *cessura f*elicitas[c]. *Neque autem conferant* ad glebam senatus[d], ne*que ad conlatio*nes auri sive argenti[e], *neque extraordinariis* ceteris tene*antur oneribus, sed*[f] ea sola devotione fungentur, quam annonaria *statuti*[g] census publici ratione canon solennis efflag*itat*[h]. *Qui a*utem in annis singulis non solverit debitum, e *re ipsius* cetera[i], quod in reliquis remansisse claruer*it*, *sine aliqui*bus *dependere* cogetur induciis[k]. Sane si quem postea minus *idoneum factum esse constet, nec ita, ut expedit, rationem reddere pensionis, res, quas ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure, quo sancimus, transferentur, nec tamen decoctoris cuiusque reliquis, qui novus accedit, onerabitur* *).

— — — — — — — — — —

— — — — — — — — — —

5. *Impp. Arcadius et Honorius* . . . . . .[m]. . . . .
. . . .
. . . . m officium rei privatae[n] canonem[o] emphyteutici, annonas sacris[p] largitionibus pen-

— c. 5. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?*, cum numerus et tit. et legis in cod. 1 prorsus desit. Vid. not. *m.* W. *c.* 5, quae etiam ap. Pu. est, si tantum editionis, non ipsius C. Th. ordinem spectamus.

spexit, ut Hal. Cont. Russ. Char. om. vv. *Flor. Com. R. P.* Supplementum autem debetur Cuiacio in Comm. c. 2 cit. l. c. p. 406, idque scripturae cod. 1 plane congruum reperitur etiam in ed. Gebauero-Spangenbergiana. Quod igitur in Leeuweniana aliisque Dion. Gothofredi commentario instructis editionibus, etiam in Elzevirianis scriptum est: *Flaviano*, id sec. W. ex mero operarum errore ortum est crebra repetitione auctoritatem aliquam nacto. *) Pu. *sucipiat*, errore. r) P., quamquam sibi diffisus, suppl. (*hortisque eor*)*um*, mutata syllaba *am* in *um*. Item Pu. Rectius W., quem secutus sum, lacunam codicis 1 punctis indicavit, cum, quid supplendum sit, neque ex hac c. neque ex reliquis iuris fontibus colligi possit. Ipse in not. tentavit *per omnem provinciam* vel *quae ornant rempublicam*. Posterius minus placet. s) 1 *reprivatae*. t) Hinc incipit c. 2 Cod. Just. cit.: *Hi quos comm. privatae rei praediorum ad ea postulanda sollicitat* etc. u) 1 *eandem*. v) Cod. Just. *dignationis*, sed retin. v. *dicationis*, id est devotionis, qui titulus eorum solennis est, ad quos imperatores rescripserunt. Vid. Go. in Gloss. Nom. h. v. et W. ad h. l. x) *cum* deest in Cod. Just., rest. autem a P. una cum v. *quod*, prob. W. Cod. Just. enim haec habet: *quod unaquaeque* (cod. 1 *habeant*.........| *quaq.*) — *migrabit: ut si quid* etc. Apparet igitur, in cod. 1 cum desit voc. *ut*, quae in Cod. Just. est, legatur etiam *migraverit*, aliter atque in Cod. Just., nexum orationis copulam flagitare, qualem P. rest.; Pu. W. ut P. Aut servanda P. scriptura, aut retento v. *migrabit* ex Cod. Just. scrib. *quod unaquaeque — migrabit: si quid* etc. y) Id est sec. W. instrumentum, maxime in mancipiis et pecore consistens, quod in c. 18 cit. *enthecae* nomine venit. Cod. Just. *cum eo onere vel forma*, sed onerum mentio sec. W. ab h. l. plane aliena est. z) 1 mendose *nomini*. a) 1 *adc*......|*tus*. b) P. Pu. ex Cod. Just. add. *vel*, sine caussa, modo cum W. comma ponatur ante v. *cura* et de triplici, qua fundorum reditus augeri possunt, ratione cogitetur. *Vel* om. in libro ms. G. ap. Spangenb. c) H. l. evanidae sunt 13 literae in medio versu cod. 1. Item paullo post legi non possunt 12 literae post v. *argenti*. Cod. Just. conditores del. seqq. usque ad vv. *canon sol. efflagitat*. d) Vid. tit. C. Th. de Senat. (VI, 2) ibique Go. e) W. cf. iubet c. 5, 9 C. Th. de Senat. (VI, 2) et c. 3 C. Th. de Collat. fund. patrim. (XI, 19). Intelligendum esse dicit *follem*, quem c. 2 Cod. Just. de Practor. et hon. praet. (XII, 2) una cum gleba abrogavit, de qua lege vid. Cuiacii Comm. l. c. p. 423 et Spangenb. in not. Tribuitur autem haec lex a Cuiacio Valentiniano et Martiano, a Go. (in Parat. de Senat. prop. fin.) Justiniano; denique etiam in ipso Cod. Just. Arcadio et Honorio, quorum nomina c. 1 eod. inscripta sunt. f) Supplementa inde a vv. *Neque autem* debentur W., qui tamen *n. ad pensiones a.*; P. Pu. totum locum ita ediderunt: *Munera vero, quae ad glebam senatus nec non ad pensiones auri sive argenti spectant, quin ceteris teneantur oneribus, ea sola devotione* etc., in qua restitutione Wenckius et dictionem *munera fungi* omnino soloecam reprehendit et se non intelligere fatetur vv. *quin ceteris teneantur oneribus*. Sed cum apud P. XII tantummodo desint literae, restituerit autem W. XVIII, satius videtur servata eadem totius loci sententia scribere: *neq. functionib. ceteris teneantur obnoxii, sed* aut *et*. g) Pu. *statui*, mendose. h) Ita P. suppl., prob. W. Idem Pu. W. Ceterum cf. W. ad h. l., not. *b*. Iam seqq. leg. in Cod. Just. ita coniuncta cum prioribus: *Si quis autem*. i) Ita 1 et edd. clarius quam Cod. Just., qui *ex re ipsius*, om. v. *cetera*. Indicantur enim cetera possessoris bona. k) Ita Cod. Just., sed cod. 1 *claruer*............|*b. cogetur*. Videtur ergo, nisi v. *dependere* a librario omissum est, ordo vv. in C. Th. alius fuisse atque in Cod. Just., fort. *d. s. a. c. i.* l) Hic abrumpitur folium Taurinense. Seqq. a W. addita sunt ex Cod. Just. *) De subscr. vid. not. super. et P. et W. de anno, cui h. c. assignanda sit, disputantes, quorum ille eam anno 365 tribuit, hic intra annos 364 et 367 datam esse credit, quibus annis Florianum Com. rei priv. fuisse Go. in Prosopogr. docet. m) Huc referendum esse videtur folium, quod P. ordine XIII. esse voluit. Vid. tit. XIII, c. 37, not. *). Est autem hoc folium dimidiatum, h. e. superiore sua parte truncatum, ut nexus utriusque paginae desit et ne hoc quidem dici certo possit, an utriusque paginae fragmenta, uti P. opinatur et W., ad eundem tit. pertineant. Ac primum quidem fragmentum est eius legis, quae munera et officia comitis sacrarum larg. et rei priv. quoad reditus fundorum rei privatae accurate descripsit. Sed tam pauca supersunt, ut nihil inde, quod proficiat, percipere liceat. Inscr. rest. W. ope subscr. n) 1 *res privatae*. o) 1 *canon*|..*enfateutici*. P. *canon*(*es*) *enfyteutici*. Pu. *canon*(*es*) *emphyteutici*. Rectius W. *canonem*. Praeterea W.: „V. *emphyteutici*, inquit, aut pro *emphyteutae* accipiendum, quamquam eius usus aliud exemplum ignorem, aut corrigendum est: *emphyteuticum*, ut subiectum ora-

dant; illud etiam, quod his fundis vel iuris rei publicae praeter annuum canonem peraequatio imposuit, privatis largitionibus inferatur. *Dat. V. Kal. Jul. Theodoro V.**) *C. Cos.* (399.)

6. *Imppp. Arcadius*[q], *Honorius et Theodosius AAA. Silvano Com. R. P.*[r] Qui praedia domus nostrae perpetuo iure detentant, iuxta tenorem praesentis iussionis maturius[s] exigantur, tum[t] etiam omnia reliqua, quae huc usque officii palatini negligentia reliquerunt[u], pari cura compulsa, protinus privato aerario nostro inferantur. *Dat. III. Non. Octobr.* *) *Ravennae, Stilicone et Anthemio Coss.* (405.)

7. . . . . .[v]. *Volusiano Com. R. P.* Quicquid praediorum ex tempore, quo clementiae nostrae pater iam[x] humanam in coelestem aeternitatem mutavit, de re privata nostra vel donatum[y] iure directo pervenire monstratur ad quamcunque personam, auferendum serenitas nostra decernit[z]. *Dat. III. Kalend. Decemb. Ravennae, Basso et Philippo Coss.* (408.)

8. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Cereali*[a] *Com. R. P.* Ne omni patrimonio domus aeternabilis venditionibus denudetur, praeceptis[b] praeteriti temporis antiquatam distractionem, volumus conquiescere, atque in domo[c] aeternabili universa praedia, quae ex promulgatae auctoritatis[d] die reliqua fuerint, retinere. Illud tamen sollicita praecipimus ordinatione constitui, ut si pretia, quae ab emptoribus illata sunt, intra provincias retinentur, nec ad sacratissimum[e] . . . .
. . . .
— — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

9. *Impp.*[f] *Theodosius et Valentinianus AA. Valerio Com. R. P.*[g]. . . . .
necess . . . .
turae constitutionis . . . .
possideri . . . .
tran . . . .
non de eiusdem . . . .
tur qu . . . .
tributo . . . .
verum quoties[h] *alicui colonorum agrum privati patrimonii* nostri placuerit venumdari, *non unus tantum, qui forte* consortibus suis gravis *ac molestus* exsistat, sed *alii quoque* duo vel plures ex simili origine ac iure venientes *in supra* dicta emptione socientur. *Dat. . . Dec. Constantinopoli, Theodosio . . . et Valentiniano ... Coss.*[i].

— c. 6. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?* W. *c.* 6. Vid. c. 5, not. super. — c. 7. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?* W. *c.* 7. Vid. c. 5, not. super. Fortasse coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Tiron. (VII, 13). — c. 8. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?* W. *c.* 8. Vid. c. 5, not. super. — c. 9. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?* W. *c.* 9. Vid. c. 5, not. super. Cod. Just. XI, 67, 6.

tionis: possessores, vel simile vocabulum, cum maxima legis parte perierit." Sed nimis subtiliter W. de h. l. misere lacerato existimavit. p) V. *sacris* deest ap. W., mendose. *) P. *UC.* Pu. *U. C.* q) Vv. *Imppp. Arc.* restituta sunt ab edd. r) Eidem *Silvano* Com. R. P. in Occidente inscripta est c. 1 Cod. Just. de Cupress. ex luco Daphn. (XI, 77). s) Recte W.: „*sine aliquibus induciis*, ut erat in c. 4." t) 1 *tuum.* u) 1 *re*|.....*runt.* P. Pu. W. *reliquerunt.* Rectius Batavi in Bijdr. l. c. cj. *remanserunt.* Legi etiam potest *resederunt.* *) Pu. *Octbris*, mendose. v) Priores inscriptionis literae avulsae sunt in cod. 1. P. Pu. W. restt. *Iidem* (P. *Idem*) *AAA.*, spatium enim lacunae angustum plenam inscriptionem cum imperatorum nominibus comprehendere non potest. Sed sine dubio inscriptionem illam falsam esse, cum Arcadius iam ante Stiliconem d. *X. Kal. Sept.* h. a. interfectum decesserit, haec autem lex *III. Kal. Dec.* data sit, iam W. intellexit. Honorii et Theodosii Impp. nomina, quae sola h. c. praeponenda W. quoque censet, habet c. 1 Cod. Just. Ut nemo privatus titulos (II, 16), quae eadem diei, anni et loci nota insignita est. Cf. etiam c. 14 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16) et Go. in Chron. h. anni. Pertinet autem haec lex ad illas, quibus donationes praediorum post mortem Theodosii a Stilicone in Occidente factae irritae declarantur: de qua re cf. P. in comm. h. c. pag. 172 sq. et W. p. 330, not. *o.* x) W. in E. L. L. 1824, p. 1910 pro *iam* cj. *vitam* vel *imbecillitatem*, quod ipse recte revocat in ed. C. Th. Decesserat Theodosius M. d. XVII. Jan. anni 395. y) 1 *dona*|...*iure.* P. Pu. W. *donatum iure. Vel* nonnunquam poni pro *etiam*, P. dicit provocans ad Go. Glossar. Nom. sub v. Vel, quam significationem huic loco congruere cum negaret W., quaedam vv. deesse putavit veluti: *vel emtum* aut similia, quod tamen quo minus accipiamus, impedit P. in comm. ita disserens: „Si qui autem velint alterum *vel* supplere, atque legere ex. gr. *vel donatum, vel iure directo*, eos moneo, vix quatuor litteras supplendas esse initio cuiusque versus, et consonam *m* spatium duarum litterarum occupare solere." An leg. *de re privata nostrave donatum iure directo?* Similiter de hoc loco cogitasse videtur W. p. 331, not. *s* ad vv. *iure directo*, ubi: „Cf., inquit, c. 2 C. Th. de Jure fisci (X, 1), ubi Go. haec vv. explicat: iure firmo, et stabili. An fortasse *directo iure donatum* praedium opponitur ei, quod iure emphyteutico confertur?" z) 1 *decernat.* Mox P. cum 1 *filippo.* V. *Dat.* restitutum est ab edd. a) 1, P. Pu. *Chereali.* W. ex C. Th. corr. *Cereali*, quamquam *Cerealis* h. temp. Com. R. P. non commemoratur in C. Th. *Impp.* rest. est a P. Pu.; male W. *Imppp.* De argum. legis vid. Peyron. comm. p. 174 et W. ab eo paullo discedentem p. 332, not. *x.* b) 1 *praecep*|... *praeteriti.* P. *praecep(tam) pr.* Pu. *praecep(tum) pr.* Nostra lectio debetur W. Anne melius *praecepti?* P., prob. W. haec ad super. c. 4 h. t. refert. c) 1 *domino.* d) *Auctoritatem* hic pro *lege* poni, demonstratur a W. ex c. un. C. Th. de Centurion. (XII, 15), c. 31 C. Th. de Petition. (X, 10). e) Hic abrumpitur prima folii XIII. (XII.) pagina, et videntur multa deesse, cum hoc folium dimidiatum sit, et in aversa eius parte pauca tantum antiquae scripturae vestigia appareant. f) 1 *Imp̄.*, et des. seqq. P. Pu. restt. imperatorum nomina, primus autem W. plenam ed. inscriptionem, falso tantum scribens *Imppp.* Vid. not. sq. g) Cod. Just. *Valerio P. P.*, sed iam Cuiacius in Comm. c. 6 cit. l. c. p. 410 emend. *Valerio Com. Rerum Privat.*, prob. Spangenb., quod et natura legis postulat et cum inscript. c. 32 C. Th. de Petitt. (X, 10) concinit, argumento huius constit. omnino congruae, qua de caussa W. totam inscriptionem explere non dubitavit. Ceterum etiam P. l. c. p. 175 monuerat, inscriptionem Cod. Just. falsam esse et corr. ex c. 32 cit. h) Ab h. v. incipit c. 6 Cod. Just. cit. i) Subscriptio

10. *Iidem AA. Joanni Com. R. P.*[k] . . . .
. . . . ius privatum diu . . . . .
mus per . . . .
censemus . . . . possessionibus[l] . . . .
— — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

TIT. XV[m]. . . . .
— — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

7. *Impp. Valentinianus et Valens AA*[n]. . . . . . .
. . . .
. . . . el[o] *em*eritis veteranis vel gentibus dividamus. *Dat. XVII*[p]. *Kalend. Febr. Mediolani, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

8. *Iidem AA. ad Rufinum*[q] *Pf. P.* Quicunque possidere loca ex desertis volu*erint*, triennii immunitate potiantur. Qui vero ex desertis nonnihil *agro*rum sub certa professione perceperunt, si minorem mo*dum* professi sunt, quam ratio detentatae[r] possessionis postulat, us*que ad* triennium ex die latae*) legis in ea tantum possessione[s] perm*aneant*, quam ipsi sponte obtulerunt; exacto autem hoc tempore, *sciant*, ad integrae iugationis pensitationem se esse cogendos. *Ille*, qui hoc sibi incommodum iudicarit, e vestigio restituat possess*ionem*, cuius in futurum onera declinat[t]. *Dat. VIII. Id. Aug. Mediolani, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

9. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.*[u] Per Italiam aphanticiae[v] iugerationis o*n*ere consistentibus patrimoniis superfuso[x], unumquemque *tri*butarium adiectionem alieni debiti baiulare[y], non dubium est; *ide*oque[z] deserta iugatio, quae personis caret, hastis subiiciatur, ut[a] *licit*ationis competitione futuros dominos sortiatur. Ea enim*) . . .
. . . .
— — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

— c. 10. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c. ?* W. *c.* 10. Vid. c. 5, not. super.
Tit. XV. C. Th., cod. 1, P. Pu. *Tit. ?* W. *Tit. XV.*, id est huius edit., non ipsius C. Th. Secundum seriem titt. idem est ap. Pu. et *XIV.* ap. P. — c. 7—9. C. Th. c. 7—9? Cod. 1, P. Pu. sin. num. W. *c.* 1–3. Vid. not. *m.* Fortasse c. 9 coniungenda est cum c. 10 C. Th. de Suscept. (XII, 6).

deest in Cod. Just. Peyrono videtur in cod. 1 post vocem *valāno* superstes esse litera *c* initialis tituli *Caesaris.* Quod si re vera ita se habet, scribendum est *Theodosio A. XI. et Valentiniano Caes. Coss.* (425.) et in inscriptione repon.: *Imp. Theod. A. et Valentinianus Caes. Valerio Com. R. P.* Vid. c. 32 C. Th. cit. Sin vero secus, haec const. incidit in ann. 426, non in annum 430, quod P. putat, quamquam hic quoque annus inscribitur Theod. et Valent. Coss.; sequenti enim anno 427 Valerius nominatur Comes S. L. in c. 17 C. Th. de Murilegulis (X, 20). Vid. not. sq. k) 1, P. *Johanni.* Huic inscripta est, sed omissa subscr. c. un. Cod. Just. de Palat. (XI, 76); anno 429 inscripta est c. 17 Cod. Just. de Judaeis (I, 9) *Joanni Com. S. L.* et anno 430 c. 15 C. Th. de Metatis (VII, 8) *Joanni Comiti et Magistro officiorum.* Videtur ergo haec c. antecedentis legis ratione habita intra annos 426—429 data esse. l) Hic abrumpitur folium XIII. ap. P., XII. in cod. 1 sec. nostram computationem.

m) Iam denique sequitur illud folium XIII., idem dimidiatum, quod ap. P. ordine undecimum est. Vid. tit. XIII, c. 37, not. *). P. Pu. constitutionibus et constitutionum fragmentis in eo exhibitis auteponunt rubricam: (*Titulus* * *) et (*De Agro Deserto*), quam W. non quidem improbavit, tamen recipere non ausus est. Numerum autem W. praefixit, ut facilius hic tit. nominari posset. Quod ad numeros constitutionum attinet, in ultima huius folii const. servatus est numerus *XII.* Antecedens igitur c. est *c.* 11 h. t.; huius antem initium periit, cum hoc folium in superiore parte mancum sit; item periit eius constitutionis, quae in adversa huius folii pagina ultima est, clausula, quae necessario in superiore aversae paginae parte exstitit. Scripta igitur erant in aversa pagina et extrema pars huius c. et initium c. 11, unde calculo subducto et collatis iis, quae ab his const. absunt, cum totius folii ambitu, apparet, inter const. undecimam et c. ultimam adversae paginae unam tantum constitutionem (*decimam*) periisse, constitutionem igitur illam ultimam olim *nonam*, reliquas in adversa pagina scriptas *octavam* et *septimam* huius tituli fuisse, quas ob caussas non dubitavi suos numeros his legibus addere. Desunt ergo sex constitutiones. n) Inscr. huius legis misere truncatae ex subscr. restituta est ab editt. o) Habet cod. 1 has literas ab edd. omissas. p) Eodem fere die, id est *XVIII. Kal. Febr.* datae sunt ad Symmachum Pf. U. c. 8 C. Th. de Poenis (IX, 40) et c. 8 C. Th. de Pistor. (XIV, 3). q) Ita 1, sed P. *ad Rufino*, mendose. Ceterum vv. *Iidem AA. a* restt. sunt ab edd. et hic et in sq. c. r) 1 *detentat.* *) 1 *late.* s) Ita 1, P. Pu.; W. corr. *professione*, sed nihil mutandum et propter v. *permaneant* (aut *permanebunt*, quod mallem, quia quattuor literae in codice desunt), quod melius componitur cum *possessione* quam cum *professione* et propter sq. v. *obtulerunt*, quod per se professionem factam exprimit, denique propter ultimam legis sententiam: *Ille — declinat.* Sententia eodem redit: per triennium adhuc ab hac legis promulgatione tantum possessionis habere accipiantur, quantum ipsi sponte professi sunt (*obtulerunt*); consequens igitur est, ex hoc tantum modo possessionis tributa solvenda esse. t) Recte W. dicit, his vv. significari: „tantum agri reddat, quantum ultra professionem a se factam possidet." u) Sec. W. fragmentum legis aut anni 365 aut 367, quibus annis Mamertinus Pf. P. fuit. v) 1, P. *afanticiae* ex Graeco ἀφαντικὸς, cui respondet Latinorum *evanidus.* Designantur igitur h. l. deserta, sterilia praedia. Vid. c. 3 C. Th. de Censit. (XIII, 11) ibique Go. x) *Consistentia* patrimonia sunt opima, fertilia, quae per se consistere possunt. *Superfundi* dicuntur ea tributa, quibus quis oneratur, licet alienis. Vid. c. 4 C. Th. de Censit. (XIII, 11). Praestare enim debebant locupletes de patrimoniis suis tributa eorum etiam fundorum, quorum possessores ad incitas erant redacti. Vid. W. ad h. l. y) H. e. ferre, suscipere. Cf. Plaut. Asin. III, 3, 70. Gellius V, 3. L. 235 D. de V. S. (L, 16). C. Th. II, 27, c. un. §. 2. Festus et Paullus Diac. Lib. II. v. Baiulus et Comm. in Paull. Diac. ed. Lindemanni p. 350 et 582 v. Promiscam. P. olim scriptum fuisse suspicatur *baiulare non debere dubium non est*, cui cj. omnis loci nexus, peculiaris potissimum Italiae mentio repugnare videtur Wenckio. z)

11. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*[b] . . . . babuntur[c], diu tracta et iam[d] paene sine debitoribus debi*ta* con*do*nentur; ea tamen ratione servata, ut prius domin*i* *longi*oribus temporum metis et edictis[e] celeberrimis evoc*entur*, quo facilius spe impunitatis ad avitos[f] lares et propr*ia* *praed*ia revocentur: ac tum demum, si*) intra Maium mensem[g], *quod* spatium *dissitis*[h] idoneum et volentibus longum est, non adv*e*nerint*), quicunque se sponte obtulerit[i], non obligandus *de* onere praeterito, pro portione hoc[k] modo possessionis *in futu*rum annonarii canonis vectigal expendat, de iure *domini*[l] et perpetuitate securus. *Dat. VIII. Kal. Octobr. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.* (386.)

12. *Iidem AAA. Tatiano Pf. P. Orientis*[m]. Qui agros, domino cessa*nte*, desertos vel longe positos vel in finitimis ad pri*vatum* pariter publicumque compendium excolere festina*t*, vol*u*ntati suae nostrum noverit adesse respons*um: ita* tamen, ut si vacanti ac destituto solo novus cultor *in*sederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad s[n] *uum ius voluerit revocare, restitutis primitus, quae expensa constiterit, facultatem loci proprii consequatur. Nam si biennii fuerit tempus emensum, omnis possessionis et dominii carebit iure, qui siluit* . . . .[o]

— — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

— c. 11. C. Th. *c.* 11. Cod. 1, P. Pu. sin. num. W. *c.* 4. Vid. supra not. *m.* — c. 12. C. Th., cod. 1, P. Pu. *c.* 12. W. *c.* 5. Vid. supra not. *m.* Cod. Just. XI, 58, 8.

„Scil. ne nimis diu haec alieni debiti adiectio duret.“ W. a) Ita 1; edd. *et*, sine caussa. *) Hic finitur ap. P. folii XI., apud nos folii XIII. pars adversa. P. Pu. add.: *Desunt complures versus.* b) Inscr. edd. restituerunt ex subscr. Similis quidem huius legis argumento est c. 11 Cod. Just. de Omni agro des. (XI, 58), neque tamen eadem, ut Pu. videtur sententia esse. c) Ita 1; antecedd. enim ibi desunt. P. Pu. W. rest. *lababuntur* ex c. 4 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). d) P., quem Pu. secutus est, de cj. *etiam(si)*, sed recte W. cum codice *et iam.* In hoc autem mihi discedendum erat a W., ut vv. *diu tracta* ad seqq. referrem, non ad antecedentia, itaque non post *diu tracta*, sed post *labuntur* minus plene interpungerem. e) Ita recte P. ed. pro *dictis*, quod in cod. 1 est. *Edicta celeberrima* sunt edicta in locis celeberrimis proposita, itaque omnibus nota. Etiam c. 11 Cod. Just. (XI, 58) *edictis vocati.* f) 1 *habitos*, ut supra V, 13, 30. *) *Si* add. supra lin. in cod. 1. g) Hoc loco Wenckius refutat Peyr., qui maxime ex c. 11 Cod. Just. de Omni agro des. (XI, 58) hanc legem explicare studuit. W. ipse eam temporariam et certae regioni propriam fuisse putat. h) Ita recte P. Pu. W.; 1 *sitis.* *) Pro *advenerint* fortasse pon. *adfuerint*, ut in c. 11 Cod. Just. cit. i) 1 *optulerint.* k) Ita 1, P. Pu.; W. corr. *ac*, sine caussa et violenter; nam quod nonnunquam in codd. *hac* pro *ac* scribitur, id non quadrat in hunc locum. *Hoc modo* se refert ad totam legis sententiam. l) Ita 1, P. Pu.; W. *dominii.* Utrumque recte, etsi W. cj. magis concinat cum sq. v. *perpetuitatis* quam *domini.* m) Cod. Just. om. *Orientis.* n) In hac litera abrumpitur sec. P. folium undecimum, sec. nostram rationem XIII. folium cod. 1, desinit etiam haec c. apud P. Pu.; W. reliquam legis partem ex Cod. Just. supplevit. o) Subscriptio deest in Cod. Just. Sec. W. haec c. emissa est intra annos 386, cui antecedens const. debetur, et 393, per quod omne tempus Tatianus praetoriana praef. functus est. Eum autem a. 393 proscriptum esse, ex veteribus fontibus demonstrat Go. in Prosopogr. v. Tatianus et in comm. ad c. 9 C. Th. de Indulg. crim. (IX, 38) et ad c. 13 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42). Cf. praeterea Pagius in annot. ad c. 13 cit.

CODICIS THEODOSIANI

LIBER SEXTUS*).

TIT. I. DE SENATORIA DIGNITATE.

— — — — — —

— — — — — —

— — — — — —

TIT. II[p]. DE SENATORIBUS ET DE GLEBALI VEL FOLLIUM SEPTEMVE SOLIDORUM COLLATIONE ET DE AURO OBLATICIO.

— — — — — —

— — — — — —

7.[q] *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Procopium.* . . . legatur . . . . . . e coelesti oraculo . . . . glebal*is* necessitas auferatur. Quod *non solum circa* viros *dig*noscitur constitutum, *verum etiam circa* filias simil*i* conditione servandum[r]. *Dat. XVIII.*

Tit. II. — c. 7. Edd. *c.* 1. Vid. c. 12, not. *. Cod. Just. XII, 1, 11 mut. Bas. VI, 1, 23.

---

*) Libros Codicis Theodosiani VI. — VIII., a Stephano Charpino, canonico Lugdunensi, in veteri codice Lugdunensi (vid. infra not. *r* et tit. IV, c. ult., not. *r*) inventos primum edidit Cuiacius in Cui. 1 (Lugduni 1566. fol.) p. 91—212, ex qua editione sequentes editiones omnes (Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be.) ductae sunt. Quod igitur ad hos libros attinet, cum in iis non magna sit editionum, praeter leviores quasdam res discrepantia, superiorum annotationum rationem huc usque observatam in solis iis legibus retinendam esse putavi, quae — et paucae quidem illae — in Breviario Alariciano receptae sunt, in reliquis autem legibus brevitatis caussa hoc modo eam mutandam esse duxi, ut editionum enumerationem plane omitterem et tantum indicarem, si quando una alterave constitutio iam a Cuiacio in Comm. ad X. — XII. librum Codicis Just. commemoratur aut in aliis iuris fontibus, veluti Codice Just. legitur aut novis, i. e. nostra aetate inventis subsidiis locupletatur aut cum aliis C. Th. constitutionibus coniungenda est. Ceterum hinc incipiunt libri illi Codicis Theodosiani, qui ex codicibus, paucis locis exceptis, integri nobis servati sunt. Til. *Theod. Cod.* 15 *Lib. V.* Vid. tit. de Const. pr. (I, 1), not. *e* et tit. de Jurisd. (II, 1), not. *q* et *r*. p) Edd. Cui. 1 — Cui. 2* *Deest Tit. I. et initium II.*, et deest prorsus rubrica, unde aperte cognoscitur huius libri primum titulum, secundi autem et rubricam et initium periisse in cod. Lugd., ex quo solo Codicis Theodosiani libros VI. — VIII. a Cuiacio editos esse supra dixi. Cf. not. *r* sq. Ex Br. Al., in quo duae tantum tituli *Ut dignitatum ordo servetur* constt. proferuntur, auxilii quicquam peti non potest. Jacobus igitur Gothofredus Codicem Just. restituendis rubricis adhibuit et primum quidem titulum *de Dignitatibus* fuisse statuit, qui Codicis Just. primus libri XII. est, prob. Be.; huius autem rubricam, quam non solum Ri. (Ri*.) et Be. receperunt, sed nos quoque edidimus, ex argumento constitutionum fecit ad similitudinem tituli Cod. Just. *De Praetoribus et Honore Praeturae et Collatione et Gleba et Folii et Septem Solidorum Functione sublata* (XII, 2). In qua re W. (ed. Cod. Theod. Append. II, p. 346 sq.) recte id reprehendit, quod titulus *de Dignitatibus* contra morem compilatorum Codicis Th. factus sit, qui a titulis generalibus, quibus delectaretur Tribonianus, plerumque abstinuerint. Jam vero in Ambrosiano (cod. 5) rubricarum indice, qui vere quidem Breviarii Alariciani est, sed tamen hic illic locupletatus est e C. Th., illi titulo: *Ut dignitatum ordo servetur* haec rubrica praemittitur: *de Senatoria dignitate*, quae aut ad deperditum primum aut ad hunc titulum pertineat necesse est. Et Clossius quidem p. 22 eam ad primum refert, sed tamen in praef. p. XXVII. dubius est. Equidem non dubito cum W. ad priorem Clossii sententiam accedere et, cum rubrica: *de Senatoria dignitate* non congruat cum constitutionibus secundi tituli, quae supersunt, ipsam hanc rubricam in hac mea editione primo loco ponere. — In Cui. 1. Aur. Lugd. constitutionibus tit. II. non sunt appositi numeri. q) Inscr. restituit Go. et ex subscriptione et ex Cod. Just. Go. in Prosopogr. Procopium Pf. U. Constantinop. fuisse statuit. r) In Cui. 1. Aur. Lugd. haec c. ita legitur: * *Coelesti oraculo gleualis n. auferatur. quod n. s. viros — Kal.* * *Hierapoli — Conss.* Om. igitur *circa* ante *viros*. Cui. 2 — Ri*. *Leg . . . . e caelesti oraculo gleualis* et in sqq. ut Cui. 1, praeterquam quod in his edd. legitur praepositio *circa* et in edd. Ri. Ri*. *Kalend.* pro *Kal.* * est. Discrepant igitur edd. maxime in primis huius legis verbis, quae, ut apud nos leguntur, a Beckio ex Go. commentario (T. II, p. 9 ed. Lugd. 1665. fol. et T. II, p. 8 ed. Ri.) restituta sunt. Ibi Go. haec refert: „MS. cuius copiam mihi perhumaniter fecit vir CL. P. Pithoeus, Petri et Francisci nepos, fidem hic exprimere iuvat; ubi nonnulla quoque apparent quae Cuiacij aciem fugerunt, et ut restituere ea possimus, litterarum erosarum numerus subducendus nobis est. Igitur sic habet MS.

LEGATVR . . . . . . E CAELESTI ORACVLO . . . .
GLEVAL . . NECESSITAS AVFFERATVR : QV . . . .
CAVIR. S. I. NOSCITVR CONSTITVTVM, V . . . .
FILIAS SIMIL . . ONDICIONE SERVANDV . . . .
HIERAPOLI GRATIANO A. IIII. ET MERO . . . .

Nos sic hanc legem restituimus.
Si qui senator, vel alius Clarissimus, privatos habeat filios, quippe editos (Be. falso *editos quippe*) *antequam susciperet dignitatem, posteaque is in Amplissimum ordinem allegatur, iubente*, vel (Be. *vel*) *mediante coelesti oraculo, ab hisce filiis glebalis n. auffferatur: — servandum est. Dat. XVIII.* vel *XVI. Kal.* . . . . . *Hierapoli* etc. Et ita quidem hanc *legem* repleo, plano iam et perspicuo quem initio dixi sensu." Quo codice Go. usus sit, clarius intelligitur ex commentario c. 3 (9) h. t. (l. c. T. II, p. 13) ubi Go. ita loquitur: „pervenit in manus meas beneficio Amplissimi, et Integerrimi Viri P. Pithoei Senatoris Parisiensis, ut iam indicavi *ad l.* 1. *sup.* Authenticum huius libri, unde Cuiacius primum hunc li-

Kal.[s] . . . *Hierapoli*, *Gratiano A. IV.* et *Merobaude Coss.* (377.)

8. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.*[t] *ad Hypatium*[u]. Si quis senatorium consecutus *nostra largitate fas*tigium vel generis felicitate sor*titus possessionis* alicuius professionem senatu*i crediderit* oc*culendam*, praedium fisco noverit vindi*candum*, *quodcunque* subtractum publicis[v] iure com*pendiis erit.* §. 1. Quique[x] consularitatis insignia fuer*it assecutus*, *digni*tatis[y] obeundae atque exercendae *administrationis* huius copiam non habeat, nisi propr*ia annotatione* digesserit, senatorium[z] nomen ag*noscere et larem* habitationemque vel sedes certas in *provincia atque oppido* collocasse nihilque amplius quam *certum professi*onis modum[a] varias intra prov*incias possidere. Cuius* indicio palatinis scriniis quae*sito*, *quam primum* omnis instructio facile

— c. 8. Edd. *c.* 2. Cf. c. 12, not. *. Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Just. de Praet. (XII, 2) ed. Francof. 1595. fol. T. III, p. 423. Seqq. h. tit. constt., praeter c. 19, neglectae sunt a Cod. Just. conditoribus.

brum una cum septimo et Octavo eduxit, primis paginis adhuc quam antea cum Cuiacius eos ederet, magis erosis." Usus est igitur Go. eodem codice Lugdunensi, ex quo Cuiacius lib. VI. VII. VIII. edidit, estque hic codex intelligendus, ubicunque Go. in notis et in comm. horum libr. siglo MS. utitur. Simul constat, hunc codicem in bibliothecam P. Pithoei transiisse, deinde successionis iure in manus nepotis eius pervenisse et Gothofredi adhuc aetate exstitisse. Ubi nunc sit, non potui eruere. — Haec scripta erant et a typotheta typis expressa, sed nondum prelo excusa, cum fortuito ad me perferretur catalogus bibliothecae Rosniensis (de Rosuy) Parisiis publice vendendae, in quo praeter alios codices pretiosissimos, maximam partem ex bibliotheca Pithoeana provenientes, Codex quidam Theodosianus erat, numero 2383 insignitus et his vv. a P. Pithoeo, P. et Francisci nepote notatus: „*Hoc vetustissimum exemplar libror. VI, VII et VIII Codicis Theodosiani, quo V. C. Jacobus Cuiacius in edendo eo libro usus est dono mihi dedit V. C. Franciscus Pithoeus, patruus anno* 1620. *Pithou.*" Obstupui neque dubitavi, quin idem esset codex ille Lugdunensis Stephani Charpini, quem a Cuiacio editum et a Gothofredo adhibitum esse constat, postea autem deperditum esse deploravimus. Extemplo me contuli Parisios, ut eum investigarem emeremque, aut, si id non contingeret, cum editis conferrem. Neque me huius consilii poenitet; nam a Bossangio, in cuius taberna libri vendendi erant, ea humanitate et liberalitate animi exceptus, qua Franco-Gallos excellere notum est, omnes mihi vir officiosissimus, quos cuperem, libros mss. ante venditionem concessit non solum inspiciendos, verum etiam cum editis conferendos et inter eos Codicem illum Theodosianum, quo ipso Cuiacium in edendis libris VI. — VIII. usum esse, prima specie perspexi. Eum autem a Bibliotheca Regia Parisiensi emptum esse, certe omnes antiquarum literarum cultores mecum gaudebunt. Vid., quae de hoc codice a me dicta sunt in Richteri Annalibus iuris (Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft. 4. Heft. 1837, p. 377.) et quae dicam in Praefatione huius editionis. Jam vero inter alia hic quoque locus clarus est. Primum enim codicis folium misere laceratum est et truncatum. Eiusdem formae est secundum folium. Utriusque folii fragmenta tantum supersunt. Primi autem folii fragmentum incipit in v. *Legatur*, quod ex c. 7 h. t. est. Deest igitur primus libri sexti titulus et desunt praeterea sex priores secundi tituli constitutiones una cum principio constitutionis septimae. Vid. not. *p* antec. et infra c. 12, not. *. Jam vero Go. totam legem septimam accurate e codice depinxit, versuum ambitu retento et punctis, quae lacunas describerent, interiectis. Paucae literae post Go. interierunt, veluti literae S. I. N. post v. VIR., quae lacuna, ut illae post LEGATVR, GLEVAL et SIMIL ex eo nata est, quod membrana in medio versu humore perforata est. Non igitur aliquid in Go. apographo mutandum esse censui. In Cod. Just. haec c. ita se habet: *Senator* (Hal. Russ. *Si senator*, impr. Cuiacio et Go.), *vel alius clarissimus privatos habeat filios, editos quippe, antequam susciperet dignitatem, quod non solum circa masculos dinoscitur — servandum. Cum autem paternos honores invidere filiis non oporteat: a Senatore, vel solo* (quidam codd. *vel alio*, prob. Cuiacio) *clarissimo susceptum, in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. Dat. XV.* * *Hier.* etc. Ceterum monendum est, in loco supra a Go. ex MS. prolato Be. v. *legatur* anteponere tria puncta, deinde Be. et Ri. post LEGATVR quattuor tantum puncta habere, post ORACVLO Be. tria, Ri. novem, denique Ri. post QV quinque, post V octo, post SERVANDV et MERO septem tantum puncta proferre. Dicendum est etiam, marginem exteriorem triginta quinque foliorum, quae initio codicis post illa duo folia habentur, humore, qui membranas corrupit, plusve minusve damnum fecisse, quo quidem nonnullae literae, nonnunquam etiam integra verba in extremis versibus aut, ubi hi in aversa pagina incipiunt, in principio versuum perierunt, has autem lacunas a Cuiacio in ipso codice plerumque restitutas et sua ipsius manu expletas esse. Ut igitur hae lacunae accurate perspicerentur et Cuiacii reliquorumque editorum restitutiones prima specie intelligerentur, hoc consilium inii, ut lacunas ipsius contextus literis inclinatis indicarem, lacunas, quae in inscriptiones et subscriptiones inciderent, in annotatione enumerarem, codicem autem ipsum, ubi nominandus esset, aut Lugdunensem de origine sua aut, cum is horum librorum unus solus esset, simpliciter *codicem* appellarem, retento nihilosecius verbo: *Ms.*, ubicunque Go., qui quidem hoc verbo uti solitus est, de hoc codice loquitur. s) De lacunis subscriptionis in codice Lugd. vid. not. *r* antec. Mensis deest etiam in Cod. Just. In Cui. 1 — Go. asteriscus ponitur, omissus ille ap. Ri. Ri*. et Be. An *Jul.* aut *Aug.*? Hoc enim tempore Valens Hierapoli commoratus est. Cf. c. 3 C. Th. de Milit. veste (VII, 6) et c. 3 C. Th. de Fisci deb. (X, 16). t) Be. add. vult *et Arcad. A.*, sine caussa. *Arcadius* enim Constantinopoli a patre suo Theodosio Augustus creatus est his Coss. *XVI. Kal. Febr.*, haec autem c. data est *IV. Id. Jan.* u) Cui. 1 — Ri*. *Hipatium.* Add. *Pf. P.* Hypatium enim Pf. P. Italiae fuisse, ostendit Go. in comm. ad c. 17 C. Th. de Suscept. (XII, 6) et in Prosopogr. v. Hyp. In codice perierunt omnia post v. *Theodosius.* v) Go. in not. „Forte *ea re*, id est, ob professionem possessionis Senatui occultatam: vel *non iure:* vel denique *curiae.*" Be. cj. *sine iure.* Sed nihil mutandum, modo coniungatur *iure* cum v. *publicis*, id est quae *de iure publica* sunt. x) Go. in notis: „Secunda sententia, abrupta. Certe in MS. maior hic lacuna exstat, ut non amplius aliquid supplendum videatur." Pertinent haec ad edd. Cui. 1 — Cui. 2*, in quibus interpungitur *erit*, *quique consularitatis* etc. Ut sententia clarior esset, punctum ex Go. cum Ri. et Be. recepimus. *Quique* autem accipiendum pro *et qui.* y) MS. sec. Go. *dignitates*, recte. z) Go. in notis cj. *se senatorium*, qua cj. non opus est. a) Go. scribi vult *quam insertum professioni modum*; addit autem, *certum modum* etiam pro *expresso*, *designato*

declaret, *quibus quantisve nominibus* quove in modo perennis *aerarii emolumenta succreverint*. §. 2. Duorum vero *follium maneat cunctos* indiscreta professio, etiamsi *possessionem forte* non habeant, quos dignitas *consularis vel clarior*[b] atque sublimior potestas *ulla provexerit*, *neminem*[c] ad insignia potestatis *admittendo, nisi professionem* vinxerit[d], et *his tantum a necessitate huiusmodi* segregandis, quos *palatinae honore militiae et stipendiis* approbatos[e] *debita potius quam postulata senatorii ordinis societas advocaverit. Dat. IV. Id. Jan.* *) *Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

9. *Iidem*[f] *AAA. Clearcho Pf. U.*[g] Omnes, qui ex Macedoniae rar[h] . . .[i] *amplissimo* Constantinopolitanae *urbis* ordine *nati*[k] *sunt*, ad Thracum[l] similitudinem senatorum *glebali iubemus* praestatione reddi immunes. *Dat. . . . . . .*[m] *Sept. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

10. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*[n] *AAA. ad Aurelianum*[o] *Pf. U. Quod ad eorum* querimonias, qui se glebalia non *posse ferre onera* testabuntur[p], amplissimorum *virorum consilio* definitum est, scilicet ut septenos *quotannis solidos* pro sua portione conferret, qui[q] *praebitiones* implere follium[r] non valeret, eatenus *confirmamus*, ut omnes, quibus est census angustia, *contemplatis* patrimonii sui viribus, liberam *habeant optionem*, quatenus, si collatio ista non *displicet*, *a consortio* amplissimi ordinis non retendant[s]; *sin vero grave*, *id est*[t] damnosum videtur, dignitatem *senatoriam non requirant. Dat. prid. Kalend. Septemb. Constantinopoli, Theodosio August. III. et Abundantio V. C.*[u] *Coss.* (393.)

11.*) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino*[v] *Pf. U.* Omnes senatores, *qui in sacratissima* urbe consistunt, licet *habeant per longinquas* provincias atque diversas *possessiones*, *aurum oblaticium*[x] in urbe persolvant, *quod a procuratoribus* et actoribus suis ad urbem *reditus perferuntur. Sane his* senatoribus, qui in provinciis[y] *larem fovent, per provincias* censuales, qui plenam *habeant notitiam, immineant*, quo cognoscant, *sine dilutione aurum profuturum* aerario nostro *quantocius inferendum. Dat. XVIII. Kalend. Octob.*[z] *Olybrio et Probino Coss.* (395.)

12.*) *Iidem AA. ad Senatum et Populum. Post alia: Censualibus*, quibus onerosa glebae affirmatur *exactio*, *onus* quidem negotiosum movemus[a], sed quia *eis plurimam* scimus harum rerum esse notitiam, et *disquisitionis* curam et rationem manifestae *instructionis* eis imponimus[b]. *Dat. XVII. Kal. Mai. Mediolani*[c], *Caesario et Attico Coss.* (397.)

— c. 9. Edd. *c.* 3. Cf. c. 12, not. *. Go. putat coniungendam esse cum c. 5 Cod. Just. de Dignitt. (XII, 1). — c. 10. Edd. *c.* 4. Cf. c. 12, not. *. — c. 11. Edd. *c.* 5. Cf. c. 12, not. *. — c. 12. Edd. *c.* 6. Vid. not. *.

accipi posse. Et ita est. b) Ita Cui. 1 — Cui. 2*; Go. — Be. *carior*, perperam, sine dubio err. typ. ap. Go. et Ri., cum in comm. Go. sit *clarior*. c) Go. prop. *nemine*, prob. Be., sed praeter necessitatem. d) Ita etiam MS. sec. Go., (recte) qui, etsi scripturam codicis non improbat, tamen prop. *professione se vinxerit*, provocans simul ad c. 21 C. Th. de Praet. (VI, 4) *in professionem habebunt*; hic vero locus non videtur huc quadrare. e) Aur. Lugd. *ad probatos*, pro *adprobat.*, quod in codice est. *) Hinc incipit pag. secunda primi folii. Vv. *Dat.—Jan.* des. f) Go. Be. scribi iubent *Imppp. Val. Th. et Arc.* g) Ita recte Go. ex MS., ubi vero perierunt priora inscriptionis verba. Cui. 1—Ri*. *PP.* sive *P. P.* Ceterum vid. supra IV, 17, 2, not. *v* et Go. in not. et in comment. h) In Cui. 1 — Lugd. haec c. ita expressa est: *Omnes qui ex Machedonia erat * amplissimo — sunt * similitudinem sen. gleuali — Dat. * Sept.* etc. Cui. 2, 2* *Omnes qui ex Machedoniae rar * amplissimo — sunt . . . . . . dum similitudinem — Dat. * Sept.* etc. Go. — Ri*. *Omnes, qui ex Machedoniae erar. Amplissimo — sunt similitudinem — Dat. * Sept.* etc. (in Ri. Ri*. om. astericus). Sed in comm. Go. in haec vv. loquitur: „In eo vero MS. (vid. supra c. 7 h. t., not. *r*), ubi in editis lacuna hactenus notatur, Syllabaque * *dum*, exprimitur literis etsi fugientibus, lego . . . *d. Trachum similitudinem*: id est, *ad Trachum similitudinem. Trachum* scilicet pro *Thracum* scriptum, ut passim alibi," recte. i) Sec. Go. MS. hic erosus est: verba autem *MACHEDONIAERAR* lineam in MS. finiunt. Recte. Vid. not. *h*. Praeterea Go. dicit: „Alii *Machedoniae ar. ampl.*" Qui hi sint, nescio, cum alibi hanc scripturam non invenerim. Go. cj. *partibus* (Macedoniae partibus, i. e. dioecesibus). k) Go. Be. rep. volunt *ordini dati.* l) Ita ed. Be. ex MS., quod Go. vidit, et auct. Go. Vid. supra not. *h*. Antea Go. cj. *secundum similitudinem*, quod ipse postea damnat. m) Reposui lacunam, quam Ri. Ri*. Be. prorsus neglexerunt indicare; In Cui. 1—Cui. 2* habetur asteriscus. n) Scrib. auct. Go. et Be. *Theodosius, Arcadius et Honorius.* In codice des. literae *Imppp. Valent.*, *Th.* et mox *Pf. U.* o) Cui. 1 — Ri*. *Aurilianum* ex codice. p) Ita MS. Go., qui, quamquam non impr. codicis scripturam, cj. *testabantur* (*testabuntur, deinceps*). q) MS. sec. Go., qui recte vidit, Cui. 1—Ri*. *quid.* Be. recte *qui*, quae scriptura a Go. approbata invenitur in m. Cui. 2, 2*, ubi haec annotata sunt: „*in aliis lib. legitur, qui praebitionis implere folliū.*" Videtur ergo Cuiacius ad editionem Parisinam a. 1586 praeter codicem Lugdunensem alios quoque libros mss., cum sexto Codicis Th. libro instructos adhibuisse, quorum hodie nulla exstat notitia. r) Vir doctus ap. Go. cj. *follium II.* s) Ita Cui. 1—Ri*. et MS. sec. Go., recte; sed in m. Cui. 2, 2*: „al. *non recedant*," quod probat Go. et Be. recepit. Putat tamen Go. *retendere* significare *recedere*, *retro tendere*. Item ab antiqua manu in m. exempl. Cuiacianae 1, quod possideo, annotatur: „nihil muta cum Jureto. Retendant enim idem est quod recedant." t) Ita MS. ap. Go., qui em. *id et*, sine caussa. u) Codex *VRCL.* Go. — Ri*. *VR. CL.* Ceterum Ri. Ri*. *Abundatio*, err. In codice des. *stantinop. Theod.* *) Vid. infra c. 15 h. t., not. *h*. v) Ita Be. de cj. Go., quem vid. in Chron. h. a., in notis h. c. et in Prosopogr. Rell. et codex *Florentio*. In codice des. omnia ante *AA.* x) Cui. 1. Aur. Lugd. *obloticium*, mendose. y) Go. *proinciis* et mox *cognoscannt*, mendose. z) Add. *Mediolani*. In codice des. *Dat. XVIII.* et *et Probino Coss.* *) Hic numerus a librario adscriptus est in m. codicis Lugdunensis. Perierunt ergo sex priores h. t. constitutiones. Superstitibus autem constitutionibus verus numerus apponendus erat, quod a me factum est. Ceterum hinc incipit folium secundum codicis. Literae *opulum. Post alia* abscissae sunt. a) H. e. amovemus,

13. *Iidem AA. ad Senatum et Populum. Post alia: Senator* [d] patrimonium proprium in quemcu*nque qua*libet ratione transtulerit, imminutio . . . . [e] signationis tempore probata [f] non *valeat, sed caus*sa prius erit actis provincialibus *approbanda. Dat. XVII. Kalend. Maii* [g] *Mediolani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

14. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Qui in *sacro mansuetudinis nostrae* palatio militarint, si *coetui senatus consortioque fue*rint sociati, iuxta latam *dudum legem* *) *glebalem tan*tum sustineant functionem, *ad praeturae vero functio*nem atque onera non vocen*tur. Dat. III. Kal. Mai. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

15. *Iidem AA. Florentino Pf. U.* Dudum praecepi*mus* [h], *ut aurum obla*ticium senatores, *qui in sacratissima urbe degunt, in* urbe complere*nt; hi* [i] *vero, qui in provinciis larem fove*rent, per cen*sualium officia in provinciis solverent.* Sed quoniam co*gnovimus, praedictum officium non* posse exse*cutioni sufficere, ad praedictum negotium* auxilia congr*ua ab ordinariis iudicibus volumus mini*strari. *Dat. VII.* [k] *Kal. Jan. Mediolani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

16. *Iidem AA. Felici Pf. U.* [l] *Glebam possessionum, non personarum* esse *perspicimus* [m], *ac propterea necesse est, ut illis immineat* exactio [mm], *qui* ex re *eadem reditus* consequuntur: nam cum *censibus* deferantur [n], *non pote*st auri pro*fessio* perire *domino.* Hac itaque sanctione decernimus, ut Hispa*niae* *) *in prae*sens tantum tempus beneficiis indultis utan*tur*, servaturi posthac in solvendis functionibus provinc*iarum* consuetudinem ceterarum. *Dat. IV. Kal. April. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

17. *Iidem AA. Troino* [o] *Com. S. L.* A collatione glebalis auri vel ı . . . . n . . . . ii [p] tituli ne domum quidem nostram immun*em* [q] esse praecipimus. *PP. IV. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta* [r] *VV. CC. Coss.* (401.)

18. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Monaxium Pf. U.* [s] Si quis . . . . [t] *nostris* tota impleta militia ad proximatum *et comitivam dis*positionum vel magisterium ad*missionum pervenerit*, nulla penitus functione vel *glebatione senatoria tum* primum ob dignitatem vi*cariam fatigetur, sitque im*munis a septem quo-

— c. 13. Edd. *c.* 7. Cf. c. 12, not. *. Ceterum c. 12 et 13 laciniae sunt maioris constitt. et coniungendae cum c. 31 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 24 C. Th. de Suscept. (XII, 6), c. 27 C. Th. de Navicul. (XIII, 5), c. 5 C. Th. de Naufr. (XIII, 9), c. 3 C. Th. de Canon. frum. urb. Rom. (XIV, 15), c. 3 Cod. Just. Quae res venire non poss. (IV, 40). — c. 14. Edd. *c.* 8. Cf. c. 12, not. *. — c. 15. Edd. *c.* 9. Cf. c. 12, not. *. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Com. rei milit. (VI, 14), c. 19 C. Th. de Div. off. (VIII, 7), c. 153 — 156 C. Th. de Decur. (XII, 1). Praeterea Go. existimat coniungendam esse c. 1 Cod. Just. Ubi quis de curiali (III, 23). — c. 16. Edd. *c.* 10. Cf. c. 12, not. *. Commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 2 Cod. Just. de Praetor. (XII, 2) l. c. p. 423. Bou. l. c. p. 763 sq. — c. 17. Edd. *c.* 11. Cf. c. 12, not. *. Tota c. profertur a Cuiacio in Comm. c. 8 Cod. Just. de Dignitt. (XII, 1) l. c. p. 420. — c. 18. Edd. *c.* 12. Cf. c. 12, not. *.

removemus. Go. cj. *submovemus*, ingeniose quidem, neque tamen vere. b) Cui. 1 — Ri*. *INponimus.* c) Edd. et hic et in seqq. constt. aut *Med.* aut *Mediol.*, quod semel moneo; neque codex sibi constat. d) Go. suppl. *Si senator*, prob. Be. Non recte, opinor. Sententia haec est: In quemcunque senator patrimonium transtulerit, talis imminutio, quae designationis tempore facta esse probatur, non valeat. Ceterum pro fugitiva hanc legem habet Go. eamque refert ad titulum de Praetoribus (VI, 4). e) Go. supplet *eius de* (designationis), probabiliter. Vid. c. 31 C. Th. de Praet. (VI, 4). Symmachus X, ep. 59. Cui. 1. Aur. Lugd. *imminutio * sign.* In Cui. 2, 2* recte ponuntur septem puncta post *imminutio*, sex ap. Go. et Ri., octo in ed. Ri*. et quattuor ap. Be. f) Go. in notis: „Id est, si probatus fuerit Senator imminuisse. Quare errat qui *hic* reponit, *non probata.*" g) Edd. ante Be. *_Mai*, etiam in sq. constitutione. Codex fere ubique *MAI.* In seqq. abscissa sunt *o et Attico Coss.* *) Go. annotat: „Intelligitne Legem 28 inf. de Praetoribus?" Lex ipsa videtur periisse. In subscr. perier. *Dat. — Constanti —.* h) Ita Cui. 1. Aur. Lugd. Go. in notis et Be.; Cui. 2 — Ri*. *praecipimus*, male. Intelligitur c. 11 h. t. i) Cui. 1 — Cui. 2* *CONplerent. hij.* Go. Ri. Ri*. *CONplerent, hij.* k) Leg. *XII.*, qui dies est in rell. constt. cum hac lege coniungendis. Et facile a librario commutari poterant numeri *VII.* et *XII.* In codice omnia abscissa sunt post *Dat.* — l) Go. em. *Pf. P.* propter Symmachi lib. IV, ep. 62. Erat enim Pf. P. Galliarum. In codice periit siglum dignitatis. m) Vv. *Glebam — perspicimus* exstant ap. Cuiacium in Comm. l. c. mm) V. *exactio* videtur primum esse secundae paginae folii secundi; literae ipsae evanidae sunt. n) Ita Go. — Be. et MS. (non MSS., quod Ri. edid.) sec. Go.; Cui. 1 — Cui. 2* *deferuntur.* *) Go. in not., vel hic, inquit, reponendum *Hispani* vel infra restituendum *servaturae:* quod mavult propter illa: *provinciarum ceterarum.* Sed frequentes sunt hac potissimum aetate et in hoc Codice huiusmodi locutiones, in quibus subito a terrae nomine ad ipsos incolas transitur. o) Cui. 1 — Lugd. *AA.* * *Troino.* Go. ex Synesii ep. 26 em. *Troilo*, impr. Tillem. l. c. T. V, Not. p. 75, n. XV. In codice des. vv. *Iidem AA.* p) Ita Go. Ri. Ri*.; Cui. 1 — Lugd. *vel* * | *Tituli.* Est enim spatium trium literarum post *vel* et post * dimidius versus vacuus est. Cui. 2, 2* *vel I . . . . . N . . . . ii tituli.* Be. *vel i . . . m . . . . ii tituli.* Go. cj. *coNparatitii* vel *oblatitii*, ut in c. 3 C. Th. de Milit. veste (VII, 6) et in c. 11 et 15 h. t.; addit autem: „Neutrum ferunt reliquiae et spatia fugientis vocis: quae ut nos fecimus exprimenda sunt," et a Go. recte expressa sunt. Cuiacius l. c. om. *vel — tituli.* q) Cui. 1 — Lugd. *nostram. INmunem esse.* Cui. 2, 2* *nostram INmunem . . . . esse.* Go. *Nostram INmunem . . . . esse.* Ri. *Nostram inmunem . . esse.* Ri*. *Nostram inmunem . . . . esse*, sed Go. in notis: „ad plenum sensum nihil hic deest." Nunc res perspicua est. Ceterum cod. Lugd. *praecepimus.* r) Ita Cui. 2, 2* in corr. Be.; rell. *Avito.* Go. rep. vult *Fravito*, vel *Fravita.* Codex *. . . vito* (Fravito) et perierunt literae *tio et Fra.* s) Cui. 1 —Ri*. *PV.* Codex *PŪ.* Go. et Be. em. iubent *Pf. P.* t) Cui. 1 — Lugd. *Si quis. * Nostris.* Cui. 2 — Ri. *Si quis . . . . Nostris.* Ita etiam Ri*., sed ibi octo tantum puncta ponuntur. Be. *Si quis . . . . . nostris.* Go. supplet *ex* sive *de scriniis.* Conieceram *e palatinis nostris*, sed in codice Cuiacii aetate defuerunt 21 literae, nunc autem

que solidorum *praestatione*, *quae* tenuissimos senatorum assolet *obligare. Dat. VI. Id. Maii Constantinopoli, Constantio et Constante Coss.* (414.)

19. *Iidem AA. Sebastio Com.*[u] *Si quis* desertam possessionem sub *peraequationis sorte perceperit*, eum a praestatione glebae *senatoriae*, *etiamsi antiquitus hoc* onus fundum manebat, *alienum esse praecepimus*[v]. *Illa vero* praedia, quae *navalem sustinent functionem et*[x] *in desertis* huc usque *iacuerunt*[y], *meliore conditione in omnibus* titulis *convenit relevari*[z], *ut gravis sors pro ea, qua* *) resederit, *portiuncula navalis esse non possit, cum* aliis fuerit *dispendiis liberata*[a]. *Dat. prid. Id. Maii*[b] *Ravennae*, *Honorio A. XI. et Constantio II. Coss.* (417.)

20. *Impp. Theodosius et Valentinianus*[c] *AA. ad Senatum urbis Romae. Post alia:* Oblationem nobis amplissimi ordinis *prompta* liberalitate[cc] promissam partim remittimus *vobis*, *partim* patriae *) communi urbique largimur. *Dat. VI Kal. MTE.*[d] *Recitata in Senatu per Theodosium Primicerium Notariorum*, *DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA.*[e] Coss. (426.)

21. *) *Iidem AA. Proculo Pf. U. Post alia:* Praeter eos, qui notariorum *nostrorum* scholae praeclaro sunt sacrati collegio *vel silentiariorum* **) praerogativa nostrorum aut etiam *sacri consistorii* decurionum militia muniuntur, *vel* qui e schola agentium in rebus expletis stipendiis *ad* principatum ducenae pervenerunt, *togati*[f] praetorianae atque etiam urbicariae praefecturae ceterique omnes, qui delatis sibi senatoriis dignitatibus *fruuntur*, pro suis viribus glebales *) tantum functiones agnoscant: *palatinis*[g] sacrarum et privatarum largitionum, quoniam *renuntiandum* senatoriae dignitati adita nostra *clementia crediderunt*, senatoriis functionibus eximendis, et[h], *quamvis* senatorum consortio segregentur, in omni *securitate mansuris* *), nec non etiam filiis eorum atque nepotibus, *secundum* divi Constantini atque Constantii[i] constitutiones[k]: *ita ut omne* beneficium omnisque annotatio specialis super immunitate, contra huius sanctionis formam a quocunque officio, persona, schola vel professione elicita, nullam habeat firmitatem, sed allegata quoque et ab amplissimo, si ita contigerit, suscepta ordine, denuo, cum libuerit, retractetur: totius temporis, qui[l] interea fluxerit, ab eo, qui hoc impetrare studuerit, descriptionibus extorquendis, etsi[m] hoc idem praeiudicium annotationis tenore elicitae remittatur. *Dat. prid. Kalend. Feb. Constantinopoli, Felice et Tauro*[n] *Coss.* (428.)

TIT. III.*) DE PRAEDIIS SENATORUM.

1. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*

— c. 19. Edd. *c.* 13. Cf. c. 12, not. *. Coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Praediis navic. (XIII, 6) et c. 14—16 C. Th. de Censitt. (XIII, 11). Eodem die data est ad Ursacium c. 7 C. Th. de Locat. fundor. iur. emph. (X, 3). Cod. Just. XI, 58, 15. — c. 20. Edd. *c.* 14. Cf. c. 12, not. *. Sec. Go. coniungenda est cum c. 33 C. Th. de Petitt. (X, 10) et c. 2 C. Th. de Conduct. et hom. dom. Aug. (X, 26). — c. 21. Edd. *c.* 15. Cf. c. 12, not. *. Coniungenda est cum c. 22 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27).

Tit. III. c. 1. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Const. pr. (I, 1), c. 26 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 130—132 C. Th. de Decurion. (XII, 1), c. 29, 30 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Praeterea Go. coassandam esse censet c. 11 C. Th. de Ann. civ. (XIV, 17), quam vid.

literis *nri(s)* abscissis, desunt 24 literae. u) Cod. Just. *Sebasto.* C. 14 — 16 C. Th. de Censit. et c. 15 Cod. Just. citt. add. *primi ordinis*, quod Go. etiam h. l. addendum esse censet. In codice periit tota inscr. v) Go., prob. Be. scribi vult *praecipimus*, et ita est in Aur. Lugd. Hinc inc. c. 15 Cod. Just. cit. Go. non solum hanc c. potissimum ad Africam refert propter argumentum eorum, quae de Naviculariis fundis leguntur, sed ultimam etiam partem, tanquam ab hoc titulo alienam ad tit. C. Th. de Praediis naviculariorum (XIII, 6) referendam esse dicit. x) *Et* deest in Cui. 1 — Ri*.; recte restituit Be. ex Cod. Just., auctore Go., qui aut *et* scribendum esse censet aut *sustinentia.* y) Ita MS. ap. Go. et Be., auct. Go. Recte, nam hodie superest syllaba *ia.* Similiter in Cod. Just. *remanent.* Cui. 1 — Ri*. *tacuerunt*, male. z) Cui. 2, 2* *relevati.* *) Ita MS. Go., qui recte ex Cod. Just. em. *quae.* Hodie in codice apparent tantum literae *ua.* a) In Cod. Just. haec c. ita se habet: *Si quis deserta praedia, quae navalem — desertis nunc usque remanent superaequationis iure perceperit: meliore — convenit ea relevari ut g. sors navis esse n. possit, pro ea, quae resederit portiuncula cum aliis f. d. l.* b) Aut hic scrib. *Mart.*, ut in c. 14—16 C. Th. et c. 15 Cod. Just. citt., aut in his constt. corr. *Maii.* In codice abscissae sunt syllabae *Dat. — Hon.* et *et — Coss.* c) Ita Cui. 2, 2* in corr. et Be., auct. Go. et ex subscr.; Cui. 1 — Ri*. *Arcad.*, impr. Go. In codice perierunt vv. *Impp. — urbis.* Folium tertium incipit in vv. *Post alia.* cc) Recentior manus corr. *liberalitate.* *) Aur. Lugd. *partiae*, err. d) Ita codex, non *M.*, ut Go. dicit, qui em. *Jan.*, quod c. 33 et 2 C. Th. citt. habent. e) Go. — Ri*. *II. A. Conss.* In codice des. literae *Notario.* *) Huius legis meminit Theodosius in c. ult. C. Th. de Medicis et profess. (XIII, 3). **) Go. ad h. l. annotat: „*Vix* haec vox *hic* stetisse videtur. Quandoquidem post vocem *collegio* nonnisi quinque literae interciderunt ante syllabam *rum.*" Recte. Videtur ergo esse v. *silentiariorum* supplementum Cuiacii; sed quid melius quadret in h. l., non video. Mox Go. ad v. *decurionum:* „Porro in MS. ita haec vox expressa," quae quid sibi velint, nescio. Codex *decorionum.* Idem paullo post *iurib.* pro *in rebus*, mendose. f) Go. in notis: „Antea male *rogati.*" Potius sola Cui. 2, 2* *togari.* *) Codex *glevalis.* g) Cui. 1 — Cui. 2* *agnoscant*, *pal.* Go. — Ri*. *agnosant; Pal.* Be. *agnoscant. Pal.* h) Be. cj. *sed*, qua cj. facile carere possumus. *) Codex ...*sueris*, mendose. i) Be. err. *Contantii.* Go. in notis putat, innui constitutiones, quae huius tit. initio exciderint, et inter alias c. 6 quoque C. Th. de Extraordin. s. sord. mun. (XI, 16). k) Cui. 1—Cui. 2* *eximendis, et — constitutiones, ita.* Go. — Ri*. *eximendis; (et — Constitutiones) Ita.* Be. *constitutiones. ita.* Mox codex *omnesq. adnotatio speciales*, sed in v. *speciales* em. *i.* l) Go. Be. recte em. *quod.* m) Ita Be., auct. Go., qui in MS. literas cohaerere affirmat. Cui. 1—Ri*. *et si.* n) c. 22 C. Th. de Agent. in reb. cit. *Tauro et Felice*, de qua re cf. Zirardinius l. c. p. 439, not. Ceterum Ri*. mendose *Felicis et Tauro.* In codice subscriptio fere evanuit. Rec. manus in m. inf. apposuit *Feb.*

*) Cum titulo tertio incipit secunda pagina folii tertii.

Aureliano *) *Pf. U.* Si quid syriarchiae a senatoriis possessionibus annua collatione confertur, iubemus aboleri. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario Pf. P.* Senatoriae functionis curiaeque sit nulla coniunctio; et ne laedendi curialibus praebeatur occasio, per apparitores rectorum provinciae de senatorum fundis fisco postulentur[o], habeatque hanc disponendi curam, cui defendendi senatus sollicitudo mandata est. Si curia sibi censitorem vel peraequatorem *) voluerit postulare, sibi postulet, non senatui. *Dat. prid. Id. Aug. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

3. *Iidem AA. Africano Pf. U.* A curialibus terris senatoria gleba discreta sit, nec ulla fiat in possidendo[p] clarissimarum domorum curialiumque coniunctio, nec ullo exactionis genere vinciantur; idque curent hi, qui per civitates defensorum senatus officium susceperint *): quorum periculo teneatur, si quid dispositum fuerit in dispendium senatorum. Sin vero curiales censitorem vel peraequatorem suis terris voluerint postulare, ab eorum petitione sit senatus alienus. *Dat. prid. Id. Aug. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

4. *Iidem AA. Eutychiano*[q] *Pf. P.* Docuit tua sublimitas, exactionem tributorum senatus non posse concurrere, adeo ut in nonnullis provinciis senatorii canonis medietas in debitis resideret[r], atque ideo, ceteris in prioris legis[s] serie permanentibus, id solum corrigi atque emendari iubemus *), ut senatorii fundi non per officia sed per curiales potius exigantur, ad eosque iterum sollicitudo recurrat. *Dat. prid. Non. Sept. Ancyra*[t], *Caesario et Attico Coss.* (397.)

TIT. IV. DE PRAETORIBUS[tt] ET QUAESTORIBUS.

1. *Imp. Constantinus A. Aeliano Pf. U.*[u] Religiosis vocibus senatus amplissimi persuasi decernimus *), ut quaestores ea praerogativa utantur, qua consules et praetores, ita ut, si quis intra annum sextum decimum nominatus fuerit absens, cum editio muneris celebratur, condemnationis frumentariae nexibus minime teneatur, quoniam memoratae aetati placet hoc privilegium suffragari. *Dat. VII. Id. Mart. Sirmio*[v], *Constantino A. VI. et Constantio*[x] *C. Coss.* (320.)

2. *Idem A. Iuliano Pf. U.* Minores XX[y] annis, aetatis contemplatione infirmae, hoc etiam remedio sublevamus, ut eius necessitudinis titulo minime teneantur, cuius laqueis vinciantur[z] hi, qui post vicesimum[a] aetatis *) suae annum trans mare positi, et in provinciis commorantes nequaquam ludis circensibus ac scenicis exhibendis sui copiam faciunt **), et ideo certo genere[b] mulctationis obiecti sunt. *Dat. prid. Non. Mart. Acc. Romae, Constantio*[c] *et Maximo Coss.* (327.)

3. *Imp.* *) *Constantius A.*[d] *ad Mecilium*[e] *Hilaria-*

— c. 2. Eodem die data est c. 3 h. t. In Cui. 2, 2* err. typ. insignitur numero *I.* — c. 4 coniungenda est cum c. 3 C. Th. ad L. Cornel. de Sicariis (IX, 14) et fortasse cum c. 36 C. Th. (V, 13). Vid. ibid. not. *s.*

Tit. IV. Cod. Iust. XII, 2. — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Commentar. c. 1 Cod. Iust. de Praetor. (XII, 2) l. c. p. 423. — c. 3. Go. dicit, h. c. coniungendam esse cum c. 4 et fortasse c. 7 h. t. et cum ea, quae memoratur et abrogatur c. 23 C. Th. de Appell. (XI, 30). Vid. not. *m.*

---

*) Codex (ubi et hic et in inscr. c. 2 periit v. *Imppp.*), Cui. 1 — Lugd. *Auriliano.* In nonn. aliis h. a. legibus, veluti c. 131 et 132 de Decur. citt. appellatur *Pf. P.* Sed vid. c. 3 de Const. pr. cit., not. *b* et infra c. 131 cit. Mox in codice excidit *A. III.* o) Go. Be. recte em. *postuletur*, senatoria scilicet functio. *) Aur. Lugd. *solicitudo — vel per aequatorē.* Mox in codice exc. *Aug.* et ex inscr. sq. c. *Iidem AA. A.* p) Go. probatur *possidendo*, id est circa possessiones, quamquam antea cj. *deponendo*, tanquam id esset pro *disponendo.* *) Codex *susceperent*, mendose, sed em. a rec. man. q) Aur. Lugd. *Eutichiano.* r) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *resederet.* Go. cj. *resederit*, non recte. s) Intelligitur sec. Go. c. 3 aut potius c. 2 h. t. ad Caesarium antecessorem Eutychiani data. *) Hinc incipit folium quartum codicis. Paullo post ibidem *exantur*, sed corr. a librario *exigantur.* In subscr. periit *o Coss.*, sed man. rec. adscr. *co Consul.* t) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Ancyrae*, sine caussa.

tt) Codex *PAETORIB.*, mendose. Ibidem mox *um* pro *cum.* u) Aelianus Pf. U. h. a. non invenitur. Go. igitur cj. aut scribendum esse: *Iuliano Pf. U.* et in subscr. *Constantino A. VIII. et Constantino C. IV. Coss.* (329.), quo anno Iulianus Pf. U. fuit, aut *Aeliano Proc. Afr.*, quod rectius esse arbitror et ipse Go. concedere videtur et habent aliae huius anni leges: c. 3 C. Th. de Off. procons. (I, 12), c. 2 C. Th. de Famosis libell. (IX, 34). Facile etiam commutari poterant a librario sigla *PC.* et *PU.*, praesertim si in inscr. provinciae nomen omissum erat. Be., praeterquam quod non impr. *Ael. Proc. Afr.*, cj. *P. Pf. U.*, quod non intelligo. *) Aur. Lugd. mendose *decermus.* v) Ita Cui. 2 — Ri*.; codex, Cui. 1 — Lugd. *Sirmi.* Be. *Sirmii.* x) Go. et Be. recte rep. volunt *Constantino.* Similis error est in c. 2 C. Th. cit. y) MS. sec. Go. *Minoris XXV*, quod Go. — Ri*. retin.; Cui. 1 — 2*. Be. *Minores viginti* (Aur. Lugd. *vigenti*). Codex Lugd. *Minores XXII.* aut *XXti*; utramque scripturam mihi videor in codice invenisse. Reposui igitur cum Cuiacio XX, cum hoc loco non sit cogitandum de legitima aetate. Negari quidem non potest, numeros II et V in antiquis codicibus, qualis Lugdunensis est, fere nihil inter se forma differre, sed quia deinde *vicesimum* plene scriptum est, scripturam XX servandam esse putavi. *Minoris* accusativum pluralis esse secundum veterem scribendi rationem, notum est. z) Go. in not. *vinciuntur*, sine caussa. a) Vid. not. *y.* Edd. ante Be. *vicensimum* ex codice, qui paullo post *sciaenicis*, quod tamen emend. *) Cod. fol. 4b. **) Cod. Lugd. *faciant.* b) Be. rep. vult *generi*, i. e. mulctationis generi subiecti, expositi. Recte. c) Go. em. *Constantino C. V.*, Be. *Constantino.* *) V. *Imp.* deest in edd. et abscissum est in codice. d) Inscr. *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.* h. et sq. c., nisi quis eas Go. coniect. secutus ad annum 353 retulerit. e) Ri*. *Mecillium*, mendose. f) *Pf. U.* hac et sq. leg. Go. em., itemque Corsini in Ser. Pf. U. (propter pervetustum auctorem notitiae Praefecturae urbis a Gallieni temporibus usque ad ann. 354). Huic em. adversatur Be. „Suadent, inquit, et lectionis constantia, et dioeceseos mentio prox. c. et diserta Pf.

num Pf. P.[f] *Post alia:* Praetores, et*) quibus imminet[g] iudicandi[h] necessitas modo *sortis*[i] adscriptae, ne parvo quidem tempore copiam *sortiantur* abeundi ex urbe: qualiter[k] fecerit, mulctae obno*xius* sit, quae iam pridem divo principi placuit, et perscrip*tam*[l] omnem summam mox inferre cogatur. *Dat. VIII. ...*[m] *April. Constantio II. et Constante AA. Coss.* (339.)

4. *Idem A. ad Mecilium Hilarianum Pf. P.*[n] Omnes clarissimi, qui *per dioecesin* sublimitatis tuae degunt, nostri auctori*tate* praecepti ad urbem Romam venire cum impensis[o] *suis*,[p] ludi scenicorum vel circensium vel muneris ra*tio* poscit, cogantur etc. *Dat. IV. Kal. Iul.*[q] *Constantio II. et Constante AA.*[r] *Coss.* (339.)[s]

5. *Idem A.*[t] *ad Senatum.* Primae praeturae, quae flaviali *) nuncupatione signatur[u], viginti et quinque milium follium et quinquaginta librarum argenti erogationem sumptusque praescripsimus; in secunda vero constantiniana viginti milia follium et quadraginta libras argenti largiendas[uu] esse censemus; tertia[v] triumphalis quindecim milia follium ac triginta argenti libras sine incommodo editoris expendat *). *Dat. V. Id. Sept. Antiochiae, post cons. Constantii*[x] *II. et Constantis*[y]. (340.)

6. *Idem A.*[z] *ad Senatum.* Pro eo, quem absentem tempus editionis invenerit, erogationem debitam fiscus expendat, post adventum cuncta, quae praerogata fuerint, soluturo. *Dat. V.*[a] *Id. Sept. Antiochiae, post cons. D. N. Constantii*[b] *II. et Constantis.* (340.)

7.*) *Idem*[c] *A. ad Orphitum Pf. U.* Literis*) ad Hilarianum Pf. P. destin*atis* praecepimus, senatores ad urbem Romam venire compelli[d], ut muneribus iniunctis operam possint prae*stare* solennem, et professionem edere compell*antur*[dd]; eos autem editores, qui tempore praestituto praese*ntes* esse neglexerint, iuxta leges venerabiles divi *Constantini*[e] quinquagena milia modiorum tritici urbis

— c. 4. Vid. c. 3 not. super. et not. *m.* — c. 5 et 6 inter se coniungendae sunt. Commemoratur c. 5 a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Praet. (XII, 2) l. c. p. 423. Ipsa vv. c. 5 proferuntur a Car. Lud. Frid. Schultzio, Grundlegung zu einer geschichtl. Staatswissenschaft d. Römer. Köln am Rhein 1833. 8. p. 616, et ipsa vv. c. 6 a Cuiacio in Comm. c. 20 Cod. Iust. de Decur. (X, 31) l. c. p. 276.

P. appellatio c. 7 inf., ut aut eundem Praefectura quoque Pr. simul functum, aut ad Pf. U. et Pf. Pr., quorum nomina exciderint, legem scriptam putemus.“ In tanta siglorum perturbatione quid dicam, nescio. Sententia huius et sq. c., quae refertur in c. 7 h. t., postulat Pf. P. Debebant enim praefecti praetorio clarissimos in provincia residentes, inprimis senatores, quibus munus edendorum ludorum erat, in urbem mittere, ut hi functiones ederent, de quo complures sunt leges in Codice Theodosiano. Huic autem sententiae adversatur auctor notitiae a Go. adhibitus. Res igitur dubia est, nisi statuamus, duos fuisse hoc anno diversae dignitatis Hilarianos. *) Go. in notis: „Id est, et caeteri; vel tollenda vox, *et;* quia non omnes Praetores editionibus et ludis vacabant.“ Illud rectius. g) Cui. 1—Ri. *INminet.* h) Ita MS., sententia non apta. Go. cj. *ludicra dandi*, non male, aut *luditandi*, id est *ludos edendi*, barbara vox. Melius Be. *ludi dandi.* De singulari vid. c. sq. h. t. i) Be. ex Cui. 1 — Lugd. *quantitatis;* Cui. 2, 2* *modo ....tis.* Verum Go. in not. dicit: „in MS. spatium deficientis scripturae non tantum est, ut eam vocem admittat: trium enim tantum literarum lacuna est: quare repone *sortis.*“ Recte, qua de caussa Go. coniecturam recepi. Tria igitur sunt puncta ap. Go., quattuor in edd. Ri. Ri*. Ceterum codex *adseribta* et mox *parva*, sed corr. a librario *parvo.* k) Reposui scripturam codicis ex edd. Cui. 1 — Ri.*; Be. *urbe. quod si aliter* de cj. Cuiacii in m. Cui. 1 — Cui. 2*; Go. Be. in notis em. *qui aliter;* quod mihi verisimillimum esse videtur. Scrib. fortasse *qualiter si fecerit.* l) Aur. Lugd. *praescriptam*, quod etiam Go. cj. m) In codice des. tres literae. Cui. 1 — Lugd. *Dat. VIII.* *Ap.* In rell. edd. om. lacunae signum. Sec. Go. add. *Kal.* Idem nimis audacter rep. vult: *Dat. IV. Kal. Iul.* et hanc c. cum proxima const. coniungi. Sed ipse videtur se corrigere in comm. c. 4. n) Rep. auct. Go. *Pf. U.* Vid. not. *f.* In codice des. literae *Idem A. ad.* o) Cui. 1 — Ri. *INpensis.* p) Edd. *suis ubi ludi.* Go. in not. ad v. *ubi* dicit: „Huius vocis nullum vestigium in MS. ibi enim litera *S* praecedit vocem *ludi.*“ An leg. *si?* Certe deest aliquid et optime quadrat vulgata scriptura a Cuiacio restituta. Rec. man. in m. rep. *tiōīs* (rationis). Ibidem mox abest *II.* q) Ita MS. sec. Go., recte. r) Be. h. l. recte add. *AA.* ex c. 3 h. t., easdemque literas prox. 2 legg. add. vult. s) Go. (329), mendose. Go. in comm. annotat: „Constantii Imp. constitutiones undecim sequuntur: Eaeque omnes, una excepta l. 7 ad Senatum datae, seu orationum Constantii ad Senatum segmenta, utpote cum iis de Senatu et Senatoriis editionibus agatur“. t) In codice des. literae *Idem A.* Be. hanc et sq. legem inscr. vult *Impp. Constantius et Constans AA.*, sed vid. c. 4 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), not. *c.* Accedit quod haec et sq. c. desumptae sunt ex oratione Constantii ad Senatum urbis Constantinopolitanae missa. *) Go. in not. „*Flavialis?* Nil opus.“ Recte. u) Sqq. Schultz. ita legi vult: *viginti quinque millia vel follium vel etiam quinquaginta — viginti millia vel follium vel etiam quadraginta — tertia Fl.* (an *Tr.* i. e. triumphalis?) *quindecim millia sive follium vel autem triginta.* Male. Vid. c. 13 et 25 h. t. uu) Ita codex; edd. *largienda.* v) Ita Cui. 2, 2* in Corr., Go. — Be. et diserte MS. sec. Go.; recte. Cui. 1— Cui. 2* *tertiae*, impr. Go. *) Cui. 2, 2* *expenpendat*, mendose. x) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Constanti* et hic et in sq. c. y) Vid. not. *r.* Go. mavult hanc c. referre ad ann. 347 *post Cos. Constantii IV. et Constantis AA.* z) Vid. not. *t.* a) Ita Be. ex Cui. 1 — Cui. 2* convenienter cum cod. Lugd.; Go. — Ri*. om. *V.*, quod Ri. ipse pro err. typ. habet. Cum v. *soluturo* incipit folium quintum codicis. b) Vid. not. *r*, *x* et *y.* Cui. 1 — Cui. 2* *post Conss.* Go. — Ri*. *post Conss.— Constantis Conss.* *) Ri. in summa paginae ora falsam huius legis rubricam ponit: *De Senatoribus, et de Glebali, etc.*, sed em. in Corr. c) Be. rep. vult *Imp. Constantius* propter em. ipsius not. *t* commemoratam; sed vid. quae eod. l. a nobis dicta sunt. Codex *Orfitum.* *) His literis Go. intelligit c. 3 et 4 h. t. Sed vid. c. 3 h. t., not *f.* d) Cui. 1 — Ri. et hic et in fine legis *CONpelli.* dd) Cod. *conpella ....* | Supplevi *compellantur.* Edd. *compelli.* e) *Constantini* non fuisse in MS. recte notat Go., sed statim post v. *divi* sequi *qu.* Recte. Est igitur uncis inclusum in edd. Go. — Ri*.

Romae horreis inferre *) compelli. *Dat. prid. Id. Mart. Constantio*[f] *A. VI. et Constantio Caes. II. Coss.*[g] (353.)

8. *Idem A. ad Senatum.* Hac lege sancimus, arbitrio *vestro nominationes* solitas fieri, usurpatione iudicum cessante *). *Dat. III. Id. April. Mediolano. Lecta a Braxio proconsule*[h] *die VI.*[i] *Id. Maii Constantio A. VIII. et Iuliano Caes. I. Coss.* (356.)

9. *Idem A. ad Senatum.* Placet, ne minus quinquaginta *clarissimi* veniant in senatum: certum est namque hoc *numero* large abundare substantiam virtutis honorandae[k]. *Dat. III. Id. April. Mediolano. Lecta a Braxio proconsule die VI. Id. Maii Constantio*[l] *A. VIII. et Iuliano Caes. I. Coss.* (356.)

10. *Idem A. ad Senatum.* Die natali meo [Constantii A.[m]], Id. August., ac deinceps designationibus curiam operam dare sancimus. Quod si forsitan dies unus alterve non sufficit, tot haec utilitas occupet, quot esse monstraverit necessarios negotii magnitudo. §. 1. Et quicunque forsitan impetraverit pretio[n] functorum coetibus aggregari, indulta ei cesset[o]; allectionis quaerendus est honor: secernimus enim ab his, patres conscripti, quibus meriti[oo] suffragatio conciliat nostra beneficia, et quicunque[p] cessante *suf*fragio, illustribus meritis, praetorii vel aliam meruerit *dig*nitatem, praesidio muneris nostri perpetuo perfru*antur*. §. 2. Nemo sane in filium transferat vel nepotem *alium*ve *) quemlibet, quod personae eius incumbit, sed *h*onorem suum capiat, designatus expleat munus *im*positum[pp]. *Dat. VII. Id. Maii Constantio A. VIII. et Iuliano Caes. I. Coss.*[q] (356.)

11. *Idem A.**) *ad Senatum.* Si quos in urbe Roma perfunctos esse cla*r*uerit magistratibus, ad nulla[qq]) editionum genera devoc*en*tur. Urbis autem Romae curiam callide declinantes *clarissimo*[r] praeditos nomine per Achaiam, Macedoniam[rr] *to*tumque Illyricum iussimus quaeri, raro vel nun*quam* sedem dignitatis propriae frequentantes; quibus loc*orum* grata confinia possint esse iucunda, ut[s] carens moris *) longinquae peregrinationis debeat dignitas concu*pi*sci. *Lecta prid. Id. Aug. Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

12. *Idem A. ad Senatum.* Praetores designentur senatusconsulto legitime celebrato, ita ut adsint decem e procerum numero, qui ordinarii consules fuerint, quique praefecturae gesserint dignitatem**), proconsulari[t] etiam honore sublimes[u], Themistius quoque philosophus, cuius auget scientia dignitatem; etiam his praesentibus, qui praeturae insignia honoremque ante susceperint, latis per ordinem sententiis designentur, ita ut, si qui forte medio tempore humana sorte decesserint, alii in eorum locum, qui[v] eandem dignitatem (ut utamur[x] veterum verbis) subsortiti fuerant, subrogetur[y]: scilicet ut, qui sequenti post eum anno eandem suscepturus praeturam fuerat, in demortui locum senatusconsulto et sententiis substitu-

---

— c. 8 et 9 coniungendae sunt. Iisdem iungendam esse censet Go. c. 10 h. t. Vid. not. *q*. — c. 12 et 13 ipsae inter se cohaerentes, coniungendae sunt cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publ. comp. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decurion. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Opp. publ. (XV, 1). Vid. c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. cit., not. super. Meminit illius orationis, cuius fragm. his legibus servata sunt, Themist. Or. XIV. ed. Petau., II. ed. Hard. Poni debent c. 12 et 13 aetatis ratione habita post c. 16 h. t.

Ceterum vid. c. 1 et 2 h. t. *) Go. *horreis nferre.* f) Ita recte em. Go. Be.; edd. *Constantino* de cj. Cuiacii in m. codicis, ubi hic locus ita habetur *Constanti..* | *VI* etc., etsi in ed. Go. per errorem expressus est numerus *II.* g) Go. et Be. em. *A. VII. et C. C. III.* (354.) Dicit enim Go.: „Orphitus a 6. Iduum Decembris primum Constantio VI. et Constantio Caes. II. P. U. factus est: ut diserte prodit Auctor de Praefectis urbi.“ Eadem de caussa Be. legi etiam posse putat *Dat. prid. Id. Dec.* *) Cod. *iudicum......* | *te;* rec. man. suppl. *cio manē* i. e. *manente*, male. h) Cui. 1 — Lugd. *proconsule.* *die.* i) In codice erat *VID*, sed librarius app. literam *Ĩ* supra *D*, quo fit *VIĪD.* Recte Go. et Be. legi volunt *VII.*, ut in c. 9 et 10 h. t. Mox ap. Go. *A. V. III.*, err. k) Go. h. l. annotat: „Haec vox in MS. non erat, neque id spatium literarum quae interciderunt, fert: quinimo post vocem *virtutis* extet vestigium literae *F* vel *P.*“ Sed clare in codice est *virtutis hono...* | *dae.* Male Beckius Go. annotationem de v. *virtutis* accipit. l) Be. rest. *A.*, quae lit. deest in codice. m) In m. Cui. 1 — Cui. 2* annotatur: *Haec* (*Cōstanti A.*) *vidētur abūdare. satis enim* (Cui. 1 *nō*, sed in Corr. *enim*) *est quod dicit meo.* Assentiuntur Cuiacio alii, ut Pithoeus et Claverius in Claudianum. Sed Go. defendit vv. *Constantii A.* in comm. h. c. inprimis propter c. 21 C. Th. de Palatinis (VI, 30), ubi etsi inscriptio duos impp. fert, tamen solus Theodosius nominatur, in qua mihi re Go. recte vidisse videtur. Ceterum codex et edd. citt. *Constanti.* Ri. Ri*. de cj. Go. *ConstantI*, id e. Constantii. Unci sunt in omnibus edd. Paullo post codex *quod* pro *quot.* n) Go. cj. *prece* vel *precibus*, sed in comm. videtur cj. suam revocare. Vid. c. 16 h. t., not. *q*. Praeterea annotat: „Est qui legat, *Praeturae functorum, quo nil opus.*“ o) Go. Be. rep. volunt *cessent.* Malo *indultū.* oo) Codex *meritis.* p) Codex *allegationis*, sec. man. *allectionis.* Go. annot.: „Est qui legat, *ut quicunque*, male: Duae enim immunitatis species *hic* tractantur.“ Codex *cessantes* || inc. fol. 5b || ... *fragio.* *) Codex habet *a* | ... *m ul* cum virg. transv. (*vel*) pp) Go. Ri. *INpositum.* q) Go. rep. vult subscr. c. 9 et 10 h. t. *) In inscr. c. 11, 12 exc. literae *Idem A.a* sive *ad* in codice. qq) Codex *nullam.* r) Codex.... *issima.* rr) Go. — Ri*. *Machedoniam.* Codex *Machedoni* | .. Idem paullo post *iudunda*, err. s) Go., etsi non improbans *ut*, cj. *et.* Vulgata scriptura optime potest retineri. *) Aur. Lugd. per err. *mortis.* Eaedem edd. in f. legis *C. II. Cons.* **) Go. *dignltatem.* t) Aur. Lugd. *pro cons.* u) Go. — Ri*. *celebrato*, (*ita ut — sublimes.*) *Them. quoq. Phil.* (*cuius — dign.*). *Etiam.* Non apte Cui. 1 — Cui 2* *sublimes. Themistius — dignitatem, etiam.* Be. *sublimes, Th. — dignitatem. Etiam.* v) Ri. Ri*. Be. add. *in*, repugnante sermone latino. Ceterum codex *ali in.* x) MS. sec. Go., Cui. 1. Aur. Lugd. *utantur*, impr. Go. Recte. y) Go. Be. recte em. *subrogentur.* Go. ad v. *designentur* cf. vult c. 14 h. t. hac lege antiquiorem.

tus praeturae insignia dignitatemque suscipiat. *Dat. V. Non. Maii Gyfyrae*[z], *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

13. *) *Idem A. ad Senatum.* Ex quinque praetoribus, qui solen*niter* designati editionem celebrare consuerunt, tres *nu*mero editionis necessitati et populi voluptatibus[a] dent, duo vero argentum inferant eiusdem urbis *fabri*cis, provida ratione profuturum. Namque Consta*ntini*ana, quae prior est, ita deputari fabricis debet*), ut libras[b] argenti praetor expendat; Flavialis vero, *quae* tertia est, quingentas operibus eiusdem urbis exh*ibeat*. §. 1. Quod si qui ex his, qui praetores fuerint designa*ti*, *ad* editionem subeundam venire non potuerint v*el a*etate vel aegritudine retardati, cum pondere, q*uod a* nobis moderantibus conditum[c] est, ad officium *prae*fecti urbi procuratorem debebunt illico desti*nare*, scilicet ut sub eius praesentia opus, quod exerceri*) coeptum fuerit, construatur; hac pollicita*tione* duntaxat[d], ut eidem operi ex eius nomine titu*lus* scribatur[e]. §. 2. In potestate censualium denominatio n*on* sit, sed ante decennium legitimo senatusconsulto praetores designati editionem praeturasque ipsas senatus arbitrio sortiantur, ita ut, si conventi iidem[f] venire neglexerint, dimidium plus, quam quanti sumptuum necessitas postulat, vel in argento vel in ipsis pignoribus ad praefecti urbi officium destinetur: quod quidem pondus operibus publicis debebit*) adscribi sine ulla commendatione atque inscriptione eius nominis, qui officia dignitatis per contumaciam detrectarit. §. 3. Quod si iudices, qui praefecti urbi fuerint inscriptione conventi, rem segnius exsequuntur, et nequaquam aut ipsos ad urbem aut pignora destinarint, per singulos praetores ipsi iudices denas auri libras, officia vero eorum quinas denas *in*ferre**) debebunt, ita ut exserto vigore praefecti urbis librae auri pondus exactum operibus faciat manci*pari*. Nec ulla protrahendi sit caussa, cum in tantum praefecturae urbi dignitatem auctam esse velimus, ut haec condemnatio ob segnitiem conventionis inflicta missis *ab* eodem praefecto urbi officialibus debeat postulari. §. 4. *Q*uod si qui forte vicaria potestate perfuncti praeturam *h*inc ceptum aferri[g] student, statutum pondus argenti *v*iribus inferre nostrae urbis adigantur, videlicet ut tan*tum* inferant, quantum eos praetores inferre iussimus, *qui* editionis necessitate cessante argentum fabrica*rum* contemplatione praebituri sunt. *Dat. V. Non. Mai . . . . . . yrac*[h], *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

14. *Idem A. ad Senatum.* Placuit, patres conscripti, eos solos desig*nare*[i] praetores, qui aliquibus editionibus functi sunt, si cui *displi*cet[k], ut praevaleat numerus; isque praedictum accipiat magistratum, quem plures crediderint eligen*dum*. *Dat. XI. Kal. Iun. Sirmio*[l], *Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

15. *Idem A. ad Senatum.* Meministis profecto, patres conscripti, nec ullius temporis avellet oblivio, quod Facundus, ex-proconsule, et Arsenius, ex-vicariis[m], praetorum[n] insignibus splenduerunt, nec quisquam horum putavit esse praeturam intra[o] propriam dignitatem. Quid autem illustrius his reperitur exemplis? Debuerat profecto

— c. 14 et 15 coniungendae sunt et ponendae una cum c. 16 ante c. 12 et 13 h. t. Fortasse cohaerent cum c. 16 h. t.

z) In cod. Lugd. per corr. add. *V* supr. lin. Aur. Lugd. *Gifyrae*. Be. ex Go. ann. rep. vult *Gephirae*. Vid. supra c. 1 de Off. praef. urb. (I, 6), not. *o*. *) Hinc incipit folium sextum codicis. a) Go. Be. add. volunt *se*. In m. Cui. 1 — Cui. 2* add. *operam*. Videtur tamen locus recte se habere, modo v. *argentum* consilio omissum esse putemus propter seqq. *duo vero argentum inferant*, quod inusitatum non est. Qua de caussa cum Aur. et Lugd. deleto commate post *inferant* interpunximus post *fabricis*. *) Codex *priores ita—debetur*, sed a manu rec. corr. *debet ut*. Mox codex *flaviales*. b) Sec. Go. numerus excidit in MS.; recte. Go. rep. *M.* id est *mille*, recte. Vid. c. 25 h. t. §. 1. c) Go. prop. *condictum*, id est statutum. Sed locus sanus est. *) Go. mavult *excitari*, etsi non impr. v. *exerceri*. In codice apparent solae literae *re*. Utrumque igitur v. admitti potest mutata litera *e*. d) Go. annotat: „Est qui hunc locum ita mutet. *Hac pollicitatione ut eidem operi ex eius nomine duntaxat titulus scribatur*. Verum nil mutandum. *Duntaxat* hic est δηλαδὴ, ut in Glossis Philoxeni etc.“ e) Cui. 1. Cui. 2, 2* *scribatur in*. Aur. Lugd. *scribatur*, *in*. In m. codicis suppletur *tulus* ī (*titulus inscribatur*). f) Codex et edd. ante Be. *idem*. Go. in not: „pro *iidem*.“ *) Aur. Lugd. mendose *debet*. Paullo post codex *Quodsi iudicis*. **) Hinc incipit in codice pagina secunda folii sexti. Litera *s* v. *denas* abrasa est, quando codex fuit compactus. Paullo ante codex *vere* pro *vero* et paullo infra *actam* pro *auctam*. g) Locus corruptus. Go. in comm. cj. *Quod si qui forte vicaria potestate perfuncti*, *Praeturae incertum a se auferri student* aut *praeturam in acceptum ferri*, vel *referri student*. Melius Be. prop. *h. acceptam auferri*, cum in prox. lege dicatur *accipiat magistratum*. An *coeptam?* h) *yrae* MS. sec. Go. Suppl. *Gyfyrae*, ut in antec. const. Vid. not. *z* antec. Cui. 1 — Lugd. *Mai.* * *Nae*. Cui. 2, 2* *Mai. Veronae*, impr. Go., cui etiam displicet *Veroeae*, id est *Beroeae*, quae prope Antiochiam sita erat. Mihi videntur in cod. esse *Mai* | . . . . *MAE* aut *NAE*. Go. *Mai . . . . . nae*. Ri. Ri*. *Mai . . . . . nae*. Be. *Maji*, ... *nae*. Ex sq. inscr. des. literae *Idem A. ad S* in codice. i) Go. em. *designari*. Non recte. Cf. c. 12 h. t. et not. sq. k) Go. cj. *sic ut dispiciant* aut *sicuti id placet*, quod posterius mavult. Go. dubitatio orta est ex lacuna codicis. Rec. man. suppl. *disperet* et *displicet*. In edd. male interpungitur: *sunt: si cui displicet*, *ut praevaleat numerus*, *isque* (ita Go. — Be.; Cui. 1 — Cui. 2* *sunt*, *si cui* etc. ut Go.). Cohaerent tamen vv. *ut praevaleat numerus* cum vv. *si cui displicet* necessario ad antecc. referendis, qua de caussa meliorem interpunctionem substitui. V. *plures* de his tantum accipiendum est, quibus nunc mutato ordine munus eligendi delatum est. Codex | . . . . *INET*, sed del. *N* et scrib. *C* (icet). Mox codex *is quae*. l) Be. *Sirmii*, rell. *Sirmio*. m) Be. cj. *ex — vicario*. n) In m. exempl. Cui. 1, quod possideo, ab antiqua manu annotatur: „leg. *praefectorum*,“ contra legis argumentum. o) Iuretus in Symmach. X, ep. 4. Reinesius in annott. ad exemplar editionis Cui. 2, quod est in Bibliotheca Capituli Zizensis et Be. cj. *infra*; sed antiqua manus, quam dixi in m. Cui. 1 nihil mutandum esse censet, cum *intra* significet, minus aliquid esse, et *infra* fere pro *intra* apud scriptores se-

res ista, debuerat alios etiam commonere proconsulari ac vicariae praefecturae praeditos *) potestate, non esse praeturam minorem propriis meritis. Oportuit appeti splendidos fasces, decuit tanti nominis gloriam concupisci[p], nec aliquem omnino fas erat nominationibus reluctari, quas nec ratio prohibet, et exempla confirmant. A vobis ergo praetores placuit designari *), et vestro eligi arbitrio iussimus, qui sus*cipiant* fasces, editionibus operam praebituri, nec ad noti*tiam nos*tram praefective praetorio, clarissimi viri, super no*mi*nationibus[q] ullis referri. *Dat. XI. Kal. Iun. Sirmio*[r], *Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

16. *Idem A. ad Senatum*[s]. Praetori *) defertur haec iurisdic*tio sanc*ientibus nobis, ut liberale negotium ipse disceptat*or ex*aminet assertionibus ordinatis, quas iuxta ordinem iur*is* convenit celebrari[t]. Sane interponi ab eo decretum *conveniet*[u], ut, sive in *) integrum restitutio deferenda est, pro*batis* duntaxat caussis ab eodem **) interponatur decre*tum*, *seu*[v] tutoris dandi, seu ordinandi curatoris[x], impleatur *ab eo in*terpositio decretorum: quippe cum *apud* *) eum quo*que adi*pisci iubeat[y] patronorum iudicio sedula servitus *libertatem*. Nec sane debita filiorum votis patrum *) vota cess*abunt*, ut patente copia liberos suos exuant pote*state*, magis propriis obsequiis mancipatos, *cum se* **) intelligant his obsequii[z] plus debere, *quibus* sese meminerunt vinculis curiae[a] exutos. *Dat. III. Kal. Ian.*[b] *Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

17. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Olybrium Pf. U.* Divinum parentem nostrum Constantinum sanxisse *) perspeximus, ut, quando vivo patre atque omnia cognoscente munera senatoria, eundem nominatum praetorem diem functum esse, proponeretur[c], ac superstites viderentur esse filiae, masculorum natura minime exstante, nullam exsecutionem *) haberent[d] feminae. Igitur[e], quando evenerit, non solum masculos successuros[f] esse patri suo, verum etiam feminas hereditario iure succedentes advenire, tam praeturam quam etiam oblationes[ff] *universas* personis earundem nullo modo concedas, *sive*[g] plenae aetatis, sive adultae constitutae fuerint, sed *iu*xta portionem *) hereditariam singularum personarum attributa[h] paterna subire et ipsas compellere[i] curabis. Etsi iniustum enim atque dedecus videtur, mulieres ad laticlavum atque insignia procedere, tamen car. . nariam[k] praeturam iuxta glebam paternae subs*t*antiae

— c. 16. Cod. Iust. I, 39, 1, VII, 1, 4 mut. Bas. VI, 7, 6. Go. putat non solum coniungendam esse cum c. 23 Cod. Iust. de App. (VII, 62) et c. ult. Cod. Iust. de Praediis min. (V, 71), verum etiam has constt. desumptas esse ex c. 16 h. t.; sed vid. c. 1 C. Th. de Off. praef. urb., not. super. et c. 2 C. Th. de Praed. min. (V, 32), not. *q*. Fortasse coniungenda est cum c. 14 et 15 h. t. Vid. not. *b*.

quioris aevi dicatur. Recte etiam Go. ferri posse dicit *intra.* *) Codex *praedictos.* p) Cui. 1 — Ri. *CONmonere proCONsulari* (Aur. Lugd. *pro CONsulari*) — *CONcupisci.* *) Cum literis *nari* incipit folium VII. codicis. q) Edd. *donationibus*. Go. annotat: „γρ. *Denominationibus*, vel *Nominationibus*. Et certe in MS. post vocem, *super*, apparet vestigium literae *N*.“ (*super n . . . | nationibus*), recte. Reinesius mavult *Denominationibus*. Be. et antiqua manus in m. Cui. 1, quam possideo, rep. volunt *nominationibus*, sed eadem manus annotat: „Nescio an hic aliquid mutandum cum Iureto. Potest enim intelligi pro donationibus, quas solebant facere in editionibus etc.“ Quae si recte se habent, fortasse lucem afferunt c. 10 h. t. vv. *et quicunque — aggregari*. r) Be. *Sirmii*, sed rell. S*irmio*. s) c. 4 Cod. Iust. cit. *Maximo P. P.* *) MS. sec. Go. *Praetoris*, recte. Mox in codice a rec. manu suppletur *tione ex* (*disceptatione examinet*), non male. t) c. 1 Cod. Iust. cit. om. *assertionibus — celebrari*. Ibidem paullo post *decreta*. u) Ita in c. 1 Cod. Iust. mss. Pl. 1, 2. Gt. Bg. ed. Schf. Herm., sed edd. Nbg. Hal. et rell. *convenit*; eaedem edd. paullo post *referenda*, praeter Bk., qui cum C. Th. *deferenda*. *) In MS. sec. Go. deest *in*, recte. **) Cod. Iust. add. *etiam*, sed in multis libris mss. deest. v) Ita Be. auct. Go. et ex c. 1 Cod. Iust. cit. propter antec. *sive in int. rest.* In prioribus edd. deest *seu*. In codice h. v. abscissum est. Ibidem paullo post *se*, sed a rec. manu corr. *sive*. x) Go. et Be. recte rep. volunt *tutores — curatores*, quod Herm. rec. in c. 1 Cod. Iust. cit., ubi rell. edd. et codd. *tutoris — curatoris* ut C. Th., excepto ms. Pl. 2, in quo est *curatores*. *) Go. ann: „*Stare haec possunt:* ut etiam exstant *Cod. Iust.*, neque mutanda in, *quin etiam apud.*“ y) Go. Be. recte cj. *iubeatur*. Similiter Cod. Iust. l. c. *debeat*. Hinc etiam incipit c. 4 Cod. Iust. cit., quae sic: *Apud concilium nostrum vel apud Consules, Praetores, Praesules, Praesides, Magistratusve earum civitatum, quibus huius modi ius est, adipisci potest patronorum iudicio sedula servitus libertatem* et deest subscr. *) Codex *patruum*. **) Cod. Iust. *sese*. z) Ita Be. auct. Go. em. ex c. 1 Cod. Iust. cit.; Cui. 1 — Ri.* *obsequiis*, quod etiam nonn. edd. et libri mss. Cod. Iust. habent. Codex *obequiis pancipaplus — viculis*, sed corr. a librario *obsequiis*, *vinculis* et del. *pancipa*. a) Cod. Iust. l. c. *a quibus* (quod Go. prob. praeter necess.) *sese meminerint sacris vinculis exutos*. Go. et Be. pro *curiae* em. *curae*, quod Go. in comm. multis vv. explicat. b) Cod. Iust. *VI.*, qui numerus et numerus *XI.* in libris mss. crebro a librariis confunduntur. Item *Ian.* pro *Iun.* in codd. scriptum esse saepe in superioribus vidimus; quare colligo in hac subscr. leg. esse: *Dat. XI. Kal. Iun.* et coniungendam h. c. cum c. 14 et 15 h. t. In cod. abscissus est mensis. *) Haec Constantini lex non exstat. Cod. *parentum*. c) Go. ex codice *proponetur*. Antea etiam in codice scriptum erat *unctum*, sed antiqua manus app. *F*. *) Go. ann. „Vel exactionem *vel ex eo actionem; vel conventionem.*“ d) MS. *heberent* sec. Go., recte; qui tamen sine caussa cj. *subirent* et ipse *haberent* teneri posse dicit. e) Ita Be. interpunxit iubente Go.; priores edd. *haberent. Feminae igitur*, male. f) Go. annot.: „Et hoc sustineri potest: rectius tamen *successores*. Et certe in MS. habetur, *successures*, pro *successores*.“ Sed cur hoc rectius illo sit, non video. ff) Hinc in codice incipit pagina secunda VII. folii. In ima pagina exstat numerus quaternionis XXXIII. g) Codex *si | . . plenae* et adiicitur a sec. manu *ve ple*. Go. ex MS. *si . . . . plenae*. Ri. Ri*., ut Go. Cui 1 — Cui. 2* *sive plenae*, impr. Go., qui suppl. *sive non plenae*. Hoc etiam vult Reinesius in notis. Be. *sive . . . plenae*. *) Aur. Lugd. *proportionem*. h) Cui. 1 — Ri*. *ad tributa*. Go. v. *ad* vel abundare dicit, vel una voce scribendum esse *adtributa* (id e. tributa, quae adstringunt). Be. rec. *attributa*. i) Cui. 1 — Ri. *CONpellere*. k) Cui. 1 — Be. *carbonariam*, impr. Go. In m. Cui. 1 — Cui. 2*

cognoscere poterunt. *Dat. XIV. Kal. Febr. ipsis AA.*[l] *Coss.* (365.)

18. *Iidem*[m] *AA. ad Volusianum Pf. U.*[n] Legem divae memoriae Constan*tini*[o], qua editores munerum sive ludorum, si editionis *tem*pore abesse voluissent, condemnari pro dignitatis *gra*du certa tritici quantitate praecepti sunt, fixam at*que* in*v*iolabilem volumus permanere. Sinceritas tua igi.... bique[p] his, quibus liberum commeatum[q] clementia nos*tra* concesserit, in omnes reliquos promulgatam[r]. Med.... .*IV.*[s] *Kal. Iul. Constantinopoli*[t], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

19. *Iidem AA.*[u] *ad Senatum.* Satos de Phrygiae[v] gregibus equos...quattuor[x] subiugandos quadrigis, hoc est simul octo[y], duobus maximarum editionum praetoribus dari sancimus. *Dat. Id.*[z] *April. Antiochiae, Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

20. *Iidem AA. Clearcho Pf. U.* Ineundi magistratus unum omnium[a] diem praetoribus quattuor esse oportet, Ianuariarum[b] scilicet Kalendarum. Et si quis vel differendum vel contemnendum esse crediderit, non solum statum*) editionis pretium cogatur exsolvere, verum etiam mulctae quoque nomine dimidium extrinsecus pretii cogatur inferre. *Dat. VIII. Id. Maii Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

21. *Imppp. Valentinianus* **), *Valens et Gratianus AAA. ad Bapponem Pf. U.* Tempore, quo temonarii[c] designantur, etiamsi nominatio celebretur, fiatque conventio, quam *of*ficium Pf. U. curare oportet, et, si ita res expetit, *of*ficiis[d] provinciarum ad pervestigandum fide uti, quam commodatur[e], ipsi potissimum super designatorum nominibus consulamus, quo missis[f] *et*

— c. 18 coniungenda est cum c. 67 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 20 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Stud. lib. (XIV, 9) et sec. Go. cum c. 7 C. Th. de Ann. civ. (XIV, 17), modo in c. 7 scrib. *Id.* pro *Kal.* — c. 21 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Praet. (XII, 2) l. c. p. 423.

annotatur: „forte, *cur non onerariam*,“ quod Go. a veteri MS. scriptura nimis recedere videtur. Expressi lacunam, ut est in codice. Go. enim in comm. haec refert: „Manuscriptus apertissime habet *car . . nariam* (Ri. tria puncta ponit): exesis duabus tantum literis (recte). Itaque restituo ego *Carbonariam*, pro *Charonariam* (quem locum Ri. recte em. *Charonariam* pro *Carbonariam*). *Charonia* (leg. cum Ri. *Charonaria*) scilicet Praetura dicta, quae nomine *diem functi* (ut hic *initio leg.* dicitur) seu defuncti praestabatur, edebatur,“ quam em. multis exemplis illustrare studet. Et paullo post: „Caeterum, ne quis orthographia offendatur, *Carbonaria* in MS. scriptum, pro *Charonaria*, translata aspiratione in secundam syllabam: quomodo et alias passim: sic vel hoc ipso Codice *Diacathoci* pro *Diacatochi* — *Traches*, pro *Thraces* etc.“ Antea Go. cj. *corporariam*, (id est, quae corporum nomine vel ex corporibus hereditariis praestanda est) vel *corpora* (id e. res hereditariae) *earum*. Est etiam sec. Go. qui tentat, *Carbonariam* praeturam vel functionem forte dictam a carbonibus pro excoctione calcis, de qua cf. c. 3 C. Th. de Decur. et silent. (VI, 23), vel pro excoctione panis, de qua vid. c. 15, 18 C. Th. de Extraord. s. sord. mun. (XI, 16) et tit. de Excoct. (VII, 5), quam opinionem recte Go. reprehendit. In m. ed. Cui. 1, quam possideo, ab antiqua manu em. *ordinariam*, male. Reinesius prop. *Carbonianam*, i. e. extraordinariam. l) Go. in not. suppl. *III.* (370.) propter seriem Pf. U.; in ed. ipsa om. annus. Ri. 370. m) Cui. 1 — Ri*. *Idem* et hic et in sqq. c. 19, 20. In codice perierunt literae *Iidem AA.* et in prox. c. 19 *Iidem AA. a.* n) In nonn. h. a. constt. Volusianus nominatur *Pf. P.*, de qua re vid. Go. et Ri. not. *b* et Ri. in Prosopogr. v. *Sallustius* (T. VI, P. 2, p. 84, col. a). o) Cf. c. 1, 2 h. t. Codex *editiones.* p) Go. MS., ut dicit, secutus em. *absque*, h. e. exceptis, pro *ubique*, quod rell. edd. habent. Vid. c. 17 C. Th. de Extraord. s. sord. mun. (XI, 16). Dicit enim Go.: „Et vero ita quoque in MS. legere mihi videor: ubi literae, *S*, vestigia apertissime comparent.“ Go. cj. prob. Cramero. Vid. Crameri Opp. praef. p. XXIII. Sed vereor, ne emendandi libido Gothofredum in errorem duxerit, nam codex apertissime habet | .... *BIQ.* Repraesentavi igitur codicem. q) Cui. 1 — Ri. *CONmeatum.* Codex *concessirit.* r) Go. scribi vult *noverit in o. r. pr.* Be. cj. *memoratam legem nov.*, non male, sed retin. *promulgatam* pro *memoratam.* Sine dubio integer versus omissus est a librario. Reinesio extrema pars legis videtur fugitiva esse. s) Ita codex. Cui. 1 — Lugd. *Med.** *IIII.* Cui. 2, 2*. Go. *Med.......IV.* Be. in not. recte suppl. *Dat. IV.* Vid. c. 67 cit. t) Hanc voc. Go. delendam esse censet, et certe deest in c. 67 de Decur. cit. Ceterum Go. in Chron. (p. XCV.) propter legis inscriptionem (vid. supr. not. *n*) huic c. consules anni 373 apponi vult, cui Ri. adstipulatur in notis h. c., doctissime quidem de hac re disputans, sed contra indolem Codicis Th. et annorum seriem. u) Be. auct. Go. add. vult *et Grat. A.* h. et sq. l. v) Cui. 1 — Lugd. *Frigiae.* Codex, Cui.2—Ri*. *Frygiae.* Sec. Go. nonn. inepte corr. *Frisiae.* x) Ita codex. Cui. 1 — Lugd. *equos * XX. quat.* Rell. *equos XX. quattuor.* Etiam Go. aetate numerus *XX* in MS. deerat. Dicit enim Go.: „MS. hac parte exesus, exhibet tantum, *Equos ... quattuor* (Ri. mendose *Equos ..... quattuor* et Ri*. *Equos .... quattuor*), sic ut internoscere non possim quid ibi replendum sit.“ Videtur igitur numerus ille de cj. Cuiacii additus esse, cuius rei suspicionem facit asteriscus in illis edd. appositus. y) Ita MS. teste Go., recte. Bene hanc rem explicat Go. in comm. simulque revocat cj. a se antea propositam: *hoc est septem vel octo diebus*, *duobus* h. e. *usum horum equorum concedi ad septem vel octo dies tantum.* Vid. c. 2 C. Th. de Venat. fer. (XV, 11). z) Aur. Lugd. *Idiò*, mendose. Codex *Anthiociae.* a) Go. quamquam non impr. *omnium*, in not. prop. *omnino.* b) Go. — Ri*. *Januarium*, mendose. *) Go. in notis: „*STATUM*, id est, *statutum*: ut leg. 13 sup.: *statutum pondus.* Sed neque *statum* h. l. incongrue ponitur“. Vid. Scheller. v. *Sistere.* **) Edd. add. *et.* c) Go. scribi vult *remorarii*, *remotarii*, imo *telonarii*, quod ipsi prob., vel *telotharii*, id est in longinquo et longinquis provinciis positi ex graeco τηλωπός et τηλερός, longe positus, procul semotus. Vid. Go. in comm. h. l. Videtur Go. sententiam cepisse, sed verba ex arbitrio finxisse. Ceterum folium VIII. codicis incipit cum v. *Tempore.* d) *Codex curari oportet ut si — expetit . . | ficiis.* Cui. 1 — Lugd. *curare o. ut si i. r. expetit * officiis.* Go. em. *officii* et in sqq. *quam commoda: tamen ipsi potissimum super designatorum nominibus consulamur*, ut *tamen* respondeat super. v. *etiamsi.* An leg. *commodat*, id est officium Pf. U. *officiis provinciarum uti oportet* ad pervestigandum, ea fide, quam ipsum commodat? e) Cui.

strenuis obligatisque[g] iudicibus non modo temonarii[h], verum complices quoque eorum in exhibitionem proprii muneris urgeantur[i]. Fingamus enim, posse fieri, ut designati primo et secundo vel tertio an*no* subterfugere inquirentium sollicitudinem pos*sint*, certe septem reliquis haud dubie[k] poterunt rep*eri*ri[l]. §. 1. Denique, ut prius statuimus, eorum, qui per an*nos sin*gulos ad candidatum atque honores certos no*minan*tur[m], in scientiam nostram post designation*em de*bitam insinuatione fida vocabula deferan*tur*[n]. §. 2. Et in subrogandis certis quibus[o] in diem funct*orum lo*cum ordo teneatur. §. 3. Et licentia molita*) derogetur[p] officiis, quae ex denuntiatione huiusmodi quaestum saepe secuta sunt. §. 4. Simul provinciales nostri aut animentur spe levioris impensae*), aut certe, si editionis suae tempore communem patriam declinarint, metu congruae severitudinis urgeantur. §. 5. Nec sane excipimus eos, quos ad praesens labor publicus officiumve detentat, providentia secutura, ut aut conventi[q] a nobis in vicem propriam idoneas[r] dirigant, aut ipsi, quia res exegit[s], sumpto temporario[t] commeatu Romam ire deproperent. §. 6. Super provisione autem senatus egregii atque consulto, quo definiri a nobis reverentissime*) depoposcit, ut duo vel tres de his, qui nominantur candidati, arcae possint certo argenti pondere sociari, tunc melius aestimare poterimus, cum duos folles aut quattuor aut certe *amp*lius in professionem habebunt, quid sustinere in mu*ne*ribus possint aut debeant, quive editionis ordo sit. Cum enim *populo*[u] fuerit intimatum, collata a nobis editionis neces*si*tate cum subsidiis facultatum et professionis modo ri*te p*oterit definiri, quid unusquisque[v] expensae pro captu virium *de*beat sustinere. §. 7. Sane eorum arbitrio nulla lege praescribimus, qui pro consideratione patrimonii nataliumque mer*i*to, secundum splendorem honoris proprii, enormitatem impendii non recusant. His enim providendum nos *hac* ratione censemus, qui non solum admonendi sunt, *ne* muneri suo desint, verum praescriptorum sumptuum *v*ilitate ac moderatione provocandi. *Dat. XI. Kal. Sept.**) *Nasonaci*, *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

22. *Iidem AAA. ad Senatum.* Ante decem annos cuiuslibet editionis pra*e*torem nominari, et intra quinque menses designatum iussimus commoneri[x], ut aut[y] editurus praestet assensum, aut, si refert contrariam*) voluntatem, futuri examinis iudicium non moretur. §. 1. Nam intra septem menses accelerandae cognitionis**) terminus constitutus, dilationis licentiam imperio fundatae definitionis excludit[z]. Nec enim allegationibus cuiusquam ulla poterit esse reparatio, per ignaviam silentii pigrioris *si*[a] definitum tempus fuerit evolutum, si post habitam taciturnitatem[b] serae voluerit merita defensionis ostendere. §. 2. Decem vero auri libras ab universo officio per singulas nominationes iubemus inferri, si designatus praetor intra quinque menses nulla fuerit admo-

*) — c. 22 et 23 Go. coniungendas inter se esse putat.

1 — Go. *CONmodatur* et paullo post Cui. 1 — 2* *CONplices*. f) Cui. 1 — Lugd. *missis* * *Strenuis*. V. *et* primum add. in Cui. 2. Sec. Go. in vet. MS. desunt aliquot literae, tres vel quattuor. Mihi videntur duae tantum literae deesse et post verbum *missis* apparere litera *p*. Go. suppl. *a me*. Fortasse *missis eo*, sed ferri potest *et*, quod convenit cum spatio lacunae. g) Go. em. *ablegatisque indicibus* (Ri. recte *iudicibus*). Nihil mutandum. h) Vid. supr. not. *c* et *i*. Edd. *temonarios* i) Edd. *urgeamus*, sed MS. sec. Go. *urgueantur*, impr. Go. Est ita in codice et recte sine dubio, si *temonarii* suppletur pro *temonarios*, quod edd. habent. k) Codex *haut dubiae*. l) Edd. *referri*. In m. Cui. 1 — 2* *reperiri*. Go. ad h. l. annotat: „γρ *Efferri*, id est, e latebris erui, vel *reverti*. Alii *reperiri* legunt, quod MS. persuadet, ubi *P*. litera internoscitur sed nihil mutandum: *referri*, id est de iis referri.“ Codex habet *rep* ... | *ri denique*. Reposui *reperiri*. m) Scripsi *nominantur* auct. Go., qui apertissimis literis in MS. expressum esse dicit *no* ..... *tur*, ita ut quinque literae desint; recte. Edd. *noscuntur*, sed in m. Cui. 1 — Cui. 2* *vocantur*. Go. prop. etiam *poscuntur*. n) Ita scripsi auct. Go., et flagitante sententia pro *deferant*, quod codex et edd. habent, cum in MS. sec. Go. duarum literarum spatium sit; recte. o) Go. cj. *certus quoque* vel *certis quibusque*; sed *certus quis* pro *certus aliquis* et similia hac aetate saepe dicuntur. *) Cui. 2, 2* in Corr. et MS. sec. Go. *inolita;* recte, sed Ri. Ri*. afferunt de cj. *molita*, quod, si sententiam spectamus, videtur rectius esse. p) Ita Be. ex MS. auct. Go. et iam antea Aur. Lugd.; Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *deroge*, sed Cui. 2, 2* in Corr. *deroget*. Sec. Go. in excerptis Cuiacianis em. *de rogae officiis*, impr. Go. *) Cui. 1 — Ri. *inpeNsae* et paullo post *CONmunem*, *CONmeatu*, *INpendii*. q) Ita Be. auct. Go., sec. quem hic locus in MS. ita se habet, *ut aut* | *conventi a* (codex *conventia*. Be. om. *a*) *nobis in vicem propriam idoneas diri*|*gant*. Recte. Edd. ante Be. *convenientia nobis invicem*, inepte. r) Go. Be. rep. volunt *idoneos*, recte. s) Go. in not. *exigit;* neque tamen *exegit* falsum est, etsi convenientius est *exigit*. t) In MS. sec. Go. *temporariae*; recte. *) Aur. Lugd. *reverendissime*. Mox cum v. *tres* incipit in codice secunda pagina folii VIII. Ibidem scriptum est *sociare*, et *possint au debeant*, sed utrumque correctum est a manu rec. u) Go. annotat: „MS. habet exesis tribus literis initio lineae ... *ulo*, unde efficio, non, *populo*, (quid enim hic faciat populus?), verum *gerulo*: Missus scilicet gerulus ab Imp. ad Senatum.“ Sed clare in codice habetur | .. *pulo*, qua re Go. cj. refellitur. Antea cj. *libello*. v) Recte restit. Be. scripturam Cui. 1—Lugd. et codicis; nam Cui. 2 — Ri*. *uniusquisque*, mendose. Mox Ri. *peaescriptorum*, err. *) Codex *sempt*. Literae *Na* desunt in codice et in inscr. c. sq. literae *Iidem AAA. a*. x) Cui. 1 — Ri. *CONmoneri* et infra *INprobas*, *CONpesci*, *INportuni*, quam scripturam maxime in syllabis IN, CON, eNs in editionibus, quas dixi usurpatam huc usque annotavi, ut singularem, sed in seqq. commemorare supersedeo, cum non sit vera scripturae diversitas. y) Go. in not. *vel*. Cur tandem? *) Cod. *referte contr*. **) Go. in not. cj. *cognitioni*, sine idonea caussa. z) Go. in not.: „vel *excludet*.“ Neque hoc opus est. a) *Si* abest a MS. sec. Go., recte. b) Go. prop. *si posthabita taciturnitate*, quamquam et illud defendi posse ipse concedit et concedere debet. *) Hinc incipit fo-

nitione conventus*): ita ut cum praefecto urbi electi ex ordine candidato, cum allegationes suas praetor nominatus exponit[c], suscipiant officium, audirique[d] singulos cupiant*) patienter, et, si admittenda sunt, quae dicuntur, arbitrio iustitiae vindicari, sin vero inanis probatur assertio, improbas voces severioris sententiae auctoritate compesci[e]. Disceptandi ergo moderatio cuncta componat; cesset potentia, ac similiter ambitionis patrocinium repellatur; nullum inique temporibus nostris a quoquam vel opprimi patimur vel defendi. §. 3. Quod si quisquam iudicum haec praecepta transscenderit, vel novae[f] praesumptionis insania, quae sunt sanctionibus consecrata, violarit, ut hostis publicus, aut expugnator utilitatis inventae contra senatusconsulta importuni furoris*) temeritate congrediatur, et arbitrio nostro et vestro iudicio notam perpetrati criminis sortietur; similis culpae insimulatione[g] nectendis, qui cum eodem residentes, propriae nobilitatis obliti, adulantis gratiae turpissimam praetulerint vilitatem[h]. Nec sane fas erit huiuscemodi reis veniam relaxari, qui per patrocinia iudicum[i] distrahentes et senatus tentaverint infamare collegium, et sub auctione vendiderint ius Romanum. §. 4. Nominatores autem praetorum iudices esse non patimur, qui, dum arbitrium suum cupiunt[k] approbari, insolentius aliquid, quam moderatio patitur, sui contemplatione decernunt. §. 5. Si quem vero ex nominatis praetoribus, pro huius auctoritate, gravior condemnatio sauciaverit, ab editionis eum placet onere summoveri; duabus videlicet exsistentibus[kk] caussis, quod vel erogationi idoneus esse non valeat, vel suscipere, qui culpam meruit, non debeat dignitatem. Cavendum est autem, ne sub hac permissione concessa etiam illis, qui levi fuerint emendatione correcti, huiusce patrocinii gratia deferatur, cum his utique tantum debeat provideri, quos gravissimi dispendii mole fatigatos subitum pondus oppressit. Quod si probabilis fuerit et iusta conquestio, relevatae necessitatis*) gratiam consequatur. *Dat. V. Id. Iun. Valentiniano et Valente IV. AA. Coss.* (373.)

23. *Iidem AAA.***) *ad Senatum.* Ab illis editionis peti ordinem non debere, iustitia pariter et consuetudo declarat, qui consulares ac praetorios codicillos suo excellenti merito ac nostro sunt beneficio consecuti. *Lecta Id. Iun. Valentiniano et Valente IV. AA. Coss.* (373.)

24. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Senatum.* Ne quis praetorum semel praestitutae expensionis transeat modum; sed ne[l] officiis aliquid largiatur. *Dat. III. Kal. Iun. Antiochiae, Valente V. et Valentiniano Iuniore AA. Coss.* (376.)

25. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[m] *AAA. ad Senatum.* Praetores quattuor vobis tot addimus, quot fuerunt. Prima igitur, patres conscripti, Constantiniani et Constantiani nominis est praetura; Theodosianum enim et Arcadianum praetores primis praetoribus addidistis. Veteres Triumphalem praetorem bellicae felicitatis caussa repererunt*); nos iniunximus Augustalem. His omnibus bonorum[n] insignibus Romani nominis praetura sociatur; huic sociavimus Laureatum[o]. §. 1. Constantiniana et Constantiana praetura per duos dauda libris argenti mile, Theodosiana vero et argenti[p] mile[q]. Triumphalis vero et Augustalis libris argenti quadringentis et quinquaginta, Romana vero et Laureata libris argenti ducentis et quinquaginta peragantur; ita tamen, ut ad unamquamque[r] praeturam conveniens summae medietas a singulis, ut iam diximus, conferatur, ac bini posthac incipiant agnoscere, quod singuli antea transigebant. *Dat. X. Kal. Nov. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

— c. 25 mendose ap. Go. *XXVI.* dicitur.

lium IX. codicis. In superiore primae h. folii paginae margine leguntur hh. vv.: „*hic legum codex vetustissimus nondum publicatus* 1557.“ c) Go. annotat: „In MS. exstat vestigium literae, *p.* itaque malim *proponit.*“ Ego nihil vidi. d) Go. et Be. em. *audireque* et mox *vindicare.* *) Secunda man. in cod. reponit *m'*, i. e. *cupiamus.* e) Be. rep. vult *compescere.* Vid. not. *d.* Sed nihil mutandum. Ceterum codex *severiores.* Idem paullo post *mubitionis*, sed corr. est a libr. *ambitionis.* f) Cui. 1. Aur. Lugd. *nonae*, err. *) Go. in comm. cj. *favoris*, sed paullo ante similiter: *novae praesumptionis insania.* g) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *insimulatione.* Go. *insinuatione*, err. typ., cum non dicat, utrum ex Ms. an de cj. h. v. ediderit. Ri. — Be. ut Go. h) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Be. tacite em. *utilitatem*, sine caussa. i) Go. recte em. *iudicium.* k) Go. in not.: „*cupiunt.*“ et ita codex et recte. Edd. *cupiant.* kk) Codex *extentib.*, sed corr. a librario *exsistentib.* Paullo post cum vv. *esse non valent* incipit secunda pagina folii IX. codicis. *) Cui. 1 — Cui. 2* ita interpung.: *conquestio relevatae necessitatis*, *gratiam cons.* Ceterum Go. *relatae* et paullo supra codex *fatigatos ubitum.* **) Literae *Iidem* des. in codice. De subscr. h. c. cf. c. 22, not. sup. l) Go. et Be. prop. *nec*, praeter necessitatem. Edd. *modum. Sed.* m) Go. Reinesius et Be. inser. volunt *Valentinianus*, *Theod. et Arcad.* *) Aur. Lugd. *Thedosianum*, mendose. Codex *quod fuerunt — Arcanianum*, (sed corr. ab antiqua manu *arcadianum*) — *Veteris — reppererint.* n) Go. em. *honorum*, neque vero *bonorum* falsum est, modo hoc v. pro neutro accipiatur. o) Be. em. *Laureatam.* Sed ad Laureatum sponte suppl. *praetor.* p) Locus corruptus. Go. scribi vult *ArcadI* aut *Arcadiana*, rectissime ita disputans: „ubique duae praeturae *hoc loco* iunguntur. Et nisi ita legas Arcadianae, cuius antea mentio facta est, nullus modus impositus fuerit: quod absurdum.“ Videtur igitur v. *Arcadiana* depravatum esse in *argenti mile* et deinde deesse numerus. Si mathematica hic uti licet aequatione, ut horum numerorum fiat proportio, res ita se habet:

$$1000 : X = 450 : 250$$
$$X = \frac{1000 \cdot 250}{450} = \frac{5000}{9}$$
$$= 555\tfrac{5}{9}$$

Rotundus igitur numerus fuisse videntur librae argenti 550. q) Hunc numerum mendosum esse, iam Go. et Be. monuerunt. Vid. not. antec. Mox in literis *talis libris* incipit folium X. codicis. r) Cui. 1 — Cui. 2* *unamque*, male.

26. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Aureliano*[s] *Pf. U.* Nominandorum praetorum sollicitudinem illustris magnificentia tua ad officium censuale sciat esse revocandam[t]. *Dat. III. Kal Mart. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

27. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Dextro Pf. P.**) Cunctos quaestores et praetores, qui in agris degunt, suscep*tum* et promissum munus pro notitia officii cens*ua*lis, pro eorum dignitate, vel quod spontanea *voluntate* professi sunt, dare praecepimus[u]. *Dat. Kal. Nov. Brixiac, Olybrio*[v] *et Probino VV. CC. Coss.* (395.)

28. *Iidem AA. Simplicio Pf. P.*[x] *Post alia:* Qui ducatum administrarunt, ad editionem vel nominationem praeturae pertineant, praeter eos, qui gravissimam armatae militiae sollicitudinem longa temporum serie pertulerunt, et eos, qui sacri consistorii nostri arcanis interesse meruerunt. Hos enim a praeturae munere *) alienos esse censemus. *Dat. X.***) *Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

29. *Iidem AA.* .....[y] *Pf. U.* Nuper quidem huiusmodi praecesserat[z] sanctio principalis, ut theatralis per praetores facienda depensio in aquaeductus fabricam verteretur *); nunc vero iusta moderatione facias custodiri, ut praetores Romanus et Laureatus natalibus nostri numinis[a] scenicas populo praebeant voluptates. *Dat. IV. Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

30. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.*[b] Ex quinque praetoribus, qui aquaeductus[c] Theodosiaco fuerant deputati, unum, qui centum librarum argenti munificentiam suam definita erogatione praecludit, aeterni principis ac fratris mei Honorii natalium festivitatibus praecipio deputari. *Dat. prid. Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396[d].)

31. *Iidem AA.**) *ad Senatum et Populum. Post alia:* Neminem editorum, quos votivi sumptus[e] designarit electio, responsum nostrae tranquillitatis solvat, sed designationum ordo servetur etc. *Dat. XVII. Kal. Maii Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

32. *Iidem AA.* .....[f] Praetor divini numinis[g] nostri pro his praetoribus, qui primae editionis[h] fuerant attributi, praebeat populo voluptates[i]. *Dat. VI. Kal. Iul. Nicomedia*[k]. *Acc. prid. Kal. Aug. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

33. *Iidem AA. Severo Pf. U.* Praetores, qui loco primo sunt, trecentas libras argenti in explicando[l] munere non cogantur excedere[m], hi vero, qui primos se-

---

— c. 26 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Constit. pr. (I, 1), c. 1 C. Th. de Praed. sen. (VI, 3), c. 130—132 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 29, 30 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) et sec. Go. etiam cum c. 11 C. Th. de Ann. civ. (XIV, 17), quam cons. — c. 28 fortasse coniungenda est cum c. 56 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). Eodem die, si non mutatur dies subscr., data est c. 26 C. Th. de Navic. (XIII, 5). — c. 29 et 30 Go. coniungendas esse existimat. Vid. not. *y*. — c. 31 coniungenda est cum c. 12, 13 C. Th. de Senat. (VI, 2), c. 24 C. Th. de Suscept. (XII, 6), c. 27 C. Th. de Navicülariis (XIII, 5), c. 5 C. Th. de Naufragiis (XIII, 9), c. 3 C. Th. de Can. frum. urb. Rom. (XIV, 15), c. 4 Cod. Iust. Quae res venire n. p. (IV, 40). — c. 33 Go. coniungendam esse opinatur cum c. 39 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Vid. infr. not. *q*.

— s) Cui. 1 — Cui 2* *Auriliano* et ita codex. Ceterum Aur. Lugd. *AA.* t) Codex, Cui. 1 — Ri*. *revocandum.* *) Cui. 1 — Lugd. *Praeposito*, impr. Go. et contra codicis auctoritatem, qui *ppo.* u) Go. et Be. em. *praecipimus.* Sed saepissime iam aderat perfectum (*placuit*, *iussimus* pro *placet*, *iubemus*), ut in eo non offendamus. Reinesius add. *Arcadiana.* v) Cui. 1 — Ri*. *Olibrio.* x) Cui. 1 — Lugd. *Praeposito.* Go. legi vult *Simplicio magistro militum.* Recte. Vid. c. 56 de Cursu publ. cit. Nam de Simplicio h. tempore praefecto praet. nihil constat. Sunt autem ad eundem Simplicium magistrum militum tres Synesii epistolae, 24, 28 (119?), 130; denique Simplicius biennio post appellatur comes et magister utriusque militiae in c. 3 C. Th. de Pascuis (VII, 7), ubi vid. Go. annot. Ceterum haec lex significatur in c. 13 C. Th. de Proximis (VI, 26). *) Aur. Lugd. *numere.* **) Aut hic leg. *XV.*, ut in c. 56 cit., aut in c. 56 leg. *X.* y) Cui. 1 — Lugd. *Idem AA. * PV.* In codice in medio versu desunt sex literae. Sec. Go. etiam in MS. asterisco lacuna notatur. Cui. 2 — Ri*. octo puncta pro asterisco ponunt, Be. septem. Go. supplendum esse censet *Africano*, qui Pf. U. nominatur in c. 3 C. Th. de Praed. sen. (VI, 3), c. 1 C. Th. de Dilat. ex cons. (XI, 33), c. 152 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 13 C. Th. de Ann. civ. (XIV, 17); sed haec cj. non convenit cum ipsius opinione de c. 29 et 30 h. t. inter se coniungendis, cum ita ad diversos magistratus datae sint. Sec. Go. quidam supplet *Severo Pf. V.* Be. suppl. *Claudio*, propter c. 1 C. Th. de Usu sellar. (XV, 13) eodem fere die datam. z) Go. Be. cj. *processerat*, etsi Go. *praecesserat* ferri posse censet. Lex ipsa sec. Go. non exstat. *) Hinc in codice incipit secunda pagina folii X. a) Cui. 1 *numimis.* Infra Go. appon. ann. 390, err. b) Cui. 1 — Lugd. *praeposito.* Go. cj. *Pf. U.*, de quo cons. not. *y*. c) Recte Go. Be. cj. *aquaeductui.* An etiam *Theodosiano* pro *Theodosiaco?* Mox codex *deputationum qui.* d) Go. — Ri*. om. annum. *) *Iidem AA.* absc. est in codice. e) Go. annotat: „γρ. *senatus.* Nil muto.“ Explic. Go. vid. in comm. h. c. Paullo post codex *tranquillitates.* f) In codice hic locus ita se habet | ... *A* ..... *Praetor* etc. Desunt ergo quinque literae post *A*. Literae autem *Iidem A* abscissae sunt. Cui. 1 — Go. *Iidem AA.** *Pr.* Ri. — Be. nullum habent lacunae signum. Magistratus, ad quem missa est lex, nomen deest. g) Go. non vult h. v. mutari in *nominis*, etsi eadem utriusque v. sit significatio. h) Go. cj. *qui primae editioni* vel *qui primo editioni* vel *qui pridem.* Nobis cum Be. prob. *editioni.* i) Haec lex Go. videtur indicari extremis vv. c. 33 h. t. k) Ita codex et Go. Rell. *Nicomediae.* Item Go. in Chron. et in not. huius const. legi vult *Aug.* pro *Iul.*, ratione non addita. l) Codex, Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *explecando.* m) Ri*. *cxedere*, mendose. Go. prop. *cogantur non excedere* arg. eorum, quae mox sequuntur: *nec cuiquam —tribuatur*, sed recte nihil mutandum esse dicit.

quuntur, centum quinquaginta libras argenti depensuros esse[u] cognoscant, at vero hi, qui loco tertio numerantur, centum libras argenti dependant, nec cuiquam profundendi licentia tribuatur. Quia vero theatralibus et circensibus ludis per annos singulos celebrandis unus praetor nutu[o] nostrae clementiae quingentarum librarum argenti nuper[p] fuerat deputatus, nunc vero hanc quantitatem constat in prioribus praetoribus[q] . . . .

— — — — — — — —

— — — — — — — —

c. ult.[r] *Impp. Honorius et Theodosius Monaxio Pf. U.*[s]

. . . .

. . . .

. . it praeiudicium fieri non patimur*), cum his in sero *examine* iudicii[t] constitutis, quod quidem actorum intra tem*pus exhi*bitorum tenore[u] monstrabitur, occupatio amplis*simi sen*atus vel quaelibet ratio iudiciariae dilationis nocer*e nequ*eat. Itaque, hac amota formidine[v], caussa cuiusque pro suo mer*ito ven*tiletur, ut si quid in huiusmodi caussa iam de praeiudic*io te*mporis ex sententia[x] statuatur, firmum permaneat. In *officia*les[y] vero, nisi intra quinque menses nominatos adm*onuerin*t, intra septem etiam caussas excusationis[z] cognosci pro *viribus**) instanter monendo perfecerint, poenam lege divi *Valentis* statutam[a] imminere praecipimus[b]. Et quia multis[c] rei fami*liaris* angustiae in hac editione dilationem ne-

— c. ult. C. Th. *c.*? sed ult. h. t.; 1, P. Pu. s. num.; vid. not. *r* versus finem. W. (in App. I. p. 342 sqq.) *c.* 34.

n) Go. cj. *sese* pro *esse*. Codex *depensurus esse*. o) Go. cj. *natalibus*. Vid. c. 29 et 30 h. t., neque tamen aliquid mutandum esse putat; et nobis etiam satisfacit vulgata scriptura. p) Vid. sec. Go. c. 32 h. t. q) Go. in comm. lacunam ita explet: *moderatione nostra temperatam, neque hic eam summam excedere deinceps poterit. Dat....... Constantinop. Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398), ut ita haec lex fortasse coniungenda sit cum c. 39 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Quae si recte se habent, post *Dat.* add. est *V. Id. Oct.* Ceterum vid. not. sq. r) Demonstravi supra, codicem, Lugd. cui libri VI. VII. VIII. C. Th. pleniores debentur, quam in Br. Alar. sunt, mutilum esse (vid. tit. II. h. lib., not. *r*); item apparuit ex aliis huius libri locis, libros nominatos non integros esse in codice illo (vid. c. 9, 13, 17, 18 tit. II. c. 13, 17, 18, 29 h. t.); cognoscitur etiam ex manca c. 33 h. t., neque hunc titulum integrum ad nos pervenisse. Desunt enim omnia in Cui. 1 post v. *praetoribus*, ut non solum sententia legis abrumpatur, verum etiam subscriptio perierit. Lacunam Cuiacius indicat in Cui. 1 his verbis: * *desunt quaedam*, quae vv. retinentur in ed. Aur. Lugd., in Cui. 2, 2* autem rem accuratius ita definit: *Hic folium integrum deest in authentico.* Item Go., qui tamen haec addit: „*Nempe in Cod. Lugd. vet.* (hunc enim Charpinus obtulerat) *folium integrum deest: — Pithoeus in Codice suo notavit, in veteri Exemplari videri deesse* 45. *versus: quorum singuli quique* 43. *vel ad summum* 46. *literis constat. Imo, cum folium integrum desit, et paginae singulae illius Codicis Manuscripti* 30. *lineis seu versibus constant,* 60. *versus seu lineae omnino desiderantur: et sic non una constitutio, de Praetoribus, et Quaestoribus, Arcadii, Honorii, et Theodosii Jun. Unde apparet aliquot hic constitutiones de Praetura desiderari, quare proculdubio crescenti in dies profusioni et immodicae Praetorum largitioni, vel etiam contumaciae eorum subinde latae fuerunt.*“ Corrigit igitur Go. Pithoeum, qui 45 versus deesse affirmaverat, cum tamen 60 desint. Quae quidem dubitatio nunc codice inspecto remota est. Exsectum est enim in codice quartum membranae quadruplicatae XXXIII. folium cum extrema h. tituli parte. Hanc Pithoeus, etsi unaquaque codicis pagina triginta versibus constat, non totum folium, non LX igitur versus explevisse putat, sed hac de caussa XLV tantum versus, quia titulus IV. in hoc folio desinat, et librarius post singulos titulos maius aliquod spatium, nonnunquam X—XV versuum facere solitus sit. Contra Go totum folium his constitutionibus perscriptum fuisse existimat. Ceterum Go. sine dubio loquitur de codice ipso Lugdunensi, (ubi in superiore folii XI. margine illa annotatio legitur), qui quidem in bibliothecam P. Pithoei transierat et in manus Gothofredi ipsius pervenerat (vid. supra tit. II, c. 1, not. *r*); neque pro hoc codice habendum est exemplar illud Cui. 1, quod Parisiis in bibliotheca Regia numero F. 6 insignitum asservatur et eadem Pithoei verba exhibet, ex quo solo exemplari numerum versuum, si definire voluisset Go., id non potuisset. Iam vero Peyronus ex codice 1 folium XIV. protulit, cuius in superiore adversae paginae margine nota libri VI. comparet et deinde XXIII versibus lacinia maioris huc usque incognitae constitutionis exhibetur. Hanc laciniam continuo sequitur versus scriptura vacuus, in quo sq. tituli, id est tituli quinti rubrica exstitit. *Ut dignitatum ordo servetur*, ex quo duae leges in reliqua paginae parte proferuntur. Quae cum ita sint, nec ullus huius libri titulus nisi primus exciderit, dubitari plane nequit, quin in lacinia illa tituli (*de Praetoribus et quaestoribus*) lacunaeque in codice Lugdunensi hic obviae supplementum et extremae quidem huius tituli constitutionis pars servetur, quare W. recte eam post fragmentum c. 33 poni vult, in hac sola re errans, quod eam numero 34 designavit, cum potius *ult.* sit. Ipse enim inter utramque constitutionem leges alias adhuc deesse non negavit, quid quod lineolis praemissis indicavit. Qua de caussa ego non numerum, sed v. *ult.* huic legi praefixi. s) Inscr. deest in cod. 1.; P Pu. add. (*Legis* [Pu. *Const.*] *postremae datae ab Honorio et Theodosio fragmentum*). Nostram inscr. rest. W., et quia Arcadius hoc anno, ut plerique putant Kal. Maii, obierat, unde iam c. 18 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8) IV. Kal. Iun. data, Honorii et Theodosii nominibus insignita est, et quia ad Monaxium Pf. U. aliae h. a. constitutiones (vid. Go. in Prosopogr. h. v.) exstant; ad praefectum urb. autem hanc legem datam esse, ex vv. h. c. intelligitur: *iudicio id magnitudinis tuae atque ordinis amplissimi dandum statuimus.* Vid. not. *f* extr. *) 1, P. Pu. *putemur.* P., quem Pu. sequitur, cj. legendum esse *patiemur* vel *putemus.* W. rest. *patimur* propter sqq. vv. *cum his — nocere nequeat* et propter orationem in constitutionibus usitatam. t) Ita suppl. P., prob. W. Vid. princ. et §. 1 c. 22 h. t. u) 1 *tenorem.* v) Hanc formidinem W. in deperdita legis parte propositam fuisse putat. Mihi videtur in lege deperdita, quae post c. 33 h. t. in C. Th. recepta erat, proposita fuisse. x) 1 *exententia.* y) 1 *permaneatin* | . . . . *alis.* Similiter c. 22, §. 2 h. t. z) 1 *excusationes.* *) W. non recte literis inclinatis exprimit v. *pro*, quasi id desit in cod. 1. An *pro munere?* *Nam pro viribus* fere idem est atque *instanter.* a) 1 *statuata.* b) 1 *siraecipimus.* Intelligitur c. 22 h. t., quam Go. Valentiniano tribuit, utpote in Occidente la-

cessariam *faciunt*, triennii dilatio, quae lege[d] iisdem[e] concessa fuerat, ob *excusationem* nimirum muneris, exolebit. Quia scilicet in *excusando* eo non tam longis ad reparationem spatiis indigent, *iudicio* id magnitudinis tuae, atque ordinis amplissimi dandum *statuimus*[f], ut consideratis allegationibus et fortunis *hominum*, his quibus merito deferri[g] potest, biennii vel triennii aut etiam quinquennii, si res exegerit[h], induciae praebeantur, *quod* quidem necessitatis est vel etiam mediocritatis solatium, non[i] voluntariae et deliciosae[k] voluptatis *vacatio*, ut copiosi[l] et iam[m] affluentes divitiis his induciis[n] *abutantur*[o]. *Dat. prid. Id. Iun. Constantinopoli, Basso et Philippo*[p] *Coss.* (408.)

TIT. V. UT DIGNITATUM[q] ORDO SERVETUR*).

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[r] *AAA. ad Clearchum*[s] *Pf. U.*[t] Nihil est tam iniuriosum in *conservandis**) et custodiendis gradibus dignitatum quam usurpationis ambitio. Perit enim *omnis*[u] praerogativa meritorum, si absque respectu *et contemplatione*[v] vel qualitate etiam provectionis emeritae[x] custodiendi honoris locus praesumitur[y] potius quam tenetur[z], ut aut potioribus eripiatur id, quod est debitum, aut inferioribus prosit[a], quod videtur indebitum. *Dat. IV.*[b] *Kal. Iun.*[bb] *Constantinopoli, Merobaude II.*[c] *et Saturnino Coss.* (383.)

INTERPRETATIO. *Nemo sibi honores*[d] *vel dignitatem, quam a principe ipse*[e] *non meruerit*[f], *praesumat, quia,*

Tit. V. C. Th. cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. V.* 1 sine num. et rubr. (vid. c. ult. tit. antec., not. *r*), ex cuius codicis folio XIV. P. huius et sqq. titt. diversitatem scripturae usque ad v. *adscendendi* c. 1 de Praepositis sacri cubic. (VI, 8) descripsit, quam Pu. et W. iterum typis, sed hic adspersis annotationibus exprimendam curaverunt. Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—46, 49, Sich. Til. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* h. e. *un.* huius libri. Cod. Iust. XII, 8. — c. 1. C. Th. Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Integra exstat in codd. 1, Lugd. (nunc Par.); integra cum interpr. in codd. 6—10, 12—14, 16—21. Omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. Go. coniungendam esse dicit c. 7 C. Th. de Honor. cod. (VI, 22), etsi haec alium magistratum in inscr. habet. Commemoratur in c. ult. eod.

---

tam; imperatores autem hic Valenti adscribunt, quia haec lex in Oriente lata est. c) 1 *multi.* d) 1 *lige.* W. in notis „Haec lex, inquit, hodie deest, et sine dubio inter leg. 33. nostramque olim interposita fuit." e) 1, P. Pu. *hisdem.* *f*) 1 *quiascilicetin* | . . . . . *oeo non — indigent* | . . . . . *id — dandum* | . . . . . *imus.* P., quem Pu. secutus est, totum locum ita componit: *exolebit*; *quia scilicet in* . . . . (Pu. tria tantum puncta ponit) *oeo non — indigent.* (*Tamen*) *id — amplissimi* (*iudicio*) *dandum* (*statu*) *imus*, nihil igitur de lacuna illa in literis *oeo* decernens. Dicit enim ipse in notis (quae vv. Pu. tanquam sua repetit): „Non habeo, quod reponam; pronomen *eo* substantivo nomini subiunctum male me habet. Sensus postulat *plerumque.*" Hoc tamen P. supplementum Wenckio displicet, et quia dubitat, impp. sic locutos esse: *Et quia — faciunt, triennii dilat. — exolebit, quia scilicet* etc., et quia, si de dissipatis facultatibus breviori spatio reparandis sermo erat, imperatores non poterant permittere, ut longior adeo, nempe quinque annorum dilatio daretur. Praeterea Peyronianae scripturae obstare censet v. *tamen* abrupte positum et v. *iudicio* in medium palimpsesti versum inculcatum. Quibus caussis motus W. hanc scripturam restituit, quae a nobis recepta est. Batavi in Bijdr. l. c. p. 354 prop. *exolebit, quia — indigent. Itaque iudicio id*, cui cj., quamquam sagacissimae obstat primum argumentum a W. contra P. allatum, deinde spatium lacunae tot literas non admittens. Praeterea W. haeret in v. *reparationem*, pro quo prop. *praeparationem.* Pro *iudicio* cj. etiam potest *arbitrio*, quod saepe in constt. invenitur. Ceterum 1 *magnitudis.* Magnitudinis titulo appellabatur pf. urb. g) *deferri* om. ap. W., add. autem in Corr. h) 1 *etiamquinniisireexigerit. P. exigerit*, impr. W. i) 1 *mediocrita* | . . . . . *la* . . . *m non*; non igitur dignosci possunt literae *tiu.* k) 1, P. Pu. *voluntariae deleciosae.* Copulam add. W. l) 1, P. Pu. *cupiosi*, barbare. W. *curiosi*, probb. Batavis l. c. Adducit W. c. 16 C. Th. de Petitionib. (X, 10), quae tamen nihil probat. Simplicior et magis ad codicis scripturam accedens nostra emendatio est, quae etiam cum totius loci structura melius convenit. m) 1, P. Pu. *etiam*, impr. W., qui ed. *et iam*, probb. Batavis l. c. n) 1, P. Pu. *hiis indutiis.* o) 1 | . . . . . *ntur.* P. Pu. *fruantur.* W. aptius rest. *abutantur*, probb. Batavis l. c. p) 1, P. *filippo.*

q) 6, 7 *Ut In Dign.* 21 *Ut in dignitate.* In cod. 1 inscr. huius tituli et reliquorum sec. W. ita evanida est, ut dispici non possit. In cod. Lugd. inc. fol. XI. 20 *dictatum*, corr. *dignitatum.* 32, 39, 43, alii *dignitatis.* *) 37 *sectatur.* r) 15, 24, 38 *Val. Gr. et Th.* 37 om. *Val.* 40 *Imp. Pap. Gr.* etc. Nonn. codd. *Gr. et Val. Th.* Go. eumque secutus Be. et hic et in c. 7 C. Th. de Hon. cod. (VI, 22) rep. volunt *Valent. Th. et Arcad.* aut in subscr. *Iun.*, Gratiano VIII. Kal. Sept. h. a. occiso. Posterius recepi. Vid. not. *bb.* s) Permulti codd. Sich. *Clearcum*, alii *Cliarchum.* 20 *Clearū.* In codice des. literae *d Clear.* t) Permulti codd. *ppo* s. *po* s. *PP.*, impr. Go. 10, 15, 18 *praepositum.* 20 *ppo*, sed corr. *ppu.* 21 *Pf.* Sich. Til. *Pf. P.* Vid. c. 2 C. Th. de Sent. ex peric. rec. (IV, 17), not. *v.*) Cod. Lugd. *co* . . . . | *vantdis.* u) 9 om. *omnis.* v) 1 *cunc* | . . . *tione*, quod P. oscitantia librariorum pro *cunctemplatione* scriptum esse putat. An *cunctatione*, h. e. intempestive? x) 21 *emeritate.* 1 *emeritae* . . . *diendi*, quare lectiones *caste adeundi*, *caste ambiendi*, *conscendendi* a Go. propositae refutantur. Nihil in hoc v. tentandum esse, apparet ex supp. vv. *custodiendis gradibus.* Codex Lugd. *custudiendi.* y) 6—8, 16, 21, Sich. Til. *praesumetur*, minus apte. z) 13 *teneatur* et om. *ut.* a) Nonn. codd. add. *id.* b) 12, 29, 38, 40, Sich. in m. *III.* 42 *VIII.* L. R. U. om. num. bb) Corr. *Iun.* Codex Lugd. edd. *Ian.* Vid. infra c. 7 de Hon. cod. (VI, 22). c) 9, 38, 40, 42 *III*; alii codd. om. *II.* d) Nonn. codd. *honorem*, sed plerique *honorē v. dignitatē*, concinnius fortasse. Aur. Lugd. *honoris.* e) Permulti codd., ut 6, 7, 9, 20, 21, 42 et edd. Sich. Cui. 1 — Cui. 2* om. *ipse*, et sane abesse potest. f) 6, 7, 20, 21, alii

sicut eis, qui meruerunt, dignitas ornamentum[g] *est, ita nota maculandi*[h] *sunt, qui praesumunt.*

2. *Iidem*[i] *AAA. ad Praetextatum Pf. P.*[k] Coelestis[l] recordationis Valentinianus, genitor nominis[m] nostri, singulis quibusque dignitatibus certum locum meritumque praescripsit[n]. Si quis igitur indebitum sibi *locum* usurpaverit, nulla se[o] ignoratione[p] defendat[q], sitque plane sacrilegii reus, qui divina praecepta neglexerit[r]. *Dat. XII.* *) *Kal. Iun.*[s] *Mediolano*[t], *Richomere*[u] *et Clearcho*[v] *VV. CC.*[x] *Coss.* (384.)

INTERPRETATIO. *Si quis praesumpserit, quam non meruerit*[y] *a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur. Hic*[z] *de iure addendum, quae sit poena sacrilegii.*

TIT. VI. DE CONSULIBUS, PRAEFECTIS, MAGISTRIS MILITUM *) ET PATRICIIS.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Severum Pf. U.*[a] Universa[b] culmina dignitatum consulatui cedere, evidenti auctoritate decernimus. Sed ut consulatus anteponendus[c] est omnibus fastigiis dignitatum, in omni etiam curiae senatoriae actu, sen-

— c. 2. C. Th. Br. Al. codd. edd. c. 2. Cod. Iust. XII, 8, 1. Bas. VI, 1, 55. Interpr. exhibetur in (Ben. Lev.) Capit. VI, 396. Integra h. c. exstat in codd. 1 et Lugd. (nunc Paris.); integra cum interpr. in codd. 6—10, 12—21, 32, 42; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37, 45, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 44; textus et subscr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38—40, 43.

Tit. VI. exstat etiam in cod. 1 et in aversa quidem folii XIV. pagina. Vid. supra tit. V. not. super. Cod. Iust. XII, 3. — c. 1 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Calcis coct. (XIV, 6).

codices, Sich. *meruit.* g) Multi codd. Sich. Cui. 1 — Lugd. *ornamento.* h) 6 sec. Ri. habet *mutilandi*, sed potius 6, 7 *mutulandi.* i) Til. — Ri*. *Idem.* Sich. *Iidem A.* Nonnulli codices *Id. A.* Go. et Be. em. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius* (vid. c. 1 h. t., not. *r*); sed etiam in Cod. Iust. est *Gratianus, Valentinianus et Theodosius.* k) Hanc scripturam auct. Go. a Be. receptam, iam exhibent Sich. Til., et exhibet sec. Go. cod. Lugdunensis, habent etiam codd. 1, 6—9, 20 (in quo tamen a sec. manu corr. *pu*), 21, 27—29, 43 et nonn. codd. ap. Go., qui omnes aut *ppo* aut *PP.*, probb. P. et W. Rell. codd. et edd. Cod. Iust. siglum Praef. Urb. prae se ferunt, nonn. codd. exceptis, qui *p̄positum.* Etiam cod. Lugd. habet *PPV.* 15 *Praetextato.* l) 13 *Celsitis.* m) Restitui *nominis*, quod 1, 8, 10, 14, 16—20, 32, 42 habent et aptius h. l. est quam *numinis*, quod in codd. Lugd. 21, et in edd. legitur. Vid. lib. V, tit. 13, c. 39, not. *r.* Ceterum 15 *rec. gen. n. n. Valent.* et 18 *nomine.* n) Vid. c. 1 C. Th. de Praef. praet. (VI, 7) et leges ibi commemoratas. 1 *praescribsi*, perperam. 20 *p̄scripsit.* Vv. *Coel.* — *praesc.* des in Cod. Iust. et incipit const. verbis: *Si quis* (om. *igitur*) *indebitum.* o) 17, 21, Sich. *rei* pro *se*, quod ap. Sich. ferri potest. Vid. not. *q.* p) 19, 20, Cod. Iust. *ignorantia*, sed Cui. in Cod. Iust. *ignoratione.* q) Sich. *defendatur.* r) 1 *neglixerit*; alii *neglexit.* *) Multi codd. om. *XII.* s) 8, 15, 20, 35, 39, 40, Sich. in m., nonn. codd. ap. Go. *Ian.*, impr. Go. t) 10 *Mediolanis.* 8 om. *Med.* — *et.* Plerique codd. *Med.* 1 *Merichum et*, mendose pro *medrichōmet.* u) Codd. *Ricimere* (ut Sich.), *Ricomero*, *Ricemero*, *Ricomere* (Lugd.), *Richimere.* 16 om. *Rich.* — *Coss.* v) Vid. supra c. 1, not. *s.* x) Multi codd. Sich. Til. om. *VV. CC.*, pro quo siglo in cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. *viris clarissimis.* y) 20, 21, 42, alii, Sich. *meruit.* z) Seqq. des. ap. Sich. et in permultis codd., veluti 9, 19, 20, 40, 42, 43, aliis. In cod. 7 add. sunt a sec. manu. Vid. Car. de Savigny l. c. T. II. p. 44, not. 30, p. 174, not. 2 (I. ed.); p. 46, not. *b*, *c*, p. 182, not. *b* (ed. II.).

*) Go. abundare videntur vv. *Praefectis, Magistris Militum*, quia de his agatur tit. prox. Sed eorum mentionem facit etiam Cod. Iust., in quo l. c. haec rubrica habetur: *De C. et non spargendis ab his pecuniis, et de pr. et mag. mil. et patr.*, et tamen sq. tit. IV. eadem rubrica insignitus est, atque is, qui VII. h. e. sequens in Cod. Th. est. — Ceterum cum rubrica h. t. incip. secunda pag. fol. XI. codicis Lugd. a) Ita cod. 1, quo Gothofredi cj. confirmatur, qui *Severum* scribi vult, non *Senatum*, quod v. mendose in codice Lugdunensi et in edd. Cui. 1— Be. legitur. Pro siglo praefecti urb. autem, quamquam etiam in codice Lugd. et in cod. 1 *PU* est, quod manifesto probat, librarium codicis Lugd. in v. *Senatum* peccasse, P. auct. Gothofredo em. *Pf. P.* (praefect. praet.), nisi duos hoc anno Severos diversis praefecturis praefuisse ponamus. W. observat secundum marmora unum Severum utraque praefectura functum esse. Cf. Hagenbuch epist. epigr. p. 222 et Corsini de Praef. urb. p. 271 sq., qui contra Go. in plerisque h. a. constitutionibus *Pf. P.* pro *Pf. U.* reponentem disputant. Rectius est cum codd. scribere *Pf. U.*, inprimis cum in codicibus saepe ex siglo *Pf. Ū* factum sit *Pf. Ō*, raro ex *Pf. Ō* illud siglum. Accedit quod ad Severum *Pf. U.* hoc anno datae sunt c. 8 C. Th. de Legatis (XII, 12) — *PP. VIII. Kal. April. Karthag.*; c. 4 C. Th. de Calcis coct. (XIV, 6) cum h. l. coniungenda — *Dat. Kal. Apr.*; c. un. C. Th. de Mendic. non inval. (XIV, 18) — *Dat. XII. Kal. Iul. Patavi*; c. 2 C. Th. de Lucris offic. (VIII, 9) — *Dat. Kal. Aug.*, ergo quinque constitutiones; duae tantum et secundum Go. quidem inter se coniungendae ad Severum Pf. P.: c. 6 C. Th. de Desert. (VII, 18) — *PP. Rom. IV. Non. April.* et c. 13 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4) — *Dat. III. Non. Apr. Mediolani*, unde patet, has duas auctoritati quinque constitutionum cedere debere. Neque obstat marmor apud Gruterum 493, 5, ad quod Be. in notis ad dictam c. 13 de Cohort. provocat, ut probet, utramque uno tempore a Severo gestam fuisse praefecturam, cum hoc in universum de dignitatibus Severi loquatur, non de duabus eodem tempore aut hoc anno una simul administratis muneribus. Scribendum est igitur *Pf. U.* in omnibus, quas attuli, huius anni legibus. Ceterum Go. prop. *ad Senatum R. V.* (id est Senatum urbis Romae), vel *ad Senatum et ad P. V.*; Be. autem *Rom. U.*, quae cj. omnes codicis 1. auctoritate refutantur. Severi et Senatus sigla confundi perspicitur ex c. 1 C. Th. de Praed. min. III, 32, not. *z.* b) 1 *Un . . . . culmina* unde P., prob. W. recte restt. *Universa*, quod recepi. Nam cum edd. habeant *Diversa culm.*, codex 1 *Un . . . . culmina*, cod. Lugd. *. . versa culmena* (supr. lin. *culmina*), utraque scriptura inter se collata, per se apparet, legendum esse *Universa*, quocum v. multo magis concinunt, quae paullo post in eadem lege dicuntur: *consulatus anteponendus est omnibus fastigiis dignitatum*, quam cum v. *diversa.*

tentia, coet*u*, *ita*, si quis consulatu*) et praefectura vel culmine mi*lita*ri conspicuus est, pridem consulari praeferen*dus h*aud dubio [d] est. Porro si contigerit, ut ad duas has praerogativas etiam patriciatus splendor addatur, quis *du*bitet [e] huiusmodi virum praeter ceteros emine*re*. *N*eque enim unus tantum honor potest duobus aut pluribus [f] anteferri, dummodo consulatui ex his, quae designatae sunt, dignitas quaecunque societur. *Dat. Kal.* [g] *April. Antonio et Syagrio VV. CC. Coss.* (382.)

TIT. VII. DE PRAEF*ECTIS* PRAETORIO SIVE URBIS ET MAGISTRIS MILITUM.*)

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium Pf. U.* [h] Praefec*tum* urbis, praefectum praetorio [i], magistros equitum *ac* peditum indiscretae ducimus dignitatis, usque *adeo* videlicet, ut, cum ad privatam secesserint [k] vitam, *eum* loco [l] velimus esse potiorem, qui alios promoti*onis* tempore et codicillorum adeptione praecesserit. Quocirca [m] expressum ordinem civitatum [n] illic potissi*mum* volumus custodiri, ubi intra secretaria extraor*di*nariosque conventus subest ratio visendi salutan*dive* *) iudicis. Ceterum in amplissimo curiae nostrae *int*imoque consessu**) digestae [o] ordinationibus pris*cis* *ob*tineant dignitates. *Dat. III. Non. Iul. Nasonaci* [p]. *Acc. IV.* [q] *Non. Sept. Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Restituto* [r] *Pf. U.* Quisquis magisterium equitum peditumque susce*perit* et gesserit [s] ante captam [t] a quoquam praefecturam, *is* [u], cum privatus erit honoremve deposuerit [v], ex-praefectis, qui post [x] provecti fuerint, praeferatur. Sit igitur sedes [y] prior ante provectis, locus conspectior [z], decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior etc.*) *Dat. VIII. Kal. Iul.* **) *Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I.* [a] *AA. Coss.* (380.)

Tit. VII. Vid. tit. V. et VI. not. super. Cod. Iust. XII, 4. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Quaestor. (VI, 9), c. 1 C. Th. de Comitibus rei milit. (VI, 14), c. 4 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22), c. un. C. Th. de Magistris scrin. (VI, 11). Sec. Go. etiam coniungenda est c. 5 Cod. Iust. de Off. rect. prov. (I, 40), emendata eius inscr. et subscr., quod non puto. Cod. Iust. XII, 4, 1. Bas. VI, 4, 17. — c. 2 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Quaest. mag. off. (VI, 9), et sec. Go. in comm. h. c. cum c. 4 Cod. Iust. de Modo mulctarum (I, 54), em. subscriptione. Neque hoc mihi probatur. Cod. Iust. XII, 4, 2. Bas. VI, 4, 18.

---

c) Ita 1, sine dubio praeferendum scripturae vulgatae *praeponendus est.* Nam paullo post *pluribus anteferri.* *) Codex Lugd. *fastigus — consultu*, sed em. a librario *consulatu.* d) 1 *aut dubius*, mendose. Mox codex Lugd. *patriciatus plendor.* e) Egregiam cj. Go. confirmat codex 1, in quo est . . . *bitet*, eamque probb. P. W. Edd. *oportet*, sed iam Go. monuerat, Cuiacium hanc vocem de suo addidisse, nam in MS. esse . . . . *dutet* (Ri. Ri*. sex puncta ponunt). In cod. Lugd. est *addatur* | .. *rotet*, sed ponitur punctum infra lit. *o.* f) Ita 1, recte quidem et prob. P. et W.; edd. *tribus*, sed cod. Lugd. *aut* | . . . *ribus*, plane ut cod. 1. Ceterum idem codex *anteferi.* g) Addidimus *Kal.* ex cod. 1, qui *K̄.*, quo die edita est ad eundem Severum Pf. U. c. 4 C. Th. de Calc. coct. cit. (XIV, 6). Assentiuntur nobis P. et W. Cui. 1— Lugd. *Dat. Apr. — Syagrio * VV. CC. Conss.* Cui. 2— Be. *Dat* . . . . . *April.* etc. Desunt enim in codice Lugdunensi nonnullae literae post *Dat.*, nihil autem deest post *Srio*, i. e. *Syagrio.*

*) Cod. Iust. add. *in dignitatibus exaequandis.* Folium XII. codicis Lugd. incipit cum hoc titulo et abruptae sunt in inscript. literae *d Am.* h) Cod. Iust. *P. P.*, male. i) 1 *prefe* . . . . *bis* (*urbis*: ap. Pu. tria tantum puncta sunt). *Praefectus praetorio*, unde fortasse erat *praefectos praet.*, Cod. Lugd. et edd. *urbi.* Cod. Iust. *Pr. urbi et pr. pr. et mag.* k) Ita Be. auct. Go. em. ex Cod. Iust., quacum em. nunc concinit codex 1. Rell. edd. et codex Lugdunensis *secesserit*, mendose. l) Cod. Iust. *locum*, impr. Go., sed ita etiam codex 1, frequentissima horum casuum permutatione et recte igitur impr. W. Praeterea cod. 1 *velimus es* . . . . *one praecesserint* (impr. W.), integra linea omissa. Pu. post *es* duo tantum asteriscos ponit. In v. *praecesserit* desinit c. 1 Cod. Iust. m) Hanc egregiam Rad. Fornerii, Rer. quotid. lib. III, c. 12 (Otton. Thes. T. II. p. 208), Go. et Reinesii (qui praeterea prop. *idcirco*) cj. confirmat cod. 1. In cod. Lugd. sec. Go. erosae erant tres vel quattuor literae (recte), quam lacunam edd. Cui. 1 — Lugd. asterisco post v. *praecesserit* (praecesserit * circa) posito indicant, Cui. 2, 2* sex punctis, quattuor Go. — Be. *Quodcirca* cj. Be. n) 1 *ordinem* . . . . *tum*, ut iudicari nequeat, utrum scribendum sit *civitatum* an *dignitatum*, quod posterius a Fornerio l. c. Go. Reinesio et Be. requiritur, prob. W., recte. *) Ita 1; edd. ex cod. Lugd. *salutandique iudicis.* **) 1 *legitimoque consensu.* o) Ita 1, prob. P., quam em. iam tentaverat Go. Codex Lugdunensis *digestae aodinationib.* Edd. *digestas* et Pu. *digesta*, mendose. p) 1 *Nasonnaci.* In cod. Lugd. absciss. est *IIII. Non.* q) c. 1 C. Th. de Quaest., c. un. C. Th. de Mag. scrin. et c. 1 Cod. Iust. citt. *III.* Vid. infra tit. IX, c. 1, not. *s.* r) MS. Go., Cui. 1— Lugd. *Restuto* impr., Go. et W. Iam codex Lugd. *Restut* . . . . | *Quisquis.* Mox idem codex *usc* (ceperit), sed librarius corr. *susc*(eperit). s) Vv. *et gesserit*, quae sec. W. glossema sapiunt, desunt in cod. 1. Sed sunt etiam in Cod. Iust., cuius copiae vv. multa hac aetate inveniuntur exempla et statim sequitur exemplum: *cum privatus erit honoremve deposuerit.* t) Go. cj. *coeptam*, qua cj. non opus est. u) H. v., quod sec. Go. in MS. om., nec necessarium certe est, videtur a Cuiacio in Cui. 1 ex Cod. Iust. additum esse; id autem in C. Th. fuisse, ex eo colligi potest, quod P. nihil de eius omissione dicit, quod fecisset, si deerat in cod. 1: et certe in codice Lugd. hic nonnullae literae abscissae sunt. v) Cod. Iust. *erit et hon. dep.* x) 1, Cod. Iust. om. *post.* y) Ita Be. auct. Go. corr. ex Cod. Iust.; codex Lugdun. et edd. ante Be. male *sedis.* Videtur etiam in cod. 1 esse *sedis.* z) 1 *prospectior.* *) Cod. Iust. om. *etc.* **) Go. in Chron. h. a.: „al. *Iun.*" Leg. hic et in c. 2 C. Th. de Quaest. cit. aut *Iul.* aut *Iun.* Cod. Lugd. *Thessall.*, sed librar. del. secundam *l.* Ceterum fere ubique a librario codicis scribitur *Thessall.* aut *Thessallonicae.* a) Cod. Iust. om. *I.*

TIT. VIII. DE PRAEPOSITIS SACRI CUBICULI *).

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Florentio Pf. U.* Qui sacri cubiculi nostri fuere praepositi, vel nunc esse coeperunt, vel quos postea sors ad adscendendi huius gradum fastigii devocarit, ea dignitate fungantur[b], *qua* sunt praediti, qui eminentissimam praetorianam *vel*[c] urbanam meruerint praefecturam[d] aut certe mili*turem* magisteriam potestatem, ita ut sit[e] inter eos post depositas administrationes nulla discretio, sive nostrae serenitatis adoraturi admittantur[f] imperium, sive pro suo arbitrio solennes festivitates et coetus vel salutationes vel quaelibet alia officia frequentent, ut in sedibus et consessu is eis ordo[g] servetur, quem ordo provectionis ostenderit, sub habitu ipsis videlicet consue*to*, cum manifeste decretum sit, eum esse, qui praecesserit, potiorem, vel illum[h] subsequi, quem recentius pro*baverit* examen[i]. Sed ut nos ad hanc promulgationem Macrobii[k] viri illustris merita provocarunt, ita observationem quoque legis ab eius volumus sumere provectionis[l] auspicium, ut, qui ante ipsum fuerunt, sub hac conditione praestituto[m] honore laetentur, ut non suae promotionis tempora ad legis usurpationem revolvant, nec praeferri se postulent his[n], qui praetorianam vel urbanam praefecturam vel militare magisterium post eorum provectionem sortiti sunt, sed perinde habeantur, ac si nunc coeperint, et in eodem ordine permanentes, in quo nunc eos liberalitas nostra constituit, provectionis viri illustris Macrobii tempora metiantur[o], ut ex huius administrationis exordio, prout quisque provectus est vel fuerit provehendus, suae locum vindicet dignitatis. *Dat. VIII. Id. Nov. Constantinopoli, Honorio XIII.**) *et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)[p]

TIT. IX. DE QUAESTORIBUS, MAGISTRIS OFFICIORUM, COMITE SACRARUM LARGITIONUM ET RERUM PRIVATARUM[q].

1. *Imppp. Valentinianus*[qq], *Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium Pf. U. Post alia:* Eorum honores, qui sacrario nostro explorata sedulitate obediunt, hac volumus observatione distingui, ut quaestor atque*) officiorum *magi*ster, nec non duo largitionum comites proconsular*ibus*[r] honoribus praeferantur etc. *Dat. III. Non. Iul. Nasonaci. Acc. III.*[s] *Non. Sept. Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Restituto*[t] *Pf. U. Post alia*[u]: Qui ex-quae-

Tit. VIII. Vid. tit. V. et VI. not. super. et infra not. *d.* Cod. Iust. XII, 5. — c. 1. Cod. Iust. XII, 5, 1, poster. part. om. Bas. VI, 25, 1.

Tit. IX. Vid. tit. VIII. not. *d.* Cod. Iust. XII, 6. — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 1 Cod. Iust. Ut dignit. ordo (XII, 8) l. c. p. 432. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Praef. praet. (VI, 7), c. 1 C. Th. de Comit. rei milit. (VI, 14), c. 4 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22), c. un. C. Th. de Magistr. scrin. (VI, 11). Indigitatur haec lex in c. 2 C. Th. Ut dignit. ordo (VI, 5). — c. 2 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Praef. praet. (VI, 7). Cod. Iust. XII, 6, 1 mutil. Bas. VI, 6, 2.

*) Cod. Iust. add. *et de omnibus cubiculariis et privilegiis eorum.* In cod. Lugd. periit numerus tituli, quocum incipit pagina secunda folii XII. Paullo post ibidem deest *Impp.* b) Cod. Iust. l. c. ita incipit: *Sacri cubiculi praepositi ea dignitate fungantur*, om. igitur vv. *vel nunc — devocarit.* 1 *Sacris — ascendi*, mendose. Codex Lugd. *ascendenti.* c) Cui. 1 — Ri*. *et.* Cod. Iust. *vel*, quod Go. recte cj. ex vestigiis MS., in quo comparet litera *l.*, et Be. rec. d) In literis *rintpraefecturam* incipit folium XV. codicis 1, in quo supersunt seqq. constt. usque ad verba *insinuutparemgradumcumconsu* c. 3 C. Th. de Primicerio (VI, 10). An fol. XIV. codicis desinat in literis *urbanam merue* a P. non indicatur. e) 1 *magesteriam potestatem ita ut si*, mendose. Mox cod. Lugd. *administrationis.* f) Ita Be. ex Cod. Iust. propter *frequentent*, quod paullo infra legitur. Codd. 1 et Lugd., Cui. 1 — Ri*. *admittuntur.* Paullo post cod. Lugd. *sollemnis* et *cam manefeste.* g) 1 om. *eis.* Cod. Iust. *et in consessu* et om. *is.* Go. cj. *processu*, ne bis idem dicatur, sed nihil mutat, neque quicquam mutandum est propter Cod. Iust.; accedit nunc cod. 1, qui vulgatam scripturam tuetur. h) Cod. Iust. *videlicet ipsis — esse pot. q. pr. vel ill.* Go. *vel* pro *et* positum esse affirmat, sine caussa. 1 *illud*, nam sec. P. ibi scriptum est . . . *dsubsequi* i) 1 *probabit examen.* In verbo *examen* desinit c. 1 Cod. Iust. cit.; rell. enim ad ipsa legis tempora pertinent. k) Cod. Lugd. *Ma | . . . bi.* Go. — Ri*. *Macrobi.* Cf. Ritterus ad T. II. C. Th. circa finem praef. l) Locus corruptus. *Provectionis* etiam 1, qui praeterea *auspicuus.* P. igitur em. *auspiciis*, prob. W., qui add.: „Scilicet *observationem sumere* dictum pro *inchoare.*" Be. auct. Go. legi vult *provectione*, probabilius, et saepe a librariis confunditur genitivus cum ablativo in tertia declinatione. m) 1 *praestito.* n) Ita 1. Cui. 1 — Cui. 2* *hiis*, probb. Go. et P., unde iam Be. rest. *his.* Go., quem Ri. secutus est, ex MS. *hii*, repugnante totius legis sententia. *Hii* revera est in codice Lugd. Ri*. *ii.* Ceterum 1 *proferri se . . . . ent his qui* (Pu. tres modo asteriscos habet). o) Ita 1, recte et iam antea prop. Go. et Be. Cod. Lugd. Cui. 1 — Be. *metiant*, perperam. Mox cod. Lugd. *prohendus.* *) Aur. Lugd. *XIIII.*, err. p) Cui. 1 — Lugd. add. * *Desunt quaedam.* Sed Go. in comm. h. c. monet: „*notandum* hic, Cuiacianam editionem ad calcem *huius l.* adnotare, *Hic deesse quaedam.* At Pithoeus notavit, in veteri Codice nihil videri deesse: sed quod apparet, intercisum pergamenum ex superiori defectum esse." Confirmat haec cod. 1, in quo si fuisset lacuna, eam tacere non poterat P.

q) Cod. Iust. *De q. et m. o. et comitibus rei privatae.* Syllabae *rum* vv. *officiorum* et *erum privatarum* des. in cod. Lugd., cuius folium XIII. incipit cum h. tit. qq) Edd. add. *et.* Delevi auctoritate codicis Lugd. *) 1 *udque* et ita plerumque, quod semel monuisse satis est. r) 1 *pro . . . arium*, ergo *proconsularium*, substantive, ut in c. un. C. Th. de Comit. cons. (VI, 12). Aur. Lugd. *pro cons.* s) 1 *V.* c. 1 C. Th. de Praef. praet. *IV.* Vid. supra tit. VII, c. 1, not. *q.* In cod. Lugd. exc. *aso.* t) MS. sec. Go. (recte), Cui. 1 — Lugd. *Restuto*, mendose. 1 *restitutoppo*, falso. u) Cod. Iust.

sturae[v] honore aut efficaci magis*te*rio[x] aut comitiva utriusque aerarii nostri attonito[y] *splen*dore viguerunt, acclamatione excipiantur solita, nec praetereantur ut incogniti[z], atque ut non aequand*i* *il*lis, qui gesserint praefecturas, sed eo[a] observentur *cul*tu omni *) coetu omnique conventu. Neque enim[b] impar est ratio meriti, etiamsi intervenit dilatio ulla, quoniam cohaerent his dignitatibus, quae iisdem[c] iure debentur. §. 1. Intersit aliquid inter tempora magistratuum vitamque privatam; actus depositi[d] dignitas pares eos viros praestat[e] atque honore consimiles[f]. Quid enim in his quattuor dignitatibus non ex congrua diversitate putemus esse commune? Quod cum ita sit, hos viros haberi volumus, non ut qui meruerint tantum, sed quasi qui gesserint[g] praefecturas, cum *) non privilegiis temporis praeferantur, sed honoris aequalitate laetentur. *Dat. VIII.*[h] *Kal. Iun. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

TIT. X. DE PRIMICERIO ET NOTARIIS[i].

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.*[k] Praecipua est nostrae pietatis intentio circa no*tario*rum nomen, atque ideo, si unquam huius ordinis *viri* laborem quiete mutaverint[l] vel senectute pos*u*erint, seu cum alia *) dignitate post hanc[m] qualibet usi s*u*nt, non omittant *) prioris vocabulum militiae, sed com*pen*dium sequentis honoris assumant. Et si quis ex of*fi*cio, vel praecipuae[n] sublimitatis tuae, temerarius *in* census[o] discussiones, peraequationes, aliam denique *u*llam rem inquietator[p] exstiterit, officium suum noverit, vel levis culpae offensione detecta, gravis mulctae discrimine fatigandum, et numerariorum corpus, exstincto iniuriae auctore, minuendum. *Dat. XV.*[q] *Kal. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio*[r] *I. AA. Coss.* (380.)

2. *Iidem*[s] *AAA. ad Valerianum Pf. U.* Notariorum

Tit. X. Vid. tit. VIII., not. *d.* Cod. Iust. XII, 7. — c. 1. Cod. Iust. XII, 7, 1. Bas. VI, 25, 8. Commemoratur h. c. a Cuiacio in Comm. ad tit. Cod. Iust cit. l. c. p. 430. Ceterum vid. infra not. *q.* — c. 2 commemoratur in c. 1. C. Th. de Privilegiis eorum, qui in sacro pal. (VI, 35) et a Cuiacio in Commentario ad tit. Cod. Iust. cit. l. c. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Proximis (VI, 26) et cum c. 5 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22).

om. *Post alia* et in cod. Lugd. absc. est v. *Post.* v) Edd. ante Be. et Cod. Iust. aut *ex quasturae* aut *ex Quaesturae.* x) Ita praeter Cod. Iust. (qui vulg. *officiali magisterio*, sed in antiquis libris plerumque est *efficaci magist.*, prob. Cuiacio) cod. 1; codex Lugd. edd. *magisteria*, quae vox pro substantivo non invenitur. y) MS. sec. Go. *acconito*; potius *atconito.* Mox idem codex *culto omni coeto*, sed corrigitur a librario *coetu.* z) In hoc verbo desinit c. 1 Cod. Iust. cit. Errat Go. v. *atque* pro *et quasi* positum esse putans. a) H. e. sec. Go. *eo ipso*, *eodem.* *) Go. in not. *in omni coetu*, sine caussa. Vid. infra c. 8 de Hon. cod. §. 1 (VI, 22): *omnibus conventibus*, *officiis atque consessibus.* b) Ita scripsi ex cod. 1. Mendose enim legebatur in Cui. 1. Cui. 2, 2* *neque enim pars est tio*; sed in m. h. edd. annotatur: „forte *impar est ratio*,“ quae cj. proposita etiam a Go. prorsus cum scriptura cod. 1 concinit, prob. P.; Aur. Lugd. *neque enim par est ratio*, et proferunt in m. annott. Cui. 1.; Go. — Be. *neq. e. pars est . . tio.* Scriptum fuisse putat Go. *neque eniMparrio.* In comm. tamen vult *dispar est ratio.* In codice Lugd. post *est* abscissae sunt tres literae, quae in m. a rec. manu male suppl. literis *estima* (*estimatio*). c) 1 cod. Lugd. et edd. aute Be. *hisdem.* d) 1 *acdepositi.* Go. in not. *attamen actus depositi* etc. e) Go. et Be. cj. *praestet*, sed recte se habet indicativus, quo antecc. explicantur. f) P. errore annotat: „Honores consimiles] *Honore consimiles*;“ quasi haec sit lectio codicis 1; sed ita habent edd., quare W. haec tacite om. Puto voluisse P. dicere, in cod. 1 legi *honores*, quod ferri potest. Ceterum codex Lugd. *praestatq. hon.* g) 1 *ut quicumque fuerint t. ut quasi q. g.*, corrupte. Codex Lugd. *gesserit.* *) v. *cum* pro *sic ut* sec. Go. h) 1 *VII.* Cod. Iust. et c. 2 C. Th. cit. *Iul.* Vid. c. 2 cit. not. **).

i) Cod. Iust. *De Pr. et Secundicerio et Notariis.* Numerus tit. absciss. est in cod. Lugd., ubi fol. XIII. secunda pagina hic incipit. k) Cui. 1. Aur. Lugd. *Eutropio * PP.* Codex Lugd. *Eutropio* | . . $\overline{U}$. Ibidem paull*o* post *na . . orum*, sed pon. a librario *ot* supra *na*, et in m. a rec. man. *notariorum.* l) MS. sec. Go. *mutuaverint*, recte. Cod. Iust. add. *vel abiecerint*, impr. Go. Mox Aur. Lugd. *senectutem*, mendose. *) Go. in not. cj. *cumulata* et conferri vult similem c. 14 infr. de Proximis (VI, 26), in comm. autem *commutata*, sed non recte videtur intellexisse v. *cum*, quod hic non praepositio sed coniunctio est. m) Cod. Iust. *post hac*, sed Cui. l. c. et multi libri mss. recte et prob. Go. *post hanc.* Mox Cod. Iust. *usi sint.* *) Go. propter vv. c. 14 cit. *adiectu alterius dignitatis perire non patimur* mavult *amittant*, quod non spernendum est. n) Go. Be. malunt *praecipue*, quod etiam Cod. Iust. habet, neque dubito, quin ita scriptum fuerit in cod. Lugd. o) 1 *accensus*, innepte sec. W. Male Cui. 1 *adsensus.* Peius etiam Aur. Lugd. *adsensus*, *discutiones*, *per aequationes*, Cui. 2 — Be. *ad census.* Cod. Iust. *temerario adsensu in discussiones*, quam scripturam impr. Go. et Cui. in Comm. l. c. pag. 431 ita corr.: *temerarius adcēsus*, *discussiones* etc., quod in nostra lege fuisse affirmat. Quare in cod. Lugd. videbatur scriptum fuisse *adcēsus*, non *adsensus*, quod Cui. 1 exhibet, sed scriptura codicis Lugd. est | .*ncensus.* Sec. Go. in comm. comma ponendum est inter vv. *census* et *discussiones.* p) 1 *rei iniquitator.* Codex Lugd. *exteterit — norit*; sed emend. *extit.* q) Cod. Lugd. habebat *XII*, sed librarius posuit numerum *V* supr. num. *II*; unde legi potest *XV.* et *XVII.* Puto legendum esse *XV.*, nam eodem die (XV. Kal. Iul.) ad eundem Eutropium datae sunt c. 6 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. un. C. Th. Si provinciae rector (III, 6), c. un. C. Th. de Usur. rei iudic. (IV, 19), c. 2 C. Th. ad L. Iul. rep. (IX, 27), c. 8, 9 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42), c. 16 Cod. Iust. de Testam. (VI, 23), quare omnes illae constt. cum hac c. coniungendae sunt. Edd. *XVII.* r) Edidi plenum nomen imperatoris et hic et in aliis locis non *so*lum subscr., sed etiam inscript., ubi imperatores in edd. compendi*o*se scripti sunt. s) Cui. 1 *Idem.* Aur. Lugd. *Idem AA.* In codice Lugd. des. literae *Iidem AA.* t) Codex Lugd. Cui. 1 —

primicerios, si, prout eorum voluntas fuerit, de consistorio nostro sine administratione discesserint, non solum vicariis anteponi, sed etiam proconsulibus aequari sancimus, ita ut nihil nisi tempus intersit. Eodem honore atque eodem ordine sequens primicerium, tribunus ac notarius, perfruetur. Alios porro notarios et tribunos vicariis iubemus aequari, ac, si priores id vocari coeperint, anteferri. At[t] vero domesticos et notarios consularibus simili ratione componimus etc. *Dat. III.*[u] *Kal. April.**) *Acc. XII. Kal. Maii Syagrio et Eucherio VV. CC. Coss.* (381.)

3. *Iidem AAA. Floro Pf. P.*[v] Notariorum primicerium in numero proconsulum habemus, tanquam comites ei[x] semper fasces cum curulibus[y] dederimus. Praetorianos non[z] longe ab hoc abducimus, ut, qui ad tribunatum nominis huius accesserint, Orientis sive Aegypti comitivae videantur infulas consecuti. Tribunos residui *nominis*[a] nemo dubitet vicariis exaequandos et praeferendos his, quos adepti honoris[b] praecesserint; reliquos vero, quos domesticum inter notarios et familiares[c] nobis nomen insinuat, parem gradum cum consularibus[d] obtinere sancimus etc. *Dat. Id. Dec. Constantinopoli, Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

4. *Impp. Theodosius A. et Valentinianus C. Hierio*[e] *Pf. P.*[f] *Orientis. Eos*, qui ex primiceriis notariorum ad illustrem meruerint *magistri*[g] a vigiliis atque laboribus procedere summitatem, minime redigendi sunt in ordinem ceterorum, qui honorarios meruerint codicillos, quoniam et res ipsa, quod primum locum sint militiae nobilis assecuti, et publica saepe impleta commoditas nunquam otiosos fuisse testatur etc. *Dat. X. Kal. Oct. Topiso*[h], *Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

TIT. XI. DE MAGISTRIS SCRINIORUM *).

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium Pf. U. Post alia:* Magistros scriniorum nostrorum praeferri volumus vicarianae potestati etc. *Dat. III. Non. Iul. Nasonaci. Acc. III. Non. Sept. Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

TIT. XII. **) DE COMITIBUS CONSISTORIANIS.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Severino Pf. U.* Comasii nos et Clearchi virorum spectabilium dignitas admonuit, ut[i] eos, qui tranquillitatis nostrae consistorii dici comites meruerunt, proconsularibus[k] aequari generaliter iuberemus, ut eorum menso[l] ordine ante omnes alios[ll] ipsi vindicent dignitatem *). *Dat. VII. Kal. Oct. Constantinopoli, Theodoro V. C. Cons.* (399.)

— c. 3 coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22). Commemoratur a Cuiacio in Comm. l. c. — c. 4 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22).

Tit. XI. Cod. Iust. XII, 9. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Praef. praet. (VI, 7), c. 1 C. Th. de Quaestor. (VI, 9), c. 1 C. Th. de Comit. rei milit. (VI, 14), c. 4 C. Th. de Honor. cod. (VI, 22). Commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 1 Cod. Iust. Ut dignit. ordo l. c. p. 432.

Tit. XII. Cod. Iust. XII, 10. — c. 1. Cod. Iust. XII, 10, 1.

Ri*. *ad.* Be. auct. Go. recte scripsit *at.* u) 1 *III.* Codex Lugd. et edd. *IIII.* *) Add. *Mediolano.* Vid. c. 2 de Proximis et c. 5 de Hon. codicill. citt. v) Cui. 1— Lugd. *Idem — Fl. praeposito*, impr. Go. Codex Lugd. *PPO.* x) 1 *comitis ei.* Cui. 1 — Be. *comites eis*; corr. *ei*, quod plac. P. et W. Et ita habet etiam codex Lugd.; nam ibi scriptum erat *ESSE* | *PER*, sed librarius ipse pos. supr. syll. *ES* literam *I*; voluit igitur em. *EI.* Ceterum cum syll. *PER* incipit folium XIV. codicis Lugd. y) Codex Lugd. Cui. 1 — Be. *curialibus*; sed iam dudum Go., prob. Zirard. l. c. p. 119, not., prop. *curulibus* (sc. sellis), quae cj. nunc confirmatur cod. 1, probb. P. et W. Ceterum Go., quamquam ipse sibi diffisus, proposuerat etiam *securibus*, ut in c. 7 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22). z) 1 add. *non*, quod recepi suadente W. Cod. Lugd. Cui. 1 — Be. om. *non.* Paullo post codex Lugd. *aducimus*, sed librarius corr. *abducimus.* a) Recepi scripturam codicis 1, nam in codice Lugd. ante syllabam *nis* abscissae sunt quattuor literae; quare *ordinis*, quod in edd. habetur, pro, ceterum non contemnenda, coniectura Cuiacii habenda est. b) Be. cj. *honores*, et Go. *adeptu honoris*, sive *adeptis honoribus.* Malim *honores*, saepe enim in codice Lugd. confunduntur syllabae *res* et *ris.* c) Go. in notis: „Nolo mutari in familiare.“ Recte. Ceterum de familiarium appellatione et similium vv. vid. Go. in comm. de Comitibus et trib. scholarum (VI, 13). d) In literis *consu* desinit folium XV. codicis 1. Codex Lugd. *sncimus*, sed em. *sancimus.* In subscr. ibi abscissae sunt literae *ucherio Coss.* e) Aur. Lugd. *Hiero.* f) Cui. 1 — Lugd. *praeposito*, impr. Go. Codex *PPO.* g) Cui. 1 — Lugd. *meruerint. Magistri.* Cui. 2, 2* *meruerint Mag.* Go. interpung. *meruerint Magistri, a vigiliis atque laboribus, proc. summ.* Cave ne iungas *magistri a vigiliis atque laboribus*, cum sermo sit de magistro officiorum. Mox codex *impleta mmoditas n. otiosus*, sed a librario emendatur *commoditas.* h) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Topisi.*

*) Cod. Iust. *de M. sacrorum scrin.*

**) Hinc incipit in codice secunda pagina folii XIV. In ima pagina exstat numerus quatern. XXXIIII. Ibidem des. vv. *Tit. XII.* et *Impp.* Similiter in sq. tit. exc. *Tit. XIII.* et *Impp.* i) *ut* deest in Cui. 1 — Ri*. sed adest in MS. sec. Go. et recte rec. est a Be. Go. verum vidit. k) Aur. Lugd. *pro consularibus.* Perperam sec. Go. Cod. Iust. *Proconsulibus.* Vid. c. 1 C. Th. de Quaestor. (VI, 9), not. *r.* l) Go. cj. *emenso.* Cf. infra c. 8 §. 1 de Honor. codic. (VI, 22): „*emensis sudoribus.*“ Sed recte etiam dicitur *menso.* Cf. Cic. de Nat. Deor. II, 27, §. 69. Reinesius cj. *everso.* ll) Ita codex, Cui. 1 — Cui 2.*; sed Go. — Be. tacite *alios omnes.* *) In Cod. Iust. haec const. in epitomen redacta ita legitur: *Eos qui — meruerunt, spectabilibus Proconsulibus aequari generaliter decernimus.* Mox Cui. 1 — Ri*. *Conss.*, err. Codex *css.* Ceterum huc refertur in append. Cod. Bibl. de Rosny 2391 fol. 15[b] locus *de agnationibus dividendis* ita scriptus: *Cap. XII. teodosii lib. VI. de agnationibus dividendis inter duos homines. Inter*

TIT. XIII. DE COMITIBUS ET TRIBUNIS SCHOLARUM.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano Pf. U.* Praepositos ac tribunos scholarum, qui et divinis epulis[m] adhibentur, et adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt, inter quos tribunos[n] etiam sacri stabuli et cura palatii numerantur, si primi ordinis comitivam cum praepositura meruerint[o], et casu ad altiora non pervenerint, deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti vel Ponticae dioeceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi praecepimus. Sin absque honore[p] comitivae cuiuslibet scholae[q] regimen fuerint nacti*), absolutos militia inter cos, qui duces fuerint provinciarum, numerari iubemus etc. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Lucio V. C. Cons.* (413.)

TIT. XIV. [qq]DE COMITIBUS REI MILITARIS.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Ampelio Pf. U. Post alia:**) Qui contemplatione meritorum, duc*to* intra provincias transmarinas strenuissime[r] *milite*, primi ordinis comitivam fuerint consecuti, ea reverentia altissimarum dignitatum viris subiungan*tur*[s], ut his locum praestent, qui proconsulatus insign*ibus* adornantur etc. *Dat. III. Non. Iul. Nasonaci*[t], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino Pf. U. Post alia:* Neminem militaris corporis virum revocari ad curiam liceat post primi ordinis com*itivam*, dummodo tam probata merita sudati diu laboris, *quam* fructum*) anteacti operis assequatur. Ceterum si a quoquam haec fuerint sine usu prioris militiae vel prima vel sola dedecorando ambitu turpiter impe*trata*, quia videntur in fraudem quaesita, non proderunt. Diutius tamen repeti non licebit, etiam cum secundi ordinis comitivam praemiis impetrarit[u] etc. *Dat. XII. Kal. Ian. Mediolani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

3. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano Pf. U. Post alia:*[v] Eos, qui sub comitivae[x] primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet provinciam vel provincias defendendas, milite credito, auctoritate nostri numinis destinantur, et eos, qui vicem illustrium virorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus, qui, praeter Aegyptum et Ponticam, in aliis provinciis administraverint, adaequamus. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Lucio viro clarissimo Cons.*[xx] (413.)

TIT. XV. *)DE COMITIBUS, QUI ILLUSTRIBUS AGENTIBUS ASSIDERUNT.

1. *Impp. Honorius et Theodosius***) *AA. ad Priscia-*

Tit. XIII. Cod. Iust. XII, 11. — c. 1. Cod. Iust. XII, 11, 1. Coniungenda est h. c. cum c. ult. C. Th. de Comit. rei mil. (VI, 14), c. un. C. Th. de Comit., qui illustr. (VI, 15), c. un. C. Th. de Comit. et archiatr. S. palatii (VI, 16), c. un. C. Th. de Comit., qui prov. regunt (VI, 17), c. un. C. Th. de Comit. ord. primi (VI, 20).

Tit. XIV. Cod. Iust. XII, 12. — c. 1. Cod. Iust. XII, 12, 1. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Praef. praet. (VI, 7), c. 1 C. Th. de Quaestoribus (VI, 9), c. un. C. Th. de Magistris scrin. (VI, 11), c. 4 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22), quae c. 4 iisdem fere vv. scripta est. — c. 2 coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Senat. (VI, 2), c. 19 C. Th. de Diversis off. (VIII, 7), c. 153—156 C. Th. de Decur. (XII, 1) et sec. Go. cum c. 1 Cod. Iust. Ubi quis de Curiali (III, 23). — c. 3. Cod. Iust. XII, 12, 2. Coniungenda est h. c. cum c. 1 C. Th. de Comit. et trib. schol. (VI, 13), c. un. C. Th. de Comit., qui illustr. (VI, 15), c. un. C. Th. de Comit. et archiatr. S. palatii (VI, 16), c. un. C. Th. de Comit., qui prov. reg. (VI, 17), c. un. C. Th. de Comit. ord. primi (VI, 20).

Tit. XV. deest in Cod. Iust. — c. 1 quibus legibus coassanda sit, dixi ad c. 3 antec. tituli.

---

colonū et colonā inter duos dominos talit' dividatur agnatio ita ut dominus coloni duas partes agnationis accipiat et dominus colonae tertiā partē agnationis accipiat. Si colona ingenuum hominem acceperit omnis agnatio matrem sequitur. Et si servus feminam liberam acceperit omnis agnatio filiorum patrem sequitur. Ubi aequalis non est coniunctio matrem sequatur agnatio. In agnationibus dividendis pater primus primam divisionem accipiat. Secundam mater si ita coniuncti fuerint sicut superius dictum est. Sed tamen hunc locum huc non pertinere, per se patet. Sine dubio referendus est ad tit. C. Th. de Inquilinis (V, 10), cuius sententiam anonymus quidam contraxit.

m) Cod. Iust. corrupte *qui inquietudinis epulis*, sed iam Cuiacius in Comm. l. c. p. 435 sine dubio ex C. Th. scribi iussit *qui et divinis epulis.* Cf. Dirksen. l. c. p. 522. n) A Go. Be. prop. *tribunus*, et ita scrib. est. Cod. Iust. *inter quos comites.* o) Cod. Iust. *meruerunt.* p) Cod. Iust. *praecipimus* (prob. Go.): *alios qui honore*; sed Cuiacius l. c. sine dubio ex Cod. Th. legi vult *pr. Sin absque honore.* q) Cod. Iust. om. *cuiuslibet scholae.* *) Cui. 1 — Cui. 2* *nancti.* In codice scriptum est: *Praep. ac tribunus* (a librar. corr. *tribunos*) — *devinis* — *sacri tabuli* — *meruerunt* (a librario em. *meruerint*) — *praecepimus in absq.* — *scolae* — *nancti.*

qq) Cum titulo XIV. incipit folium XV. codicis. *) Cod. Iust. om. *Post alia* et in extrema lege *etc.* r) Cod. Iust. *strenuissimo*, quod Go. mavult, sine caussa. Mox Go. mendose *reveverentia.* s) Be. auct. Go. et propter c. 4 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22) h. c. coassandam restituit *subiungantur* pro *subiugantur*, quod in Cui. 1 — Ri*. et in Cod. Iust. est. Scriptura *subiungantur* in dicta c. 4 confirmatur codice 1 et aptior est quam *subiugantur.* Codex Lugd. *SUBIVVGAN...* t) Codex, Go. — Ri*. Cod. Iust. *Nasonnaci.* Add. *Acc. III. Non. Sept.*, quod est in c. 1 de Praef. praet., c. 1 de Quaest. et c. 1 de Mag. scrin. citt. *) Ita codex. Edd. *fructum* u) Cui. 1 — Cui. 2* *impetraverit.* Ceterum cod. Lugd. *etiam consecundi ord.* v) Cod. Iust. om. *Post alia.* x) Cod. Iust. *comitiva.* Vid. c. 1 C. Th. de Comit. ord. pr. art. div. (VI, 20). xx) Cui. 2 — Ri*. *Conss.*

*) In codice incipit secunda folii XV. pagina cum rubrica h. tit.; sunt autem praeter numerum tit. abscissae literae *Impp.* Ceterum in cod. Lugd. syll. *runt*

num Pf. U. Post alia: Assessores, qui cum primi ordinis comitiva virorum *illustrium* in actu positorum, sive in provinciis, sive in sacro comitatu, iuverunt consilia vel iuvabunt, inter eos, qui vic*ariam* praefecturam administrando meruerint, haber*i* post militiam[y] iubemus depositam, quoniam absur*dum* est, primi ordinis comitiva decoratos inferiores esse vicariis sedis excelsae, quorum crescit dignitas, cum vicaria potestate comitis primi ordinis insigni*bus* decorentur[z] etc. *Dat. XV.*[a] *Kal. April. Constantinopoli, Lucio*) V. C. Cons.* (413.)

TIT. XVI. DE COMITIBUS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano Pf. U. Post alia:*[b] Archiatros intra palatium militantes si comitivae primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari praecipimus, sive iam pridem deposuerunt militiam, sive postea deposuerint, ita ut inter vicarios et duces, qui administraverint, et hos[c], qui comitivam primi ordinis meruerint, nihil intersit nisi tempus, quo[d] quis administraverit vel comitivae est indeptus[e] insignia etc. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Lucio V. C. Cons.* (413.)

TIT. XVII. DE COMITIBUS, QUI PROVINCIAS REGUNT.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano Pf. U. Post alia:*)* Silentio non praeterimus hos, qui[f] in*) administra*tio*ne civili ac provinciae gubernaculis, sub iurisdic*tionis* licentia, comites quoque primi ordinis esse meru*erint*. Nam hos quoque[g] vicariae dignitatis post depositam administrationem privilegiis frui oportet etc. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Lucio V. C. Cons.* (413.)

TIT. XVIII. DE COMITIBUS VACANTIBUS.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Epiphanio Pf. U.* Nullam honorabiles viri in publicis salutationibus patiantur iniuriam, neve se illis ullus anteponat, qui primi ordinis comitivam aut pretio impetravit aut gratia. Licet enim unum*) nomen sit, tamen est meritis aestimandum, eosque solos tempora[h] observare conveniet, qui post probatos labores in nostro palatio comites esse meruerunt. Ac ne impune ullius temeritas contra statutum nostrum possit audere, decem librarum auri officiis omnibusque, quos salutationis cura constringit, damnum praecipimus imminere. *Dat. Id. Oct. Ravenna, Honorio IX.*[i] *et Theodosio V. AA.* Coss. (412.)

TIT. XIX. DE CONSULARIBUS ET PRAESIDIBUS[k].

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Eos, qui consularitatis functi sunt dignitate, comitibus italicianorum et gallicianorum iure praeferimus; si quidem haud*) exiguus sit titulus meritorum, regere et gubernare provincias. *Dat. III. Kal. Oct. Aquileia*[l], *Stilicone et Aureliano*[m] *VV. CC. Coss.* (400.)

Tit. XVI. Cod. Iust. XII, 13. — c. 1. Cod. Iust. XII, 13, 1. Bas. VI, 26, 1. De legibus cum hac c. coniungendis vid. c. 3 C. Th. de Comit. rei milit. (VI, 14).

Tit. XVII. Cod. Iust. XII. 14. — c. 1. Cod. Iust. XII, 14, 1. Bas. VI, 26, 2. De legibus cum hac c. coniungendis vid. c. 3 C. Th. de Comit. rei milit. (VI, 14).

Tit. XVIII. deest in Cod. Iust. — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. Ut dignit. ordo (XII, 8) l. c. p. 433. Go. h. c. coniungendam esse censet cum c. 14 C. Th. de Prox., com. disp. (VI, 26), em. eius subscr.

Tit. XIX. et XX. des. in Cod. Iust. — c. 1 (tit. XX.) coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Comit. et trib. schol. (VI, 13), c. 3 C. Th. de Comit. rei milit. (VI, 14), c. 1 C. Th. de Comitibus, qui ill. ag. assid. (VI, 15), c. 1 C. Th. de Comitibus et archiatr. (VI, 16), c. 1 C. Th. de Comit., qui provinc. reg. (VI, 17).

---

posita est supra *adside*. **) Cui. 1 *Thodosius*, err. Paullo post codex *viorum*, sed em. y) Edd. *habere*. Go. cj. *haberi* (prob. Be.) *post maliliam*, mendose pro *militiam*, quod Ri. in annot. habet. Scrib. cum Reinesio *haberi*; vid. similem c. un. C. Th. de Comit. et trib. schol. (VI, 13), quod recipere hac de caussa non dubitavi, quia in codice post *habe* duae literae desunt, et syllaba *re*, quae in codice non legitur, a Cuiacio restituta est. Reinesius cj. etiam *habere locum*. In Cui. 1— Cui. 2* male interpung. *meruerint habere*, *post* etc. z) Go. leg. esse censet *cum*, *cum vicaria — decorantur*, quod durum est; neque opus est emendatione loci, qui per ablativum absolutum explicandus est. Si quid mutandum, malo *cum in vicaria pot.* a) Go. em. *XII.*,) quod rell. leges huic coassandae habent. *) Be. *Lncio*, mendose. Male Go. apponit annum 381.

b) Cod. Iust. om. *Post alia.* c) Cod. Iust. *eos*, rectius arbitror. d) Codex, Cui. 1 — Ri*. *quod*. Be. ex Cod. Iust. corr. *quo*, recte. e) Cod. Iust. *adeptus*. Idem om. *etc.*

*) Cod. Iust. om. *Post alia.* Cum rubrica h. tit. incipit folium XVI. codicis. f) Cod. Iust. *Eos qui*, omm. vv. *Silentio non praeterim.* *) Cod. Iust. om. *in.* g) Cod. Iust. *meruerint*, *vicariae* et om. *Nam hos quoque*. Ibi etiam deest *etc.*

*) Go. in comm. pro *unum* a Guther. de Off. dom. Aug. I, 14, p. 47 scriptum esse dicit *vanum*, quod ipse reprehendit. Codex in inscriptione habet *Epifanio*. h) Cui. 1 — Ri*. *tempore*; sed Go. ex MS. recte legi iubet *tempora* i. e. de tempore certare. Be. igitur rest. *tempora*. Mox codex *praecepimus*. i) Ri. Ri*. *VIII.*

k) De Praesidibus nihil dicitur in hoc titulo, quocum in codice incipit secunda folii XVI. pagina; abscissae autem sunt, praeter numerum tit., literae *Impp.* in inscr. Idem est in sq. tit. *) Codex *aut*. l) Be. *Aquileiae*. Tillemontio l. c. T. V. Notes, p. 70, n. XIII. suspecta est subscriptio, quia hoc die subscriptionis admisso confundantur praefecturae Messalae et Hadriani, ad quem paucis diebus post (III. Non. Oct.) c. 3 C. Th. de Collat. donat. (XI, 20) Ravenna data sit, quod ferri non possit. Puta tamen errorem delitescere in c. 3 cit. m) Codex

TIT. XX. DE COMITIBUS ORDINIS PRIMI ARTIUM DIVERSARUM.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Prisciano Pf. U. Post alia*: Hi[n], quos aut[o] vulgaris artis cuiuslibet obsequium, aut operis publici cura temporalis[oo] iniuncta, aut rerum publicarum procuratio levis commissa adeo commendarit, ut comitivae primi ordinis dignitate donentur, sciant, se inter eos, qui consulares fuerint, amoto officio, quod susceperant, nominandos, nisi forte emolumentis contenti, quae tempore militiae perceperunt, spreto nomine ac[p] dignitatem consularis viri duxerint respuendam, ne collationis onus sustineant, vel frequentare senatum aliosque huiuscemodi[q] conventus, qui honoratorum frequentiam flagitant, compellantur etc. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Lucio V. C. Cons.**) (413.)

TIT. XXI. DE PROFESSORIBUS, QUI IN URBE CONSTANTINOPOLITANA DOCENTES EX LEGE MERUERINT[r] COMITIVAM.

1. *Imp.* [rr] *Theodosius A. et Valentinianus C. Theophilo Pf. U.* Grammaticos Graecos Helladium et Syrianum[s], Latinum Theophilum, sophistas[t] Martinum et Maximum et[u] iurisperitum Leontium placuit honorari codicillis comitivae ordinis primi, iam nunc a nostra maiestate perceptis, ita ut eorum, qui sunt ex-vicariis[v], dignitate potiantur. Qua in re quicunque alii ad id doctrinae genus, quod unusquisque profitetur, ordin.... dentur[x], si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam facundiamque[y] dicendi, interpretandi subtilitatem copiamque*) disserendi se habere patefecerint, et coetu amplissimo iudicante digni fuerint aestimati, qui in memorato auditorio professorum fungantur officio[z], hi quoque, cum ad viginti annos observatione iugi ac sedulo docendi labore pervenerint, iisdem*), quibus praedicti viri, dignitatibus perfruantur. *Dat. Id. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

TIT. XXII. DE**) HONORARIIS CODICILLIS.

1. *Imp. Constantinus A. ad Severum Pf.*[a] *U.* Si

Tit. XXI. Cod. Iust. XII, 15. — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 1 Cod. Iust. h. t. (XII, 15) l. c. p. 437. Sec. Go. coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Studiis liber. urb. Rom. (XIV, 9) et cum c. ult. C. Th. de Oper. publ. (XV, 1), quamquam hae constitutiones ad alios magistratus missae sunt et alium subscr. diem habent. Tillemont. l. c. T. VI, p. 90, not. 1 consentit cum Go., modo in subscr. har. legum scrib. *III. Id. Mart.* Cod. Iust. XII, 15, 1 mut. Bas. VI, 36, 3.

Tit. XXII. deest in Cod. Iust. In Aur. Lugd. err. typogr. appellatur XXI. Constitutiones 3—8 h. t. leguntur in folio XVI. codicis 1. Vid. infra not. *s.* — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. un. Cod. Iust. de Perfectiss. (XII, 33) l. c. p. 470. — c. 2 Go. coassandam esse censet c. 24 C. Th. de Decur. (XII, 1), quae iisdem fere ex verbis composita est, et utrique iungendas c. 25 et 26 eiusd. tit. mutt. earum subscriptionibus. Commemoratur haec c. in Cuiacii Comm. c. 1 Cod. Iust. Ut dignit. ordo (XII, 8) l. c. p. 432.

Cui. 1 — Ri*. *Auriliano.* Cui. 1 — Lugd. *Cons.* Go. om. num. anni.

n) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Hii* et ita saepe. o) Go. cj. *haud*; tamen retinendum esse putat *aut*, quia sibi respondent vv. *aut vulgaris artis — aut operis publici — aut rerum publicarum procuratio levis.* oo) Codex *temporales.* p) Go. cj. *hanc* aut, quod ipse mavult, *hoc.* Sine dubio excidit verbum aliquod. q) Cui. 1 — Cui. 2* *huiusmodi.* Go. — Be. cum codice scripserunt *huiuscemodi.* *) Go. — Ri*. *Conss.*

r) Folium XVII. codicis incipit cum rubrica h. tit. Cui. 1 — Cui. 2* in indice titt., Cui. 2, 2* in ipsa C. Th. edit., Cod. Iust. *Meruerunt.* In codice perierunt literae *ntino* et *t comitivam.* rr) Ita codex. Edd. *Impp.* Paullo post codex *theofilo.* s) Ita Go. ex MS.; Cui. 1 — Cui. 2* *Syriamum*, sed iam in Corrig. Cui. 2 em. *Syrianum.* t) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Theofilum, Sofistas.* Maximi nomine Go. suspicatur intelligendum esse *Maximinum* quaestorem. u) In Cui. 1 — 2* non legitur *et*, quod a Go. recte additur ex MS., nam ibi est *e.. | ris peritum.* v) Cui. 1 — Cui. 2* *ex vicariis* et ita saepe in his edd. *ex praefecto, ex proconsulibus* etc., quod semel moneo. x) Cui. 1 *ordin dentur* et est lacuna duarum literarum inter haec vv.; Aur. Lugd. *ordin | * dentur*; rell. quattuor punctis lacunam indicant. Go. in comm. de hoc loco ita disserit: „a Senatu Constantinopolitano Professores electos apertissimis verbis indicat (lex): idque duobus locis ibi, *coetu Amplissimo iudicante*: et antea in illis verbis, *Ordin .... dentur*: quae in MS. erosa sunt (recte): quae alii aliter atque aliter refingunt: Fornerius 3. *Quotidianarum* 12. tentabat, *ordinentur*: male: nam de ordinatione postea demum in sequentibus agitur. Pithoeus ad oram Codicis sui notabat ex vestigiis veteris Codicis, *ordini addentur* vel *ordinabuntur*: Quod neque ipsum admittendum. Reponebam aliquando, *ordinari nitentur*: proxime ad verum. Nunc vero inspecto MS. omnino, ubi vocis *dentur* reliquiae aperte comparent initio lineae; et fine superioris lineae *ordin.* erosis post haec quatuor literis, repono *Ordini prodentur.*" Quam em. ipse explicat de nominibus eorum Senatui prodendis, qui professionem petant, quive ea digni dicantur. Non potui invenire, quod quadret. An fort. scrib. *ordine suo dentur*? In Cod. Iust. exordium, quod tempus tantum, quo lex data est, respicit, ita mutatum est: *Grammaticos, tam Graecos, quam Latinos, Sophistas et Iurisperitos in hac regia urbe professionem suam exercentes, et inter statutos connumeratos, si laudabilem* etc. y) Cod. Iust. om. *que.* *) Go. annotat: „In MS. non tantum spatii arrosum est, ut vox, *quae* (etiam Ri. *quae* refert, sed sine dubio Go. vult *que*) addi possit: forte, *copiamve.*" Sed etiam in Cod. Iust. est *que*, quod per compendium a librariis *q.* scribitur et ita ubique a librario huius codicis scriptum est. Paullo post codex *patefacerint.* z) Vv. *digni fuerint aestimati — officio* proferuntur a Cuiacio in Comm. c. un. Cod. Inst. cit. In Cod. Iust. om. *qui — hi quoque.* Ceterum male interpung. in Cui. 1 — Cui. 2* *officio. Hi.* Go. — Ri*. *officio, hii.* Codex *hii.* *) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* In Cod. Iust. mutatis vv. extrema legis pars ita legitur: *pervenerint, placuit honorari, et his, qui sunt ex vicaria dignitate, connumerari.* Cui. 1 mendose *dignitatibus.*

**) Hinc incipit pag. secunda folii XVII. codicis. a) Severus Pf. U. h. a. non commemoratur, sed Valerius Maximus; demum inde a prid. Non. Ian. ann. 325 Severus dicitur Pf. U. fuisse, quare Go. in not. *b* h. c. in subscr. *Crispum III. et Constantinum III. Coss.* (324)

quis iudicio nostro se adeptum codicillos adstruxerit, et idem vel superna codicillorum impressio vel scriptura adstipuletur interior, tamen si ad hoc pecuniam constabit speratam*), nihilominus reiectus in plebem, quo plus extorquere conatus est, abdicetur. Hos enim solos, qui intra *palatium* versati sunt vel administrationibus functi, ad honores excipi[b] oportebit, ceteris cunctis exemptis et suis restitutis. Si qui tamen bonorum virorum suffr*agio*, nulla data pecunia, vel provinciae legatione suscepta nostris sunt obtutibus illustrati, hi[c] duumviratus, curas, *testimonium*[d] provinciae lucrati, cetera munerum publicorum obire non abnuant. Qui vero coemptis procurationum administrationibus[e] post lucra de fisco captata vacationem meruerunt*), sive perfectissimi sunt[f], sive inter[g] egregiorum ordinem locumque constiterint*), decuriones nominentur. Quibus illi quoque addendi sunt, qui neque ex administrationibus[h] sunt, et tamen ut perfectissimi delitescunt. *Dat. X. Kal. Feb. Sirmio*[i]. *Acc. Non. Apr. Crispo II. et Constantino II.*[k] *CC. Coss.* (321.)

2. *Imp. Constantius A.*[l] *Aconio*[m] *Vicario Africae.* Ab honoribus mercandis per suffragia vel qualibet ambitione quaerendis certa mulcta prohibuit. Cui addimus, ut,[n] quicunque fugientes obsequia curiarum[o], umbras et nomina affectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur; manente illa praeterita[p] illatione auri, qua perpetua lege[q] constricti sunt. *PP.* *) *V. Kal. Dec. Acc. XVII. Kal. Iun. Thamugadi, Urso et Polemio Coss.* (338.)

3. *Idem A. ad Marcellinum Pf. P.*[r] Cuncti, qui per suffragia praesidum aut rationalium adepti sunt dignitatem, a*) iudicibus iniuncta[s] protinus exsequi debent. Nam si *saepe*[t] de palatio serenitatis nostrae ad exactiones m*ittuntur*[u], neque his honor, in quo sunt positi, opem praest*et*, *utilitate* publica[v] praevalente: tanto magis opor*tet*[x] iussis obsequi, parere praeceptis, inservire *man*datis eos, qui dignitatis fructum, antequam *mererentur*, adepti sunt, praesertim cum et statum suarum[y] noverint civitatum, et nullius exactionis rationem ignorent. Illos autem[z] ad huiusmodi officia minime devocari oportet, quicunque in repu*blica*[a] provinciarum assecuti sunt debitas dignitates, et per administrationis seriem[b] atque actus in summo splendore versati sunt. *Dat. IV. Kal. Iul. Acyndino*[c] *et Proculo Coss.* (340.)

4. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Ampelio Pf. U. Post alia:* Qui contemplatione meri-

— c. 3. Vid. not. *s*. — c. 4 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Praef. praet. (VI, 7), c. 1 C. Th. de Quaestor. (VI, 9), c. un. C. Th. de Magistr. scrin. (VI, 11), c. 1 C. Th. de Comit. rei milit. (VI, 14), quae iisdem fere vv. scripta est. Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 1 Cod. Iust. Ut dign. ordo (XII, 8) l. c. p. 432. Vid. c. 3 h. t., not. *s*. Indigitatur haec lex c. 2 C. Th. Ut dign. ord. (VI, 5). Vid. ibid. not. *n*.

reponi vult, in Chron. autem h. a. legi iubet *ad Maximum Pf. U.*, aut h. c. referri ad ann. 326. Sed etiam in c. ult. C. Th. de Privileg. eor. (VI, 35) anno 320 proposita, Severus dicitur Pf. U. et in c. 1 C. Th. de Praediis min. (III, 32), quae c. incidit in annum 322, dignitas Severi omissa est, ubi tamen argumentum legis, quod ad praefecturam potissimum urb. spectat, videtur postulare, ut in inscr. reponatur *Pf. U.*: quas ob caussas omnis mutatio lubrica est. Be. cj. *PPf.* (Propraef. sive Vicar.), male. In codice periit v. *Imp.* *) Go. mendose edid. *separatam.* b) Tentaverat aliquando Go. *erigi* vel *evehi* vel *exciri*, sed postea ipse mutavit sententiam. c) V. *hi* deest in edd., exstat autem sec. Go. in MS.; recte. d) Go. em. *testimonio*, quo facile caremus. Idem primum commata posuit post *duumviratus* et post *curas*, nam in Cui. 1 — Cui. 2* vv. *duumviratus* — *lucrati* continuo scripta sunt. e) Go. in not. *procurationib.* vel *administrationibus*, non recte. *) Codex *meruerunt.* Edd. *meruerint.* f) Be. mavult *sint.* g) Go. cj. *intra*; sed vid. infr. c. un. C. Th. de Perfectiss. dign. (VI, 37): *in aliquo negotio constiterint.* *) Go. err. *constiterit.* Codex *decoriones* et infra *delitiscunt.* h) Sec. Go. pro *administratoribus*, recte, si haec est explicatio. i) Be. *Sirmii.* Mox Aur. Lugd. mendose *Crispo II.* (om. *et*) *Constantinop. II.* k) Vid. supra not. *a*. l) Be. inscr. vult *Imppp. Constantin. Constantius et Constans AAA.* Go. in comm. hanc legem tribuit *Constanti.* m) *Aconius* modo integro nomine *Aconius Catullinus* ponitur, ut in c. 24 C. Th. de Decurion. (XII, 1), modo vocatur *Catullinus* tantum, veluti in c. 26 eod., c. 5 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1), c. 4 C. Th. Quorum appell. (XI, 36). n) Ex seqq. vv. usque ad v. *cogantur* facta est c. 24 C. Th. de Decurion. (XII, 1), paucis mutt.: *Quicunque — curiarum affectaverint adumbratae nomina dignitatis etsi eos spes falsi honoris illuserit, trigintu arg. l. i. c.* o) Cum Go. Ri. Ri*. perspicuitatis caussa addidimus comma post *obsequia curiarum*, nam lex 24 cit. *Quicunque fugientes obsequia curiarum offectaverint adumbratae nomina dignitatis.* Codex *umbra et numina adfectaverint.* p) Go. et Be. cj. *praeterea*, non male. q) Haec lex, sine dubio Constantini, non exstat. *) Sec. Go. pro *Data.* Mox Go. om. anni numerum. r) Go. Be. inscr. volunt *Impp. Constantius et Constans AA. ad M. Com. S. L.* *) Sec. Go. in MS. apparet vestigium literae *a*, ut scribendum sit *a iudicibus iniuncta*, qua scriptura evitatur ambiguitas, quae in dativo inest. Rell. om. *a*, neque potui hanc literam in codice detegere. Ceterum codex Lugd. *susffragia*, sed corr. a librario *suffragia.* Fol. XVIII. codicis incipit in literis *sidum* (*praesidum*). s) A v. *protinus* incip. fol. XVI. codicis 1, quod desinit in vv. *se in officiis publicis ei postferendu* const. octavae h.t. t) Cui. 1 — Lugd. *debent: nam si de.* Cui. 2 — Go. *debent: nam fis .... de*, sed Ri. — Be. *debent nam* (s. *Nam*) *si s .... de*, quod Go. in MS. invenerat (recte) et em. in *Nam si soluti de.* Iam vero in codice Lugd. litera *s* post *si* periisse videtur bibliopegi culpa. Veram scripturam probatam illam P. W. et a nobis receptam exhibet codex 1. u) Hanc cod. 1 scripturam P. et W. probatam iam prop. Go. ex vestigiis MS. Lugd.: „*m ..... tur*". Cui. 1 — Be. *ordinentur*, quod propter lacunae spatium in MS. Lugd. ferri non posse, Go. recte asseverat, quare v. *ordinentur* ex ingenio Cuiacii additum esse dicit. v) 1 *utilitatem publicam.* Cuiacius in m. cod. Lugd. cj. *praestat.* x) Cui. 1 — Be. *quanto magis opus est.* Nostram scripturam, quam Go. in MS. Lugd. agnoscere sibi videbatur, habet cod. 1. Etiam P. et W. praeferunt scripturam cod. 1. Codex Lugdunensis clare *quanto magis opus* | ... *iussis*, sed in m. est *oportet* et a rec. manu *oportebit.* y) 1 om. *suarum.* z) 1 *rationeignorenullusautemabhuiusmodi*, perperam. a) 1 *inpublica*, mendose. b) Cui. 1 *sereiem*, mendose. c)

torum honorarios magisterii equitum[d] adepti sunt codicillos, ea reverentia altissimarum*) dignitatum viris[e] subiungautur, ut his locum praestent, qui proconsulatus insignibus adornantur etc. *Dat. III.*[f] *Non. Iun. Nasonaci*[g], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

5. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius**) *AAA. ad Valerianum Pf. U. Post alia:* Omnes, qui extra palatium constituti[h] codicillis proconsularibus vel epistolis vicariorum vel insignibus consularium emendicatis atque assimulaticiis vestiuntur, his, quos administratio vel militia provexit[i], volumus esse postpositos. *Dat. IV.*[k] *Kal. April. Mediolano, Syagrio et Eucherio VV. CC. Coss.* (381.)

6. *Iidem AAA. Floro Pf. P. Post alia*: Officiis publicis atque militiae*) muneribus expertes, quos habent secretae quietis umbracula, quibus honorum omnium species suffragio est magis parta quam merito, inter se potius volumus de tempore agitare discrimen, quam cum his ulla usurpatione coniungere, quos non adumbratis honoribus, sed in actu positis immortalitate[l] coniunximus. *Dat. Id. Dec.*[m] *Constantinopoli, Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

7. *Iidem*[n] *AAA. Postumiano Pf. P.* In honoribus hunc ordinem volumus custodiri, ne singulorum quorumque codicillariae dignitates[o] his, qui insignia administrationis gesserint, praeferantur;[p] scilicet ut, quoniam sublimis apicem praefecturae ordo proconsularium sequitur dignitatum, quisquis vicariae potestatis administratione*) perfunctus ex-praefectis impetraverit codicillos, intelligat, sibi**) omnimodis non usurpandum, ut inter eos, qui gestae gaudent amplitudine praefecturae, ordinem salutationis officiumque praesumant,[q] sed inter proconsulares viros, qui tamen eiusdem potestatis securem[r] meruerint, fascesque susceperint, in publicis officiis rite praebendum locum sibi patere cognoscant, his tamen anteferendum se, qui impetratis forte proconsularibus codicillis absque administrationis privilegio imaginarias tantum atque honorarias meruerint dignitates. Et id quidem circa illos censemus esse servandum, qui vicarias gesserint potestates. §. 1. Ceterum quisquis ex numero ordinariarum potestatum (seu consularis administrationis seu nominis praesidalis) ex-praefectis aut etiam ex-proconsulibus honorarios impetraverit codicillos, praestitutum in deferendis*) obsequiis ordinem post eos sibi intelligat esse[s] servandum, qui administrando[t] vicarias gesserint potestates; hac tamen, quantum ad ordinariarum potestatum spectat meritum, discretione servata, ut his, qui praesidalis*) administrationis gesserint dignitates, seu epistolas ex-vicariis, sive ex-proconsulibus, seu (quod appeti intempestivius[u] solet) ex-praefectis meruerint codicillos, cessante omni ambitionis studio, debeat anteferri, qui[v] perfunctae privilegio administrationis, susceptae in provinciis consularitatis gesserit dignitates. §. 2. Memor*) quisque tamen honorum, memor quisque meritorum ex his, qui qualibet administratione perfuncti

---

— c. 5 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Primicerio (VI, 10) et c. 2 C. Th. de Proximis (VI, 26). Sec. Go. h. c. meminisse videtur Valentinianus Iun. in c. 13 C. Th. de Privil. eorum, qui in S. pal. (VI, 35). Vid. supra not. *s.* — c. 6 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Primicerio (VI, 10). Vid. supra not. *s.* — c. 7 Go., etsi inscriptio variat, coniungendam esse putat cum c. 1 C. Th. Ut dign. ordo (VI, 5). Vid. supra not. *s.*

---

f *Aquyndino.* Go. *Proculo C. Cons.* (403), mendose. Etiam Ri. Ri*. et ex his P. Pu. *Proculo C. Cons.* Consentit nobiscum Cui. 1 — Cui. 2*. Be. et codex 1, nam quod Pu. ex codice 1 refert: *Proculo *oss.* (i. e. conss.), id non verum est. d) 1 *aequitum* et ita plerumque sec. P. *) Go. err. typ. *altissimorum.* e) Ita Be. de cj. Go. ex c. 1 C. Th. de Comit. rei mil. (VI, 14) cum hac c. coniungenda. Codex Lugd. et edd. ante Be. *vires*, quod caret sententia. 1 *dires*, male. f) Ita Be. auct. Go. ex rell. legg. cum hac c. coniungendis. Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *IV.* Scrib. *Iul.* pro *Iun.* Vid. leges supra nomin. g) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *Nasonnaci.* Vid. supra c. 1 de Com. rei mil. (VI, 14), not. *t.* *) Ri. *Theodosus*, err. h) *Constituti* deest in cod. 1. i) 1 *adsimilaticiis — provixit.* k) Cui. 1 — Ri*. *III.*, sed Be. auct. Go. rep. *IV.*, quod praeter rell. leges huic c. coniungendas MS. Go. habet et nunc etiam cod. 1 confirmatur, probb. P. et W. Ceterum in c. 2 de Primicerio cit. post *April.* add. *Acc. XII. Kal. Maii.* *) Codex Lugd. *miliae*, sed em. a rec. man. Ibidem a v. *munerib.* incipit secunda pagina folii XVIII. l) Ita MS. Go., quacum scriptura concinit cod. 1, nisi quod in MS. Lugd. sec. Go. scriptum erat *in immortalitate.* Ego autem legi in codice Lugd. *positi sint mortalitate coniuximus.* Cui. 1 — Go. *positi sint mortalitate*, ponitur autem in Aur. et Lugd. comma post *sint.* Go. cj. *immortalitati*, quod a Be. rec. est, secundo autem loco cj. *positos immortalitate*, non male, sed contra codd. fidem. Ad v. *ulla* a rec. manu in m. cod. Lugd. annotatur *q nulla.* Ri. Ri*. et inde P. Pu. *positi sint* (Pu. *sunt*, err.) *moralitate*, quam mendosam scripturam Be. et W. iniuria vulgo legi dicunt, cum ea non sit in Cui. 1 — Go. m) Aur. Lugd. *Cecemb.* n) Vid. supra c. 1 C. Th. Ut dign. ordo cit., not. *r* et infra not. *b.* o) 1 *codicellariae dignitatis.* p) Ita Cui. 1 — Lugd. Be. et MS. Lugd. sec. Go., recte pro eo, quod in Cui. 2 — Ri*. male legitur: *praeferentur.* Etiam Go. et P. suadent *praeferantur*, quam scripturam confirmat cod. 1, in quo *praefecturantur.* *) Cod. Lugd. *administrationis* et deletur deinde *s* a librario. **) 1 *intellegat si*, mendose. q) Be. recte cj. *praesumat* et paullo post *cognoscat.* r) Vid. ad h. l. Zirardinium l. c. pag. 450. *) In literis *ferendis* v. *deferendis* incipit fol. XIX. codicis Lugd. s) 1 om. *esse.* t) Recte Be. auct. Go. ed. *administrando*, quod recte Go. in MS. Lugd. viderat et cod. 1 confirmatur. Rell. edd. *administrandi.* *) Cui. 2, 2* *praesidialis* et paullo post 1 *gesserit.* u) Recepi cj. Go. et P., quam confirmat cod. 1, qui *intempestativius.* Codex Lugd. Cui. 1 — Be. *intempestivis*, non apte. v) Addidi *qui* ex cod. 1, prob. P., quod Go. prob. Be. inserendum esse putavit post *administrationis.* Codex Lugd. et edd. om. *qui*, sed in cod. Lugd. v. *anteferri* finitur versus et abscissum esse aliquid videtur. *) Cui. 1 — Cui. 2*

sunt[x], cum gradum honorariae aditionis*) petat, quem[y] proximiore confinio loco ordinis sui cognoscit esse contiguum. Quod si quis neglexerit ordinem constitutum, vel amplius in iisdem*) honorariis dignitatibus usurpandum impetrandumque crediderit, quam proprii loci ratio et forma permittit, sciat, se[z] non solum eo, quod contra legem impetraverit, esse privandum,[a] sed viginti quoque auri libris mulctandum. *Dat. IV. Kal. Iun.*[b] *Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino*[c] *Coss.* (383.)

8. *Imp. Theodosius A. et Valentinianus C. Hierio Pf. P.* *) Lege avita probatum est[d], si quis per gradus suo ordini competentes impetratis honorariis codicillis ad summum praefecturae pervenisset usque fastigium, non praerogativa temporis uteretur, nec adversus eum, qui indeptus insignia magistratus re ipsa, quod meruisset, implesset, quia intervallo fuisset[e] forte praegressus, aut praevenisset imaginario eandem, quam ille actu illustravit, apice dignitatem, sibi crederet arrogandum, sed modis omnibus sciret, se in officiis publicis ei postferendum[f], *qui* eundem locum positus in potestate gessisset. *Id* nos quoque volumus custodiri, ne quis sibi expetat sive imaginarios sive inter agentes codicillos acceperit, ut ei, qui egerit, ratione temporis praeferatur*). §. 1. Quin et de consistorianis comitibus hoc nobis universi placere cognoscant, ut hi[g], qui vel absentes sunt, vel testimonialibus tantum adepti sunt dignitatem, praecedant, qui admitti intra consistorii arcanum meruerunt, et actibus interesse, et nostra adire[h] responsa; praeterquam si de aliquibus professionum et militiae meritis, scriniorumque sacrorum emensis sudoribus lege specialiter est statutum, quod et avi nostri[i] sanctio promulgavit, et nostra mansuetudo constituit. Ita ut omnibus*) conventibus, officiis atque consessibus legem exsecutioni tradi tua celsitudo provideat, id est ut prior sit semper ille, qui loci sui administratione perfunctus est, nec unquam honor delatus ex debito**) ei, qui ad similitudinem tribuitur, comparetur. Nemo igitur sibi arbitretur annorum annumeratione plaudendum; quod inter eos tantummodo valere decernimus, qui se aut actibus subsequuntur, aut codicillorum parili imagine fulciuntur. Non alias aspiraturo quoquam ad consistorianorum comitum dignitatem, nisi ad eius claritudinem viam sibi ex constitutionis avitae norma praestruxerit[ii]. *Dat. X. Kal. Oct. Topiso*[k], *Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

TIT XXIII. DE DECURIONIBUS ET SILENTIARIIS[l].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Urso Pf. U. et Aureliano**) *Comiti*[m] *Orientis et Strategio Pf. P. Illyrici.* Decuriones nostri palatii *post* emensum fideliter obsequium, post[n] deposita *sacramenta*[o] militiae, ex quo haec sanximus, inter *eos*, qui ex-ducibus sunt, tanquam et ipsi administraverint, esse praecipimus in adoranda nostra serenitate, *et in* salutandis administratoribus, et reliquis praedicti *honoris* privilegiis, sed ita, ut in amplissimo et venerabili ordine inter*) allectos et immunes a senatoriis descriptionibus[p] habeantur, nec descriptio glebalis eos ideo attineat. *Dat. prid. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI.*[q] *AA. Coss.* (415.)

— c. 8 commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 2 Cod. Iust. Ut dignit. ordo (XII, 8) l. c. p. 433. Coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Primic. (VI, 10). Vid. supra c. 3 h. t., not. *s*.

Tit. XXIII. Cod. Iust. XII, 16. Cf. Lauhn, Florum Sparsio ad rubrum tituli Cod. Theodosiani et Iustiniani de Silentiariis et Decurionibus eorum. Erfordiae 1743. 4. — c. 1. Cod. Iust. XII, 16, 1, mut. Bas. VI, 26, 14. Commemoratur a Cuiacio in Comm. Cod. Iust. de Praep. labor. (XII, 18) l. c. p. 442.

dignitates, memor. x) Ita 1, prob. W. Codex Lugd. *perfunctis.* Male Cui. 1 — Be. *perfunctus eum.* Ceterum P. annotationes ex cod. 1, de quibus in hac et in antec. annot. exposuimus, ap. Pu. confunduntur. *) Go. cj. *administrationis* s. *additionis* (i. e. adiectae dignitatis) pro *aditionis.* Sed non dubito, quin etiam *aditionis* commode dicatur. y) Edd. cod. 1 *quod.* Go. et Be. in ann. recte rep. *quem*, et ita mihi videtur scriptum esse in cod. Lugd., qui *qu.m.* *) Codex Lugd. Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* z) 1 *ei*, mendose. a) Vv. *sed — mulctandum* desunt in cod. 1, oscitantia librarii. b) Ita 1, ut volebat Go. et hic et in c. 1 C. Th. Ut dignit. ordo (VI, 5). Codex Lugd. edd. *Ian.* c) Ri. Ri*. *Saturnio*, mendose et impr. P. Mox Ri*. *Cons.* *) Add. *Orientis* ex c. 4 de Primic. cit. d) Intelligitur c. 7 h. t. a Theodosio data. e) Ita cod. 1, postulante grammatica ratione. Codex Lugd. edd. *fuerit.* Mox cum literis *ginario* incipit in cod. Lugd. secunda pagina folii XIX. f) In literis *postferendu* desinit fol. XVI. codicis 1. Mox cod. Lugd. videtur habere *c nos.* *) Vv. *ne quis — praeferatur* exstant ap. Cui. l. c. Codex Lugd. habet: *ne quis siquisbi | expetat*, sed librarius deletis vv. *siquisbi* corr. *sibi.* Ibidem paullo post *Qui nec de consist. — cognocant*, sed corr. *cognoscant.* g) Go. prop. *hos*, probabilius Be. *his.* Codex, Cui. 1 — Ri*. *hii.* Vulgata lectio falsa est. h) Go. em. *audire*, quod eodem redit. i) Go. *Auni ostri*, mendose. *) Go. *in omnibus*, sed vid. supra c. 2 de Quaestor. (VI, 9) not. *). **) Aur. Lugd. *ex debibito*, err. typ. ii) Cod. Lugd. *praestuxerit.* k) Corr. auct. Go. *Oct. Topiso* pro *Oct. Piso*, quod est in codice, Cui. 1 — Cui. 2* aut *Octo Piso*, ut edd. Go. — Be. *Topiso* flagitat c. 4 de Primicerio cit. Vid. ibid. not. *h.* Mox Go. — Ri*. *Cons.*

l) Cod. Iust. *De Sil. et Dec. eorum.* Cum rubrica h. tit. incipit fol. XX. codicis, ubi vero periit numerus tit. *) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auriliano* et Cod. Iust. *Aemiliano.* m) In codice abscissum est v. *Comiti.* Go. ex MS., in quo vestigia literae *P* compareant, reponi vult *Pf. P.*, prob. Be. Ego literae *P* nullum inveni vestigium Cod. Iust. *Com. ord. pr.*, impr. Go., sed prob. Reinesio. n) Cod. Iust. *postque.* o) Seqq. in Cod. Iust. hunc in modum mutata sunt: *militiae electionem habeant, sive ex Magistro officiorum, velut agentes, dignitatem consequi a nostra maiestate maluerint: sive inter viros illustres Comites domesticorum, videlicet inter agentes taxari: ut tam in adoranda n. seren. quam in salut. — privilegiis, nec non in nostro consistorio his honor omnifariam observetur.* *) Ap. Go. Ri. Ri*. mendose excidit *inter.* p) MS. Lugd. sec. Go. *distributionibus*: est potius *destributionib.* Sed solennius h. l.

2. *Iidem AA. Venantio Pf. P.* *) Unusquisque decurio vel silentiarius, sive post hanc militiam honoratam quietem elegisse fuerit approbatus, sive ad superiorem gradum successu meliore transscenderit, nihil, quod honoratis pro rerum necessitate iniungitur, cogatur exsolvere; sed [r] a tironum et equorum praestatione habeantur [s] immunes, nudam collationem, quae plerumque poscitur, solvant [t], nihil his ulla potestas iniungat, aut necessitas imponat [u]. *Dat. VII. Id. Mart. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

3.[v] *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Flaviano Pf. P.* Decurionibus et silentiariis vel his, qui post hanc militiam honoratae quietis otio perfruuntur, vel ad superiorem gradum successu meliore transscendunt, omnia privilegia, quae iamdudum divorum principum iudicio meruerunt, legis istius praeceptione noveris [x] esse firmata. Illa quoque, quae prioribus indultis omissa videntur, adiicienda [y] esse censemus, ne angarias vel parangarias sive paraveredos ulla eis amplissimae praeceptionis imponat auctoritas. A sordidis quoque muneribus, excoctione calcis et superindicticiis *) titulis, non praeiudicatura quacunque generalitate pragmatici, peculiari eos beneficio esse iubemus alienos; permissa veniendi ad comitatum licentia, praeter evocatoriae securitatem, et mulcta decem librarum auri iudicibus provinciarum eorumque officiis infligenda, si statuta numinis nostri crediderint esse temnenda. *Dat. IX. Kal. April. Ravenna* **), *Aetio et Valerio Coss.* (432.)

4.[z] *Iidem AA. Dario, viro illustri, Pf. P. Orientis.* Decurionum et silentiariorum meritis provocati, collata in eos beneficia, quae dominus ac filius noster Valentinianus semper Augustus erga eos contulit, confirmamus *), specialibus eosdem privilegiis honorantes, ut eorum videlicet possessiones nullas angarias sive parangarias vel etiam paraveredos [a] alicuius calumnia dare cogantur, nec sordidis sint adstricti muneribus. Omni quoque eos excoctione calcis, omni superindicti gravamine liberamus, licentiam post militiam tribuentes, ut, ubi eis fuerit visum, etiam accedendi ad sacratissimum comitatum habeant facultatem, provinciarum rectoribus eorumque apparitionibus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostrae statuta violare tentaverint. §. 1. His addimus, ut, cum optatam quietem acceperint, et inter senatores coeperint numerari, honore curiae sine aliqua functione laetentur, immunitatisque gaudio plena dignitatis laetitia potiantur, nec praetoriano nomine pulsandi, nec glebali onere praegravandi, sed ut dignitatem solam habeant ex senatu. Domos quoque eorum, vel in hac sacratissima urbe, vel in qualibet alia positas *) civitate, immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: sub hac videlicet definitione, ut triginta tantummodo numero haec privilegia consequantur, decuriones quoque tres, quos numero plures fieri inveterata consuetudo permisit. §. 2. Sed eos tum demum potiri decernimus beneficiis supra scriptis, cum continuos **) tredecim annos inculpatas excubias peregerint. Illustris auctoritas tua statuta nostrae clementiae edictis propositis ad omnium notitiam faciet pervenire. *Dat. XVIII.* [b] *Kal. April. Constantinopoli, post consulatum Isidori et Senatoris.* (437.)

— c. 2 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 1 Cod. Iust. h. t. l. c. p. 438. Cod. Iust. XII, 16, 2. Bas. VI, 26, 5. — c. 3 et 4. Ex his constt. conflata est c. 3 Cod. Iust. h. t. (XII, 16). Bas. VI, 26, 6.

est *descriptionibus.* Cf. supra c. 15 de Senatoribus (VI, 2). q) In Cui. 1 — Lugd. pro *VI.* ponitur asteriscus. In codice Lugd. post *Theod.* videtur abscissum esse duarum literarum spatium. *) Go. rep. esse arbitratur *Comiti R. P.* ex c. 13 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28), anno 422 data. r) In Cod. Iust. om. *sive post — sed.* Codex *exsulvere.* s) Aur. Lugd. *habentur.* t) Cod. Iust. *a tironum equorumque praestationibus habeatur immunis: nullam coll. — solvat* etc. Cui. et Go. in comm. impr. *nullam* et provocant ad c. 14 C. Th. de Proximis com. (VI, 26). u) Subscr. deest in Cod. Iust. v) Confirmatur haec lex a Theodosio Iun. in c. prox. h. t. Ceterum hanc constitutionem Valentiniani III. ultimam in hoc Codice esse, iam Go. vidit. In seqq. codex habet *quieti potio perfruantur — transcendant*, sed literis *s* supra *p* et *u* supra *a* positis a librario em. *quietis otio — transcendunt.* x) Ita Be. em. auct. Go. et convenienter cum MS. Lugd., quod sec. Go. *noveres*; recte. Cui. 1 — Ri*. *novere.* Diversitas scripturae ex eo nata est, quod in codice litera *S* a librario deleta est. Cod. Iust. *noverint*, impr. Go. Cum v. *omissa* incipit in codice secunda pagina folii XX. y) Cui. 1, 2, 2* *adicienda.* Codex *dicienda*, sed corr. a rec. man. *adiciende.* *) Aur. Lugd. *super indictitiis.* Paullo infra codex *evocatoriaes secur.* **) In codice nihil h. l. periit, sed tamen in Cui. 1 post *Rav.* est spatium quattuor literarum. Mox Cui. 2, 2* *Cons.* et Go. — Ri*. *Aetio* (om. *et*) *Val. Cons.*, male. Vid. Zirard. l. c. p. 436, not. z) Confirmatur haec c. a Theodosio Iun., cuius ultimam esse in hoc Codice Go. dicit, in Nov. Theod. de Metatis. Ceterum in extremis h. c. verbis contra morem C. Th. servata est solennis illa formula, qua imperatores in Novellis integris uti solent. In codice periit *Iidem AA.* *) Vid. c. 3 h. t. a) Cui. 2, 2* *praraveredos*, mendose. Mox codex *accedenti.* Folium XXI. codicis incipit cum vv. *tentur, inmutatisq.* Deinde codex pro *dignitatis laetitia potiantur* habet *dignitati .... titia patiantur.* *) Vid. supra c. 1 de Contrah, empt. (III, 1), not. *c.* **) Codex *continuus.* b) Be. pro *XVIII.*, quod est in Cui. 1 — Ri*., em. *XVII.* Censet enim, nisi alius mensis rep., numerum illum stare non posse. Recte quidem; sed an reponendus sit numerus *XVII.*, certo dici non potest. Codex *XV.. Kal.* Ceterum in Cod. Iust. haec et antecedens c., retentis inscr. et subscr. c. antecedentis, hunc in modum conflatae sunt: *Decurionibus et silentiariis etiamsi ad superiorem — noverint esse firmata non praeiudicatura q. g. pragmatica nec angarias — auctoritas* (om. *a*): *sordidis — et superindicti gravamine eos liberamus* (seqq. nonn. ex c. 4 h. t.). *Domos quoque eorum non tantum in hac s. u. sed — vindicamus* (iam sequitur ultima pars c. 3 h. t.): *permissa eis veniendi — securitatem* (om. *et*): *multa — esse contemnenda.* (Seqq. desumpta sunt ex c. 4 h. t.) *His addimus — et inter viros illustres senatores — potiantur* (om. *nec — praegravandi, sed*) *ut — senatu, sub hac videlicet def. — numero ea privilegia — tres* (om. *quos: permisit*), *sed eos tunc demum perpotiri decernimus — cum per continuos — peregerint* et des. sqq.

TIT. XXIV. DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBUS.

1. *Imp. Iulianus A. Secundo*[c] *Pf. P.* Scias, senum capitum domesticis per singulas quasque scholas quinquagenas[d] iussis in praesenti esse iuxta morem debere praestari, ceteris, qui ultra numerum in praesenti esse voluerint, neque annonarias[dd] neque capitum esse mandandum *), sed omnes cogendos ad plurimos[e] suos ac terminos redire. *Dat. XV. Kal. Sept. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Severum Comitem domesticorum.* Domesticorum filios vel propinquos parvos vel impuberes domesticorum coetibus aggregamus, ita ut non solum matriculis inserantur, verum etiam annonarum subsidiis locupletentur. Quaternas[f] etenim annonas eos, quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse constiterit, in sedibus iubemus adipisci his conditionibus, ut annonae, quae amplius insumuntur, vel per tractorias deferuntur, recidantur. *Dat. XIV.*[g] *Kal. Sept.*[h] *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

3. *Iidem AA. ad Severum Comitem domesticorum.* Sicuti variis itineribus protectorum domesticorum schola comprehensos ad eam venire perspicimus, ita etiam sportularum diversa esse debebit insumptio. Grave enim admodum est, viros post emensum laborem, qui nullius rei cupidiores fuere quam gloriae, huiuscemodi erogationibus fatigari; eos tamen penitus solennitas inter quinos et denos[i] solidos sportularum nomine primatibus distribuere praecipimus. Eos autem, qui vel suffragio vel potentia vel gratia[k] sacram purpuram adorare pervenerint *), quinquagenos solidos volumus insumere. *Dat. XIV. Kal. Sept.*[l], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eusignium Pf. P.*[m] Domestici ac protectores osculandi, cum salutaverint, vicarios tui *) culminis habeant potestatem. Poena enim sacrilegii similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt aestimati. *Dat. prid. Non. Mart. Mediolano, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

5. *Iidem* **) *AAA. Addeo Comiti domesticorum.* Omnes, qui domesticorum iniuncti[n] nomini nunquam nostris obsequiis inhaeserunt, neque certis quibusque officiis deputati publicas executi sunt iussiones, protinus matriculis[o] eximantur. Deinde hi[p], qui amissam militiam nostro iudicio receperunt, si quidem[q] post unius anni sive biennii spatium loco sunt pristino restituti, in suo ordine permanentes fructum beneficii non amittant. Sin vero longo post tempore ambitione atque suffragiis ut rursus sociarentur, enisi[r] sunt, ita novissimorum nu-

---

Tit. XXIV. Cod. Iust. XII, 17. Numerus et libri et tituli suprascriptus est in fol. I. cod. I. Vid. infra c. 8 h. t. — c. 2 et 3 inter se coniungendae sunt. Commemoratur c. 2 a Cuiacio in Comm. c. 1 Cod. Iust. de Tractoriis (XII, 52) l. c. p. 507. — c. 4. Cod. Iust. XII, 17, 1. Bas. VI, 27, 1. Go. in comm. h. c. coniungendam esse opinatur cum c. 1 Cod. Iust. de Off. mag. mil. (I, 29). — c. 5. Go. h. c. cum c. 4 Cod. Iust. de Off. praef. praet. (I, 26) coniungendam esse dicit. Sed vid. c. 10 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), not. *d.* Ceterum vid. c. 6 h. t., not. *rr.*

---

c) Id est *Secundus Sallustius.* Cf. Ri. in Prosopogr. v. *Sallustius.* In codice cum rubrica h. tit. incipit secunda pagina folii XXI., sed absciss. est numerus. Etiam in inscr. c. 1 deest v. *Imp.* et in c. 2 v. *Impp.* d) Go. cj. *quinquagenis*, prob. Be. dd) Go. in not.: „Sustineri istud potest: *Annonariae* absolute, pro praestationibus et delegationibus annonariis: Quemadmodum *privatae* absolute, pro rebus privatis, et similia. Sunt tamen qui reponant *Annonas.*“ *) Sec. Go. Valesius rep. in Marcell. lib. XIV, p. 46 *dandum*, impr. Go. Mox Aur. Lugd. *congendos.* e) Nonn. rep. *proximos*, impr. Go., qui *pleromos* em., id e. numeros militares, sc. sedes. Alii sec. Go. in comm. cj. *numeros*, Valesius autem in Marcellinum XIV, 10. *manipulos.* Mox codex *Anthiociae*, et ita semper, quod semel moneo. f) Go. add. *et*, quod non errore irrepsit, quamquam Go. de eo tacet, sed in cod. Lugd. est (sc. *etenim*). Secutus igitur sum Go.; edd. *enim.* Paullo post codex *procinotib. bellicis idoneus.* g) Cui. 2 — Ri*. *IV.*, mendose; sed Cui. 2, 2* in Corr. *XIV.*, quem numerum in MS. Go. exstare recte dicit, nec solum c. 3 h. t. postulat cum hac c. iungenda, verum etiam Cui. 1 — Lugd. exhibent. Sec. Go. in Chron. h. a.: „al. III.“, sine dubio errore pro *IIII.* h) An add. *Med.*? Vid. not. *l.* c. 3 h. t. Go. in Chron. rep. vult *Dec.*, quoniam Novembri demum mense Valentinianus Mediolan. venit. Contra Tillemont. l. c. T. V. Notes, p. 3, n. XIV. vulg. script. defend. i) Locus aperte corruptus. Go. em. *tamen, ne p. s. intereat, quinos et d. sol.* etc. Pith. mavult *eos tamen penitus solemniter quinos et denos* etc. Valesius in literis ad Go. datis prop.: *Eos tamen penitus solemnia intra quinos et denos solidos*, impr. Go. Sed omnibus his cj. res non conficitur. Quid si *protinus solenniter?* Ceterum sec. Go. *inter quinos et denos* aperte in MS. scriptum est, recte. Edd. *quinos denos et solidos*, sed codex, Cui. 1 — Lugd. *solidus.* Mox in literis *pimus* v. *praecipimus* incipit fol. XXII. codicis. k) Go. in notis: „ex ingenio hic reposuit ista Cuiacius: malim *potentium gratia*, id enim hactenus ferunt erosae membranae.“ *) Go. in notis *promeruerint*, sed aptius h. l. est *pervenerint.* l) Cui. 2 — Be. add. *Med.* Vid. supra lib. V, 14, 3, not. *o.* In codice, Cui. 1 — Lugd. om. *Med.* et in codice absc. est numerus XIV. m) Cod. Iust. *Impp. Valent. et Valens AA. Eusignio P.P.* In codice perier. literae *ignium* et in subscr. *entiniano* (Valentiniano). *) Aur. Lugd. Cod. Iust. *osculandi, cum salutaverint vicarios, tui culminis h. p.*, quam interpunctionem Go. merito vituperat. **) Be. inscr. vult *Imppp. Theod. Arc. et Honor.*, cum in locum Valentiniani ann. 392 interfecti, IV. Id. Ian. ann. 393 Aug. creatus esset Honorius. Vid. c. 10 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), not. *y.* n) Aur. Lugd. *iniunctis*, mendose. o) Cui. 1 — Lugd. *patriculis*, quod ipse Cuiacius sec. Go. non semel tanquam legitimum et singulare notavit, et quod sec. Go. MS. *habent*; sed qui sint, nescio, cum in uno tantum libro Ms., Lugdunensi, haec c. servata sit. Codex habet *patriculis.* Scripturam *matriculis*, quae inde a Cui. 2 editur, probat praeter Go. etiam Valesius. Vid. c. 2 et 7 h. t. p) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hii.* q) Cui. 1 — Cui. 2* *eximantur: d. — receperunt. Si.* Go. ad v. *post* annotat: *intra.* Sed cf. extrema vv. h. c. Mox codex *restitu in suo.* r) Cui. 1 — Lugd. *enisi*, rell. *nisi*, ut MS.

mero iungantur, non ut nunc sternantur extremi, sed ut eum unusquisque obtineat locum, in quo esse eo tempore potuit ultimus, cum esset post biennium restitutus. *Dat. prid. Kal. Ian. Constantinopoli, Theodosio et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

6. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Addeo Comiti et Magistro**) *utriusque militiae.* Divale praeceptum [rr], quod, supplicantibus domesticis dudum devotissimis, laboriosos praetulit otiosis, et abuti prohibuit temporis privilegio eos, qui sibi potius*) quam rei publicae omni militiae suae tempestate vixissent, erga protectores quoque valere praecipimus, ac volumus inconcussum aeternumque durare, ut semper renovari possit. Illustris itaque auctoritas tua et eos militia solvere non morabitur, quos nihil unquam vel necessitatibus nostris vel expeditionibus bellicis profuisse constiterit, et his locum priorem auctoritate huius legis decernat, quos viderit otiosis oportere praeferri. *Dat. V. Non. Oct. Constantinopoli, Olybrio* [s] *et Probino Coss.* (395.)

7. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Epiphanio* [ss] *Pf. U.* Domestici atque protectores, cum primum ad decemprimatus gradum ordine militiae temporis prolixitate pervenerint, statim sibi praeter primicerium decem sequentes senatoriam vindicent dignitatem, seque cum allectione clarissimos nostro iudicio gratulentur; recedentibusque [t] proceribus, succedens sibi per matriculae ordinem usque ad praescriptum modum vindicet, quisquis accedit. Ad [u] nullas praeterea senatorii ordinis vocentur expensas, quibus non ambitio, sed meritum et nostrum spontaneum cognoscitur iudicium detulisse. *Dat. VI. Kal. Ian.* [v] *Ravenna, Constantio et Constante Coss.* (414.)

8. *Idem AA. Monaxio Pf. P.* Devotissimis domesticis, quos nobis, ut indicio nominis apparet, familiarius militando [x], optatam protulimus sanctionem, ut praeter primicerios decemprimi eorum, cum ad memoratum decemprimatus gradum pervenerint, statim clarissimo nomine decorentur, et inter allectos velut ex-consulares habiti [xx] senatoria se praeditos gaudeant dignitate; ad eundem clarissimatus honorem sequentibus, cum priores*) exierint, accessuris; ita tamen, ut immunes *a* senatoriis functionibus penitus habeantur. *Dat. XV. Kal. Dec.* [y] *Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

9. *Iidem AA. Monaxio Pf. P.* Devotissimos protectores, qui armatam militiam subeuntes non solum defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris*) nostri sollicitudinem patiuntur, unde etiam protectorum nomen sortiti sunt, inglorios [z] esse non patimur, sed ut devotissimis nuper protectoribus domesticis*), ita his quoque honorem congruum condonamus, ut praeter primicerium decemprimi eorum clarissimatus dignitate fulciantur**) et per ordinem, primis exeuntibus, qui ad decemprimorum numerum vocante gradu subierint, continuo [a] cum ipsa loci accessione clarissimatus sibimet *vindicent* dignitatem, et in amplissimo ordine inter allectos velut ex-consularibus habeantur, nullis senatoriis muneribus adstringendi. *Dat. XV. Kal. Ian. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

10. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P.* Praeter primicerios [aa] protectorum domesticorum [b] decemprimi scholarum, cum ad huius vocabuli dignitatem devote ac strenue militando pervenerint, statim clarissimatus honore decorati inter allectos veluti ex-consularibus esse mereantur, ita ut et [bb] a senatoriis functionibus peni-

— c. 6 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 1 Cod. Iust. de Domest. (XII, 17) l. c. p. 440. — c. 8 sec. Go. fortasse cum c. un. C. Th. de Praepos. lab. (VI, 25) coniungenda est. Vid. not. *y* et de cod. I. not. *xx*. Putabat etiam Go., h. c. coniungendam esse cum c. 9 h. t., quod tamen ipse in not. ad c. 9 reprobat. Commemoratur una cum c. 9 et 10 h. t. a Cuiacio in Comm. ad c. 1 Cod. Iust. de Praepos. lab. (XII, 18) l. c. p. 442. Sec. Go. indigitatur una cum c. 10 in c. 11 h. t.

Go. Codex clare habet *enisi*. Paullo post codex *trnantur*, sed corr. a librario *sternantur* literis *se* supr. *tr* additis. Idem *optinuat*. *) Aur. Lugd. mendose *magistris* et paullo post Go. *devotissisimis*. rr) Intelligitur c. 5 h. t. *) Hinc pag. secunda XXII. folii codicis. Idem paullo post *praecepimus*. In ima pagina habetur numerus quatern. XXXV. s) Aur. Lugd. *Olibrio*. ss) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Epifanio*. t) Ri*. *preced.*, mendose. Suspecta est vox *proceribus*. Fortasse scrib. *prioribus*. Vid. c. 8 et 10 h. t. In c. 9 *primi* appellantur. u) Cui. 1 *accedit ad*. Aur. — Cui. 2* *accedit, ad*. v) Go. in Chron. cj. *Iun.* x) Be. videtur vox aliqua, fort. *cognovimus* excidisse. Go. legi vult *qui — militant* etsi in MS. aperte est *militando*; potius codex *militandoptatam* habet. Assentior Go. xx) In literis *iti senatoria* inc. fol. quartum cod. I. (totius palimpsesti Taurinensis folium vicesimum) industria ill. Vesmii inventum, in quo pergitur usque ad c. 4 tit. XXVI. h. libri, vv. *cumulamus ut int.* Diversitatem scripturae debeo benevolentiae Vesmii. In superiore folii margine scriptum est *Lib VI T XXIIII.* Codex Lugd. *abiti*. *) Cod. I. *prioris*. Cum literis *ores exierint* incipit folium XXIII. codicis Lugd. y) Mensis deest in codice Lugd. (ubi abscissus est) et in Cui. 1 — Ri*., sed add. *Ian.* in Erratis Cui. 2, 2*, unde Be. edid. *Dat. XV. Kal. Ian.* Go. cj. *Nov.* aut *III. Id. Nov.*, ut coniungatur cum c. un. tit. sq. Certe *Ian.* vix ferri potest propter c. 9 h. t., quam recentiorem esse, apparet ex vv. *ut devotissimis nuper protectoribus domesticis* ad c. 8 referendis. Iam res deciditur cod. I., qui habet *K Dec.*, quod recepi. *) Cod. I. *lateri*. z) Go. in notis: „*inglorius*." Vv. *protectorum — patimur* des. in cod. I. *) Vid. not. *y* antec. **) Cod. Lugd. *fulcia | . tur*, fere evanidis literis *fulcia*. Rec. man. in m. annotat *fruā*, unde editum est *fruantur*, sed cod. I. habet *fulciantur*. Praeterea est in cod. I. *dignitatem*. a) Cod. Lugd. *contin..*, sed apparet pars literae seq. post *n* (*ι*). Cod. I. *continuo*, quod recepi. Edd. *consularem*. Paullo infra est in cod. I. *uuindicent* et pro *nullis* habet *..lla* i. e. *nulla*. aa) Cod. I. *Praetermicerios*, sed add. *i* supr. *rm*. b) Go. *domestciorum*, err. typ. Cod. Lugd. *protectortum*, sed corr. *protectorum*. bb) Go., quem Ri. — Be. secuti sunt; ex codice add. *et*. Cui. 1 — Cui. 2* om. *et*. Lacera membrana cod. I. habet . . . *nato . ib.* Mox ibidem

tus habeantur immunes, nulloque extrinsecus onere praegraventur, ceteris quoque *), ubi egressis prioribus ad praedictum suo ordine numerum locumque conscenderint, privilegiis paribus honorandis. *Dat. XVII. Kal. April.* [c] *Hierio et Ardaburio* [cc] *Coss.* (427.)

11. *Iidem AA. Heliodoro Pf. U.* Constantinopolitani *) amplissimi coetus [d] consensu, nostroque iudicio domestici decursis *gradus* stipendiis sub eo sint genere senatores, ut pri*mi*cerius quidem post acceptum tribunatum inter eos *dig*nitate potiatur, qui ducatum agere meruerunt, alii vero, qui decursis *sti*pendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, quibus iam ante decretum est *dig*nitatibus perfruantur [e], sed ita, ut inter eos sine du*bio* censeantur, qui immunitatem sibi laboribus redemerunt; ut [ee] fructus domesticis, impio termino conse*q*uenti, etiamsi mortalitas intervenerit, perire non *pos*sint *), sed quodammodo superstes illis solatii [f] servetur occasio, ac, si primicerii limen ingressi in ips*a* desideratae spei longa exspectatione fructus interruperit fati necessitas, non statim, qui praecerpat eos, quem vocat secundus ordo, succedat, sed liberis successoribusque tantum gradu venientibus agnatorum, quorum *) maxime cura emolumentorum perceptione gaudebat, residui temporis usque ad annum, quae debentur, solenniter colligantur. *Dat. III. Id. Iun. Constantinopoli, Valerio et Aetio VV. CC. Coss.* [g] (432.)

TIT. XXV. DE PRAEPOSITIS LABORUM [gg].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio Pf. P.* Qui ex *devotissimis* domesticorum scholis praepositi labor*um* *) nostro iudicio et stipendiorum sudoribus promo*ve*ntur [h], ad similitudinem decemprimorum [hh] domes*ti*corum clarissimi sint inter allectos, ita ut ex-consu*la*ribus habeantur. Nam et *) senatorio nomine et im*munitate* digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat. *Dat. III. Id. Nov. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* [i] (416.)

TIT. XXVI. DE PROXIMIS, COMITIBUS DISPOSITIONUM CETERISQUE, QUI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT [k].

1. *Imp. Iulianus A. ad Secundum Pf. P.* In rebus prima militia est: secundus [kk] in literarum praesidiis pacis ornatus. Ideoque scriniorum nostrorum merita perpendentes [l], secundum eis in privilegiis locum tribuimus,

---

— c. 11. Cod. Iust. XII, 17 2 mut. Bas. VI, 27, 2.

Tit. XXV. Cod. Iust. XII, 18. — c. 1. Vid. c. 8 antec. tit., not. super. et not. γ. Cod. Iust. XII, 18, 1 mut. Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Excus. mun. (X, 47) l. c. p. 307 et ap. Baron. ad ann. 312, n. XXXVII.

Tit. XXVI. Cod. Iust. XII, 19. — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Comm. tit. Cod. Iust. de Proximis sacr. scrin. (XII, 19) l. c. p. 442 et tit. Cod. Iust. de Agent. in reb. (XII, 20) l. c. p. 451. Confirmatur haec lex ab Arcadio in c. 7 h. t.

---

deest *penitus.* *) Vv. *extrinsecus — quoque* des. in cod. I. c) Go. addi vult *Constantinopoli.* cc) Codd. et edd. *Ardabure* praeter Be., qui *Ardaburio.* *) Hanc vocem ad inscriptionem retrahendam esse Go. putat, ut legendum sit *Iidem — Pf. U. Constantinopolitan.* et ipsa const. ordiatur in v. *Amplissimi* etc. Dissuadere hoc videtur Cod. Iust., in cuius inscriptione simpliciter *P. U.* nominatur. Post *amplissimi* incipit in codice Lugd. pagina secunda fol. XXIII. d) Edd. *senatus.* Restitui *coetus*, nam ita habet cod. I. et similiter cod. Lugd. . . | *etus.* Mox cod. I. *con* | . . . *sum nostroquae*, et paullo infra post v. *quidem* om. *post.* e) Cod. I. *dignitatem — numerum subs. his* (non male) *quibus iam — fruantur.* ee) Go. rep. vult *et*, sine caussa. Supra cod. Lugd. *numeros obsequuntur*, sed em. a librario. *) Cod. I. *possit*, prob. Vesm. Cod. Lugd. *quod ad modo.* f) Go. ex codice Lugd. em. *solatii* pro *solaciis,* quod in edd. est; recte et ita habet cod. I., qui sic: *supers* | . . . . *lius* (supers*tes il*lius) *solatiis* (sed deletur *s*) *servetur.* Sed quod Go. paullo post cj. *ingresso* (non *egresso*, ut Be. scribit), id non probo. Genitivus pendet a v. *fructus* (*fructus eius, qui ingressus est limen pr.*), quod pro plurali habendum est, quia sequitur v. *eos.* Cod. Lugd. *ingressus*, sed corr. a librario *ingressi.* Rec. manus in m. em. *ingressis.* Ita etiam librarius em., quae infra mendose scripserat: *expepctatione — statimp qui.* Sed etiam cod. I. in seqq. multa menda habet, qui sic: *praecespat eos — successionib . q. tantum — praeceptione g. residus temp. . . . usq.* *) Go. in notis: „*adgnationis durantis.* g) Cod. I. *Attico et Valerio.* In Cod. Iust. h. c. in haec vv. contracta est: *Primicerius quidem domesticorum et protectorum utriusque scholae post adeptum tribunatum inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint: alii vero — subsequuntur, Consulari, id est clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decemprimorum accessione. Dat. — Const. Aetio et Valerio VV. CC. Conss.* Cf. Zirardin. l. c. p. 436 et 438 not.

gg) Sec. Go. pro *labarorum*, s. contracta forma *labarum.* Cf. Cuiacius l. c. p. 442 et Go. in comm. h. c. Convenit cum Go. cj. cod. I., qui in c. un. h. t. (nam rubrica ipsa evanida est) habet *lavarum.* Cum h. tit. incip. fol. XXVI. cod. Lugd. Mox Go. in inscr. *FP.* pro *Pf. P.* *) Vid. not. *gg.* h) Vv. *Qui ex — promoventur* citantur a Cuiacio l. c. hh) Aur. — Cui. 2* *decem prim.* Go. — Ri*. *Decem — prim.* Mox Cui. 1 — Cui. 2* Cod. Iust. *ex cons.* *) Ex cod. I ; nam in cod. Lugd. et in edd. om. *et.* i) In Cod. Iust. multis vv. om h. c. ita legitur: *Qui praepositi l. n. iudicio promoventur clarissimi — habeantur. Nam et immunitate — Coss.* Go.—Ri*. *Cons.* In cod. Lugd. des. literae *adio Coss.*

k) Cui. 1 — Cui. 2* uno tenore *De proximis comitibus dispositionum*, sed dividenda esse haec vv. apparet ex c. 2, 12, 18, aliis locis h. t., neque opus esse coniunctiva *et*, quam hic omissam putabat Gutherius de Off. dom. Aug. III, 7, p. 564 (ed. Lips.), demonstrat Go. Cod. Iust. *De proximis sacrorum scriniorum ceterisque* etc. In cod. Lugd. des. literae *um* ex v. *Dispositionum.* In cod. I. rubricae (quae duo versus explet) aliquae tantum literae apparent. kk) Cod. I. sic: *In reb. primatumilitia se* . . . | *dus.* l) In cod. I. om. *Ideoque — perpendentes* et mox *in* post *eis.* Ibidem paullo infra scriptum est *ceerisq.* (pro *ceterisque*), *ac* (pro *hac*), *iuriam* (pro *curiam*). *) Cod. I. *devocentur.* In cod.

ut omnes, qui quindecim annis in scriniis laboraverunt memoriae ac dispositionibus epistolarum ac libellorum, licet patre vel avo ceterisque maioribus curialibus orti ac prodíti sint, tamen ab omni hac necessitate habeantur immunes, nec ad curiam devocentur *). *Dat. VII. Kal. Oct. Antiochiae. Acc. V. Id. Nov. Naisis*[ll], *Mamertino et Nevitta V. C. Coss.* (362.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Valerianum Pf. U.*[m] Clarissimos viros proximos scriniorum et magistros dispositionum vicariorum ordini copulamus ita[n], ut prior[o] aliunde provectus*), palatinis honorariis *praeferatur*, ut[p] prius e palatio cum huiusmodi dignitat*e* dimissus, priorem locum aliis post, etiam vera admin*is*tratione, venientibus sortiatur. *Dat. IV. Kal. April. Mediolani, Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

3. *Iidem AAA. ad Hypatium Pf. P.* Obsecundatoribus sacrorum scri*niorum*, quorum[pp] mentibus ingeniisque committimus, quic*quid* in alios quoque*) perennium saepe proferimus sanc*tion*um, equorum ad militare subsidium ab honoratis proxime venire iussorum missam[q] faciamus[r]. Nullis igitur vel aetate praesenti, vel in reliquum tale si quicquam emerserit, aut equorum oblationibus aut quibuscunque praeterea de collativo omnium postulatis parere cogantur. *Dat. XVIII. Kal. Ian. Patavi, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

4. *Iidem AAA.*[s] *Cynegio Pf. P.* Proximos memoriae, epistolarum ac libellorum[t] ita vicariorum honore cumulamus, ut inter[tt] eos merito dignitatis habeantur, qui pro-praefectis dioeceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostentat[u], insequentibus praeponendi, qui vicarias[v] postea administraverunt[x]. *Dat. prid. Kal. Ma.*[y] *Constantinopoli, Honorio, nobilissimo puero, et Evodio Coss.* (386.)

5. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Constantio Pf. P.*[z] In sacris scriniis nostris militantes ordinarii iudices a salutatione non arceant, etiam inviti in consessum accipiant*); scituris vel principe vel cornicul*ario* vel capitibus, *ternas*[a] *libras auri ex suis facultatibus* eruendas, si consistorium nostrum

— c. 2 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Primicerio (VI, 10) et c. 5 C. Th. de Honor. codic. (VI, 22). Commemoratur haec lex in c. 13 C. Th. de Privilegiis eorum, qui in sacro pal. (VI, 35). — c. 4. Cod. Iust. XII, 19, 1. Bas. VI, 28, 1. Coniungenda est h. c. sec. Go. cum c. 111 C. Th. de Decur. (XII, 1), sed verius videtur coniungenda esse cum c. 3 C. Th. de Princip. agent. in reb. (VI, 28). Cf. infra not. *y*. Fortasse etiam omnes illae constitutiones una cum c. ult. C. Th. de Sepulcr. viol. (IX, 17), c. 5 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27), c. 48 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5), quarum subscriptiones suspectae sunt, in unum diem (prid. Kal. *Mart.*) incidunt, ut sint unius eiusdemque amplioris ad Cynegium datae legis per C. Th. dispersae laciniae. Nam quod nonnullae earum diversi argumenti sunt, hoc non obstat, cum ea sit maiorum constitutionum indoles, ut diversa in iis argumenta tractentur, cuius rei complura sunt exempla in Novellis Theodosii posteriorumque imperatorum et in constitutionibus illis, quas a primo editore Sirmondiacas appellare solemus. Significatur haec lex in c. 10 h. t. Vid. etiam infra not. *tt*. — c. 5. Cod. Iust. XII, 19, 2 et I, 48, 3 mut. Bas. VI, 28, 2 et Bas. VI, 1, 117. Integra profertur ap. Bou. l. c. p. 761. Respicitur in c. 7 et 16 h. t.

Lugd. cum literis .. | *vocentur* incipit pagina secunda folii XXIV. Cui. suppl. *revocentur*, quod transiit in edd. Sed vid. infr. VIII, 4, 1. Paullo ante cod. Lugd. *habiantur*. ll) Reinesius annotat: „Neque tempus, neque locus recte annotatus est. Legam *VII. Kal. Nov. Ancyrae*. Iulianus enim Sept. exeunte movit Constantinopoli Antiochiam. Eo itinere Ancyram venit, deinde m. Novembri Antiochiam intendit vel potius *VII. Id. Oct.*“ Go. et Be. cj. *Naissi* in Dacia, quocum videtur congruere cod. I.; sed Secundus non videtur Pf. P. Illyr. fuisse. An *Nassonaci* in Gallia, cuius Pf. P. Sallustius Saturninus Secundus fuit? Vid. Ri. in Prosopogr. ad v. *Sallustius*. Sed hic plerumque Sallustius, non Secundus in actis publicis appellatur, quas ob caussas locus incertus est. Cod. Lugd. *Nov̄* | ... *isis*. In inscr. c. sq. deest v. *Imppp.* m) In Cui. 1 — Lugd. positus est asteriscus post *Valerianum* pro *Pf. U.*, quod in codice Lugd. abscissum quidem, sed addendum est. Vid. c. 2 et 5 citt. Et habet cod. I. *pū*. n) Go. in notis: *ita quidem*. Cod. Lugd. *ita aut* et cod. I. *copulemus ita ut*. o) Putabat Go. scribendum esse *prius*, sed tamen nihil mutavit. *) Go. retinendum esse dicit v. *provectus*, neque mutandum in *provectis*, recte. p) Go. em. *at*, quo non opus est. Mox cod. I. *dismissus*. pp) V. *quorum* deest in codice I. *) Go. cj. *quosque*, non male. Paullo ante cod. Lugd. *ingenuisq.*, sed corr. a librar. q) In m. Cui. 1 — Cui. 2*: „forte deest *oblationem*“ (sed Aur. Lugd. mendose *oblutionē*). Aut *collationem* aut *oblationem* aut *praebitionem* aut simile quid addendum, si quid addendum. Missam enim facere pro missionem, remissionem, indulgentiam, hac aetate dici, Go. demonstrat in comm. h. c., ubi vide plura. r) Go. in notis non displicet *facimus*. s) Be. legi vult *Imppp. Valent., Theod. et Arcad.*, sed etiam Cod. Iust. cum vulgata C. Th. inscriptione conspirat et c. 7 Cod. Th. de Sep. viol. (IX, 17), ubi tamen Cod. Iust. cum Be. consentit. t) Cod. Iust. *atque dispositionum*, impr. Go. tt) In vv. *cumulamus ut int* desinit folium quartum codicis I. u) Cod. Iust. *ostendat*, impr. Go. Supra codex *habiantur* — *dioecesis*. v) Aur. Lugd. *vicaria*, mendose. x) Cod. Iust. *administraverint* et add., ut videtur, ex c. 12 h. t. *et nullam iniuriam descriptionis perhorrescant*. y) Cui. 1 — Cui. 2* *Ma.*, quod siglum et *Maii* et *Mart.* significat; illud recepit Go. hanc c. coniungens cum c. 111 C. Th. de Decur. cit. Item Ri. — Be. Mihi videtur *Mart.* legendum esse, et haec c. coniungenda cum c. 3 C. Th. de Princip. ag. in reb. cit. propter consonantiam argumenti utriusque legis, etsi codex *Māi* habet. Ceterum in codice bis scriptum est v. *prid.* z) Cod. Iust. utroque loco *Constantino PP. Galliarum*. Go. in Chron. h. a. improbat *Constantio* et addi vult *Galliarum* post *Pf. P.* Aur. Lugd. *AA.* *) In literis *sum accipiant* incipit folium XXV. codicis. a) Cod. Iust. *In* — *militantes*, *in provinciis ordinarii*, *vel spectabilis* (impr. Cui. l. c.) *iudicis ad salutationem* (impr. Go.) *non arceantur et inviti* — *accipiantur* — *capitibus officii ternas*. Memorabile praeterea est, vv. *ternas libras auri ex suis facultatibus* te-

saepe ingredientibus secretarii iudicum[b] *non* patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. *Dat.*[c] *VI. Id. Nov. Treviris*[d], *Timasio et Promoto VV. CC. Coss.* (389.)

6. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio Magistro officiorum.* [De his, qui in sacris][e] scriniorum proximi*) transacto *biennio* conquiescant, dentque locum ceteris, qui ad ulti*mum* gradum pervenire festinant. Eos sane, qui ante hoc statutum in locis memoratis inventi sunt, ad *metam* triennii concedimus pervenire. *Dat. XV. Kal. Febr.* **) *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

7. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Privilegia, quae divae memoriae Iulianus[f] in sacris scriniis militantibus tribuit, et illum honorem, quem augustae memoriae Valentinianus iisdem[g] detulit, confirmantes, scilicet ut ingredientes sponte[h], sine ullo nuntio secretarium iudicantum considendi etiam iudicibus habeant potestatem, id etiam nostra moderatione decernimus, ut viginti annis in militia scriniorum, memoriae, epistolarum libellorumque versatus, consularis inter allectos dignitate cumulatus abscedat, eumque honorem vel apud rectorem vel*) in coetu amplissimi senatus obtineat. Ita autem eos post militiam esse volumus otiosos, ut ab omni publica molestia habeantur immunes, nec iniungendi quicquam quis in eos habeat potestatem. *Dat. XVI. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

8. *Iidem AA. Claudio Pf. U.* In scriniis palatii militantes[i] post vigin*ti* annos transactae militiae si discedendum sibi esse *decreverint*, consulari honore fulti inter allectos *hab*eantur, huncque honorem dignitatis in senatu[k] *teneant*, qui ex-consularibus deferri consueverit[l]: nec eos quisquam iniungendo aliquid vel iubendo possit ab impertito[m] otio separare. *Dat. XV. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

9. *Iidem AA. Caesario Pf. P. Inter alia**): His, a quibus dispositionum nostrarum norma seriesque servatur, eadem privilegia honoresque peractae militiae tribuimus, quae scriniorum nostrorum meritis nuper praecepimus[n] custodiri. *Dat. VI. Id. April. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

10. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Ad similitudinem*) proximorum, qui in scriniis militantes comitum dignitatibus adornantur, hi[o] quoque, qui priores in scrinio dispositionum fuerint, et comitis acceperint dignitatem, ex eo die, quo promoti in scriniis fuerint, eorum numero socientur, qui potestates vicarias perceperunt; scilicet ut a Nestorio, viro clarissimo, qui nunc in loco memorato versatur, dignitatis huius sumatur exordium. *Dat. IX. Kal. Iul. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

11. *Iidem AA. Hadriano Magistro*) officiorum.* Per omnia scrinia nostra, singulis annis emensis, qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatum, locum per ordinem succedentibus dantes: manente penes eos nihilominus dignitate, quam divus pater noster[p] huius ordinis viris, singularis meritorum arbiter, dedit, scilicet ut quicunque ex-proximo post stipendia tandem acta discesserit, vicariis conferatur, ac si*) eam ipsam egerit dignita*tem*; integris omnibus privilegiis[q], quae cunctis scriniis omnes retro principes diversis legibus praestiterunt. Atque[r] nulla posthac de statuto tempore possit esse con*tentio*, genuinus natalis

---

— c. 6 Go. coniungendam esse putat cum c. 14 C. Th. de Palatinis (VI, 30), c. 8 et 9 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27) et praeterea cum c. 4 C. Th. de Milit. veste (VII, 6), etsi c. 14 et c. 4 ad alium magistratum datae sunt. — c. 7 et 8 sec. Go. inter se coniungendae sunt. Vid. Go. in comm. c. 8 h. t. — c. 8. Cod. Iust. XII, 19, 3. Bas. VI, 28, 3. Vid. c. 7 h. t. — c. 10 commemoratur a Cui. in Comm. tit. Cod. Iust. de Proximis (XII, 19) p. 442.

---

ste Go. abesse a MS. Lugd., qua de caussa videantur a Cuiacio ex Codice Iust. restituta esse. Recte, nam revera in codice des. b) Ita Be. iubente Go. ex utraque Codicis Iust. lege. Male codex, Cui. 1 — Ri*. *iudicium.* Vide similem locum c. 7 h. t. *ut ingredientes — potestatem.* In Cod. Iust. I, 48, 3 h. c. ita legitur: *Sciant principes, et cornicularii, et primates officiorum, et iudices etiam, ternas l. a. a suis f. e. si honoratis viris, quibus etiam consistorium n. ingrediendi facultas praebetur secretarii — Conss.* c) Sec. Go. et Bou. pro *Reddita*, *Accepta.* Vid. Go. in Comm. h. c.; c. 3 Cod. Iust. cit. *Dat. V.* d) *Triveris* codex, Cui. 1 — Ri*. Bou.; c. 2 Cod. Iust. cit. *Treveris — VV. CC. Coss.*, sed c. 3 Cod. Iust. cit. *Tyberiade* et om. *VV. CC.* e) Haec vv. addito v. *scriniis* Go. ad inscriptionem retrahi iubet. Be. ea primus uncis inclusit. *) In m. Cui. 1 — Cui. 2* annot.: „*forte deest militarunt*, impr. Go. et Ri. **) Go. addi vult *Constantinopoli* ex legibus, quas cum hac coniungit. f) Intelligitur c. 1 h. t. Ceterum nota, quod Iulianus *divus* appellatur a Christiano imperatore. g) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Vid. c. 5 h. t. h) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* om. *ac*, quod ap. Go. — Be. tacite additur. Sed tamen cum oratio sine hoc v. procedat, delendam esse duxi voc. *ac.* Cod. Lugd. *spontae.* *) *vel* pro *et* sec. Go. Codex *epistularum — consulares — aput — otiosus — inmunis.* Pagina secunda folii XXV. codicis incipit cum inscr. c. 8 h. t., sed des. literae *Iidem AA.* Scriptum erat etiam *Cladio*, sed em. a libr. *Claudio.* i) Cod. Iust. add. *id est memoriae, epistolarum, libellorumque ac dispositionum.* Ceterum cf. ad prima h. c. vv. c. 4 h. t. k) Cod. Iust. om. *in senatu*, impr. Go. in comm. Cod. Lugd. *senatu* | . *eneant*, a sec. m. supra add. *habe.* l) Cod. Iust. *consuevit.* m) Codex, Cui. 2 — Ri*. *imperito*, mendose. *) Haec sec. Go. interciderunt omnia. In codice deest v. *Iidem.* n) Ita em. Be. auct. Go.; rell. cum codice *praecipimus.* Significantur c. 7 et 8 h. t. *) Vid. c. 4 h. t. o) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hii.* Cui. l. c. *et ii*, a quo haec vv. ita proferuntur: *Ad s. prox.* (om. *qui — adornantur*) *et ii quoque — acceperint dignitatem.* Paullo infra codex *comites.* *) Ri. *Magisto*, err. p) Vid. c. 4 h. t. *) Ri. Ri*. mendose *ac sic.* Folium XXVI. codicis incipit *cariis conferatur.* q) Cf. c. 1, 3, 5 h. t. r)

nostri dies quotannis com*itivam* proximatus, mansura in longum aetate, celebrab*it*[s], ut expeti ambitione non possit, quod laboris praemi*um* speciali munere aestimavimus. *Dat. III. Non. Iul. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

12. *Iidem AA. Clearcho Pf. U.* *) Omnes, qui ex-proximis venerando coetui senatus fuerint aggregati, sive hi de scrinio memoriae sive **) epistolarum vel libellorum sive dispositionum comites fuerint, ad septenos duntaxat annuos solidos teneantur[t], nullaque extrinsecus collatione vexentur, nec molem promissionis*) nec scriptionis iniuriam perhorrescant**). *Dat. prid. Id. Sept. Constantinopoli, Vincentio et Fravitta*[u] *Coss.* (401.)

13. *Iidem AA. et Theodosius A.* ....[v] Sicut iampridem*) a praetura immunitatem tribuimus his, quos[x] post emeritam in armis militiam ad honorem ducatus nostrae serenitatis provexit iudicium, ita nostrorum scriniorum proximi etiam deposita militia praeturae immunitate potiantur. *Dat. VIII. Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.* (407.)

14. *Iidem AAA.*[y] *Epiphanio Pf. U.* Quamvis innumeris legibus[z] scriniorum[a] gloria decoretur, iubemus tamen, ut primo omnium sit eorum secura possessio ab omnibus sordidis muneribus excusata, superindictum non timeant, venalitium non petantur[b], solumque canonicae indictionis praestent tributum; glebalis auri solutionem nesciat labore dignitas conquisita, extraordinarium munus ignoret, nec ullam temonis patiatur iniuriam; *equo*rum tironumque praestationem nullus agnos*cat*, qui honorem proximi et comitivam primi dispos*itio*num longi temporis sudore quaesivit. Et haec *qui*dem[c] patrimoniis censuimus deferenda, quibus omnia illibata servamus, quaecunque divi genitoris nostri[d] et cunctorum principum statuta detulerunt. §. 1. Ipsis vero veniendi ad comitatum liberam licentiam perpetuamque praestamus, nec in eorum personis exspectari augustam praecipimus iussionem. §. 2. Quod autem omnibus constat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur; ut, etiamsi prosperioris fortunae iudicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis[e] labore privilegia quaesita serventur, et integrum circa eos eorumque facultates semper maneat, quod anterioris aetatis industria conquisivit[f] etc. *Dat. Id. Oct. Ravenna, Honorio VII. et Theodosio II.*[g] *AA. Coss.* (407.)

15. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Melitio Pf. P.* Quoties equorum aliarumque rerum procedit indictio, in sacris scriniis militantes*) immunes ac segreges habeantur, ita ut neque in militia neque post militiam huius sollicitudinis molestiam sustineant. Quibus exceptis, circa alios, cum ratio flagitaverit, indictio postulabitur; scientibus iudicibus eorumque apparitionibus[h], decem librarum auri mulcta[i] se subiiciendos, si ab eorum in futurum conventionibus non temperarint. *Dat. XVI. Kal. Dec. Ravenna, Varane*[k] *V. C. Cos.* (410.)

16. *Iidem AA. Faustino Pf. P.* Peculiari prae-

— c. 12 Cod. Iust. XII, 19, 1. Vid. infra not. **). Commemoratur a Cui. in Comm. tit. Cod. Iust. de Proximis (XII, 19) l. c. p. 442 et c. 1 Cod. Iust. eod. p. 443 et c. 2 Cod. Iust. de Praet. (XII, 2) l. c. p. 423. — c. 14 Go. coniungi vult cum c. un. C. Th. de Comit. vac. (VI, 18). Vid. not. *y* et *g*. Cod. Iust. XII, 19, 4 mut. Bas. VI, 28, 4. Commemoratur h. c. in Comm. Cuiacii ad c. 11 Cod. Iust. de Palat. sacr. larg. (XII, 24) l. c. p. 462. — c. 16. Cod. Iust. XII, 19, 5. Bas. VI, 28, 5.

Go. em. *Utque*, prob. Be., vel *Atque ut.* Mihi placet *Atque ne ulla.* s) Ita Be. auct. Go.; Cui. 1 — Ri*. *celebravit.* Frequentissima est talium formarum futuri et perfecti in codicibus permutatio, cuius rei in superioribus libris centena vidimus exempla. Codex *celebrav* . . | *ut.* *) Aur. Lugd. om. *Pf. U.* **) Cui. 2, 2* mendose *sine.* Paullo ante codex *adgraegati sive hii.* t) Initium h. c. usque ad *teneantur*, om. tamen v. *annuos* exhibetur ap. Cui. l. c. p. 442. Codex *extrensecus.* *) Reinesius cj. *professionis.* **) Extrema h. c. vv. rec. esse videntur in c. 1 Cod. Iust. h. t. ibique ita se habent: *et nullam iniuriam descriptionis perhorrescant.* Vid. c. 4 h. t., not. *x.* u) Codex *Vincenti et Fravito.* Cui. 2 — Ri*. *Fravitto.* Cui. 1 — Lugd. *Franitto.* Ceterum Aur. Lugd. *Cons.* v) Nomen et dignitas eius, ad quem missa est h. c., non solum om. in edd., sed sec. Go. etiam in MS., recte; nam in codice scriptum est *Theodosius A. Sicut.* In Cui. 1 — Go. lacunam indicat asteriscus. Apud Ri. Ri*. deest lacunae signum. *) Vid. c. 28 Cod. Th. de Praetor. (VI, 4). x) Be. rec. *quos*, quod Go. in MS. esse recte dixit; rell. *qui*, male. y) Cui. 1 — Ri*. *Iidem AA.* Go. rep. vult *Honorii et Theodosii* nomina, quae sunt in inscr. c. un. cit., sed vulgatam tuetur Cod. Iust., in quo *Iidem AA. et Theodosius A.* Codex, Go. — Ri*. *Epifanio.* z) Vid. c. 1, 3, 5, 7, 8, 9 h. t. a) Go. sine caussa cj. *scriniariorum* argumento: „*eorum secura possessio.*" b) Be. auct. Ri. ex Cod. Iust. rest. *petatur.* Sed reponendum ex codice, Cui. 1 — Ri*. *petantur*, etsi Be. retento v. *petantur*, add. esse existimat *ad* ante *ven.* Rectissime enim dicitur *venalitium petor.* Accedit, quod vv. *timeant — petantur — praestent* inter se cohaerent, ut Be. cj., quippe quae orationem impedit, ferri nullo modo possit. Ceterum codex *timemeant*, sed corr. *timeant.* Deinde in v. . . . *orum* incipit pag. secunda folii XXVI. codicis. c) Ita Cod. Iust., probb. Go. et Be., atque MS. sec. Go. Edd. *eadem*, quod non aptum est. Codex habet *Et haec* | . . *dem*, quae lacuna non adversatur scripturae a nobis receptae. Rec. man. in codice supra addit *ea.* d) Intell. c. 4 h. t. e) Sic etiam Cod. Iust. Go. mavult *scrinii.* In comm. autem haec vv. sic refert: *vetera tamen privilegia in scriniis labore quaesita eis serventur.* Codex mendose *loboret privilegia.* f) Ita codex, Cui. 1 — Ri*., Be. *consequitur*, male. In Cod. Iust. h. c. his vv. legitur: *Iubemus, ut primum o. s. eorum, qui in sacris scriniis nostris, id est, memoriae, epistolarum, libellorum et dispositionum referuntur, secura — timeant aut ven. non petatur* (sed nonn. edd. habent *petantur.* Vid. supra not. *b*) — *tributum, ut labore — temonum patiatur — agnoscat, qui vel adhuc in scriniis militat, vel honorem — Et haec quidem patrimoniis c. deferenda* (et om. *quibus — iussionem*). *Quod autem — etiam si pro superioris fortunae — serventur*, et des. sqq. g) Go. poni vult ex c. un. cit. *Hon. IX. et Theod. V.* (412.) Cod. Iust. plane ut nos. Vid. Go. in not. *) Codex *sacriscriniis militanter immunes.* h) Sec. Go. pro *apparitoribus.* i) Go. Be. rep. volunt *multae.* Codex *subiciendo.* k) Cui.

ceptionis nostrae favore praestamus, ut in scriniis memoriae, epistolarum libellorumque ab exceptoribus, usque ad melloproximos dignitatem clarissimorum honoremque percipiant; et sicuti reliqui, qui in iisdem[l] scriniis militant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressum in secretarium[m] consessumque habere legibus *) meruerunt, ita hi quoque, in quos hanc, stipendiorum meritis, clarissimatus conferimus[n] dignitatem, cum spectabilibus etiam se habere reverentiam recognoscant, ut consedendi ingrediendique secretarium sciant a nobis licentiam contributam[o], sub mulctae interminatione, quam officio sanctio dudum indulta constituit. *Dat. VIII. Id. Iun.*[p] *Ravenna, Lucio V. C. Cos.* (413.)

17. *Iidem AA. Eustathio, viro illustri, Quaestori et Helioni, viro illustri, Magistro officiorum* *). Pro biennio annum solum agere deinceps **) decernimus eos, qui in tribus scriniis, memoriae, epistolarum libellorumque, ordine ac merito stipendiorum ad gradum pervenerint proximorum[q]; sed inter cetera privilegia, quae divalibus beneficiis sacris scriniis attributa sunt, quaeque[r] salva atque intemerata in perpetuum manere decernimus, ut[s] eorum, qui potestatem vicariam administraverint, pro tenore veterum et nostrarum sanctionum hi, qui proximatum egerint, honore censeantur. §. 1. Secundi etiam ordinis comitivae codicillos accipiant, cum eum locum nacti[t] fuerint, in quo hactenus tertiae comitivae gradu fruebantur, ita ut ex lege iam debitos atque solennes codicillos genuino die natalis meae clementiae in posterum, dum agunt proximatum, singulis quibusque annis accipiant, post depositum actum inter eos, qui vicariam potestatem egerit[u], honorandi. Quam legem secundum ipsorum petitionem praeterea[v] tres melloproximos, id est Benagium, Hypatium et Theodorum, circa omnes alios valere praecipimus[x]. *Dat. VIII*[y]. *Id. Febr. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

18. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Acacio Comiti S. L.* Tam proximo scriniorum, quam comiti dispositionum *), pro delata eis comitivae secundi ordinis dignitate, vestem ex integro[z] in posterum praeberi, tua celsitudo *) disponat. *Dat. VII. Kal. Dec. Constantinopoli, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. PP. AA. Coss.* **) (426.)

TIT. XXVII. DE AGENTIBUS IN REBUS.

1. *Imp. Constantius A. . . . . ad PPO. Post alia de Agentibus in rebus*[a]: Si quis annos viginti transierit in obsequio, minime eum ad curiam revocari[b]. Quod et circa scrinia nostra et cancellarios *) et largitionales et officiales comitum rerum privatarum volumus observari etc. *Dat. VIII. Id. Mart. Constantio A. VII. et Constante C.* [c] *Coss.* (354.)

— c. 17. Cod. Iust. XII, 19, 6. Bas. VI, 28, 6. Meminit huius legis suae Theodosius infra c. 21 de Pal. sacr. larg. (VI, 30). — c. 18 commemoratur a Cuiacio l. c. p. 442.

Tit. XXVII. Cod. Iust. XII, 20. — c. 1 Go. coassandam esse ducit cum c. 5 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4) et cum c. 4, 5, 6 C. Th. de Diversis off. (VIII, 7).

1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Varone.* Codex, Go. *Varonae.* Vid. de hoc nomine Go. in Chron. h. a. ed. Ritteri T. I, p. CLXXIII. sq. Mox Go. Ri. Ri*. *Conss.* l) Ita Be. ex Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem* et paullo post *hii* quae fere constans codicis et harum editionum scriptura a me in sqq. non annotabitur. Folium XXVII. codicis incipit in vv. *proximos dignitatem.* m) Cod. Iust. *sicut — ingressum secretarii.* *) Vid. c. 5 et 7 h. t. n) Go. *conferrimus*, err. Idem supra *Clarissimotum.* o) Cod. Iust. *etiam habere sese — ingrediendive secr. sibi sciant a n. l. c.* et om. *sub mulctae — constituit.* p) Sec. Be. Cui. 1 *Iul.*, quod falsum est; habetur enim *Iu.* in codice, Cui. 1 — Lugd. *) Male Cod. Iust. *Iidem AA. et Valent. A.* et om. *Eustathio — officiorum.* **) Abrogatur c. 6 h. t. q) Seqq. dcs. in Cod. Iust. r) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *quae* (om. *que*), err. s) Go. inducendam esse putat voc. *ut.* Sed errat Go.; v. enim *decernimus* primum accusativus cum infinit. sequitur; deinde cum v. *ut* construitur. Recte igitur punctum ante *sed*, quod erat in Cui. 1 — Ri*., a Be. mutatum est in minorem interpunctionem. t) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *nancti.* Paullo infra codex *accepiunt.* u) Scrib. *egerint*, quod Go. et Be. prop. v) Go. recte cj. *praeter*, sed Be. male *praeter eos.* In literis *tereatres* incipit pagina secunda folii XXVII. codicis. x) Ita codex, Go. et Be. de cj. Go.; Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *praecepimus.* y) Ita codex, Cui. 1 — Go. et Cod. Iust.; Ri. — Be. *VII.* *) Exordium legis usque ad h. v. profertur in Comm. Cuiacii l. c. Codex *pro dilata eis.* z) Cui. 1 — Be. *ex integro*, quam scripturam Go. Cuiacio falso tribuit. Dicit enim Go. ad vv. *ex integro*: „Ita Cuiacius ex coniectura," fuit enim in MS. sec. Go. *ex in . . . Ro* (Ri*. quattuor puncta ponit). Go. cj. *intexto* i. e. ἐπίσημος, vestis', cui aurum intextum est, vestis inaurata aut *integro bero*, id est oloveram vestem, priori tamen cj. adhaerens. Sed tamen in codice, etsi evanidis fere literis, habetur *ex integro*, quare nihil mutandum est. Vid. Go. in comm. h. c. *) Cui. 1 — Lugd. *cessitudo*, err. **) *Del. PP.* Aur. Lugd. *Cons. VII.* absciss. est in cod.

a) Ita codex, qui praeterea *Post alia de agē | tib. in reb. Si quis* etc. Cui. 1 — Lugd. *Imp. Constantius A.* *ad PP. Post alia — rebus. | Si quis*; retrahuntur igitur in his edd. vv. *de Ag. i. r.* ad inscriptionem, prob. Go.; Cui. 2, 2* *Imp. Constantius A. . . . .* (om. *ad*) *PP. Post alia* et referuntur vv. illa ad textum. Similiter Go. — Ri*., nisi quod ap. Go. post *A.* decem puncta ponuntur, sex ap. Ri. Ri*. Nos secuti sumus Be. cum Cui. 1, nisi quod quinque puncta post *ad* ponit, concinentem, in hoc tamen errantem, quod v. *ad* quod iam in Cui. 1 est, a Go. ex MS. restitutum esse dicit. Adesse tantum in MS. hanc voculam et omitti nomen Praef. Go. affirmat. Neque ego magistratus nomen potui invenire. Ceterum Go. — Ri*. *Impp.* b) Go. cj. *volumus* vel simile quid; Be. *censemus.* Cum lex non integra sit, sed longioris constitutionis pars, facile apparet, tale verbum (*sancimus, statuimus, iubemus, placuit*) Codicis Theodosiani conditorum, non librariorum culpa excidisse. *) Cod. Lugd. *cancellarius* (supra lin.) et mox *privatam.* c) Be. add. vult III. *) Go. — Ri*. *Impp.* Reinesius vult *Salustio Secundo.* d) Suspectus numerus. Vid. Go. in comm. ad h. c. Go. cj. *decimus tertius,*

2. *Imp.* *) *Iulianus A. Secundo Pf. P.* Ex his, qui in palatio agentes in rebus militaverint, post tertium[d] annum militiae nemo curiae tradatur; nec ille, qui in consulatu meo quarto missione donatus est. *PP. Beryto*[e] *die Kal. Mart. Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

3. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Florum Magisrum officiorum.* Non plures in aliquem gradum *h*onoris adscendant, quam quantos singuli quique an*ni*[f] agentum in rebus schola ad finem emeriti laboris *invi*tant; ita duntaxat, ut per singulos gradus bino*rum* nobis tantum addendorum extra ordinem serve*tur po*testas, quorum eximius labor, ut vim hanc legis ex*cluda*mus, extorserit: quod quidem servandum usque ad *ci*rcitores erit. Nam ut sterni continuo quisque possit *sine* quaestione aliqua, et sine praescripto numero, *sine* annotatione nostra, sufficiat impetrari. In ceteris autem etiamsi annotatio specialis exstiterit, quae tamen duorum[g] numero[h] transeat, eam esse iubemus infirm*am*, ita ut ne insequenti quidem anno habeat firmitatem, nisi insequens annus nullos*) numero duos, qui ex annotatione nostra augmentum accipere debeant honoris, invenerit. §. 1. Quod si post antiquam aliquis missionem veteremque militiam, praepostera sacramentorum cupiditate, per ambitionem ad stipendia redire tentaverit, hac proposita **) optione socientur, ut ultimos se militaturos noverint equitum. Quod de universis quibusque officiis specialiter cavemus, a quibus nonnulli ad agentum in rebus scholam cum propria dignitate transierint[i], ut scilicet hi ex quacunque militia sinantur excedere. Quod in posterum custodiendum ita ratum sit, ut[k] periculum se et adiutor et subadiuvae subituros esse cognoscant, si huius sanctionis nostrae normam unquam, etiam insequentibus magistris, desierint intimare. *Dat. XVI. Kal. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

4. *Iidem AAA. Palladio Magistro officiorum.* In schola[l] agentum[m] *in* rebus nemo facile sub nostra quoque annotatione speciali prorumpat, nisi sub maiore scholae parte, quisque advenerit, probandus*) assistat, qualis moribus[n] sit, unde domo, quam officiorum originem ac sortem fateatur. §. 1. Novi quinquennio vacent a primi quoque honoris auspiciis; ante missionibus crebris futuris parent, prodanturque nominibus[o]; dehinc per singulos gradus iusta et firma praecedentium dimissione succedant. Sane si[p] militantibus, probeque in actu rei publicae diversatis singulorum graduum, quos meruerint, non negamus accessum, ita ut ipsis quoque sit praecedentium ordo venerabilis, ac sub maiore parte scholae etiam de huius gradu bonorum attestatio et consensus accedat. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

5. *Iidem AA. et Arcadius A.*[q] *Cynegio Pf. P.* Quoniam agentibus in rebus huiusmodi praestitimus codicillos, ut post principatum in amplissimo ordine inter allectos consulares habeantur, id etiam huius legis auctoritate praestringimus, ut eodem gradu vel ordine*) ab universis iudicibus honorentur. *Dat. III. Non. Mart. Constantinopoli, Honorio, nobilissimo puero, et Evodio Coss.* (386.)

6. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo Pf. U.* Privilegia erga eum, qui ex agente in rebus princeps fuerit, antiqua custodiri praecepimus[r]; sit senator, et[s] merito consularibus aggregetur, sed ut eum functio ulla non teneat, collatio non defraudet. *Dat. VI. Kal. Dec. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.* (390.)

7. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio Magistro officiorum.* [t]Agentes in rebus, quos divae memoriae pater noster[u], petitionem[v] secutus, unius gradus dicitur adiect*ione* cumulasse, delato honore potiri praecepimus[x], ita *ut* ad centenam dignitatem hic ordo ser-

— c. 3 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 4 Cod. Iust. h. t. (XII, 20) l. c. p. 453. — c. 5 sec. Go. coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Princip. agent. in reb. (VI, 28), quam cum c. 4 de Proximis (VI, 26) coniungendam esse dixi. Vid. c. 4 cit., not. super. et not. *y*.

impr. Be. An *tricesimum*? Codex *consulatum* | *eo*. e) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Beryti*. Mox Go. *Iuliano AA.* Cum v. *Mart.* incipit folium XXVIII. codicis. Mox codex *Florum* ..... | *trum off.* f) Go. Be. inser. videtur *in*, recte. Aur. Lugd. *annis*, male. Codex *agentum*. Edd. *agentium*. g) Go. om. *duorum*, impr. Ri. h) Go. Be. cj. *numerum*, recte. *) Vid. infra VII, 8, 10, not. *o*. Codex *nullus* et infra *accepere* — *cognascant*, sed corr. a librario *accipere*, *cognoscant*. **) Aur. Lugd. *praeposita*, err. i) Go. annotat: „*transierunt*," quo non opus est. k) Seqq., sed om. v. *nostrae* et deinde vv. *unquam*, *etiam*, exhibentur in Comm. Cuiacii l. c. Codex *subitoros*. Pagina secunda folii XXVIII. codicis incipit cum vv. *et Theodosio*. l) Go. placet *scholam*, sed ipse sustineri posse concedit *schola*. m) Ita codex, Cui. 1 — Cui. 2*; Go. — Be. *agentium*. Utraque forma in his titulis legitur, ut cum prioribus editionibus in singulis locis faciendum esse duxerim. *) Aur. Lugd. *advenerit. Probandus.* Videtur ita interpunctum esse, quia non recte intelligebatur v. *quisque*, quod h. l. pro *quisquis* est. Codex *probamdus*, sed corr. *probandus*. n) Go. *realibus*, err. typ. Mox codex *origine*. o) Go. em. *pareant* — *hominibus*. Locus obscurus; sed tamen Go. recte em. *pareant*. p) Go. em. *sic*, recte. q) Go. et Be. inscr. volunt *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.* *) Go. in not. *et ordine*. r) Codex, Cui. 1— Ri*. *praecepimus*. Be. de cj. Go. *praecipimus*, quo facile caremus. s) Cui. 2, 2* om. *et*. Ibidem paullo post *defrudet*, mendose. t) Go. addi vult aut *Eos* aut *Illos* ex vestigiis MS., in quo trium vel quattuor literarum spatium erosum esse dicit. Sed tamen non magni facienda est haec lacuna, etsi in codice post *officiorum* duae videntur literae periisse. Ceterum incipit folium XXIX. codicis in inscript. c. 7. u) Huius legis nullum superest vestigium. v) Go. annotat: „In MS. habetur *peditionem*, et ante eam vocem quattuor vel quinque literae erosae, forte, *eorum*." Probabile est. x) Ita Cui. 1 — Ri*.; Be. de cj. Go. *praecipimus*, et ita quidem scriptum erat in codice, sed li-

vetur. Si quis *igitur* centenarius est secutus[y] (quoniam primis non patimur praeiudicari, quos constat ad hunc locum longo tempore et probato labore venisse) his praeponatur, quos merito praecedit. Quisquis autem adipiscitur gradum, hoc honore contentus[z], praeponi his, qui ordine priores meruerint, non labore. *Dat. VI. Kal. Iun.*[a] *Constantinopoli, Olybrio et Probino VV. CC. Coss.* (395.)

8. *Iidem AA. Osio Magistro officiorum.* In numero agentum[aa] in rebus crescant, quos comitum secundi ordinis vel cubiculariorum nostrorum primi duntaxat loci vel tribunorum urbanicianorum petitio fecerit militare, ita ut urbanicianis semel tantum per anni totius spatia suffragandi licentia*) sit: ceteros diversorum officiorum ab omni copia huius petitionis excludimus. §. 1. Celsioris vero militiae ac fastigii viros numerari non necessarium fuit, cum eos, quos superius numeravimus, inserendo non unde incipere, sed quo usque procedere[b], quod inferioribus denegatum est, curaverimus exprimere. §. 2. Sed et sumentibus ducenariis principatum hanc tribuimus facultatem, ut his pro se liberos ac fratres suos in eadem militia serenitatis nostrae[c] nutu liceat collocare. *Dat. VII. Kal. Febr. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III.*[d] *AA. Coss.* (396.)

9. *Iidem AA. Osio Magistro officiorum.* Is, qui nutu nostro in schola agentum in rebus augmenta perceperit, in eo gradu, in quo promotus est, ultimus habeatur, nec praeponatur alteri, qui in eodem gradu militiae primus antea militavit. *Emissa*[e] *prid. Kal. Febr. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

10. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Inter eos, qui consularitatis gesserint dignitatem, et eos, qui meruerint principatum, is gradu potior habeatur, qui prior locum dignitatis acceperit. Quam sanctionem omnia debebunt officia custodire, non[f] defutura poena quindecim librarum auri, quam in contumaces olim divalis sanctio definivit. *Dat. IV. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III.*[g] *AA. Coss.* (396.).

11. *Iidem AA. Hadriano Magistro officiorum.* Consultissima definitione statuimus, ut exsecutionem agentis in rebus inconsultis nobis nemo mereatur, concessum[h] vero quisquam revocare non audeat. *Dat. XVII. Kal. April. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* *) (399.)

12. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Agentum in rebus schola, nobis maxime necessaria, nullo beneficio impetrati muneris utitur, quo sibi in ordinem[i] splendidissimae curiae praestitam humanitate licentiam vindicaret, cum divae memoriae pater noster iisdem[k] agentibus in rebus voluerit esse consultum. Magnificentia igitur tua ordinum[l] iudices admonebit, ut his lex divae memoriae patris nostri inviolata servetur. *Dat. VIII. Kal. Nov. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

13. *Iidem AA. et Theodosius A. Hadriano Pf. P.* Agentibus in rebus, qui post iugis militiae tempus veluti praemium*) laboris exacti gesserint principatum, etiam illud beneficio nostrae liberalitatis adiungimus, ut collatione iuniorum, qui nuper honoratis indicti sunt**), ea duntaxat conditione habeantur exsortes[m], si post principatus officium nulla ulterius[n] honoris fuerint administratione perfuncti. *Dat. Kal. Iul. Ravenna, Theodosio A. I. et Rumorido Coss.* (403.)

14. *Iidem AAA.*[o] *Anthemio Magistro officiorum.* Nullus de schola agentum in rebus de cetero locum mor-

— c. 8 et 9 Go. inter se coniungendas et utramque cum c. 6 C. Th. de Proximis (VI, 26) et c. 14 C. Th. de Palatinis Sacr. Larg. (VI, 30) coassandam esse existimat. Vid. c. 6 cit., not. super. Ceterum c. 9 in Cui. 2, 2* per err. appellatur VIII. — c. 10. Laciniam c. inveni in cod. 11, fol. 53[b] (Vid. Hauboldi Promuls. p. 11. Opp. acad. T. II, p. 907) et in codice bibliothecae Rosniensis 2391 (nunc Reg. Berol.) fol. 12 (Cf. Institutio Gregoriani ed. Klenze Berol. 1838. 8. p. 49). — c. 13 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 1 Cod. Iust. de Princip. ag. in reb. (XII, 21) l. c. p. 454 et c. 10 Cod. Iust. de Palat. sacr. larg. (XII, 24) l. c. p. 462. — c. 14. Cod. Iust. XII, 20, 1. Bas. VI, 29, 1. Huic c. in Cui 2, 2* err. appositus est num. *XIII.*

brar. em. *praecepimus.* y) Go. cj. *secundus.* Sed *secutus* eodem redit. z) Go. in comm. h. l. em. „*Quisquis autem adipiscitur gradum hunc, hoc honore contentus sit, praeponi his qui ordine* (temporis scilicet) *priores m., n. l.* Multo simplicior sententia est, si legitur *non laboret*, qua cj. admissa h. c. congruit cum c. 9 et 10 h. t. Haec a me scripta erant, antequam accepi Reinesii exemplar, in quo eandem cj. inveni a Reinesio annotatam. Codex Lugd. *hishordine* et supr. *h* ponitur *in* a librario. a) Go. in Chron. h. a. rep. *Ian.* aa) Ita Lugd. Edd. *agentium.* *) Codex *licena*, mendose. b) Go. prop. *incipit* et *procederet*; contra Be. excidisse putat *debeat* aut simile verbum. Scrib. *unde inciperet, sed quo usque procederet.* Iusta haec est temporum consecutio. c) Ap. Go. exc. *nostrae*, err. d) Ita Be. ex MS. Go. et Cui. 2, 2* in Corr.; Cui. 1 — Ri*. *IV.*, male, nam numerus *III.* manifesto legitur in codice; ibidem in sq. c. scriptum est *In qui* pro *Is qui.* e) Vid. Go. in Prolegom. C. Th. cap. IX. p. CCXXVIII. (ed. Ri.) Pagina secunda folii XXIX. codicis incipit post *praeponatur.* f) Hinc exhibetur h. c. in dictis codd., sed in cod. 11 praemiss. vv. *Ex Corpore Theodosiani Lib. VI Tit XXVI, ad locum.* In cod. Rosn., nunc Reg. Berol. haec vv. praemittuntur: *Ex Corpore Theodosiani Lib. VI. Tit. XXVII. Imp̄. archadius et honorius āā Caesari p̄pō ad locū.* g) Cod. Berol. *Mart. consul* — *AA.* et om. *Coss.* Aur. Lugd. *II.* Go. praetendit eodem die ad eundem Caesarium datam esse c. 10 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8), contra Ri. recte negat de magistratu in c. 10 cit. constare, cum et in C. Th. et in Cod. Iust. Caesarii nomen desideretur. In cod. Lugdunensi ex inscriptione huius legis excidit *Iidem AA.* et in inscr. legis sq. *Iidem.* h) Go. Be. cj. *concessam*, non male. *) Aur. Lugd. Go. Ri. et hic et in sq. c. *Conss.* i) Go. cj. *ordine* et mox *immunitatis* pro *humanitate.* Neutra cj. opus est. Codex *nollo* — *spendidissimo* et in sq. c. *conlatine*, sed ponitur *o* supra *in* (conlatione). k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Cf. c. 5 et 6 h. t. l) Go. cj. *ordinarios*, sine caussa. *) Codex *primium.* **) Vide infra c. 15 de Tir. (VII, 13). m) Codex, Cui. 1 — Ri*. *exortes.* n) An *alterius?* Cf. c. 14 C. Th. de Proximis (VI, 26). o) In c. 1 Cod.

tui conetur invadere, *sed* is[p], qui ordine stipendiorum et laborum merito ad *gra*dum militiae sequebatur, statim atque illum fata *sub*duxerint, in eius praemia percipienda succedat, om*ni* obreptione[q] cessante. *Dat. prid. Kal. Iul. Constantinopoli, Honorio A. VI. et Aristaeneto*[r] *Coss.* (404.)

15. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Namatio Magistro officiorum.* Omnes omnino agentes in rebus, quibus vel spatium *com*meatus vel iniuncti negotii tempus emensum est, *ad* comitatum reversi approbent caussas necessariae *ta*rditatis, ut diligenti constet examine, qui ordinem su*um* tenere mereantur. Quod nisi intra diem Kalendarum Februariarum fecerint, in perpetuum matriculis eximentur. Meminerint igitur rectores provinciarum per singulos agentes in rebus senas auri uncias eruendas, si in provincia sibi credita quemquam huiusmodi desertorum post diem praestitutum*) latere permiserint. Ideoque sub prosecutione latitantes transmittant, ut tandem aliquando ad comitatum retractos non sola percellat**) iactura militiae. *Dat. VII. Id. Dec. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio IV.*[s] *AA. Coss.* (412.)

16. *Iidem AA. Anthemio**) *Pf. P.* Nemo post insignia principatus, quae stipendiis ac sudore promeruit, nec revocari ad originem, si forte natus est curialis, nec nominari, quod nefas quidem dictum[t] est, perhorrescat. In medio sane militiae tempore si quem huiusmodi lis iurgiumque perculerit, sua defensione nitatur; nec enim ordines civitatum suis decurionibus passim spoliari oportet. §. 1. Quod si forte quis, ut assolet, honorarii principatus insignibus impetratis iisdem[u] privilegiis uti voluerit, ita impetrata largitate fruatur, si incassum se pulsari sub iudiciaria cogni*ti*one probaverit; nisi forte, annosa militia et longa stipendiorum mole vexatus, et in ordine non temnen*dae* militiae constitutus, principatum non ut laborum *com*pendium voluit exspectare, sed ut portum quietis maluit indipisci. §. 2. Quod*) etiam in his custodiri oportet, qui *ar*mata militia perfruuntur, ita ut divi Valentiniani constitutio[v] valeat, potianturque et ipsi fructu stipendiorum suorum, si eadem sine ullo naevo excusationis incurrere valuerunt[x]. §. 3. Sed his addimus, ut, si quis ex lucrativa caussa de substantia aliquid perceperit curialis, pro contingenti portione onera, quae huiusmodi facultates sequuntur, et universas descriptiones sustineat. *Dat. VIII. Id. Oct. Lucio*[y] *V. C. Cos.* (413.)

17. *Iidem AA. Helioni Magistro officiorum.* Merito magnificentia tua concessam sibi pridem a nostra maiestate licentiam[z] pro removendis his, quorum consortio agentum in rebus schola laborabat, ad nostram denuo auctoritatem credidit revocandam. [a]Nulli igitur posthac sine nostrae maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia; nam probata schola et animadversionem vereri iudicis, et nullam debet timere[b] contumeliam vilitatis. *Dat. III. Id. Nov. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

18. *Iidem AA. Helioni Magistro officiorum.* Ad scholam agentum in rebus passim plurimi, velut ad quoddam asylum, convolarunt, quos vita culpabiles et origo habet ignobiles, et ex servili faece prorupisse demonstrat. Et quoniam sublimitati tuae annuimus eam, quam quaesierat, potestatem, adhibenda est competens medicina, ut, explor*ati*one diligenter agitata, discingendo abiicias punias..... hercendos[c], quo, remotis abiectis, pessimis*), crimino*sis*, spectata militia, in statum pristinum revocata, *bono*rum virorum collegio frequentetur. *Dat. XIII. Kal. Febr. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

19. *Iidem AA. Helioni Magistro officiorum.* Agentum in rebus indiscre*ta* merita esse non sinimus, nec indignos frui privileg*iis* laborantum. Ideoque sancimus, ut nullus ex his emendi*ca*to suffragio ad honorem principatus audeat adspir*are*, nisi quem ordo militiae ac laborum testimonium a*d* hunc honoris gradum provexe-

— c. 15 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 14 Cod. Iust. de Proximis (XII, 19) l. c. p. 450. Cum ea sec. Go. concordat c. 2 C. Th. de Commeatu (VII, 12). — c. 16 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 1 Cod. Iust. de Impon. lucr. descr. (X, 35) l. c. p. 296 et ad c. 1 Cod. Iust. de Princip. ag. in reb. (XII, 22) l. c. pag. 454. — c. 17 err. in Aur. Lugd. appellatur *XVIII.* Cod. Iust. XII, 20, 2. Bas. VI, 29, 2.

Iust. rep. imperatorum nomina. Codex, Cui. 1 — Ri*. *Id. AA.*, impr. Go. Cum v. *in rebus* incipit folium XXX. codicis. p) Be. auct. Go. rep. *is* ex Cod. Iust.; codex, rell. *his.* Saepe vidimus hanc corruptelam. q) Cod. Iust. *ŏbiectione*, impr. Go.; sed Cuiacius et libri mss. Cod. Iust. *obreptione.* Cf. Dirksen l. c. p. 523. r) Codex, Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Aristeneto.* *) Codex *praetitutum* et *tamdem*, sed corr. *tandem*, et mox *prosecutionealatit.* **) Cf. supra I, 10, 8, not. *r.* s) Be. rep. vult *V.* *) Cod. Lugd. *Antemio.* Aur. Lugd. *Antimio*, mendose. t) Go. et Be. em. *dictu*, recte. u) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Cum v. *fruatur* incipit secunda pagina folii XXX. codicis. In ima pagina habetur numerus quatern. XXXVI. *) Hanc legis partem Go. pro fugitiva habet. v) Intelligitur sec. Go. Valentiniani constitutio, cuius pars est c. 6 C. Th. de Re milit. (VII, 1), c. 64 C. Th. de Decurion. (XII, 1) et quae commemoratur in c. 28 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4). x) Ri. Ri*. *voluerunt*, mendose. Similiter infra VI, 30, 7, not. *n.* Mox codex *curiales.* y) Aur. Lugd. *Lncio*, err. typ. z) Intelligitur supra I, 9, c. ult. Supra codex *magnifecentia.* a) Hinc incipit c. 2 Cod. Iust. cit., antecc., quae ad sola huius ipsius legis tempora spectant, resectis et om. v. *igitur.* Mox codex *discengendi.* b) Cod. Iust. *tim. deb.* c) Repraesentavi codicem in reliquis faciens cum Go., qui haec annotat: „In MS. habetur *punias*, quinque ferme literis erosis ante *hercendos*, unde conficio *puniasque cohercendos.*" Impliciti enim aliquid habet vulgata editionum scriptura *punitione cohercendos.* Iam in codice bibliopegi incuria periit litera *s* in v. *punias.* Ceterum folium XXXI. codicis incipit cum v. *adhibenda* *) Cui 2, 2* *remotis*, *abiectis*, *pessimis.* Go. in comm. ita interpungit: *remotis*, *abiectis pessimis*, *crim.*, expli-

rit. Quod si quis corporis[d] imbecillitate quassatus, eoque modo laboris impatiens[e] longam militiae seriem tolerare non patitur, is non ante dignitatem principatus[f] honorariam mereatur, quam si viginti quinque[g] annorum stipendia complevisse scholae totius attestatione docuerit. Hos sane, qui quoquomodo per ambitionem, sine ullo stipendiorum suffragio, memoratam principatus adepti sunt dignitatem, post eos, qui laborum merito consecuti sunt, numerari decernimus. *Dat. V. Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio A. XI. et Constantio II. V. C. Coss.* (417.)

20. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Helioni Patricio et Magistro officiorum.* Qui ex agentum in rebus numero, militiae ordine ac labore*) decurso, ducenae dignitatis meruerit principatum[gg], aut qui viro illustri magistro officiorum ut*) probatus fuerit adiutor eo tempore, quo iam honoratis viris coeperit aggregari, eorum, qui vicariam egerint praefecturam, honore potiatur; conservatis sine dubio veteribus privilegiis divorum in eos principum largitate collatis. *Dat. X. Kal. Ian. Constantinopoli, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

21. *Iidem AA. Hierio Pf. P.* Quicunque impleto militiae suae ordine, *ac* labore finito ad ducenae pervenerit principatum, qui*que* magistri officiorum iudicio probatus adiutor exstiter*it* tempore, quo iam honoratorum virorum coetibus inseritur, eorum, qui vicariam egerint praefecturam, in*signi*bus perfruantur; privilegiis procul dubio iisdem[h], qui*bus* antehac usi videntur, reservatis. *Dat. X. Kal. Ian.**) *Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

22. *Iidem AA. Proculo Pf. U.* Agentum in rebus schola, quae nostro iudicio vicarianam dignitatem adepta est, id quidem suos primates**) post stipendiorum finem mereri non ambigat. Verum amplissimi ordinis assertioni pareat; ut[i] quoniam hi, quos militiae finis ad principatus honorem*) adduxit, senatoriis se aestimant functionibus eximendos, in priore dignitate permaneant, cuius immunitatem amplexi sunt etc. *Dat. prid. Kal. Febr. Constantinopoli, Tauro et Felice***) *Coss.* (428.)

23. *Iidem AA. Paullino Magistro officiorum.* Cuncta, quae super agentum in rebus militia, ordine, loco, numero statuisti, amplectimur. Illustris igitur auctoritas tua, quae novellae matriculae[k] super statutorum numero vel ordine confirmando, quaeque de reliquis ordinandis huius legis sanctione decernimus, naviter servanda et custodienda cognoscat; videlicet ut statutorum numero in mile centum septuaginta quattuor uomiuibus[l] assignato, qui recenti matricula definitus esse cognoscitur, reliqui, qui extra memoratum statutorum numerum positi esse noscuntur, ita concessa potiantur militia, ut hi*) quoque, certis locis laborum ac stipendiorum meritis collocati, vacantes praeeuntium gradus obsequendi ordine mereantur. Nec tamen hi, qui plurimis *ius*tissimisque caussis matricula videntur exclusi, mili*tia*, quae eis humanitatis intuitu sub huiusmodi for*ma in*dulta est, tamquam penitus spreti aut abiecti de*iiciantur*[m]. Quibus beneficii loco ponendum est, quod, cum tertio evocati non venerint, tamen eis militare permisimus. *Dat. XVI. Kal. Maii Constantinopoli, Theodosio A. XIII.*[n] *et qui fuerit nuntiatus.* (430.)

TIT. XXVIII. DE PRINCIPIBUS AGENTUM IN REBUS.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Potitum Vicarium urbis.* Nemo officialium in

— 20 et 21 propter argumenti similitudinem Go. inter se coniungendas esse dicit, quamquam ad diversos magistratus datae sunt. Sed iam supra (cf. V, 13, 35, not. *r*) vidimus, interdum diversas constitutiones eiusdem arg. eodem die datas quidem, neque tamen hac sola de caussa inter se coniungendas esse. Ceterum c. 20 commemoratur in Cuiacii Comm. ad c. 5 Cod. Iust. de Princip. agent. in reb. (XII, 22) l. c. p. 456. — c. 22 coniungenda est cum c. 21 C. Th. de Senator. (VI, 2).

Tit. XXVIII. Nov. Val. tit. XXVIII (ed. Berol. p. 1335). Cod. Iust. XII, 22. Cf. L. R. B. Tit. XXX. Hic tit. et sqq. tit. usque ad tit. de Privilegiis eor. (VI, 35) des. in indice titulorum Cui. 1.

cans *abiectis* per *remotis*, *eiectis*, *matricula expunctis*. d) Ex MS. Go. *corporis* restitui vult. Edd. *corporali*, quod inferioris aetatis est. In codice des. post *corpor* duae literae, et si recte vidi, discerni adhuc potest *i*, ut una tantum litera desit. e) Edd. *impatientia*. Go. annotat: „In MS. non aliud spatium, quam ad collocandam vocem *iNpatiens*“, recte; nam in codice una tantum litera exesa est. Praeterea codex *miliae*. f) Go. om. *principatus*, impr. Ri. g) Non dubito, quin ita legendum sit, cum in MS. sec. Go. sit *XXV* et haec scriptura confirmetur §. 1 constitutionis octavae proximi tit. ab eodem Theodosio datae. Etiam Be. probabilior videtur *XXV*. Et revera in codice non facile discernitur, utrum scriptum sit *XXti* an *XXV*. Edd. *viginti*, om. v. *quinque*. *) Cf. ad haec vv., quae a Cuiacio l. c. proferuntur, c. 1 C. Th. de Off. mag. off. (I, 9), not. *y* et c. sq. h. t. gg) Codex Lugd. *principatam*. *) Commode deesse potest v. *ut*. Vid. c. sq h. t. Mox in codice Lugd. cum syll. *llatis Dat.* incipit secunda pagina folii XXXI. In eodem exc. vv. *Iidem AA.* ex inscr. c. sq. et *Iidem A.* inc. 22. h) Codex, Cui. 1 — Ri'. *hisdem*. *) Add. *Constantinopoli*, ut in c. 20 h. t. **) Aur. Lugd. *primatus*, mendose. i) Go. vult *adscriptioni pareat: At*, sine caussa. Malim tamen *aut* pro *ut*. Mox codex *nis*, sed em. *finis*. *) Ri. — Be. mendose *honorum*. Paullo post codex *amplesi sunt*. **) Vid. c. 21 cit., not. *n* et Zirardin. l. c. p. 439, not. k) Go. cj. *novella matricula* et Be. *novellam matriculam*. Probo Go. cj. l) Sec. Go. pro *hominibus*. *) Codex, Cui. 1 — Ri'. *hii*, quod brevitatis caussa semel moneo. Paullo post cum v. *ordine* incipit folium XXXII. codicis. m) Go. in not.: „*Et eiiciantur.*“ n) Go. cj. *XV*., et refert h. c. in Chron. inter constt. anni 435. V. *nunciatus* deest in codice, sed addit. in marg.

o) Edd. *Triverini*. MS. sec. Go. *Triverim*, recte, quod in

munus aliquod nisi principe ordinante mittatur. Si quis autem scriniariorum vel cuiusquam alterius loci quemquam officialium in aliquod munus principe nesciente direxerit, trium librarum auri condemnatione plectetur. *Dat. prid. Non. Aug. Triverim*[o]. *Acc. VII. Id. Sept. Romae, Ausonio*[p] *et Olybrio Coss.* (379.)

2. *Iidem AAA.*[q] *ad Probum Pf. P.* Agentes in rebus, si principatus*) forte[r] deposita forsitan provinciae gubernacula iisdem*) non evenerint, par erit, salutationis loco his quidem, qui praesidatum gesserint, cedere, sed eos, qui rationales fuerint, praevenire. *PP. IV. Id. Mart. Hadrumeto*[s], *DD. NN. Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

3. *Iidem AAA. et Arcadius A.*[t] *Cynegio Pf. P.* Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus[u]. Atque ideo officiales tam ad necessitates publicas quam privatas nonnisi principe mittantur[v] auctore, nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum[x]. *Dat. prid. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio*[y] *Coss.* (386.)

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Pinianum Praef.....*[z] Nulla exsecutio sine annotatione principis, usurpatione officii, concedatur; hoc adiecto, ut, etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit impertita, adscriptio tamen principis exsecutionem fieri oportere demandet. Quae definitio si fuerit praeterita, decem libras[a] auri fisco nostro ab officio sinceritatis tuae statim iubemus inferri. Qua admonitione etiam caussarum patronos volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant, neve sub unius persona suscepti fraude quadam aliena negotia[b] inserenda esse pertentent. *Dat. VI. Id. Sept. Mediolano, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoto*[c] *Pf. U.* Omnia[d] citatoria, omnium scilicet caussarum atque personarum, licet sint senatoriae dignitatis, ad principes specialiter revocari praecipimus, actus vero ceteros, qui in sacratissimo[e] coetu senatus tractari consuerunt[f], censualium sollicitudine celebrari, nec aliquid praeiudicii ex surreptivo[g] rescripto supplicibus inferri. *Dat. XII. Kal.**) *Iun. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

6. **) *Iidem AA. ad Anatolium Pf. P. Illyrici.* Crebrae a nobis legis[h] missae[hh]...... sine notione principum *), qui de agentum in rebus numero *ad* gubernanda officia diriguntur, nulla urgentium r*erum* praeceptio, quae de iudicio prolata fuerit, impleatur; si*quid*em deceat diuturno[i] fatigatos obsequio hac saltem consolatione fulciri, ut adiuti commodis de principatu discedant. *Dat. prid. Id. Nov. Theodoro V. C. Cos.* (399.)

7. *Impp. Honorius*[ii] *et Theodosius AA. Palladio Proconsuli Africae.* Procons*ul*aris apicis dignitatis adiectione principes agentes[k] in *rebus* praecipimus decorari.

— c. 3. Vid. c. 5 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27) et c. 4 C. Th. de Proximis (VI, 26), not. super. et not. *y*. Cod. Iust. XII, 22, 1, quae c. conflata est ex hac c. et c. 4 h. t., retenta inscriptione et subscriptione c. 3; sed vid. not. *t*. Bas. VI, 29, 6. — c. 4. Vid. c. 3 h. t. — c. 5. Cod. Iust. XII, 22, 2. Bas. VI, 29, 7. — c. 6, sed falso numero (9) commemoratur in Comm. Cui. ad c. 1 Cod. Iust. h. t. l. c. pag. 455. — c. 7. Cod. Iust. XII, 22, 3. Bas. VI, 29, 8.

codd. pro *Treveris* saepe poni, iam aliquoties diximus. Eo autem Gratianus h. a. pervenit. Similiter legitur *Triberini* in c. 9 C. Th. de Privileg. eor., qui in s. p. (VI, 35) et in c. 6 C. Th. de Re mil. (VII, 1) *Treverini*, ubi iam Go. veram scripturam *Triveris* restitui iubet. Go. suspicatur, *Triverinum* oppidum Rhaetiae fuisse, sed in comm. c. 3 C. Th. de Palatinis sacr. larg. (VI, 30) rep. vult *Tridenti*. Vid. etiam Go. in Chron. h. a. p) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auxonio*. q) Ita Be. ex MS. Go.; recte; edd. *AA.*, impr. Go. *) Aur. Lugd. *princitatus.* r) Ita MS., pro quo Go. rep. vult *sorte*, recte prob. Be. *) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem*. s) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Hadrumeti*. Mox Aur. Lugd. *Thod.*, mendose. *A.* post *Theod.* deest in codice, Cui. 1 — Ri*. Cum v. *Gratiano* incipit secunda pagina folii XXXII. codicis. t) Go. et Be. inscr. volunt *Imppp. Valent. Theod. et Arc. AAA.* Cod. Iust. *Grat. Val. et Theod. AAA.* et om. *et Arcadius A.* In codice abscissae sunt literae *Iidem A.* u) Aur. Lugd. *muneramur*. Cod. Iust. *remuneramus*. Go. in comm. *princ. munere honoramus*. v) Codex, Cui. 1 — Ri*. *mittatur*. Go. legi vult aut *mittantur*, quod Be. rec. ex Hal. et Cui. ed. Cod. Iust., aut supra *officialis*. Cod. Iust. vulg. *officialis — nonnisi a pr. mittatur*. x) Cod. Iust. *personarum* et sequuntur ex proxima const. 4 haec vv.: *etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit impertita. Caussarum etiam patronos ita volumus — inferenda esse pertentent: quod si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri.* y) Codex, Go. Ri. *Euuodio*. Ri*. *Euvodio*. z) Cui. 1 — Lugd. *Praef.** Add. *Urbi*. Vid. Go. not. *b* h. c. et in Prosop. In codice, Cui. 2 — Be. nullum est indicium lacunae. Mox codex *concidatur* et *principes* et *conventus*. a) Go. prop. *libras* ex Cod. Iust., quod recepi, nam codex habet *lib.* Edd. *librarum*. b) Ri. Ri*. Be. *negotio*, mendose. c) Ita MS. sec. Go., recte, et edd.; Go. in Chron. et sec. Go. Cod. Iust. *Theodoro*, sed etiam Cod. Iust. *Theodoto*. d) Cui. 2, 2* *Omni*, sed in Corr. em. *Omnia*. e) Cod. Iust. *qui a sacr.* f) Cod. Iust. *consueverunt*. g) Cod. Iust. *aliquod praeiudicium ex surreptitio*. Codex *nec nec aliquid*. *) Aur. Lugd. om. *Kal.*; mox codex, edd. plene scribunt *consulibus*. **) Hinc incipit folium XXXIII. codicis. h) Ita MS. sec. Go., recte; qui prop. *leges*, prob. Be. hh) Go. annotat: „γρ. *Missae ut* (prob. Be.) vel tale quid, forte *quatenus*: Et sane in *MS.* in ora excisae et erosae sex ferme literae." In codice post *missae* vestigia sunt duarum literarum hac fere forma: *IV* et des. deinde quattuor literae, sed Millerus, qui post me contulit codicem, legit *missae s...* | *sine*. Ratione igitur lacunae in codice habita simplicissimum est legere: *leges missae sunt, ut sine* etc. Ceterum codex *cribrae* et mox *nomero — consulatione*. i) Codex, edd. *diurno*. Go. et rec. man. in cod. em. *diuturno*. ii) Cod. Iust. *Imp. Honorius A.* et des. sqq., sed plenam inscriptionem suppeditat Caiacius, qui praeterea pro *Palladio* quosdam codices *Arcadio* habere affirmat. k) Cod. Iust. *agentium*, prob. Be. (cf. supra VI, 27, 4, not. *m*), et mox *Varana*. Codex *Pr. apices dignitates adi. prin-*

Dat. VII. Kal. Oct. Ravenna, Varane V. C. Cos. (410.)

8. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Valerio Magistro officiorum.* Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamque probatam sibi aestimant[kk], etsi saepe eodem officio fuerint ante perfuncti. §. 1. Et si qui[l] agens in rebus post viginti quinque annorum curricula ob adversam corporis valetudinem militiae finem minime valuerit exspectare, sed ad honorariam ex-principe dignitatem, testimonio scholae, prosilicrit[ll], iisdem eum privilegiis muniri censemus, quibus hi, qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. §. 2. Sed in salutationibus iudicum consessibusque priores eos, qui per longae militiae metas ad principatus actum pervenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse praecipimus. Nihil censualibus[m] vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint versati; vicenarum librarum auri condemnatione[mm] proposita. *Dat. IV. Kal. Febr. Constantinopoli, Theodosio A. XV. et qui fuerit nuntiatus.* (435.)

Eodem exemplo Isidoro Pf. P., Regino Pf. P. Illyrici[n], *Leontio Pf. U., Theodoto Comiti*[o] *Aegypti, Abthartio*[p] *Comiti Orientis, Cleopatro Praefecto augustali, Hesychio*[pp] *Proconsuli Achaiae, Eustathio Vicario Asiae, Nectario Vicario Ponticae*[q].

TIT. XXIX. DE CURIOSIS[r].

1. *Imp. Constantius A. ad Lollianum Pf. P.* Hi[s], quos curagendarios sive curiosos provincialium consuetudo appellat, proprio arbitrio quos esse reos putaverint, feralibus carcerum tenebris mancipare non dubitant. Memorati igitur curiosi et stationarii *), vel quicunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuntianda meminerint, et sibi necessitatem probationis incumbere, non[t] citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. Cesset ergo prava consuetudo, per quam carceri *) aliquos immittebant. *Dat. XI. Kal. Aug. Mediolano. Acc.* **) *XII. Kal. Sept. Arbetione*[u] *et Lolliano Coss.* (355.)

2. *Idem A. et Iulianus C. ad Taurum Pf. P.*[v] Agentes in rebus in curis agendis et evectionibus[x] publici cursus inspiciendis, nostrorum memores praeceptorum, credimus in omnibus velle profutura rei publicae[y]: sed accedunt ex officio mirandae prudentiae tuae, qui parem sibi licentiam vindicent; contigit etiam, ut vicarii quoque mittant ex officiis suis huiusmodi negotiis operam praebituros. Adimatur ergo haec licentia facinoribus et officiis universis[z], curarumque publici cursus copia denegetur: nam solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere[a]. §. 1. Nec vero multos esse per singulas provincias iussimus, quippe sufficit duos tantummodo curas gerere, et cursum publicum gubernare, ut, licet in canalibus publicis haec necessitas explicetur, numerus tamen amplior esse non debeat. §. 2. Hi vero pervigili diligentia providebunt, ne *quis* citra[b] evectionis auctoritatem moveat cursum, vel amplius postulet, quam concessit evectio[c], ut habens unius copiam rhedae flagitet[d] duas, aut rhedam usurpet, cui birotum vel *) ve-

— c. 8. Cod. Iust. XII, 22, 4. Bas. VI, 29, 9.
Tit. XXIX. Cod. Iust. XII, 23. — c. 1. Cod. Iust. XII, 23, 1. Bas. VI, 30, 1. Commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 1 Cod. Iust. cit. l. c. p. 457. — c. 2. Cod. Iust. XII, 23, 2. Bas. VI, 30, 2. Commemoratur h. c. a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Cursu publ. (XII, 51) l. c. p. 502 et ad c. 22 eod. l. c. p. 506.

cipis et periit in subscr. v. *Cos.* De *Varane* vid. supra VI, 26, 15, not. *k.* Go. om. annum h. c. kk) Cod. Iust. *existimant.* Cui. 1 — Go. et hic et infra *et si* l) Aur. Lugd. Cod. Iust. *quis.* ll) Cod. Iust. *prosiluerit, hisdem. Hisdem* etiam Cui. 1 — Ri*. .Mox eaedem edd. *hii.* Codex *haberaeleceat — valitudinim — prosilerit hisdem — hii — posterioris.* m) Aur. Lugd. *sensualibus.* mm) Cod. Iust. add. *contra eos.* n) Cui. 1 — Lugd. *Illyrictori*, sed om. in Aur. Lugd. *Pf. P.* Valesius ad Acta Ephesini Concilii pag. 269 *ppp. illyrici et Orientis.* o) Ita codex. Cui. 1 — Lugd. *Theodo Comiti.* Go. *Theodoro.* p) Go. cj. *Abtharito* et sic quidem Aur. Lugd. pp) Codex *augli Esycio.* q) Tota haec memorabilis subscr., de qua multis verbis agit Go. in comm. h. c., om. in Cod. Iust. inde a vv. *Eodem exemplo.*

r) Cod. Iust. add. *et Stationariis.* Cum h. tit. incipit secunda pagina folii XXXIII. codicis. Numerus tit. absciss. est. Item periit v. *Imp.* in inscr. c. 1 et v. *Idem* in c. 2. s) Edd. ante Be. *Hii*, ut codex, qui paullo post *curiosus.* *) Cod. Iust. prima sententia resecta ita incipit: *Curiosi et stat.* Paullo post codex *nuntiandam.* t) Cod. Iust. *nec.* *) Codex *quam | . arcari.* **) Go. *Acceptam* vel *Propositam* esse suspicatur Capuae. In codice est numerus *II.*, sed tamen non absimilis num. *XII.* u) Codex, edd. ante Be. Cod. Iust. *Arbitione.* v) Dignitatis siglum, quod deest in Cui. 1 — Ri*., flagitante Gothofredo rep. Be. ex Cod. Iust.; Cui. 1 — Lugd. *Taurum.* *Ag.* Cui. 2 — Ri*. om. asteriscum ad codicis fidem, in quo sec. Go. nullum est lacunae vestigium, etsi dignitas Tauri deest. Recte: nam codex habet *TaurumAgentes.* x) Codex, Cui. 1 — Ri*. et MS. sec. Go. *avectionibus.* Be. auct. Go. ex Cod. Iust. ed. *evectionibus.* Item Reinesius. Ita saepe in hac ipsa lege. y) Cod. Iust. *reipublicae*: *ideoque solos agentes* et om. *sed — copia denegetur.* Paullo post codex *praebeturos.* z) Reposui huc comma ex Cui. 1 — Cui. 2*; quod cum Go., quem Ri. — Be. secuti sunt, transtulisset post *facinoribus* (*facinoribus, et o. universis curarumque* etc.), ille quidem cj. *curarumque et publici cursus*, Be. autem *curarum atque publ. c.* a) Cod. Iust. *adhibere*: *et non ab alio penitus officio. Hi vero* et om. tota §. 1. b) Cod. Iust. *contra.* c) Seqq. usque ad vv. *permissum est* des. in Cod. Iust. Codex *cupiam raede.* d) Edd. add. *mulas.* Go. in notis: „Haec vox male hic inserta: nam in MS. non exstat aliud vestigium, quam vocis *duas*, vel *binas* potius" et in comm. h. c.: „In eo vero tantum *hic* menda subest: *ut habens unius copiam rhedae, flagitet mulas duas.* rescribam, *Mulares duas*, id est, rhedas duas, quae a mulabus trahebantur —. Verum inane id: vox enim *mulas* hic perperam infarta: neque enim in MS.

redum . . . lare permissum est **). Quisquis igitur aliquid tale perpe*trare* tentaverit, improbi coepti privetur effectu. §. 3. Demo*n*stretur etiam iudicibus [e] vel curiosis evectio, etsi [f] quis *nobis* iubentibus festinare memoret in obsequium necessar*ium*, nec praevaleat contumacia vel dignitas. §. 4. Contin . . . [g] etiam in cursu clabulari, ut forte quis pro animali*bus* minime praebitis pecunias pendere cogatur lucro ei*us*, qui cursui praesederit [h], improbe vindicandas. Ergo num*um* vetamus exposci pro animalibus in cursu minime co*n*stitutis. Quod si forte aliquis peraestimaverit *) perpet*ran*dum, eius quadruplum, quod accepit, inferre cogatur. *Dat. XV. Kal. Maii Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

3. *Idem A. ad Agentes in rebus.* Per id tempus, quo cursus tuendi sollicitudinem **) sustinetis, condemnationes praefectorum praetorio erga eos [i] solos irritae sunt futurae, qui servaverint honestatem; erga eos vero, qui inhoneste et contra decus saeculi vel honorem militiae versabuntur, non solum condemnatio mansura est [k], verum etiam, si ad nostrae serenitatis notitiam culpabilia gesta pervenerint, in eos erit acrius vindicandum. *PP. prid. Kal. Dec.* [l] *Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

4. *Idem A. ad Agentes in rebus.* Cesset omnis ambitio atque suffragium in schola vestra. Etenim cuncti ita agere debebitis, quatenus labore atque ordine ad cursum regendum et ad curas agendas iudicio scholae et ordinis merito dirigamini *); ita ut nihil vestri principis ex his, quae geri in re publica videritis, notitiae subtrahatis, scientes, poenis eum debitis subiugari [m], qui tantum facinus ausus fuerit perpetrare. *PP. eodem die iisdem* [n] *Coss.* (359.)

5. . . . . . . [o] In his duntaxat provinciis, in quibus cursus a provincialibus exhibetur, quoniam avaritiae occurri paene iam non potest, singulos solidos per singulas rhedas, id *est* quas quadrigas vel flagella appellant, percipiatis per id tempus, quo curarum et cursus tuendi sollicitudinem sustinebitis. §. 1. E cursu vero clabulari singulas angarias, in his scilicet stationibus, in quibus cursus est collocatus ad exhibendam humanitatem, venientibus excusetis, nec [p] quis audeat contra praeceptum hoc amplius accipere aut sperare quicquam aut aliquid excusare ultra, quam continet forma praecepti. *Dat. prid. Kal. Nov.* [q] *Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

6. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Florum Magistrum officiorum.* Felicis [r] natalis nostri die iidem ut principis [s], primi quoque scholarum [t] mittantur ad provincias curiosi anniversarium munus acturi, ita caute atque ita sollerter, ut sub binorum tantum copia veredorum, ultra usurpationem [u] cessante, ne

— c. 3. Cod. Iust. XII, 23, 3. Bas. VI, 30, 3. Videtur h. c. coniungenda esse cum c. 4 et 5 h. t. et cum c. 1 C. Th. de Off. mag. off. (I, 9). — c. 4 et 5. Vid. c. 3 h. t., not. super. Commemoratur c. 4 in Comm. Cuiacii ad c. 5 Cod. Iust. de Princip. ag. in reb. (XII, 22) l. c. p. 456 et c. 5 ad c. 22 Cod. Iust. de Cursu publ. (XII, 51) l. c. p. 506.

maius spatium *hic initio lineae* occurrit quam pro voce *binas*." Iam res, inspecto codice, clara est. V. *flagitet* est ultimum folii XXXIII. Primus autem versus folii XXXIV. ita se habet *duas aut redam* Cum igitur nihil desit initio folii XXXIV., v. *mulus*, quod Go. deleri recte vult, a me deletum est. *) Go. in comm. *aut.* **) Go. in comm. „Nihil hic mutandum. Male vero, qui ita refingebat, *vel veredum postulet, cui clabulare permissum est.*" Edd. *veredum postulare vel clabulare permissum est.* Nos dedimus imaginem codicis, ex qua patet aut vv. *postulare*, aut *vel clabulare* abundare in edd.: *postulare vel* ab edd. additum esse puto. e) Ita etiam Cod. Iust. Go. cj. *indicibus*, h. c. curiosis, etsi non audet huic em. insistere. Codex *essectu*, sed supr. lin. em. *effectu.* f) Cod. Iust. *etiamsi.* g) Cui. 1 — Lugd. *Contin.* *etiā.* Rell. edd. quattuor puncta ponunt post *Contin.* Codex habet *contintin* ..., ultima enim huius v. litera non perspicua est. Go. et Reinesius bene supplent *contingit.* Cod. Iust. om. *Cont.* — *vindicandas.* h) Codex, Cui. 1 — Ri*. *praesiderit*, impr. Go.; Be. auct. Go. scripsit *praesederit.* Paullo post codex *accept*, sed em. *accepit.* *) Singularis vox, quae hoc tantum loco legitur. Cod. Iust. *nummum iam vet.* — *aliq. existimaverit.* **) Go. *Sollcitudinem*, mendose. i) Cod. Iust. *praefectorum* (om. *praetorio*) *circa eos.* k) Seqq. in Cod. Iust. ita habentur: *verum etiam gravior poena est statuenda. PP. prid.* Codex *Rer id* — *condemnationis* — *solus inritae* — *inhonestae.* l) An *Nov.*? Vid. c. 5 h. t. Ceterum c. 1 C. Th. de Off. mag. off. cit. *Dat. et PP. Romae in Foro Traiani Kal. Nov.* etc. *) Vv. *quatenus* — *dirigamini* exstant ap. Cuiac. l. c. Mox codex *repulica* (sed corr. *republica*) — *scientis.* m) Go. in not. *subiugatum iri.* n) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Vid. etiam not. *l* antec. o) Cui. 1 — Ri*. *V.* * et om. *A.* Be. ex subscr. et ex vestigiis MS. rep. *Idem A.*; sed sec. Go. in MS. superest sola litera *A.* Nunc ne haec quidem litera in codice cernitur. Folii enim XXXIV. pagina prima desinit in vv. *hisdem Conss.* Iam in adversa, quae sequitur pagina, evanidae sunt sex, ad summum octo priores primi versus literae, aut potius librarius lacunam tot literarum quot dixi, ipse fecit. Prima igitur huius paginae vv. sunt: *In his dumtaxat.* Go. propter c. 3 et 4 h. t. legi vult *Idem A. ad Agentes in rebus*, quod et huius c. vv. *percipiatis*, *sustinebitis*, *excusetis* postulare videntur, sed non videtur admittere spatium lacunae: quare nonnisi puncta posui. p) Go. em. *excuretis nec* et infra *excurare*, i. e. adcurare, praebere, sed quia haec §phus evidenter opponitur primae h. c. parti, non puto mutandum esse v. *excusetis* et paullo post v. *excusare*, etsi concedo, Go. recte vidisse in em. voc. *ne*; nam in codice revera est *nec.* Edd. *ne.* Ceterum codex *varitiae*, *sigulos*, quae tamen ab ipso libr. em. q) Be. legend. videtur *Dec.*, ut in c. 3 h. t., sed vid. supra not. *l.* r) Go. cj. *Felici*, nec tamen ipse valde h. cj. confisus est. s) Verba *iidem ut principis* in Cui. 1 — Cui. 2* uncis inclusa sunt, impr. Go., qui em. *itidem ut principes.* Iuretus in Symmach. IV, 8, cui assentitur Reinesius, cj. *itidem ut principis*, impr. Go. Neutra cj. placet; sed tamen non successit, meliorem invenire. t) Putat Go. fortasse leg. esse *scholarium.* Ego non puto. u) Go. em. *ultra usurpatione* (prob. Be.) *cessante capita contrahantur*, recte, modo retineatur v. *ne*; nam vv. *ne capita contrahantur* cohaerent cum antecc. *ultra usurpatione cessante.* Ceterum Cui. 1 — Cui. 2* *contrahantur. Remotas.* v) Go. Be. recte cj. *peragant*;

capita contrahantur, remotas quoque peragent[v] stationes, et callida machinamenta commeantium ac simulatae observationis[x] ingenia et fraudes depellant. *Dat. III. Non. Febr.*[y] *Constantinopoli, Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

7. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Neoterio Pf. P.* Qui[z] vel honore militiae vel fiducia iussionis agentibus in rebus[zz] maiorem ad obsistendum remur futuram esse constantiam, ex his, quos *) in eminentioribus tantum urbibus sollicitudinem cursualem agere mandavimus, magnificentia tua noscat unum esse considerandi[a] transeuntium evectionibus relictum, neque eos quicquam ultra hanc formam in cursum habere commune. *Dat. V. Kal. Iun.*[aa] *Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.* (390.)

8. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Marcello Magistro officiorum* *). Agentes in rebus singulos per singulas provincias mittendos esse censemus, quibus tamen spectandarum[b] evectionum tantum debeat cura mandari, ut nihil prorsus commune aut cum iudicibus aut[c] provincialibus habeant. Nec naves debebunt illicita *) concussione vexare, nec libellos aut contestationes[d] suscipere, aut in carcerem quemquam tradere[e], sed cursui solum vacare. *Dat. Kal. Iun. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

9. *Iidem AA.*[ee] *Euchario Proconsuli Africae.* Cursus publici praepositos scire praecipimus, si sibi et militiae suae consulunt, nihil eos contra veterem disciplinam debere praesumere: cui cum generatur iniuria, haud dubie sacrilegii crimine obligantur. §. 1. Libera quin etiam facultas mancipi[f] sit, contemplatione proprii discriminis coempta sanitate robusta usui cursus animalia sua sollicitudine praeparare etc. *Dat. prid. Kal. Mart.* *) *Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

10. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Synesio*[g]. Constitutione cessante *), qua super curiosis ex viri illustris comitis et **) magistri officiorum iudicio dirigendis intra certum numerum forma concluditur, antiqua consuetudo servetur, ut curiosi idonei per diversas regiones atque provincias, littora insuper portusque et loca alia transmittantur, commonitoriis competentibus atque mandatis instructi pro administratione tuae sublimitati commissa, proque huius legis auctoritate. Ad quod[h] nos ablatarum imperialium specierum movit occasio, ut impensiorem sollicitudinem adhiberi magnopere iuberemus, quo idoneus quisque a tua magnificentia destinatus, inter alia adiuncta *) et congrue procuranda, haec quoque studeat observare. *Dat. V. Id. Nov. Constantinopoli, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

11. *Iidem AA.*[hh] *Hadriano Pf. P. Post alia:* Curiosos praecepimus[i] removeri[k]. Curialibus insuper et navicularii omnibusque corporibus ita subveniri volumus, ut nihil apparitoribus universorum iudicum liceat, qui ex collecta provincialium praeda ad maiores militias festinant. *Dat. V. Non. Mart. Ravenna, Constantio et Constante Coss.* (414.)

12. *Iidem AA.*[l] *Palladio Pf. P.* Dalmatiae littora omnesque insulas eorum, qui sibi curas vindicant, enormibus commodis praegravari compertum est, ut nullus audeat ad loca tutiora, etiam acerbitate temporis cogente, succedere[ll]: atque ideo omnes omnino ex memoratis partibus censemus removendos, ut securitas antiqua vel consistentibus vel commeantibus reparetur.

— c. 8. Cod. Iust. XII, 23, 4. — c. 9 coniungenda est cum c. 23 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 32 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 19, 20 et 21 C. Th. de Exaction. (XI, 7), c. 31 C. Th. de Susceptor. (XII, 6) et sec. Go. cum c. 22 et 24 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), etsi hae constit. ad alios magistratus datae sunt. Commemoratur h. c. ap. Cuiacium in Comm. c. 18 Cod. Iust. de Cursu publ. (XII, 51) l. c. p. 505. Go. h. c. fugitiva esse videtur et referenda potius ad tit. C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). — c. 10 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 3 Cod. Iust. de Castrensianis (XII, 26) l. c. pag. 464. Vid. etiam infra VII, 16, 3, not. sup. — c. 11 coniungenda est cum c. 33 C. Th. de Erogat. milit. ann. (VII, 4) et c. 12 C. Th. de Metatis (VII, 8).

antea Go. prob. *peragrent.* Idem vult Reinesius. x) *Obversationis*, quod Go. primum in mentem venerat, ab ipso postea et a Ri. reprob. y) Eodem die data est c. 11 C. Th. de Privil. eor. (VI, 35). z) Go. et Be. cj. *Quia.* zz) In Aur. Lugd. om. v. *rebus.* Codex *maiorem ab obs.* *) Go. em. *eos, quos.* a) Go. et Be. recte em. *considerandis* et mox *cursu*; sed *cursum* defendi potest. Codex *in cusū*, sed corr. *in cursum*, et incipit cum v. *habere* folium XXXV. codicis. aa) An *Constantinopoli*? In codice abscissae sunt literae *otcrio Coss.* *) Codex *offō*; edd. *offi.* b) Cod. Iust. *quibus* (om. *tamen*) *inspiciendarum.* c) Cod. Iust. add. *cum.* *) Go. male *in licita.* d) Cod. Iust. *nec libellos, aut attestationes, vel contestationes litis gratia*, impr. Go. in comm. e) Cod. Iust. *trudere.* Codex *carcar .. | quemquam.* ee) Be. inscr. vult *Impp. Honor. et Theod.* Paullo post codex *verem* (sed em. *veterem*) — *haut* — *coemta* (em. *cocmpta*) *rub. ta.* f) Vid. Cuiac. l. c. pag. 505. *) Add. *Ravennae.* Vid. constt. cum hac constitutione coniungendas. g) Ri*. *Theodosius XX. Sinesio*, mendose. Go. probb. Reinesio et Be. add. vult *Com. S. L.*, quia infra mentio fit specierum imperialium. Praeterea Go. reprehendit eos, qui pro *Sinesio* rep. vol. *Cynegio.* Codex *Synesio Constitutione | cessante.* Siglum igitur dignitatis om. est a librario. Mox codex *consuitudo* — *comonit.*, sed corr. *conmonit.* *) Haec c. non exstat. **) In Aur. Lugd. his legitur v. *et.* h) Aur. Lugd. *quos*, err. Ante codex *proquae.* Cum syll. *nopere iuberemus* incipit pag. secunda folii XXXV. codicis. *) Go. *adiuncta* pro *iniuncta* habet. hh) Cui. 1 — Cui. 2* *Idem AAA.* et hic et in sq. c. Ibidem in codice exc. *Iidem.* i) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. auct. Go. ed. *praecipimus*, de qua re supra diximus. Vid. c. 27 C. Th. de Praet. (VI, 4), not. *u.* k) Cui. 1 — Cui. 2* *removeri, curialibus.* Be., quia seqq. inde a v. *curialibus* fugitiva sunt monente Go., §. 1 *curialibus.* Semicolon etiam ap. Go. — Ri*. Paullo post codex *inper*, sed non *insuper.* l) Vid. not. *hh.* ll) Go. in comm. ad v. *succedere*: „vel *secedere.*“ Codex *adque.* Idem paullo post *et*, sed corr. *vel.* *) Aur. Lugd. *quis.* Utrum hoc errore an consilio factum sit, non audeo di-

Si qui *) igitur ausus fuerit post hanc praeceptionum formam id officium, a quo depulsus est, usurpasse [m], ferro vinctus ad vindictam cura iudicum dirigatur ad sacratissimum comitatum. *Dat. VI. Id. Ian. Ravenna, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

TIT. XXX. DE PALATINIS SACRARUM LARGITIONUM ET RERUM PRIVATARUM.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Asellae....* [n] Palatini omnes, quos consistorii nostri comites propter diversas necessitates ad provincias dirigendos putaverint, sine ullo metu iudiciariae commotionis propter quae diriguntur impleant; conveniendis iudicibus more solenni. *Dat. VI. Kal. Mart. Sirmio* [o], *Ausonio et Olybrio Coss.* (379.)

2. *Idem AAA.* [p] *Pancratio Comiti R. P.* Prisco iam nunc ordine revocato, de palatino potius officio ad gerendum principatum officii comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum, si secus se gesserit [q], vereatur. Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis et mittere. *Dat. prid. Non. Iul. Scopis* [r], *Ausonio et Olybrio Coss.* (379.)

3. *Iidem AAA. Catervio Comiti S. L.* Primicerii scriniorum, receptoriorum [s] etiam, per triennium, iuxta [t] instar sacrorum scriniorum, administratione fungantur, ita ut nullus ambitu tempora aevi [u] longioris usurpet. *Dat. XIV. Kal. Sept. Bauxare* [v], *Ausonio* [x] *et Olybrio Coss.* (379.)

4. *Iidem AAA. ad Hesperium* *) *Pf. P.* Nihil omnino ullis iudicibus cum palatinis nostrae clementiae, quicunque a consistorianis [y] comitibus diriguntur, commune atque coniunctum sit [z], sed excepta reverentia, quae non solum ab inferioribus sed etiam a maioribus rectori provinciae debetur [a] atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet. [b] §. 1. Nec temere apparitor provincialis debiti reum, quem rationalis officium ad solutionem cogit, abducat. *Dat.* [c] *VIII. Id. Dec. Sirmio* [d], *Ausonio* [e] *et Olybrio Coss.* (379.)

5. *Iidem AAA. Nebridio Comiti R. P.* Quidam post impletum [f] ordinem militiae palatinae, quam gesserant, honoremque transactum ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc ista audendi relinquatur occasio, sed unusquisque eius scrinii, quod [g] primum militando delegit, ordinem persequatur, nec in alterius loco finem militiae requirat, qui iam proprii ordinis transegerit principatum. *Dat. V. Id. Oct. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383)

6. *Iidem AAA. ad Probum Pf. P.* [h] Ab officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus recedendum [i], ut neque [k] ipsa postmodum licitum sibi credat iisdem [l] aliquid iniungere, et praeterea provinciarum rectores prohibeat, quicquam ulterius tale conari. *Dat. VII. Kal. Nov. Mediolano, post cons. Merobaudis II.* [m] *et Saturnini.* (384.)

7. *Iidem AAA.* *) *Trifolio Comiti S. L.* Scriniis omnibus largitionum comitatensium infra scriptas decernimus dignitates **), ut, his contenti, ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam voluerit [n] impetrare. Annonas

Tit. XXX. Nov. Valent. III. de Palatinis (ed. Berol. p. 1294 sqq.). Cod. Iust. XII, 24. — c. 2. Cod. Iust. XII, 24, 3. Bas. VI, 31, 4. — c. 4. Cod. Iust. XII, 24, 4. Bas. VI, 31, 5. — c. 5. Cod. Iust. XII, 24. 5. Bas. VI, 31, 6. — c. 6. Cod. Iust. XII, 24, 6. Bas. VI, 31, 7. — c. 7 in Aur. et Lugd. appell. VIII., err. Cod. Iust. XII, 24, 7. Bas. VI, 31, 8.

cere. Utrumque recte se habet. m) Be. vult *usurpare*, sed errat Be.

n) Codex *Haselle*, sed del. *H* virgula transducta. Cui. 1 — Ri*. *Asellae.* Go. annotat: „MS. habet *Hasello*, expuncta tamen ibi litera *H* ubi et *P. V.* internoscere mihi videor, quod si ita est, tum fuerit Hic, *Fl. Eugenius Asellus Praef. urbi*, qui memoratur in vet. Inscript Romae p. 193. n. 6. (Ri. ap. Grut. CXCIII, 6)". In inscr. ap. Gruterum CXLIII, 6 commemoratur *Fl. Eugenius Asellus* Praef. Urb. Be. igitur ad fidem Go. rec. *Asello.* Hodie in codice siglum dignitatis non apparet. Cum rubrica h. tit. incipit folium XXXVI. codicis. o) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Sirmii.* p) Codex *Id. AA.* In Cod. Iust. ponuntur ipsa imperatorum nomina. q) Cod. Iust. *regendum princ. — si inhonestum aliquid gesserit*, minus eleganter sec. Go. r) Go. rep. vult *Stopis.* s) Go. *receptoriorum*, non *exceptoriorum*, quod alii volunt, legendum esse probat in comm. h. c. t) Go. repr. *iusta*, quod alii cj. videntur. De explic. vid. Go. u) Ita codex, Go. — Be.; Cui. 1 — Cui. 2* *aevi tempora.* Ceterum codex *nul | nulus a . t . evi*, sed corr. *nullus* et *aevi.* v) Go. em. *Bauzanis* s. *Bauzane* in comm. h. c., quem vide. x) Ita Be. auct. Ri., qui in notis tacite corr. Go. reponentem et hic et in sq. c. *Antonio* pro *Auxonio*, quod est in codice in edd. Cui. 1 — Ri*. *) Cod. Iust. *Hesperio.* y) Cod. Iust. om. *consisto ianis.* z) Cod. Iust. *sit c. atque coni.* a) Cod. Iust. *maioribus et in provincia degentibus rectoribus provinciarum deb.* Mox codex *sus*, sed corr. *suis.* b) Seqq. des. in Cod. Iust. et videntur Go. fugitiva esse. Cum vv. *quem rationalis* incipit secunda pagina folii XXXVI. codicis. c) Go. v. *Dat.* pro *Reddita* s. *Accepta* accipit. d) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. et Cod. Iust. *Sirmii.* e) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auxonio*, impr. Go. Vid. not. *x* antec. Cod. Iust. *Ausonio.* f) Go. in notis: „*Expletum.*" Supra et in inscr. sq. c. erosum est in codice v. *Iidem.* g) Cod. Iust. *quem*, impr. Go. Idem mox *elegit.* Paullo ante codex *reliquatur.* h) Go. modo ne subscriptio sit mendosa, inscr. vult *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*, prob. Be. Vid. not. *m* sq. Cod. Iust. ut nos. i) Cod. Iust. *esse recedendum.* k) Go. explicat *nequidem*, non recte. l) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Codex *a* (corr. *tua*) *sciat ita paenitus — rovinciarum* (corr. *provinc.*) — *Satni* (corr. *Satnini*). m) Ita Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. *secundo*; Be. *secund.* Go. existimat, tollenda esse vv. *post cons.*, cum haec subscr. plane sit singularis neque alias inveniatur. Vid. not. *h* supr. *) Go. rep. vult *Impp. Theodosius et Arcadius*, err. Vid. not. *h* antec. **) Ita codex, Go. et Cod. Iust.; rell. *dignitates decernimus.* Go. in notis: *Altiores dignitates.* n) Go. cj. *valuerit*, quod etiam libri mss. Cod.

etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus postulari[o], nec amplius quicquam praesumi. §. 1. *Brevis. Quas dignitates, per singula scrinia, officium sacrarum largitionum habere statutum est*[p]. Scrinium[q] exceptores perf. ord. p̄. n̄. I. ducenarii. n. II. scrin. tabulariorum perf. ord. III. centenarii n̄. II. perfectiss. ord. III. *) n. I. perfectiss. cum consulares[r] n̄. II. epistolarii. n. II. ducenarius r̄. I.[s] forma prim. n̄. III. centenarius r̄. I. centenarii n̄. II. form. sec. n̄. II. epistulares n̄. III epistularii*) n̄. III. form. III. n̄. II. forma. I. n̄. III. forma. prim. n. VI. scrinia can̄. form. sec. n̄. III. mittendarii form. sec̄. n̄. V. perfectiss. sāl. n̄. III.[t] ducenarii[u] n̄. II. formae tertie n̄. III. centenarii n̄..[v] centenarii n. VI. scriniarii numeror.[x] epistulares n̄. III. epistular. n. XII.[y] perf. ord. secundi n̄. I. formam[z] prim. n̄. IIII. form. prim. n̄. XI. form. sec. n̄. IIII. form. sec. n̄. XVIII.[a] *Dat. IIII.*

Iust. habent et optime quadrat. Similiter supra VI, 27, 16, not. *x*. o) Cod. Iust. *praestari*. p) Cod. Iust. *statuimus, hic est*. Vv. *Brevis — est* ap. Go.—Ri*. ita distinguuntur, ut quasi rubricam totius Brevis faciant. Ceterum sequentia, quod valde dolendum est, corrupte scripta sunt in codice Lugdunensi, solo huius loci fonte. Edidi igitur totum locum accurate ex codice, ubi vero omnia literis uncialibus, quas dicunt, scripta sunt, depictum, ut, qui coniecturis indulgerent, de loci habitu, qualis in codice est, iudicare possent. Hoc solum a me mutatum est, ut nonnulla verba auct. Go., quem Ri. — Be. secuti sunt, perspicuitatis caussa literis inclinatis describenda curarem. In edd. partim literae maiores in minores mutatae sunt, partim (ubique in edd. Go. et Be.) signa omissa, quibus compendium scripturae indicatur, partim puncta hic illic deleta et pro punctis commata posita, partim per compendium scriptis verbis aliae literae additae, aliae detractae. Maioris momenti diversitates indicatae sunt. Proxime ad codicem accedit Cui. 1. Ri. (Ri*.) denique, signis compendiorum receptis, ed. principem neque tamen omni ex parte restituere tentavit, a quo Be. iterum discessit. q) Go. cj. *in scrinio* aut, quod Be. prob., *per scrinium*. Cod. Iust. *Scrinii*. Edd. *exceptoris*, recte. *) Hic inc. folium XXXVII. codicis. r) Locus sec. Be. desperatus. Go. cj. *Cent. N. I.* aut *inter Consulares*. s) Vv. *ducenarius n̄. I.* bis scripta sunt in codice et ap. Go. — Ri*., errore. Be. ex Cod. Iust. quaedam excidisse suspicatur. *) Ita codex; edd. *epistulares n. II: epistulari n. III*, praeter Be., qui *epistolarii*. t) Ita codex. Cui. 1 *Sāt. N.* et est spatium duarum literarum. Aur. Lugd. *Sant. N.*, sine spatio. Item Cui. 2, 2*, sed retenta scriptura *Sāt.* Primum Go. *Sat.. N. III.*, quod receptum est in edd. Ri. — Be., ita quidem, ut in ed. Ri. et Be. post *Sat.* quattuor puncta ponantur, tria in ed. Ri*. Ri. non recte indicat diversitatem scripturae ed. Cui.; Be. cj. *perf. scrinii aureae massae ordinis* ex Cod. Iust., ubi scrinium mittend. excipit hoc scrinium. u) Cui. 2 — Ri*. *Ducennarii*. v) Ita codex; in edd. add. *II*. Cod. Iust. om. *cent. n. II*. x) Go. cj. *numerariorum* ex Notit. Imp. y) Haec *ep. n. XII.* non habentur in Cod. Iust. z) Be. cj. *forma*. Aur. Lugd. *Form. prim.* Go. — Be. *Formam prim.* a) Ita cod. Lugd. convenienter cum Cod. Iust. Edd. *XIII*. Ap. Be. brevis ita est: *Scrinium exceptoris perf. ord. p. n. I., ducenarii n. II.; scrin. tabulariorum perf. ord. III., centenarii n. II., perf. ord. III. n. I., perfectiss. cum consulares (?) n. II., epistolarii n. II., ducenarius n. I., form. prim. n. III., centenarius n. I., centenarii n. II., form. sec. n. II., epistolares n. II., epistolarii n. III., for. III. n. II., forma I. n. III., forma prim. n. VI.; scrinia can. for. sec. n. III.; mittendarii for. sec. n. V.; perfectiss. Sat.... n. III., ducenarii n. II., formae tertiae n. III., centenarii n. II., centenarii n. VI; scriniarii numeror., epistolares n. III., epistolar. n. XII., perfect. ord. sec. n. I., formam prim. n. IV., form. prim. n. XI., form. sec. n. IV., form. sec. n. XIII.* In Cod. Iust. etsi multis aliis mutatis, aliis resectis h. c. inde a vv. *Scrin. exceptor.* plenior ita legitur. *Scrinii exceptorum perfectissimus ordinis secundi numero unus, id est, primicerius exceptorum unus: ducenarii duo, id est tertiocerius, et quartocerius: centenarius unus, id est primicerius instrumentorum: epistolares numero duo: formae primae numero triginta sex: formae secundae numero quatuor: formae tertiae numero tres. Scrinii numerorum perfectissimus ordinis tertii numero unus: ducenarius numero unus: centenarii numero duo: epistolares numero duo: formae primae numero tres: formae secundae numero unus: formae tertiae numero duo. Sacri scrinii tabellariorum perfectissimus ordinis tertii numero unus: ducenarius numero unus: centenarius numero unus: epistolaris numero unus: formae primae numero tres: formae secundae numero quinque. Scrinii canonum perfectissimus ordinis tertii numero unus: ducenarius numero unus: centenarius numero unus: epistolares numero duo: formae primae numero quatuor: formae secundae numero quatuor. Scrinii mittendariorum ducenarius numero unus: centenarii numero duo: epistolares numero octo: formae primae numero septem: formae secundae numero triginta tres. Scrinii aureae massae perfectissimi ordinis tertii numero unus, id est, primicerius sacrae massae, numero unus: item secundocerius numero unus: ducenarii numero duo, id est, tertiocerius, et quartocerius: centenarii numero sex: epistolares numero quatuor. Aurifices specierum perfectissimus numero unus: ducenarii numero quatuor: centenarii numero sex: epistolares numero octo: formae primae numero decem et septem: formae secundae numero quatuor. Aurifices solidorum ducenarii numero unus, centenarii numero octo: epistolares numero sex: formae primae numero novem: formae secundae numero triginta. Sculptores et ceteri aurifices centenarii numero unus: epistolares numero quinque: formae primae numero sex: formae secundae numero decem et octo. Scrinii auri ad responsum perfectissimi ordinis primi numero unus: perfectissimi ordinis secundi numero duo: ducenarius numero unus: centenarii numero duo: epistolares numero tres: formae primae numero quatuor: formae secundae numero duo: formae tertiae numero unus. Scrinii a miliarensibus perfectissimus ordinis primi numero unus: ducenarius numero unus: formae primae numero unus: formae secundae numero duo: formae tertiae numero tres. Scrinii vestis perfectissimus ordinis tertii numero unus: perfectissimus ordinis secundi numero unus: ducenarii numero unus: centenarii numero unus: epistolares numero duo: formae primae numero septem: formae secundae numero decem: formae tertiae numero quatuor. Officialium sacrarum vestium ducenarii numero tres: centenarii numero tres: epistolares numero duo: formae primae numero duodecim: formae secundae numero decem: formae tertiae numero octo. Deputati sacrae vestis perfectissimi secundi ordinis numero duo: ducenarii numero duo: centenarii numero duo: epistolares numero duo: formae primae numero tres. Scrinii ab argento perfectissimi ordinis secundi numero unus: epistolares numero unus: formae primae numero sex: formae secundae numero tres: formae tertiae numero unus. Scrinii a pe-*

Id. Iun. Heracleae[b], *Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

8. *Iidem* *) *AAA. Trifolio Comiti S. L.* Placuit iusta et omnibus mittend*ariis* palatini officii[c] profutura suggestio, qua *) insinuasti, ut ex iisdem[d] annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis[e], habito provisionis intuitu, cingulo liberentur. *Dat. IV. Id. Mart. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone V. C. Coss.* (385.)

9. *Iidem AAA. Trifolio Comiti S. L.* De mittendariis palatinis annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis, habito provisionis intuitu, cingulo liberentur, et, prioribus decedentibus, locus sequentibus detur. *Dat. IV. Id. Mart. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

10. *Iidem AAA. ad Principium Pf. P.* Si quis iudicum palatino vel profligationem debitorum putaverit esse mandandam, vel eius impertiendum litigatori auxilium in lite privata, tam ipse quam eius officium per singulos, quibus vetita curanda commiserit, quinas auri libras fisci viribus inferre cogatur. *Dat. prid. Kal. Sept. Aquileia, Arcadio A. I.*[f] *et Bautone Coss.* (385.)

11. *Iidem AAA. Proculo Comiti S. L.* Olim[g] statuimus, ut ultra definitas dignitates nullus nec annonas nec strenas perciperet. Sed quia plerosque de diversis palatinis officiis sub occasione indepti honoris strenas et vestes ceteraque solennia ultra statutum numerum percepisse cognovimus, et id, quod ex superfluo praebitum est, exigi facias, et deinceps ultra statutas dignitates nihil praeberi permittas. *Dat. Non. Maii Constantinopoli. Acc. a Valerio Comite S. L. Honorio N. P.*[h] *et Evodio Coss.* (386.)

12. *Imppp.* *) *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Severo*[i] *Comiti et Castrensi.* Nullus eorum, qui palatinis intra aulam obsequiis deputandi sunt, ad aliquod munus debet admitti, nisi cui annotatio nostra sortiendae talis militiae copiam patefecerit. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Mediolani, Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.* (390.)

13. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio Comiti S. L.* Officium, quod sublimitatis tuae iussionibus obsecundat, eas tantummodo teneat dignitates, quas divae recordationis Valentis *) constitutio comprehendit. Nihil ultra nec peti convenit, nec sperari. *Dat. IV. Kal. Dec. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

14. *Iidem AA. Martiniano*[k] *Comiti S. L.* Officiorum palatinorum scriniorumque primicerii biennio transacto discedant, nec ulterius in eadem militia commorentur. Eos sane, qui ante hoc statutum in locis memoratis inventi sunt, ad metas triennii concedimus pervenire. *Dat. XV.* *) *Kal. Febr. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

15. *Iidem AA. Constantio* **) *Comiti S. L.* His abiectis de officio palatino, qui inconsiderate ac vulgo sunt congregati, statutos ducentos viginti quattuor, supernumerarios sexcentos decem electissimos inhaerere praecepimus[l], et *iux*ta instructionem eminentiae tuae, quae annexa est, singulis scriniis vel rectoribus definitum numerum supernumerariorum deputari. §. 1. Si quis sane ad memoratam militiam accedere voluerit, ostensa generis fide tunc demum annotatione nostri *numinis*[m] palatinorum coetui societur. *Dat. XIII. Kal.....*[n] *Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

— c. 8 coniungenda est cum c. 9 h. t. Cod. Iust. XII, 24, 8. Bas. VI, 31, 9. — c. 9 ap. Go. *VIII.* dicitur, err. Ceterum vid. c. 8 super. — c. 12 Go. fugitivam esse putat et coniiciendam in tit. de Castrensianis (VI, 32). — c. 14 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 11 Cod. Iust. h. t. l. c. p. 462. Sec. Go. coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Proximis (VI, 26) et cum c. 8, 9 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27). Vid. c. 6 cit., not. sup. In notis autem c. 4 C. Th. de Militari veste (VII, 6) rectius hanc c. iungi vult c. 4 cit.

cuniis perfectissimus ordinis secundi numero unus: formae primae numero unus: formae secundae numero duo: formae tertiae numero quinque. Argentarii comitatenses ducenarii numero unus: centenarii numero duo: epistolares numero tres: formae primae numero octo: formae secundae numero viginti quinque. Barbaricarii centenarii numero duo: epistolares numero quinque: formae primae numero octo: formae secundae numero unus. b) Codex, Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Heracliae.* Go. annum 394 apponit, mendose. Vid. supra not. *. *) Reinesius rep. *Imppp. Val. Th. et Arc.*, recte. c) Aur. Lugd. *iuxta.* Cod. Iust. *iuste omnib. m. et palatinis officiis*, male sec. Go. *) Cod. Iust. *quam.* d) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Cod. Iust. *annis singulis*, impr. Go. e) Codex, Cui. 1 — Ri*. *centuriis.* Go. cj. *centunariis* vel *centenariis*, quod c. 9 h. t. habet et Be. ex Cod. Iust. rec. In Cui. 1 — Cui. 2* hic locus ita interpungitur: *singuli ex ducenariis terni, ex centuriis habito pr. i. c. l.* Prorsus eadem ratione interpung. in Cod. Iust.: *annis singulis ex d. terni, ex c.*; simili distinguitur in sq. c., hac sola differentia, ut in Cui. 1 — Cui. 2* comma etiam post v. *singuli* ponatur. Go. hunc numerum improbans et hanc conturbationem cum ex prava interpunctione, tum ex interpretatione vv. *habito provisionis intuitu* derivans (addi hoc etiam potest, quod non intellexisse videntur, quomodo vv. *ex iisdem* in uno eodemque membro cum vv. *ex ducenariis* componenda essent) edidit *Ducenariis: terni, ex Centuriis, habito pr. i., c. l.*, quod Ri. Ri*. rec. et nos cum Be. paucis mutatis servavimus. f) Codex, Cui. 1 — Ri*. *II.*, mendose, quod Be. tacite correxit. Cum v. *cogatur* incipit in codice secunda pag. folii XXXVII. Ibidem periit in inscr. c. sq. v. *Iidem.* g) Vid. c. 7 h. t. h) Edd. aut *nob.* aut *Nob. P.* Codex *NOB. P.* *) Cui. 1 — Lugd. *Impp.* i) MS. sec. Go. *Severiano.* Ita est. Mox codex *Neotherio.* *) Haec Valentis c. sec. Go. non exstat. k) Go. *Martiano*, err. Vid. c. 4 cit., not. *m.* Mox codex *Offorum* et Ri. *primicerrii.* *) Vid. c. 4 cit., not. *. **) Codex *Constano.* l) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. auct. Go. *praecipimus.* Ceterum codex *inconsideratae — congragati* (ponitur *e* supr. *a*). In eodem cum v. *ducentos* incipit folium XXXVIII. m) Cf. ad h. l. Zirardin. l. c. p. 243. n) Go. ex vestigiis MS. suppl. *Ian.* In Cui. 1 — Cui. 2* omiss. spatio scribitur *Kal. Cōst.* (s. *Constantinop.*) *Theod. V. C. Cons.* (Aur. Lugd. *Conss.*). Ap. Go. sex puncta ponuntur post *Kal.*, quinque tantum in ed. Ri. Ri*. Be. Mihi videntur quattuor lite-

16. *Iidem AA. Messalae Pf. P.* Salutari definitione censuimus[o], DXL et sex[p] de officio comitis sacrarum largitionum, trecentos privatarum[q], qui tamen nullis sint corporibus obligati; reliquos suis officiis et ordinibus esse reddendos, singulis tamen ita matriculis retinendos, ut *) patriae provincia pariter conscribatur; iudicibus admonendis de numero statuto, ut ceteri ad sua officia retrahantur, nec posthac sub specie militiae intra provinciam possit delitescere, qui sibi nec indultum commeatum nec publicam necessitatem docuerit esse mandatam. Curialem suum municipes vindicent, collegiatum proprium corpus adstringat, nec iudicem suum apparitor quondam desertor evadat. Sibi quisque, iure tamen, obnoxium exsequatur[r], adiutoribus quoque, qui matriculas tractant, supplicium deportationis cum amissione facultatum subeuntibus, si quemquam ultra numerum praestitutum siverint militare. *Dat. XI. Kal. Ian. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

17. *Iidem AA. Longiano[s] Comiti S. L.* Serenitas nostra salubri sanctione disposuit *),[!] ut quingenti quadraginta sex, qui tamen nullis sunt corporibus obligati, palatini sint, supernumerarii autem[t], ex quibus in decedentium locum, quos ratio invenerit, singuli subrogentur ad originem tractis desertoribus: sciente adiutore officii palatini, si qui supra statutum[u] numerum vel conniventia[v] vel negligentia eius irrepserit, avaritiam eius proscriptione omnium facultatum ac *) deportatione plectendam. Reliquos[x] autem, qui superflui fuerint, provinciis sine dilatione, datis auctoritatibus, restituantur. *Dat. X. Kal. Iun. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

18. *Iidem AA.*[y] *Nestorio Comiti R. P.* Non aliter quilibet in officio sacrarum privatarum cingulum[z] militiae sibi sumendum existimet, nisi nostrae mansuetudinis annotationem *) meruerit. *Dat. prid. Id. Aug. Ancyrae, Stilicone*[a] *II. et Anthemio Coss.* (405.)

19. *Iidem AA. et Theodosius A.*[b] *Monaxio Pf. P.*[c] Domninum[d] ex-primiceriis sacrarum largitionum speciali beneficio ex-vicariis, ad similitudinem proximorum sacrorum scriniorum, esse praecipimus *). Ceteros primicerios scriniorum, et qui post illum primicerii totius erunt officii palatini ex-consularibus inter allectos esse decernimus. *Dat. XVI. Kal. Febr. Constantinopoli, Basso*[e] *et Philippo VV. CC. Coss.* (408.)

20. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni*[f] *Pf. P.* Palatinos, qui, sacrarum remunerationum rationem tractantes, inculpatim *) ad calcem terminumque militiae pervenerint, praecepimus[g] ea habere privilegia, adiutorem et primicerios diversorum officiorum, quae nuper agentum in rebus scholae a[h] nostra sunt mansuetudine contributa; scilicet ut a tironum praebitione memorati reddantur exsortes, ceteraque onera non agnoscant, quae antea, cum nihil de hac re statuissemus *), ad dignitatis dispendium sustinebunt[i]. *Dat. VII. Id.*

— c. 16 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 10 Cod. Iust. eod. l. c. p. 462. Cf. c. 5 C. Th. de Off. com. sacr. larg. (I, 10). Go. putat, cum hac c. coniungendam esse c. sq. h. t., quamquam alii magistratui inscribitur. — c. 17. Vid. c. 16 h. t. Commemoratur a Cuiacio l. c. p. 462. — c. 18. Cod. Iust. XII, 24, 9. Bas. VI, 31, 10. — c. 20. Cod. Iust. XII, 24, 10. Bas. VI, 31, 11. Cf. Cuiacius l. c. p. 462. Fortasse coniungenda est cum c. 12 C. Th. de Censitor. (XIII, 11). Vult enim Tillem. l. c. T. V, p. 82, not. XXXIV. omnes constitutiones ad Ioannem anno 412 datas aut anno 422 aut 413 assignari. Quod si recte se habet, non dubitare licet, quin illae c. coassandae sint; distant enim uno tantum die, quod librariorum culpa factum est.

rae periisse. o) Go., nisi quid desit, *censuimus* pro *numerum constituimus, aestimavimus* dictum esse putat. Vid. not. *q*. p) Ita MS. sec. Go., recte; numerus autem antiquo more scriptus est et congruit hic numerus cum c. sq. Paullo post codex *offo com.* q) Be. suppl. vult *manere* vel *retineri*. Fortasse caussa erroris latet in vv. *et sex*, ut ibi add. sit *esse*. Vid. c. 17 h. t. *ut quingenti quadraginta sex — palatini sint*. Vid. not. *o*. *) Codex *unt* et paullo post *proproum*, sed em. *ut* et *proprium*. r) Go. in notis *persequatur*. s) Go. em. *Longiniano*. *) Vid. c. 16 h. t. Codex *quadaginta* (em. *quadrag.*) *sex quid tamen*. t) Go. suppl. *alii*, scil. *fiant*. Be. pro *autem* em. *etiam*. Fortasse exc. numerus. *Sexcentos. decem* statuerat c. 15 h. t. In v. *autem* incipit pag. secunda folii XXXVIII. codicis. In ima pagina habetur numerus quatern. XXXVII. u) Aur. Lugd. *quis s. statum*. v) Ita auct. Go. reposuit Be. pro *cohibentia*, quod est in codice, Cui. 1 — Ri*. et fere semper in codd., etiam 1, scribitur pro *conniventia*. *) Ri. Ri*. mendose *ab*. x) Go. Be. recte em. *Reliqui*. y) Go. et Be. rep. volunt *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.* Cod. Iust. *Impp. Theod. et Arcad. AA.*, impr. Go. z) Cod. Iust. *sacr. largitionum vel privatarum rerum cing.*, impr. Go. *) Cf. Zirardin. l. c. p. 491. a) Codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Stilichone*. Cf. Zirardin. l. c. p. 438, not. b) Go. emendata antecedentis c. inscriptione (vid. supr. not. *y*) rep. vult *Iidem AAA.* c) Go. Reinesius em. *Pf. U.* d) Ita codex; edd. *Dominum*. *Dominum* vel *Domninum* nomen proprium hominis alicuius esse, Go. asseverat et vehementer vituperat Gutherium, qui de Officiis dom. August. lib. III, c. 9, p. 580 sq. ed. Lips. *Dominum ex - Primiceriis* pro nomine appellativo (Primicerio notariorum totius officii) acceperat. Reinesius recte cj. *Domninum*. *) Codex *praecepimus*. e) Aur. Lugd. *Basto*. Cf. Zirardin. p. 438, not. f) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Iohonni*. Mox codex *ratione*. *) Cod. Iust. *tractantes inculpantur, ad.* g) Be. auct. Go. ex Cod. Iust. rec. *praecipimus*; rell. cum codice *praecepimus*. Deinde codex *primicerius*. h) Hic locus ita legitur in Cod. Iust. *pervenientes, nec non etiam adiutores et pr. div. off. praecipimus hab. priv. q. n. agentium in r. scholae* et om. *a*. Be. post v. *adiutorem* addi vult ex Cod. Iust. *etiam*. Go. existimat, vv. *adiutorem — officiorum* explicari exordium legis: *Palatinos — pervenerint* (*Adiutorem scilicet* etc.). Vult etiam pro *diversorum* aut *diversos* aut *universorum* scribi. Utrumque videtur Be. improb. Certe ordo verborum turbatus est. Codex *sholae*, sed corr. *scholae*. *) Codex *de hac restituissemus*. i) Em. *sustinebant*, quod Go. propos., prob. Be. Etiam Cui. l. c. habet *sustinebant*. In Cod. Iust. omnia

Iun. Ravenna, post cons. [k] *Honorii IX. et Theodosii V. AA.* (413.)

21. *Iidem AA. Anysio Comiti S. L. et Tauro Comiti R. P.* Ad similitudinem sanctionis *), quam de proximis sacrorum promulga*vi*mus scriniorum, etiam in officio sacrarum lar*gi*tionum atque privatarum [1] pro biennio annum sub perpetua observatione praecipimus custodiri. *In* [m] venerabili natali perennitatis meae, Theodosii [mm], exemplo *) proximorum, annus suscipiat exordium promotionis, et privilegia [n], quae huius modi offic*iis*, vel primicerio [o] sacris legibus deferuntur, integra *illi*bataque serventur. *Dat. III. Kal. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

22. *Iidem AA.* *) *Anysio Comiti S. L.* Cessantibus cunctis, quae super biennio de actu mittendariorum olim [p] statuta sunt, ad sim*ilit*udinem exceptorum eiusdem militiae completo an*no* recedere eos, subituris eundem locum sequentibus, praecipimus; illis, qui nunc agunt, biennii actum, ex quo coeperunt, complentibus. *Dat. IV. Non. Maii Constantinopoli, Monaxio et Plinta Coss.* (419.)

23. *Iidem AA. Asclepiodoto Comiti S. L.* Quattuor mittendarios, qui per annos singulos [pp] ex officio palatino exire solenniter consuerunt, beneficiis, quibus tuo culmini visum fuerit, ex his videlicet, quae suae iurisdictionis esse, nec aliis ex consuetudine coelitus deputata cognoverit, tua sublimitas prosequatur. Etiam in posterum hac consuetudine permansura, ut, circumventione damnata, prolixa stipendia sive *) debita solatia consequantur. *Dat. III. Kal. Maii Constantinopoli, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

24. *Imp. Theodosius A. et Valentinianus C. Hierio Pf. P.* [q] Nostrae moderationis arbitrio praestitutum est, ut privatiani privilegia largitionalis officii perpetuo consequantur, hoc est ut tam primicerius officii privatarum, quam *a*lii quattuor reliquorum primicerii scriniorum *) eiusdem contemplatione militiae ex-consularibus inter *al*lectos esse mereantur, et tam in hac alma urbe, quam *in* provinciis honore potiantur; cum illustres viri memoratarum comites dignitatum ita simili iugiter infularum *s*plendore decorentur, ut non culmine discingantur aequali [r], sed tempore. *Dat. XV. Kal. Dec. Constantinopoli, Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

TIT. XXXI. DE STRATORIBUS.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Zosimum Praesidem Novae Epiri.* Per omnes provincias edictum generale misimus, ut ab [s] stratoribus unus tantum solidus *) probae nomine posceretur, et in offerendis equis certam formam, staturam, aetatem provinciales nostri custodiendam **) esse cognoscerent. Quos etiam fisco certo solidorum modo obnoxios [ss] fecimus, si, quod stratores petere nunquam metuunt [t], illi dare stratoribus [u] non timerent. Officium quoque gravitatis tuae centum argenti libris [v] mulctabitur, *si* [x] sciens praedictam rem gestam fuisse, non illico eam severitati iudiciariae prodidisset [y]. *Dat.* *) *XIII. Kal. Iul. Apolloniae, Valentiniano et Valente* [z] *AA. Coss.* (365.)

— c. 21. Cod. Iust. XII, 24, 11. Bas. VI, 31, 12. — c. 24 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 7 Cod. Iust. de Palat. sacr. larg. (XII, 24) l. c. p. 461.
Tit. XXXI. Cod. Iust. XII, 25. — c. 1. Cod. Iust. XII, 25, 1. Bas. VI, 32, 1.

des. inde a v. *quae.* k) Ita Cod. Iust. et Go. in not.; Cui. 1 — Cui. 2* *p̄ Consulatum.* Ri. Ri*. *p̄. Consulatum;* et Go. Be. *p̄. Consulatum.* Codex *pcss* et incipit fol. XXXIX. Mox codex *Anyso*, sed corr. *Anysio.* *) Est c. 17 C. Th. de Proximis (VI, 26). l) Cod. Iust. add. *rerum.* m) Go. pro *in* vult vel *et* vel *ut*, sine dubio, quia in Cui. 1 — Ri*. est *custodiri in venerabili.* Sed v. *In*, quod cum Be. puncto seiunximus a v. *custodiri*, suo loco est. mm) Go. tenendum esse dicit v. *Theodosii*, quod nonnullis irrepticium esse videtur. Vid. c. 10 C. Th. de Praet. (VI, 4), not. *m.* *) Ita Cui. 1 — Cui. 2*. Be.; codex *exemplum*, unde Go. — Ri*. *ad exemplum.* Ceterum Cui. 2, 2* mendose *proximiorum.* n) Cod. Iust. *custodiri: ita ut et privilegia* et om. *In venerabili — promotionis et.* o) Cod. Iust. *primiceriis.* *) Go. — Ri*. *Idem AAA.* p) Haec lex periit. pp) Codex *singolus.* *) Codex *sine.* q) Codex *Hierierio PP.* Cui. 1 — Ri*. *Impp.* Cui. 1 — Lugd. *praeposito.* Cui. 2, 2* *PP. F.* Utrumque reprehendit Ri. *) Vv. *tam primicerius — scriniorum* proferuntur ap. Cuiacium l. c. In vv. *hoc est* incipit pag. secunda folii XXXIX. Paullo post codex *etiam in — iugeter*, sed corr. *iugiter.* r) Go. recte cj. *distinguantur.* De mutatione vv. *distinguendi* et *discingendi* vid. c. 7 C. Th. de Legit. her. (V, 1), not. *m.* Quod autem Go. *inaequali* em. pro *aequali*, id non iure factum esse videtur, cum haec vv. ita solvi possint: *non d. c., quonium id aequale est, sed d. t.*
s) V. *ab* deest in Cod. Iust., sed tamen habetur in ed. Cui. Codex *generalem misimus.* *) Reinesius cj. *semper*, i. e. equus. **) Ita Cui. 1 — Cui. 2* et Cod. Iust.; Go. — Be. tacite edid. *custodienda.* Codex *custodiendā ese*, sed corr. *esse.* ss) Codex *obnoxius.* t) Cod. Iust. *formam statutam et aetatem — cognoscant — certo modo solidorum — petere interdictum est.* u) Codex, Cui. 1 — Lugd. *statoribus.* Utrum errore an consilio ap. Cui. non dixerim. Cuiacius enim in Comm. c. un. Cod. Iust. eod. l. c. p. 463 „Nihil, inquit, refert, stratores dixeris an statores.“ Sed illud h. v. rectius. Reinesius delet *non*, sed postea ipse se revocat. v) Ita Be. ex Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. *libras.* x) Be. ex Cod. Iust. add. v. *si*, quod in Cui. 1 — Ri*. deest, sed iam Go. placuit. Etiam in codice deest *si.* y) Ita Be. auct. Go.; male enim codex, Cui. 1 — Ri*. *prodidisse.* Cod. Iust. *prodiderit*, quod haud scio an non praeferendum sit. *) Sec. Go. pro *Reddita.* z) Go. et Reinesius inser. putant *IV.*, h. e. ann. 373, propter c. un. C. Th. Ne praefectianus (XII, 10) ad eundem Zosimum anno 373 datam et propter c. 22 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) Paulino, Zosimi antecessori, anno 372 inscriptam. Hac de caussa deest anni nota apud Go.; Ri. Ri*. ponunt ann. 373.

TIT. XXXII. DE CASTRENSIANIS [a].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Narsi, viro spectabili, Comiti et Castrensi S. P.* In officio *) spectabilitatis tuae, secundum formam divalium responsorum **), post complctum tempus praefinitum, id est biennium, prioribus decedentibus [b] insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorumque succedant. Nec ulla licentia tribuatur his, qui impletum deposuerint officium, denuo ad eandem militiam vel sollicitudinem remeandi. *Dat. VI. Id.* [bb] *Febr. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et qui fuerit nuntiatus.* (416.)

2. *Iidem AA. Scholastico* *), *viro spectabili, Comiti et Castrensi sacri palatii* [c]. Nonnulli divinis impetratis apicibus primae vel secundae formae sacri ministerii supernumerarii ordinati sunt, quibus interpositis, et locum, qui vacaverit, occupantibus, statuti [d] secundae vel tertiae formae de superioribus gradibus excluduntur. Ideoque decernimus, ut, qui in prima vel secunda forma divino beneficio supernumerarii reperiuntur, statuti quin etiam secundae vel tertiae formae, alternis vicibus, hoc est per vicissitudines, promoveantur, ut nunc unus ex isto, nunc alter ex illo ordine ad superiorem statutorum locum, si vacaverit, progrediatur. De cetero observando, ut, si quis [e] primae vel secundae vel tertiae formae specialiter inter *) statutos gradum coelitus valuerit impetrare, supernumerarius [f], ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. *Dat. prid. Id. Ian. Constantinopoli, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

TIT. XXXIII. DE DECANIS.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Helioni Comiti et Magistro officiorum.* Quattuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiae gradum pervenerint, biennii spatio primiceriatus [g] gerant officium; neque ulterius cuiquam hoc loco liceat immorari [h], ut, omni gratia et ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. *Dat. prid. Non. Nov. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Coss.* (416.)

TIT. XXXIV. DE MENSORIBUS.

1. *Imppp. Arcadius* [i], *Honorius et Theodosius AAA. Aemiliano Magistro officiorum.* Primicerius mensorum, ad instar scriniorum [k], biennio expleto agentis in rebus ultimi militiam [l] sortiatur. *Dat. X.* *) *Kal. Aug. Ancyrae, Stilicone II.* [m] *et Anthemio Coss.* (405.)

TIT. XXXV. DE PRIVILEGIIS *) EORUM, QUI IN SACRO PALATIO MILITARUNT.

1. *Imp. Constantinus A. Palatinis* [n] *bene meritis suis* [o] *Salutem.* A palatinis, tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in scriniis nostris, id est memoriae, epistolarum libellorumque versati sunt, procul universas calumnias sive nominationes iubemus esse summotas, idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis *) pervenire, atque immunes eos a cunctis muneribus sordidis et personalibus permanere cum universis mobilibus et mancipiis urbanis, neque iniurias **) eis ab aliquibus inferri; ita ut, qui haec contempserit, indiscreta dignitate, [p] poenas debitas exigatur. *Dat. IV. Kal. Nov. Treviris* [q], *Volusiano* [r] *et Anniano Coss.* (314. *))

Tit. XXXII. Cod. Iust. XII, 26. — c. 1. Cod. Iust. XII, 26, 1. Bas. VI, 32, 2. — c. 2. Cod. Iust. XII, 26, 2 mutil. Bas. VI, 32, 3.
Tit. XXXIII. Cod. Iust. XII, 27. — c. 1. Cod. Iust. XII, 27, 1. Bas. VI, 33, 1.
Tit. XXXIV. Cod. Iust. XII, 28. — c. 1. Cod. Iust. XII, 28, 1. Bas. VI, 33, 3. Coniungenda est h. c. cum c. 3 C. Th. de Off. mag. off. (I, 9). Cf. c. 3 cit., not. *t*.
Tit. XXXV. Cod. Iust. XII, 29. — c. 1. Cod. Iust. XII, 29, 1. Bas. VI, 33, 4.

---

a) Cod. Iust. *De C. Et Ministerianis.* Codex *Castrinsianis* et incipit cum hac rubrica fol. XL. codicis. Ibidem *Theodiosius.* *) Codex *Com. et Castrensi R P.* Aur. Lugd. *In officioso*, mendose. **) Haec responsa non inveniuntur. b) Ri*. *decedentium*, mendose. bb) In Cod. Iust. deest *Id.* et mox ap. Go. om. annus. Cf. Zirardin. l. c. p. 443, not. *) Cf. Heimbachius in Proleg. Athanasii Scholast. pag. IV. c) *S. Palatii* add. in m. Cui. 1 — Cui. 2*. Inde si cui probabile videretur, h. vv. non fuisse in cod. Lugd. et de cj. Cuiacii ex Cod. Iust. apposita esse, valde erraret, nam in codice sunt *sa ...* | *palatii.* d) Go. *statutis.* Ita etiam codex. e) In vv. *Si quis* inc. c. 2 Cod. Iust. cit., omm. antecedd. *) Aur. Lugd. *in statutos.* f) Codex, Cui. 2 — Ri*. *supernumerarios* (peius etiam Cui. 1. Aur. Lugd. *supernumerios*), quod Be., auct. Go., ex Cod. Iust. em. Codex *minesterii* (corr. *ministerii*) — *vicisitudinis* — *supernumerarios* — *forfae tert.*

g) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *primiceratus.* Pagina secunda folii XL. codicis incipit cum rubrica h. tit.

h) Cod. Iust. *cuiquam liceat in hoc immorari.* Mox codex *cassante*, corr. *cessante.*

i) Cod. Iust. *Impp. Honorius et Theodosius AA.* et om. *Arcadius.* Cui. 1 *Impp.* k) In Cod. Iust. des. vv. *ad instar scriniorum.* Codex *agentes.* l) Cod. Iust. *agentis in rebus militis militiam.* *) Vid. not. super. h. c. m) Cod. Iust. *Stilichone* et om. *II.* Codex *Stilichone II. et Antemio Coss.* Cf. Zirardin. l. c. p. 438, not.

) Cui. 2 — Ri. in ind. titt. *De privilegio.* Mox Cod. Iust. *militant.* n) *Et*, quod v. Cui. 1 — Ri*. add., deest prob. Go. in Cod. Iust. et sec. Go. in MS. Lugd., quas ob caussas a Be. recte deletum est. Non est *et* in codice. o) Cod. Iust. om. *suis.* Idem *S.* pro *Salutem.* Mox codex *tam in his.* Deinde fol. XLI. codicis incipit cum vv. *lorumq. versati sunt.* *) Codex *sanguinis vervenire* et corr. *per* a manu rec. Paullo post codex *unversis*, sed corr. *universis.* **) Go. *iniuria*, err. et Cod. Iust. *hoc* pro *haec.* p) Be. in not. add. *ad*, sine caussa. Vid. supra VI, 26, 14, not. *b* et infra VIII,

2. *Idem A. ad Proculum**) Proconsulem Africae.* Si ex memorialibus vel ex palatinis nostris aliquis ad agendas curas rei publicae vel alterius officii fuerit destinatus, minime ab eo repraesentatio postuletur equorum. Qui autem in palatio obsequia non praebuerunt, sed ex alio hominum genere sunt, equos solennes pro huius modi actu[s] repraesentent. *Dat. VI. Kal. Aug. Constantino A. IV.*[t] *et Licinio Coss.* (319.)

3. *Idem A. ad Rufinum Pf. P.*[u] De cubiculis nostris vacatione donatos, vel diversis obsequiis palatinis, aut scriniis memoriae, epistolarum libellorumque, vel officio largitionum comitatensium singularumve urbium, sed et officio admissionum, ad legum nostrarum privilegia volumus pertinere, ut nec ipsi, nec filii, nec nepotes eorum ad curiam vel honores vel onera *vel*[v] muncra municipalia devocentur. Meritoque his iungimus*) largitionales urbium singularum, ne privilegio separentur, quos dignitas propemodum similis copulavit, (memorati namque palatiuorum matriculis attinentur), quique sub castrensi militant. Quibus omnibus condonamus, ne exactorum vel turmariorum**), quos capitularios vocant, curam subeant, vel obsequium temonariorum vel prototypiae[vv]. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut, etiamsi quis ad diversas administrationes post obsequia palatina pervenerit, iisdem[x] debeat uti privilegiis, quoniam maior dignitas nulla[y] debet praeiudicium facere. §. 1. Nemo igitur ex filiis praedictorum vel servis castrensi peculio conquisitis[z] professionibus censualibus inseratur, vel numero accrescentium loco vel[a] deficientium subrogetur, si non fuerit innexus voluminibus censualibus. §. 2. Personalibus etiam et corporalibus muneribus liberentur, sive adhuc in palatio observent, sive optata quiete donati sint[b]. §. 3. Quibus omnibus privilegiis coniungimus agentes in rebus, licet meritis[c] militaribus videantur esse subnixi[cc]. *Dat. V. Kal. Maii Sirmio*[d], *Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

4. *Idem A. ad Iulium Verum Vicarium Italiae.* Palatinis nostris, qui ob spectatum laborem otio donati sunt, sub obtentu pensitationum, quae repraesentari consuerunt, tolerantia munerum sordidorum atque indigni oneris quorundam temeritate imponitur. Quod facinus, licet graviore poena pleotendum est, tamen ita volumus emendari, ut gravitas tua ex officio rationum aeris speciem postulet, et in tabulas ei formatae[e] legis huius apices imprimat, ut, si quid tale sustineant, ad eas illico, quasi ad praesentia remedia, perfugiant, atque ab intentato onere liberentur. *PP. Id. Mart. Crispo II. et Constantino II. CC. Coss.*[f] (321.)

5. *Idem A.*) ad universos Palatinos.* Ab his, qui post impleta officia fidelis obsequii administrationes publicas meruerunt, concessa quidam conantur privilegia

---

— c. 3 commemoratur in Cuiacii Comm. c. 8 Cod. Iust. de muner. (X, 41) l. c. p. 303 et c. 2 Cod. Iust. h. t. l. c. p. 466. Cod. Iust. XII, 29 2, mut. et c. 3 Cod. Iust. de Dignitt. (XII, 1). Bas. VI, 33, 5 et VI, 1, 20. Vid. infra not. *u*.

1, 1, not. *f*, X, 20, 2 et Prim. Nov. Theod. de Amota milit. praescr. (in ed. Berol. p. 1236). Cod. Iust. *p. d. exsolvat*, impr. Cramero in Opp. p. 85, not. 2, cui neque prob. *ad*, quod Be. add. vult, etsi ita habent codd. Haffniensis et Gottingensis. q) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Triveris.* Cod. Iust. *Treveris.* Go. in Chron. h. a. alterius mensis vel loci nomen desiderat. r) Be. em. *Volusiano II.* *) Go. 316. **) Go. *Prcoulum.* mendose. Mox codex *merialibus*, sed corr. *memorialibus.* s) Go. cj. *curatoricio.* Cf. c. 2 C. Th. de Equor. coll. (XI, 17). Codex *equosollemnes.* t) Go. em. *V.* (319) propter c. 1 C. Th. de Itin. mun. (XV, 3) eodem anno eidem Proculo Proc. Africae inscriptam. Adde c. 2 C. Th. de Off. proc. (I, 12). Be. prop. aut *V. et L. Caes.*, quod ad Go. sententiam redit, aut *Lic. IV.* (315), impr. Go. in Chron. ann. 319. Illi cj. obstat, quod haec c. contra consilium conditorum C. Th. recentior fit sequenti, huic, quod Proculus Proc. Africae ann. 315 non invenitur. Error sine dubio in mense latet. u) Codex *PPŌ.* Cui. 1 — Ri*. *Praepositum.* Go. abiecta sua ipsius cj. *Praepositum Cubiculi* prop. *Praefectum Praetorio*, quod Be. rec., nec solum Cod. Iust. et scriptura codicis Lugd., sed aliae etiam h. anni leges commendant, et iam ante Go. emend. erat in Corr. Cui. 2, 2*. In c. 3 Cod. Iust. cit. pro *ad Rufinum Pf. P.* est *ad Numphidium PP.*, sine dubio mendose. Ceterum vid. supra c. 1 de Sponsalibus (III, 5), not. *l*, Wenckium ad eandem c. 1, not. *z.* v) Be. ex Cod. Iust. add. *vel*, quod deest in codice et in Cui. 1 — Ri*.; Go. in comm. *munerave.* *) Ita codex; edd. *ingerimus*, male (vid. §. 3 h. c.). Go. Ri. *Metitoque*, err. Paullo post codex mendose *copulatuit* et incipit pagina secunda fol. XLI. in vv. *trensi militant.* **) Reinesius cj. *temonariorum.* Codex *capitularius.* vv) Cod. Iust. *pentaprotiae.* x) Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Ceterum Aur. Lugd. *perveverit*, err. y) Vv. *maior — facere* translata sunt in c. 3 Cod. Iust. cit., quae ita efformata est: *Maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis, seu militiae privilegia praeiudicium facere* et seq. h. c. subscr. z) Codex, Cui. 1 — Lugd. *cumquisitis.* a) Go. em. *locove*, recte. b) Ita Be. ex Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. *sunt.* c) Supra codex mendose *corpolibus muner.* V. *Meritis*, quod excidit in Cui. 2 — Be., neque est in Cod. Iust., ex Cui. 1 — Lugd. recipiendum esse duxi, inprimis cum Cuiacius in Comm. l. c. p. 467 hanc Codicis Theod. scripturam afferat, quare Go. ad h. l. sine necess. annotat: „privilegiis scilicet." Et revera in codice habetur v. *meritis.* cc) In Cod. Iust. h. c. aliis mutt., aliis additis aut resectis ita legitur: *De — palatinis, memoriales etiam, qui in scriniis memoriae, ep., libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur: nec non, et si qui in utroque officio palatinorum comitatensium s. urbium et off. admissionum et castrensis sacri palatii militant: privilegia volumus habere, ut nec ipsi, — eorum ad honores vel mun. m. devocentur* (om. *Meritoque — militant*): *Quibus — temonariorum vel pentaprotiae, aut etiam tyronis praesentationem agnoscant. Nam beneficiis — ut etiam censualibus, vel personalibus vel corporalibus muneribus liberentur, et habeant castrense peculium, sive adhuc palatium observent, sive optata* etc. d) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. et Cod. Iust. *Sirmii.* Mox Aur. Lugd. *Licino.* e) Go. em. *efformatae.* Mihi placet *eius* (sc. *aeris*) *formatae legis.* f) Cui. 1 — Be. *Consulib.* Codex *oten u* (corr. *obtentu*) — *plectemdum — ilico — abq. ab int.* *) Go.

detorquere, nec intelligunt, fastigiis promotionum in sublime provectos ab immunitate legitima exui minime oportere. Ideoque praecepimus[g], ut palatini *nostri* expleto munere fidelis obsequii, cum ad dignitatum cumulos elati fuerint, nihil de concessis *privi*legiis perdant, sed incrementis dignitatum utilis *augea*tur immunitas. De qua re ad praefectos praetor*io* et ad praefectum urbis scripta direximus. *Dat. III.**) *Non. Iul. Yscoi, Ianuarino et Iusto Coss.* (328.)

6. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Have*[h], *Arthemi*[i], *karissime nobis.* Mirati admodo[k] sumus, te, non consideratis privi*legiis* palatinorum, quosdam ex eorum numer*o* susceptoribus velle coniungere, cum id minime legis nostrae[l] sententia comprehendat etc. *Dat. XIII. Kal. Oct. Aquileia*[m], *divo Ioviano et Varroniano*[n] *Coss.* (364.)

7. *Iidem AA.*[o] *ad Praetextatum Pf. U.* Omnes, qui intra consistorii secreta veneranda notariorum funguntur officio, quique in scriniis militant, quique inter agentes in rebus plenum vigiliarum munus exercent, admissionales etiam, et qui sub castrensi*) officio sive comitatensibus sive privatis largitionibus obsecundant, cum pro merito probitatis et fidei accessu istius**) fuerint splendoris ornati, constetque[p] eos tunc temporis honoratos, cum a palatinis mitterentur obsequiis, a primis quibusque gradibus usque ad perfectissimatus ordinem, tametsi prosecutoriarum adiumenta non habeant, praerogativa concessi honoris utantur. Comitibus autem, quorum iam celsior locus est, et tribunis[q] ita demum prosit allectio, si sacra ad urbanae officium praefecturae scripta pertulerint, quibus eorum vita laudetur. Haec peculiariter Romae serventur, ut, habito[qq] loci honorisque delectu, habito etiam virium fortunarumque discrimine, et laboribus singulorum congrua praemia rependantur, et hi ad impetratam allectionem pertineant, quos post gloriosum laborem exhauriri senatoriis sumptibus non oportet. *Dat. XIV.*[r] *Kal. Dec. Treviris.*[s] *Acc.*[t] *IV. Id. Dec. Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

8. *Iidem AA. ad Probum Pf. P.*[u] Circa palatinos nostros quies illibata permaneat, quo intelligant cuncti, ne[v] officia impunitum habere, nec iudices, si inquietentur hi, quibus post documenta fidelis obsequii, sub nostris acta conspectibus, plena est impertienda tranquillitas. *Dat. III. Kal. Sept. Brisiaci, Valentiniano N. P. et Victore Coss.* (369.)

9. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Arborium Pf. U.**) Omnes, qui e palatio sacro vel privilegiis ambiuntur, vel provinciali administratione donati sunt, nullis volumus conventionibus fatigari. Quisquis igitur agentem in rebus aliumve palatina dignitate subfultum, qui vel post administratam provinciam honorati auctoritate fulcitur, vel testimonii nostri assertione confidit, frequenter[x] super dignitate sua interpellatione pulsaverit, quinque librarum auri illatione tenebitur. *Dat. XV. Kal. Mart. Triberini*[y], *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

10. *Iidem AAA. ad Probum Pf. P.**) Rectores provinciarum illicitum esse cognoscant, quemquam, qui e palatio gloriosa administratione perfunctus, seu vacatione donatus sit, ulli**) necessitati extra ordinem subiugandum, praeterquam semel[z] ad professionem proprii la-

— c. 6 fortasse coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), c. un. C. Th. de Privil. appar. (VIII, 3), c. 21 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). Cf. c. 9 cit., not. super. et not. *u.* — c. 7 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 14 Cod. Iust. de Murileg. (XI, 7) l. c. p. 346, c. un. Cod. Iust. de Praepos. lab. (XII, 18) l. c. p. 442 et c. un. Cod. Iust. de Perfectiss. (XII, 33) l. c. p. 470. — c. 9 in Cui. 1 — Lugd. numerum *VIII.* habet.

Ri. *Idem AA.* Ri*. *Iidem AA.* Codex *offici*, sed corr. *officia* et incipit folium XLII. cod. cum v. *fidelis.* g) Codex, Cui. 1 — Ri*. *praecepimus*, quod ferri potest, dummodo forma epistolari h. c. scriptam fuisse cogitemus. Be. de cj. Go. *praecipimus.* *) In codice numerus *III.* abscissus est. h) *Have* desideratur in MS. Go., recte. i) Cui. 1 — Lugd. *Artemi.* Ita etiam MS. Go., sed potius codex *Hartemi*: quare levi mutatione rest. *Arthemi.* Cui. 2 — Be. *Anthemi.* Cf. c. 9 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), not. *d* et constitutiones cum h. c. coniungendas. k) Go. Be. recte prop. *admodum.* l) Haec Valentiniani lex non exstat. m) Ita codex, Cui. 1 — Ri*., sed Be. *Aquileiae.* n) Cui. 2, 2* *Varriano.* Ceterum h. c. est *Accepta XV. Kal. Nov. Salerni.* Cf. c. un. C. Th. cit. o) Be. huic et prox. c. addi vult vv. *et Gratianus A.*, qui anno 367 a Valentiniano creatus est Augustus IX. Kal. Sept. Cf. Go. in Chron. h. a. p. LXXXI. sq. Mox codex *quibq.*, sed corr. *quique.* *) Go. annotat: „Est qui *hic* tentat *Castrensis:* vel ita, *et qui sub Castrensi*, *et qui in officio sive Comitatensium sive privatarum largitionum.* Quo nil opus: *Sub Castrensi officio*, id est, Castrensiano.“ **) Ex h. v. *istius* scc. Go. apparet, huius legis partem periisse. Ceterum codex habet *probatis* pro *probitatis.* p) Go. cj. *constiteritque*, quod non probamus. q) Go. em. *tribuni*, sine caussa. Infra in syll. *sit allectio* inc. pag. sec. fol. XLII. cod. qq) Cod. *prosesecutoriorum* (sed em) — *habitu — rependatur.* r) Go. in Chron. h. a. *XIII.* s) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Triveris.* t) Be. putat add. esse *Romae.* Go. in Chron. h. a. *Acc. V.* u) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *PPO*, sed Go. — Ri*. *PP. O.*, impr. Go., cum Probus non Orientis, sed Italiae, Illyr. et Afr. praefectus pr. fuerit. Recte igitur Be. ed. *Pf. P.* Nam siglum illud, quod in codice et in primis edd. est, fere semper in codd. pro *Praef. Praet.* positum est. Vid. c. 10 h. t., c. 4 C. Th. de Salgamo (VII, 9), not. *p*, VII, 6, 2, not. *z*, VII, 13, 1, not. *r.* Ceterum in codice periit sigl. *Iidem.* v) Go. Be. em. *nec*, recte. *) Go. in Chron. h. a. *Pf. P.* x) Go. pro *frequenter* prop. *nequiter* vel *frequente.* Lego *frequentet et super* etc. Codex *nostri ad adsertione.* y) Ita Cui. 1 — Be. et MS. Go.; sed codex habet *Triberim.* Cui. 2, 2* in Corr. *Trever.* Etiam Go. in not. em. *Triberis*; sed in comm. habet *Treviris* et in Chron. *triberi*, impr. Be. et inconstantiae Gothofredum accusante, propter c. 1 C. Th. de Princ. ag. in reb. (VI, 28); sed tamen alio mense data est c. 1 cit., alio haec c. Vid. c. 1 cit., not. *o.* Ambigit praeterea Go., Gratiano an Valentiniano haec c. tribuenda sit. *) Codex, Cui. 1 — Lugd. *PPO*, i. e. Pf. P. Cui. 2, 2* *PPP.* Vid. c. 8 h. t., not. *u.* Ceterum Aur. Lugd. *Iidem AA.* **) Folium

boris non modo ulla conventione cogendum, verum *etiam*[a] levi saltem commonitione pulsandum. Quod si quis iudex hoc praeceptum temerare contenderit, *eius* officium, penes quod culpam neglectae iussion*is* haerere manifestum est, quinque librarum auri *con*demnatione mulctandum est. *Dat. V. Kal. Iul. Aquileia*[b], *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

11. *Iidem AAA.*[c] *Eutropio Pf. P.* *) Ab omnibus ex aula nostra decede*n*tes viri iniunctis habeantur immunes; numerar*io*rum fastus vel rapaces quaestus, tanquam ex*p*erientes et idonei, *non* patiantur[d], nec post emeritam *mi*ssionem ad ministeria senes, debiles seu vacantes, obliterata laboris exacti consideratione, revoce*n*tur. *Dat. III. Non. Febr. Constantinopoli*, *Eucherio et Syagrio VV. CC. Coss.* (381.)

12. *Iidem AAA.*[e] *ad Cynegium Comitem S. L.* Quoscunque palatinae militiae officiis deputatos per decem annorum spatia quisquam ad ordinem sibi debitum repetere cessaverit, postea super petitione personae agere nihil poterit. *Dat. III. Non. Mart. Constantinopoli*, *Merobaude II. et Saturnino VV. CC. Coss.* (383.)

13. *Imppp. Valentinianus et*[f] *Theodosius et Arcadius AAA. ad Pinianum Pf. U.* Omnes, qui in palatio militando diversis actibus paruerunt, secundum legem domini germani[g] nostri in tantum[h] eius dignitatis, cuius meruerint missionem, obtinere norint[i] insignia, ut his omnibus praeferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regendas provincias dignitatesque susceperint palatinas[k]. Hoc autem generale decretum si quisquam temeraria usurpatione violare tentaverit, sacrilegii *) reus legibus censeatur. *Dat. prid. Non. Iul. Mediolano. Acc. IV. Kal. Sept.* **) *Honorio N. P. et Evodio Coss.* (386.)

14. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Asclepiodotum Pf. P.* Qui intra nostra scrinia vel agentum in rebus vel palatinorum tam comitis largitionum, quam comitis privatarum, vel apparitionis amplissimae praefecturae praetorianae sacramenta[l] se devoverit, et quindecennii[m] transcursu curriculo nulla fuerit a collegis conventione pulsatus, assumpti cinguli honore laetetur, nec emessa[n] militia relictae originis invidia quatiatur. §. 1. In cohortalinorum autem militia praedicta tempora propaganda censemus, non quod maiores[o] in ipsis rei publicae vires sint, quam in curialibus constitutae, sed quod non iisdem[p] privilegiis inferioris sortis homines debeant honorari. Ideoque decernimus, ut, si in ea militia, ad quam transire conati sunt, viginti quinque annos singula[q] fortunae suae conventione peregerint, et in officiis sine inquietudine et intermissione permanserint, quibus se, quamvis illicite, sociarunt, ipsi quoque securi sint, et a prioris *) conditionis macula liberentur. §. 2.[r] Liberos autem curialium vel cohortalium *) quandoque susceptos, sive ante praerogativam et tempora expressa praesumptae militiae, sive post decursa stipendia, originalem sequi conditionem oportet, quoniam satis[s] est, parentibus eorum vacationem a nostra clementia pro remuneratione fuisse concessam. §. 3. Haec autem lex non ad illos pertinet, qui vel curiis vel suis officiis per sententias *) iudicum traditi sunt, quos quidem propriam necesse est, cui addicti sunt, fortunam amplecti, sed ad eos, de quorum conditione in iudiciis

— c. 11. Cf. c. 6 C. Th. de Curiosis (VI, 29), not. *y*. Cod. Iust. XII, 29, 3. extr. vv. res. Bas. VI, 33, 6. — c. 12 sec. Go. in Chron. h. a. coniungenda est cum c. 96 C. Th. de Decur. (XII, 1), quamquam alii magistratui inscripta. — c. 13. Cod. Iust. XII, 29, 4. Bas. VI, 33, 7. — c. 14 coniungenda est cum c. 28 C. Th. de Cohort. (VIII, 4). §. 2 h. c. consonat cum c. 184 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. infr. not. *r*. Fortasse etiam cohaeret cum c. 3 C. Th. de Assessor. (I, 21), cuius dies videtur corrigendus esse.

XLIII. codicis incipit cum vv. *sit ulli.* z) Go. em. *propter eaque senem*; Be. *senes.* Vid. c. sq. h. t. Neutrum placet. Quid, si scrib. *simul?* a) Go. om. *etiam*, etsi in not. add. et a r. m. add. in m. cod. Em. Go. *ne*, contra Be. antea *nulla* pro *ulla* legi vult. Uterque errat, nescius hos accusativos cum infinitivo coniungendos esse cum vv. *illicitum esse.* b) Ita Cui. 1 — Ri*.; Be. *Aquileiae.* c) In codice huic c. apponitur numerus *XII*, in quo aut error librarii latet aut indicium, unam h. t. constitutionem in antecc. omissam esse. In Cod. Iust. pon. ipsa imperatorum nomina. *) Vid. c. 10 h. t., not. *. d) Cod. Iust. *Ex a. n. discedentes v. ab omnibus iniunctis — numerariorumque fastus — patiantur* et des. seqq. Codex, edd. ante Be. *idonei potiantur* et om. *non.* Probabilius tamen est scriptum fuisse *immunes: nec numerariorum — idonei potiantur.* e) Be. add. iubet *et Arcadius A.* f) Cod. Iust. recte om. *et.* Idem *AAA. Piniano.* g) Go. intelligit constitutionem illam, quam Gratianus ante quinquennium anno 381 ad Valerianum Pf. U. dedit, cuius partes sunt c. 2 C. Th. de Primicerio (VI, 10), c. 5 C. Th. de Hönor. cod. (VI, 22), c. 2 C. Th. de Proximis (VI, 26). h) Cod. Iust. *paruerint, volumus in tantum.* i) Cod. Iust. om. *norint.* k) Cum v. *palatinas* incipit secunda pagina folii XLIII. codicis. Sqq. ita mutata sunt in Cod. Iust.: *Si quis autem temeraria usurpatione statuta violare tentaverit, sacrilegii poenam sustineat.* *) Sec. man. repon. in codice *collegii.* **) Go. in Chron. h. a. annotat: „Quinquagesimo quinto post die: nisi malimus hic reponere *IV. Kal. Sext.* (Ri. *Sept.*, mendose) et sic vigesimo secundo post die." Mox Go. *Euuodio.* l) Be. cj. *sacramentis.* An *sacramento?* Go. *sacramenta* pendere facit a praepos. *intra.* m) Cui. 1 — Be. *quindecimi in tr.*, sed MS. Go. *quindecennii*, quod recepi, etsi in codice est *quindecē | in tr.* Go. cj. *quindecennii transcursus curriculo*, sed Be. *quindecennii transcurso*, quod mihi prob. Sine dubio in MS. *in* finis est v. *quindecennI.* n) Pro *emensa.* o) Go. em. *minores*, sine caussa. In codice supra *ipsis* ponitur *in.* Idem mox *viris.* p) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* q) Go. recte cj. *sine ulla*, Be. *singulari.* *) Codex *officii sene* (sed em. *sine*) — *inlicitae* — *priores*, sed em. *prioris.* r) Ex hac §. 2 facta est c. 184 C. Th. de Decur. (XII, 1) eodem anno eidem Asclepiodoto inscripta. Mirationem ergo movet discrepantia subscriptionis utriusque legis, quarum haec data est *XV. Kal. Iun.*, illa 184 cit. *XVII. Kal. Maii.* *) c. 184 cit. *cohortalinorum.* s) Ri*. *fatis*, err. *) Hinc incipit folium XLIV. codicis. Idem paullo post *sunt quo fortunoam*, sed corr. *fortunam.* t) Suspectus est lo-

quaestio vertitur, ut datam formam cognitores observent. *Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

15. [t] *Imp. Constantinus A. ad Severum Pf. U.* Omnes palatinos, quos edicti nostri iam dudum certa privilegia superfundunt, rem, si quam, dum in palatio nostro morantur, vel[u] parcimonia propria quaesiverint, vel donis nostris fuerint consecuti, ut castrense peculium habere praecipimus. Quid enim tam ex castris est, quam quod nobis consciis, ac prope sub conspectibus nostris acquiritur? Sed nec alieni sunt a pulvere et labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui praesto sunt semper actibus, quos intentos eruditis[v] studiis itinerum prolixitas et expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuerint[x], peculia sua praecipua retineant, quae, dum in palatio[y] constituti sunt, aut labore, ut dictum est, proprio aut dignatione[z] nostra quaesiverint. *PP. X. Kal. Iun. Constantino A. VI.*[a] *et Constantio C. Coss.* (326.)

TIT. XXXVI. *) DE EQUESTRI DIGNITATE.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[b] *ad Mamertinum Pf. P.* Equites Romani, quos secundi gradus in urbe omnium obtinere volumus dignitatem, ex indigenis Romanis et civibus eligantur, vel his peregrinis, quos corporatis non oportet annecti[c]. Et quia vacuos huius modi viros esse privilegiis non oportet, corporalium eos iniuriarum et prosecutionum formido non vexet; ab indictionibus quoque, quae senatorium ordinem manent, habebuntur immunes. *Dat. prid. Kal. Nov.*[d] *Philippopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

TIT. XXXVII. DE PERFECTISSIMATUS DIGNITATE.

1. *Imp. Constantinus A.**) *ad Paternum Valerianum*[e]. Codicillis perfectissimatus fruantur, qui impetraverint[f], si abhorreant a conditione servili, vel fisco aut curiae obnoxii non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo[g] *negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicuius administraverint......*

— — — — — —

— — — — — —

— c. 15. Cod. Iust. XII, 31, 1. Bas. LVII, 2, 1.

Tit. XXXVI. Cod. Iust. XII, 32. — c. 1. Cod. Iust. XII, 32, 1. Bas. VI, 34, 1. Fortasse coassanda est cum c. 14 C. Th. (V, 13) aut c. 17 eod. In indice rubricarum Cui. 1 huic tit. praefigitur numerus *XXVIII.* et sequenti numerus *XXIX.* Vid. supra tit. XXVIII. huius libri, not. sup.

Tit. XXXVII. Cod. Iust. XII, 33. — c. 1. Cod. Iust. XII, 33, 1. Bas. VI, 34, 2.

cus, ubi haec lex in C. Th. legitur, nam propter consules subscriptos necessario ponenda erat inter c. 4 et 5 h. t., non in extremo titulo. Neque ea quidem ad h. t. pertinet, quod et argumentum docet et rubrica eidem legi in Cod. Iust. praemissa: *De Castrensi Omnium Palatinorum Peculio* (XII, 31). Non dubito igitur, quin haec rubrica in codice Lugdunensi, etsi hic nullum lacunae vestigium habet, exciderit, quam recepissem, nisi seqq. tituli suum quisque numerum haberent. u) Codex, Cui. 1 — Ri*. add. *si*, quod Cod. Iust. et Be. recte om. et Go. displicet. v) Cod. Iust. *intentos et eruditos*, sed Go. prob. C. Th. scriptura. x) Cod. Iust. *potuerunt*, impr. Go. y) Cod. Iust. add. *nostro.* z) Cod. Iust. *donatione*, sed Go. praefert scripturam C. Th. a) Go., prob. Be., etsi *VI.* etiam in Cod. Iust. habetur, em. *VII.*: nam *Constantino A. VI. et Constantino Caesare*, h. e. ann. 320 (hunc annum etiam Cod. Iust. habet) non Severus Pf. U. fuit, sed Valerius Maximus. Cf. supra c. 1 C. Th. de Honor. codicillis (VI, 22), not. *a.* In Chron. autem anni 320 Go. aunotat: „γρ. *Pro praef.* V. sup. A. 319.“

*) Hinc incipit secunda pag. fol. XLIV. codicis. Codex *XVI.* et excid. *Tit. XX.* Similiter in sq. c. erosum est v. *Tit.* b) Cod. Iust. *Imp. Valentinianus A.* c) Cod. Iust. *Equites Romanos secundum gradum post Clarissimatus dignitatum obtinere iubemus* et des. rell. Go. em. *dignitatum*, male. Codex *indignis* et paullo infra *ordinum.* d) In Chron. h. a. Go. retrahit h. c. ad *VIII. Kal. Iun.*; quod si est, huic legi coassanda est c. 14 C. Th. (V, 13); sed in comm. Go. rep. *Romae*, qua em. admissa haec c. fortasse coniungenda est cum c. 17 eod.

*) Go. in not.: „Hactenus MS. Theodosianus: nam caetera quae sequuntur hic, Cuiacius supplevit ex Cod. Iust.“ Sed haec vv. ab editoribus h. l. falso apposita esse, nunc patet ex codice, quem contuli. Is enim non hic desinit, sed in vv. *vel non in aliquo.* Omnes libri MSS. Cod. Iust. *Iustinianus*; a Cuiacio editum est *Constantinus.* e) In codice deest dignitas *Valeriani.* Go. cj. Valerianum *PPf.* sive Vicarium urbis fuisse. Tum lex ad ann. 330 commode referri potest, quo Valeriano agenti Vicariam praef. inscribitur c. 3 C. Th. de Sponsalibus (III, 5). Dignitas abest etiam a Cod. Iust.; Aur. Lugd. *Impp.* pro *Imp.* f) Cod. Iust., etiam ap. Cuiacium, *fruentur qui impetraverant.* g) Vid. not. * antec. Sequentia reposuit Cuiacius ex Codice Iust. Pro asterisco, quo in Cui. 1 — Cui. 2* lacuna indicatur, lineolas in eundem finem posui. Cum vv. *in aliquo* finitur folium XLIV. (vid. not. * anteced.), quod est sextum quaternionis XXXVII., qui numerus est in folio XXXVIII. Iam vero quaternionis XXXVIII. numerus cernitur in m. folii XLVI., quae res docet, nullum huius quaternionis folium deesse. Nihilosecius autem post folium XLIV. membrana interiecta aliqua excisa est, in qua praeter extremam h. c. partem scriptum erat rubrum libri VII., quae quidem res ansam dedit membranae excidendae; nam cum librarius nitoris caussa spatium aliquod scriptura vacuum reliquisset, haec membrana in alium usum sublata est, similiter atque in aliis codicis locis, veluti in extremo libro VII., ubi illa, quae librarius splendoris caussa non expleverat, a barbara manu excisa sunt. Iam vero, quantum perierit cum membrana excisa, fortuito definiri potest. Contigit enim, ut in secunda folii XLIV. pagina superessent vestigia rubri coloris, qui fuerat in prima excisae membranae illius pagina. Eo solebant librarii scribere formulam, si qua librum, hic ergo sextum claudebant. Apparet igitur, unam tantum paginam desiderari cum extrema huius constitutionis parte et cum formula, quam dixi: ut omnino C. Th. h. l. consonet cum Cod. Iust., in quo statim post hunc titulum transitur ad rem militarem, septimi C. Th. libri argumentum. In adversa autem folii excisi pagina sine dubio splendidissimis literis scripta erat formula, quae novum librum, hic septimum incipere indicabat. Initium autem libri septimi integrum esse, docet numerus *tituli de Re militari* servatus, qui *primus est.*

CODICIS THEODOSIANI*)

LIBER SEPTIMUS.

TIT. I. DE RE MILITARI.[h]

1. *Imp. Constantinus A. et Caesar*[i] .... Si quis[k] barbaris[l] scelerata factione[m] facultatem[n] depraedationis[o] in Romanos dederit[p], vel si quis alio[q] modo factam diviserit[r], vivus comburatur[s]. *Dat. IV.*[t] *Kal. Maii*[u] *Severo*[v] *et Rufino Coss.* (323.)

Interpretatio. *Si quis cum**) *quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.*

2. *Imp. Constantinus A.*[x] *ad Silvanum*[y] *Comitem et*[z] *Magistrum equitum et peditum.* Si quis miles per commeatum dimissus fuerit a tribuno vel praeposito, aut inconsulto eodem[a] ab obsequio militari signisque discesserit, per singulos milites tribuni et praepositi quina pondo auri fisco inferant. *Dat. VI. Kal. Iun. Sirmio*[b], *Limenio et Catulino**) *Coss.* (349.)

3. *Idem A.*[c] *ad Titianum*[d] *Pf. P.* Quicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se venire meruerint, non amplius quam coniugia[e], liberos, servos etiam de peculio castrensi emptos neque adscriptos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. *Dat. III. Kal. Iun. Limenio et Catulino*[f] *Coss.* (349.)

4. *Idem*[g] *A. ad Cretionem V. C. Comitem* *).

Tit. I. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. I.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 49, Sich. Til. Aeg. L. Utin. *Tit. I.* h. e. *un.* huius libri. Cod. Iust. XII, 36. — c. 1. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. — Be. *c.* 1. Br. Al. eiusque codd. Sich. Til. *c.* 1, h. e. *un.* Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Commeatu (VII, 12). Cod. Iust. XII, 36, 9. Bas. LVII, 3, 9. Capit. (Ben. Lev.) VI, 384. Canon. Isaac. tit. VI, 5. Decr. Grat. cau. VI, qu. 1, can. 22. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 42; omnia des. in cod. 33, etsi libri numerus positus est; omnia praeter interpr. in codd. 31, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in codd. 15, 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32, 34, 36, 38—40, 43, 44. — c. 2 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Divers. off. (VIII, 7). Bou. l. c. p. 747. — c. 3. Cod. Iust. XII, 36, 10. Bou. l. c. p. 747. — c. 4. Baron. ad ann. 350, n. XXXIX.

---

*) Til. *Theodosiani Codicis.* Vid. supr. pag. 95, not. *e* et pag. 177, not. *q.* Hinc incipit fol. XLV. codicis Lugd. h) Nonn. codd. add. *et Depraedationibus*, quod ex titulorum expositione translatum, simul demonstrat, cur in aliis codd., ut 43, et aliquot apud Go. *De Depraedationibus* pro *De Re Militari* scriptum sit; sed tamen in cod. 43 a sec. man. reponitur verus titulus. Go. inde explicat, quod interpretatio huius legis et tituli sola in Br. Al. recepta est. De interpr. rubricae in nonn. codd., etiam 5, titulo adscripta vid. ed. meam Br. Al. i) Sich. *Constan.* Cui. 1 — Cui. 2* *Constantinus A.** et om. *et Caesar*, quae vv. des. etiam in codd. 15, 25 et sec. Go. in MS. archetypo huius Codicis. Recte nuntiat Go. Magistratus deest; sed c. 1 Cod. Iust. de Commeatu (XII, 43), quae desumpta est ex c. 1 C. Th. eod. cum hac c. coniungenda, inscripta est *Leontio PP.*, quod tamen non prob. Go., et magnam etiam Cod. Iust. h. l. esse diversitatem scripturae, perspicitur ex annot. Spangenb., quam vide. Reinesius add. *ad Proculū.* Go. — Ri*. pro hoc ponunt quinque puncta post v. *Caesar*, Be. quattuor tantum. k) 9, 15, 16, 19, 20, 25, 42 add. *cum*, quod Ri. ex interpr. desumptum esse existimat, sed ferri potest. l) 6—8, 10, 12—14, 17, 18 *barbarus*, impr. Ri. m) 42 ex corr. *actione.* 10, 18 *satisfactione.* n) 19, 20 *facultatum.* 25 *facultate.* o) 6, 7, 10, 18 *depraedationi.* 8 *depraedationē.* 13, 19, 20 *depraedatione.* p) 9 *deferit.* 25. *dederint.* 42 *in romanus fecerit*, sed antiquitus *defecerit.* Go. annotat: „Tentet quis *in Romano S.* id est solo: Quo nil opus.“ q) 15 *aliquo.* Sich. Til. *vel si quo alio.* r) 21, Cui. 1 — Lugd. (contra codicis auctorit.) *factum div.* 9 *facta div.* 12 *diviserint.* s) Ita 8, 10, 12, 14, 17, 18, 20, 25, Cod. Iust. Capit. l. c.; rell. *amburatur*, quod non insolens quidem est, sed tamen minus aptum, quam *comburatur*; et facile nasci poterat *am* ex *com.* Ceterum v. *vivus* a sec. man. adscr. est in cod. 20. t) 19, 20 *V*, impr. Ri.; 13, 40 *III.* 42 *VIII.* Nonn. codd. om. num. u) 39 *Mārt.* 43 *Mar̄.* 20 *Mad̄.* v) 38 *revero.* Nonn. codd. *Siviro.* 8, 40 om. *Severo — Coss.* *) Go. annotat „male.“ x) Go. vel *Constanti*, Galliarum Imp. hanc c. tribuit consentiente Bou. l. c. p. 747 vel *Constantio*, etsi hoc improbat in Chron. const., quare em. *Impp. Constantius et Constans AA.*, probb. Bou. et Be., sed tamen c. 3 cit. *Constantius.* Vid. not. *c* sq. et c. 3 cit., not. *p.* y) Cf. Go. not. *c* et *e.* Tillem. l. c. T. VI, p. 284, not. XVI. duos Silvanos fuisse statuit, alterum magistrum equitum, alterum magistrum peditum, sed in c. 3 cit. appellatur *Comes et Magister militiae*, i. e. utriusque militiae, quod saepe legitur. Vid. c. 7 et 13 h. t. z) Ita codex, Cui. 1 — Go. Ri. in Chron. const. Bou.; sed Ri. Ri*. Be. om. *et.* a) Go., quamquam nihil mutandum esse concedit, tamen in comm. prop. *aut haud inconsulto eodem* vel *aut consulto eodem.* Mox codex *discessirit.* b) Ita codex et edd. ante Be., qui *Sirmii.* Go. propter dignitatem Silvani scribi vult *post consulatum Limenii et Catulini*, sed ita haec c. contra rationem C. Th. recentior fieret seq. lege. *) Vid. c. 1 C. Th. de Iurisd. (II, 1), not. *o.* c) Sec. Go. Bou. Be. scrib. *Iidem AA.* Sed etiam c. 10 Cod. Iust. habet *Idem A.*, unde uni tantum imp. i. e. *Constanti* aut *Constantio* haec c. tribuenda esse videtur. Vid. supra not. *x.* d) Cod. Iust. *A. Titiano.* e) Cod. Iust. *coniuges.* Mox in cod. Lugd. scriptum est *castrens*, sed ponitur *i* supr. ult. *s.* f) Ita Cui. 2 — Ri*. Cod. Iust. Rell. *Catullino.* Vid. supra not. *. g) Go. prob. Be. h. c. *Constantio*

Quamvis omni tempore opera[h] dari debuerit, ne sacramentis militaribus separatio[i] traderentur, qui nec stipendiorum numero, nec contraria corporis valetudine quiete perfrui debent, tamen prudentiae tuae prosecutione admissa, quae[ii] apud nos verbis facta est, praecepimus *), ut, qui ante stipendia emensa vel integra corporis valetudine otio mancipati sunt, restituantur pristinis numeris. *Dat. V. Kal. Iul. Sergio et Nigriniano* **) Coss. (350.)

5. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[k]... Eorum liberos, qui armis inhaeserunt, ad usum bellicum et castra revocantes eis quoque eorum stipendiorum copiam deferemus[l], qui alterius[m] gradus militiae salutarem maximae[n] rei publicae operam persequuntur. Quod si quosdam aut imbecillitas valitudinis, aut habitudo corporis, aut mediocritas proceritatis ab armatae militiae conditione summoverit, eos iubemus in officiis ceteris militare. Nam si post definitam a nobis aetatem ignobile otium adamaverint, curiis[o] obnoxii erunt sine controversia pro virium qualitate, ita ut hi, quos debilitas fortuita aut morbus et corporis valitudo confecta[p] ita enervaverit *), ut ad usum castrorum militiaeque[q] idonei esse non possint, vacationem perpetuam, depulsis[r] curialium munerum sollicitudinibus, consequantur etc. *Dat. III. Kal.*[s] *Maii Hadrianopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

6. *Iidem AA. Mauris Sitifensibus*[t]. Si quis armatae sacramenta militiae impigro[u] quinquennii labore pertulerit, avo licet ac patre sit decurione progenitus, ab omni nexu curiali personam duntaxat propriam vindicaverit. §. 1.[v] Diversis autem officiis servientes quiuque et viginti annis in militia decursis pari securitate donamus etc. *Dat. IX. Kal. Maii Treverini*[x], *Valentiniano et Valente*[y] *AA.* Coss. (365.)

7. *Iidem AA. Iovio*[z] *Magistro equitum et peditum* *). Plures de diversis numeris ante impleta stipendia ad indebitos honores suffragiorum ambitione perveniunt. Sive igitur eos purpuram adorasse constabit, sive excepisse aliquas dignitates, eo, quem ceperint, honore solvantur, ita ut, qui ceteros in labore positos festina cupiditate **) transierint, nec[a] testimonium quidem emeriti laboris accipiant. Quod si aliquibus fortasse rationibus attinentur impliciti, ad eos numeros, de quibus per ambitionem exierant, revertantur. *Dat. prid.*[b] *Kal. Iun. Mediolano, Valentiniano et Valente AA.* Coss. (365.)

8. *Iidem*[c] *AA. ad Equitium Comitem et Magistrum*

— c. 5 sec. Go. coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 18 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), c. 58 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 6 coniungenda est cum c. 64 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 7 recte Go. cum c. 10 C. Th. de Numerar. (VIII, 1) coniungendam esse existimat, modo in alterutra c. dies subscript. mutetur. Exstat etiam ap. Bou. l. c. p. 749. — c. 8 sec. Go. coniungenda est cum c. 3 Cod. Iust. de Agric. et manc. dom. (XI, 67).

tribuit, Constante interfecto. *) Add. sec. Go. *rei militaris per Africam*. Cf. Ammianus Marcellinus XXI, 7 et XXVI, 5. h) Go. *operi*, mendose. i) Aur. Lugd. *seperatio*, mendose. In m. Cui. 1 — Cui. 2* de cj. Cuiacii probabiliter em. *separati otio traderentur*, prob. Go. Cf. hanc ipsam legem, c. 5 h. t. et c. 45 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Minus verisimilis nobis videtur esse Go. cj. *sacrati otio tr.* ii) Codex *qui*. *) Ita codex, Cui. 1 — Ri*., sed Be. auct. Go. corr. *praecipimus*, etsi Go. neque nostram scripturam reprehendit. **) Go. — Ri*. *Nigrianino*, mendose. k) Magistratus deest in editionibus; deest etiam in codice Lugd. In editione Cui. 1 asterisco lacuna indicatur, quem Aur. — Ri*. retinuerunt, Be. om., nos in puncta mutavimus. Go. dubitat, utrum *Edictum* debeat poni an inscribi *Mamertino Pf. P.*, quod posterius ni fallor Go. probatur et recipiendum est propter leges sec. Go. cum hac c. coniungendas. Idem vult Reinesius. l) Go. annotat: „Recte. Neque reponendum *deserimus*." Pagina secunda folii XLV. codicis incipit cum vv. *.is quoque*. m) Nihil mutandum esse putat Go. Dicit enim: „Locus corruptus videri possit: Proinde ita quis restituat. *Qui in altiore gradu*: vel, *Qui altioris gradus*, scilicet existentes: argumento *legis 2. inf. quis in grad. praefer.* vel, *Qui alicuius gradus*, arg. *l.* 14. *inf.* Quasi diceret, gradum qui aliis praebetur post laborem, ut *l. 2. de fil. milit. apparit.* Nihil tamen muto: *Alterius* (quam Tironum scilicet) arg. *l.* 14. *inf. ut d. l.* 8. *inf. de Cohortalib.* ubi ita quoque dicitur *alterius gradus sacramentum*." n) Go. recte em. *maxime*. Mox codex *procritatis*, sed em. *proceritatis*. o) Aur. Lugd. *curis*, mendose. Mox codex, Cui. 1 — Ri*. *hii*. p) Go. cj. *confectos*, non recte et ipse Go. vulg. scripturam teneri posse concedit. *) Codex *enarraverit*, sed corr. a rec. manu *enervaverit*, recte. q) Go. annotat *armata officialis*, quod Ri. recte se non intelligere dicit et propter locum ex cap. II. de S. Martini vita a Go. prolatum in schedis Go. scriptum fuisse putat: *armata militia*. Paullo post codex *possunt*, sed corr. *possint*. r) Go. videtur in not. add. *quoque*. s) Go. propter leges cum h. c. coniungendas em. *Id.* t) Indicatur h. c. supra in c. 16 de Agent. in reb. (VI, 27), ubi vid. not. *v* et infr. in c. 28 C. Th. de Cohort. (VIII, 4). u) Codex, Cui. 1 — Lugd. *impegro*, mendose. Ante codex *sacramentae*. v) Haec §. sec. Go. fugitiva est et referenda ad tit. C. Th. de Divers. off. (VIII, 7) propter c. 5 et 6 eod. tit. x) Ita edd. et MS. sec. Go., qui em. *Treviris*. Cf. c. 1 C. Th. de Princip. ag. in reb. (VI, 28), not. *o*: ego legi in codice *Treverim*. y) Go. in notis h. c. addi vult *IV.* (373.), prob. Bou. l. c. p. 754, not. *k*; in Chronol. autem const. a Go. haec c. ponitur una cum c. 64 C. Th. de Decur. cit. inter const. anni 370 (hac de caussa ap. Go. — Ri*. deesse videtur anni nota). Utraque scriptura admissa inscriptioni addendum fuisset nomen *Gratiani*, quod Be. recte monuit ad annum 373. z) Sec. Go. et Be. ex c. 9 et 10 C. Th. h. t. em. *Iovino*, de quo vid. Go. in not. et comm. h. c., sed, quod offendit, etiam in c. 10 de Numer. cit. inscripta est *Iovio*. Ceterum Bou. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Iovio Mag. peditum et equitum.* *) Vv. *et peditum* videntur Go. tollenda esse. Paullo post codex *perveniant*, sed em. *perveniunt*. Idem *coeperint — transsierint*. **) Ri. *cupiditare*, mendose. a) Go. ann.: *ne quidem testimonium*, unde Be. prop. *ne*. Codicis folium XLVI. incipit cum lit. *tinentur* (*attinentur*). b) Aut hic scrib. *VIII.*, aut in c. 10 de Numer. cit. *prid.* c) Go. h. c. videtur fugitiva esse et reiicienda in tit. C. Th. de Fil. milit. appar. (VII, 22). De Equitio cf.

militum. Omnibus omnino veteranis auctoritas tua denuntiet, quod, si quis filium suum armorum honore condignum non propria voluntate militiae, quam ipse sudarit, obtulerit, nostrae sit legis laqueis implicandus. *Dat.*[d] *VIII. Kal. Oct. Heracleae, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

9. *Iidem AA.*[dd] *ad Iovinum Magistrum equitum.* Tam duces, quam etiam comites, et*) quibus Rheni est mandata custodia, sinceritas tua protinus admonebit, ut neque regalibus, neque legatis sua milites iumenta suppeditent. Etenim *cum* propriis animalibus eo usque veniendum est, ubi obsequium cursuale succedit. Sane sollicitudinem competentem auctoritas tua iubebit adhiberi, ut eorum pecoribus, ubi collocaverint mansionem**), alimenta non desint. *Dat. IV. Kal. Febr. Remis, Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

10. *Iidem AA. ad Iovinum Magistrum militum.* Plerique milites secum homines conditionis ingenuae propinquitate simulata vel conditione lixarum frequenter abducunt, ideoque, ut numerosissima pube crescat exercitus, moneantur, ut ipsi sponte huiuscemodi homines, quos penes se esse meminerint, tribunis suis sive praepositis offerant ad tuum officium dirigendos, aut sciant, se non absque devotionis[e] nota, et morsu honoris alieni commilitonibus esse postponendos. Etenim his, qui occultatores perfidos publicaverint, pro praemio huius indicii gradus unus addetur, hi vero ad inferiorem ordinem revolventur, qui castris idoneos iuvenes studio inertis obsequii putaverint occulendos. *Dat. XVI. Kal. Mart. Remis, Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

11. *Iidem AA.*[ee] *ad Severum Magistrum militum.* Hi, qui inter accrescentes matriculis attinentur, tam diu alimoniam a parentibus sumant, quoad gerendis armis idonei fuerint aestimati, ita ut cesset super eorum nomine praebitio fiscalis annonae. *Dat. VIII. Kal. Maii Treviris*[f], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

12. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[g] *AAA. Cynegio Pf. P.* Tribuni vel milites nullam evagandi[h] per possessiones habeant facultatem; cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant: aut[i] si quis tam necessaria scita contempserit, de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam, rectorum ac defensorum relationibus, protinus deferatur[k]. *Dat. IV. Id. Apr. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

13. *Iidem AAA. Richomeri**) *Comiti et Magistro utriusque militiae.* Cum supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit, id provida auctoritate decernimus, ut nullus omnino immundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat, neve abluendo equorum[l] sudore deproperus*) publicos oculos nudatus incestet[m], atque ita et turbido potum coeno misceat, et confundat adspectum; sed procul a cunctorum obtutibus, in inferioribus partibus fluviorum[n], id est infra tentoria*) vagus[o] natatus animalium, prouti*) libitum videtur, exerceat. Sublimis igitur magnificentia tua id sollicitudinis studio et admonitionis praecepto faciet

---

— c. 9 profertur ap. Bou. l. c. p. 750. — c. 10 et 11 exstant ap. Bou. l. c., illa pag. 750, haec p. 756. — c. 12 coniungenda est cum c. 45 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). Cod. Iust. XII, 36, 11. Vid. infra not. *p.* — c. 13. Cod. Iust. XII, 36, 12. Bas. LVII, 3, 12. Exstat etiam ap. Bou. l. c. p. 762.

Go. in notis et in comm. h. c. Codex *Idem* pro *Iidem*, more suo. d) Go. *Dat.* pro *Reddita* accipit, cum Valentinianus hoc tempore in Illyrico non fuerit. Existimat enim Go. Heracleam, quae hic commemoratur, urbem Macedoniae Illyrici fuisse, in qua Equitius magister militum per Illyricum tum constiterit; neque hanc Heracleam habendam esse pro Heraclea, Syriae oppido, neque pro Heraclea in Asia trans Bithyniam sita, in qua Valentem illo tempore commoratum esse doceat Ammianus Marcellin. XXVI, 6, 8. Sed tamen fieri potuit, ut etiam imperator Orientis propter imminens periculum invasionis Gothorum communis salutis caussa legem aliquam ad Equitium, exercitus contra Gothos ducem, emitteret. Ceterum Aur. Lugd. *Dat. VII.* dd) Ap. Bou. reponuntur nomina imperatorum. De Iovino vid. c. 7 h.t., not. *z.* *) Go. voculam *et* a plerisque temere expungi affirmat. Vid. Go. in comm. **) Codex supr. lin. repon. *mansionum.* e) Go. in annot. defendit v. *devotionis* contra *indevotionis*, quod alii proposuerant. Similis locus aderat supra c. 17 de Off. vic. (I, 15), not. *z.* Paullo post Go. pro *etenim* cj. *at enim*, etsi vulg. script. non reprob. Codex *condiciones ingen.— penenesseesse mem.* (sed del. *n* ante *esse*) — *raemio* (em. *praemio*) — *hii* — *iuvenis*, cum quo verbo incipit secunda pagina folii XLVI. In ima pagina est numerus quatern. XXXVIII. ee) Go. Be. addi volunt *et Grat. A.* Go. haec lex, ut fugitiva videtur reponenda esse in tit. C. Th. de Erogatione militaris annonae (VII, 4). f) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Hii* — *Triveris*, sed Aur. Lugd. *Treviris.* Ceterum codex *accresentes* (sed ponitur *c* supr. literas *se*) — *quod ger.* (rec. man. corr. *quot*) — *Arintho*, sed ponitur a librario *e* supra *o.* g) Go. Be. em. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.* Cod. Iust. ut C. Th. Reinesius rep. *Valentinianus et Theodosius.* h) Aur. Lugd. *evaganda*, mendose. i) Cod. Iust. *fac.*: *sed cum* — *at* (prob. Be.) *si quis.* Be. sine caussa prop. *ac.* k) Cod. Iust. *referatur, quatenus severissime in eos animadvertatur.* Ceterum sec. Go. haec lex concordat cum c. 16 h. t. et cum c. 4 et c. ult. C. Th. de Pascuis (VII, 7). Paullo post Go. — Ri*. *Clearco.* Vid. supra III, 1, 5, not. *q.* Codex *Ricomere et Clearco.* *) De hoc Richomere cf. Go. in comm. h. c. Ceterum vid. supr. not. *g.* l) Go. cj. *hirquorum*, sed in comm. prop. *neve abluendo equorum suove sudore.* Nihil mutandum esse demonstrat Cod. Iust., in quo nostra scriptura servata est. Congruunt cum ea, quae infr. seqq. *vagus* etc. Etiam Cramerus *hirquorum* impr. *) Cod. Iust. *ideo provida* — *sudores deproperans.* m) Codex Lugd. *nudatos.* Reinesius cj. *natatus.* Aur. Lugd. *incesset.* In Cod. Iust. seqq. des. usque ad v. *adspectum.* n) Cod. Iust. *fluviorum hoc ipsum faciat* et des. seqq. *) Restitui ex codice, Cui. 1 — Cui. 2* *tentoria.* Go. — Be. mendose *tentatoria.* o) Go. Reines. Be. Bou. em. *vagos*, quo facile caremus. *) Edd. *prout.* Codex *prouti* — *tribunos agn.* — *quam agnoscit.* Supra Aur.

custodiri, ut unusquisque tribunus agnoscat, gravi se subdendum esse supplicio, in cuius parte neglectum probabitur, quod agnoscit imperatum. *Dat. VI. Kal. Iun.*[p] *Vincentiae, Tatiano et Symmacho Coss.* (391.)

14. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Theodoto Magistro officiorum.* Quicunque infantes vel pueri militare coeperunt, sterni eos inter ultimos iussimus, *ita* ut ex eo tempore, ex quo parere coeperint, locum sibi incipiant vindicare, ut laborum suffragiis *in*crementa militiae consequantur[q]. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.* (394.)

15. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Rhemistheo*[r] *Duci Armeniae.* Si quis posthac militem in privato obsequio repertus[rr] fuerit retinere, quinque libris[s] auri mulctae nomine feriatur. *Dat. XII. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

16. *Iidem AA. Theophilo*[t] *Vicario Asiae.* [u]Si quos milites per provincias, relictis propriis numeris, passim vagari cognoveris, correptos*) facias custodiri, donec de his clementiae nostrae auribus intimetur, et quid fieri oporteat decernamus; ita ut, si quis miles in provincia sine suo numero repertus fuerit, ac post elapsus esse nuntiabitur, facultatum suarum, periculo totius officii, condemnatione gravissime vindicetur. *Dat. V. Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

17. *Iidem AA. Romuliano Pf. U.* Si qui**) miles ex his, qui praesentes divino obsequio nostrae clementiae deputati sunt, et qui in hac esse urbe praesente comitatu concessi sunt, quive de aliis numeris vel legionibus sunt, repertus fuerit vel sibi vacans vel alieno obsequio contentus[v], nobis illico nuntietur, ita ut conscii, qui talium praesentiam non praebuerint, viginti libras auri sciant[x] esse[y] mulctandos. §. 1. Sin vero quisquam missus a numero vel a tribuno ad comitatum serenitatis nostrae pervenerit, illico se viris illustribus comitibus offerre festinet, et caussas profectionis exponat, ut et responsum coeleste mereatur, et citam remeandi accipiat[z] facultatem[a]. *Dat. Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano*[b] *Coss.* (398.)

18. *Iidem AA. Stiliconi*[c] *Magistro militum.* Contra publicam utilitatem nolumus a numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites vel duces, quibus regendae militiae cura commissa est, non solum de[d] comitatensibus ac palatinis numeris ad alios numeros militem*) transferri non licere, sed ne ipsis quidem seu de comitatensibus[e] legionibus, seu de[f] ripariensibus, castricianis ceterisque cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam[g], quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire. Quod si qui*) contra fecerint, per singulos milites singulas auri libras a se noverint exigendas[h]. *Dat. XIV. Kal. April. Mediolano, Stiliconi*[i] *et Aureliano*[k] *Coss.* (400.)

TIT. II. [QUID PROBARE*) DEBEANT AD QUAMCUNQUE MILITIAM VENIENTES.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*

— c. 15. Conflata est ex hac c. et ex c. 16, 17 h. t. c. 13 Cod. Iust. h. t. Vid. not. *a*. — c. 18. Cod. Iust. XII, 36, 14.

Tit. II. — c. 1 coniungenda est cum c. 102 C. Th. de Decurionibus (XII, 1).

Lugd. *praeceto*, err. p) Eodem die datae sunt c. 2 C. Th. de Const. pr. (I, 1) et c. 6 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1). q) Codex *iussimos — locos*, sed em. a manu rec. In v. *officiorum* incipit folium XLVII. codicis. Go. h. c., quacum concordat c. 5 h. t., fugitivam esse dicit. r) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *Remistheo.* rr) Codex .. | *pertus*; in marg. a rec. manu suppletur *expertus* et ponuntur supra *ex* literae *re*. s) Ita Be. ex Cod. Iust.; rell. cum codice *libras*. Vid. infra VII, 17, 1, not. *t*. t) Codex, Cui. 1 — Ri. *Theofilo*, Ri*. *Theodosio.* Go. *Vicariae Asiae*, mendose. u) Go. h. c. cum c. 12 et 17 h. t. concordare dicit. *) Cod. Iust. *correctos*, impr. Cui. **) Aur. Lugd. *Si quis.* v) Go. cj. *intentus*, etsi v. *contentus* retineri posse ipse concedit. x) Codex, Cui. 1 — Lugd. *vinginti* et Go. *scant*, mendose. y) Sec. Go. Be. em. *sese*, praeter necess. Praeterea Be. scrib. vult *libris*. Vid. not. *s* antec. z) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; rell. cum codice *accipiant*. a) Vv. *reatur et citam — facultatem*, antea omissa in cod. ponuntur a sec. manu supra lineam. Cum v. *profectionis* incipit secunda pagina folii XLVII. codicis. In Cod. Iust. c. 15—17 h. t. ita conflatae sunt: *Impp. Arc. et Hon. Romuliano P. U. Nemo miles* (vid. c. 17 h. t.) — *et qui in hac alma urbe — legionibus sunt, vel sibi vacet, vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat: qui autem in huiusmodi facinore fuerint convicti: militia exuti poenas consentaneas luere compellantur: hi vero* (vid. c. 15 h. t.), *qui in privato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque — feriantur.* §. 1. *Si vero quisquam* (vid. c. 17, §. 1 h. t.) — *pervenerit, aliter enim eos hoc facere vetamus, illico — comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre — facultatem.* §. 2. (vid. c. 16 h. t.) *Si quos autem milites — vagari praesides earum cognoverint, correctos facient custodiri — decernamus* et add. subscr. c. 17 h. t. b) Aur. Lugd. *Euthychiano Cons.* c) Codex, Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Stilichoni.* V. *Iidem* absciss. est in codice. d) Cod. Iust. *a*. Codex *regendae*, corr. *rigendae*. *) Cod. Iust. *milites*. e) Plane eodem modo Cod. Iust., sed Cuiacius in Obs. I, 25 ad c. 14 Cod. Iust. cit. em. *sed ne (de) ipsis quidem pseudocomitatensibus*, probb. Go. et Reinesio; quod an recte factum sit, videndum, cum numeri legionibus hic opponantur. f) Cod. Iust. add. *castris*. Idem mox *castrensianis* pro *castricianis*. Ceterum scripsi cum Go. — Ri*. *riparien ibus*, ubi Cui. 1 — Cui. 2*. Be. Cod. Iust. *riparensibus* habent. Vid. c. 14 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). Et codex quidem habet *ripariensibus*. g) Cod. Iust. add. *nisi hoc Augusta maiestas publicae utilitatis gratia fieri iusserit.* *) Codex, Cui. 1 *q*, sed in codice add. *ui* supra *q*. Aur. Lugd. *quid*. Rectius *qui*. h) Cod. Iust. *Quod si quis c. fecerit — noverit exig.* i) Cui. 1 — Ri*.

AAA.[l] *Postumiano Pf. P.*[m] Quotiescunque se aliquis[n] militiae crediderit offerendum, statim de natalibus ipsius ac de omni vitae conditione examen habeatur, ita *ut* domum, genus non dissimulet et parentes. 'Nec tamen huic ipsi[o] rei, nisi honestissimorum hominum testimonio adstipulante, credatur; ita enim fiet, ut et curias nemo declinet, et ad militiam nullus adspiret, nisi quem penitus liberum aut genere aut vitae conditione inquisitio tam cauta deprehenderit. *Dat. XIV. Kal. Aug. Constantinopoli, Merobaude II. et**) *Saturnino Coss.* (383.)

2. *Iidem AAA.*[p] *ad Neoterium*[q] *Pf. P.* Quisquis cinguli sacramenta desiderat, in ea urbe *), qua natus est, vel in qua domicilium collocat, primitus acta conficiat, et se ostendat non patre, non avo esse municipe, penitusque[r] ab ordinis necessitatibus alienum, sciturus, se in perpetuum revocandum, nec temporis nec militiae praerogativa, si[s] ita non gesserit, defendendum. Ordines etiam urbium noverint[t], si cuiquam praestitisse gratiam doceantur, ac non vera actis promendo per mendacium quemquam abire[u] permiserint, se periculo subiacere. *Dat. VI. Id. Iul. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[uu] (385.)

TIT. III. QUIS IN GRADU PRAEFERATUR.

1. *Imppp.* *) *Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* In omnibus, qui militiae nomen dederunt, ratio est habenda meritorum, ut is[v] potissimum potiorem adipiscatur gradum, qui meruerit de labore suffragium, nec quaeratur, quis militarit[vv] primus, sed quis manserit in studio apparitionis assiduus. *Dat. prid. Id. Febr. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

2. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Cum alios in altiores militiae gradus iugis observatio, nonnullos in eadem militiae statione coeleste pervexisset[x] oraculum, ac tempore provehendae dignitatis exoriretur *) contentio, quisnam prior incederet, quisve[y] subsequeretur, cum uterque pari eiusdem gradus niteretur auspicio: non immerito placuit, ut, quoties codicillis vel sacris affatibus ullus ex alio ad alium gradum cum iisdem[z] stipendiis emigrarit, triennio ei postponatur, quem sors militiae in eum progressum *) duxerit. *Dat. X. Kal. Oct.*[a] *Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

TIT. IV. DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE *).

1. *Imp. Constantinus*[b] *A. Have Felix, carissime nobis*[c]. Tribunos sive praepositos, qui milites nostros curant, annonas, per dies singulos scriptionis indicio[d] sibi debitas, in horreis derelinquere non oportet, ut procuratores seu susceptores vel praepositi pagorum et horreorum eam[e] comparent: hinc enim fit, ut a provincialibus non annonas, sed pecunias postulent memorati, ipsis etiam speciebus remaneant[f] vitiatis atque corruptis[g]. Constituimus ideoque derelictae annonae

Tit. III. Concordat supra VI, 5. — c. 1 coniungenda est cum c. 13 C. Th. de Metallis (X, 19). — c. 2, quam Go. fugitivam esse existimat, coniungenda est cum c. un. C. Th. de Nili aggeribus (IX, 32) et fortasse cum c. 18 C. Th. de Exact. (XI, 7), c. 169 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. c. un. cit., not. *m*.

Tit. IV. Cod. Iust. XII, 38. — c. 1 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 9 Cod. Iust. de Iure fisci (X, 1) l. c. p. 229 et c. 3 Cod. Iust. de Apochis (X, 22) l. c. p. 259.

Cod. Iust. *Stilichone.* k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auriliano.*

*) Codex, *qui probare* et post *i* additur a librario *d* supra lineam (*quid*). l) Be. add. vult *et Arcad. A.* m) Go. om. *Postumiano Pf. P.* In c. 102 cit. scrib. *P. II.* s. *iter. Pf. P.* n) Ita Aur. Lugd. Be.; codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *aliqui.* Go. annotat: „*Aliquis*, vel *alicui quis.* Alicui porro, etiam Legionariae. v. l. 1. infr. de Tironib." (VII, 13). Cum literis *diderit* (*crediderit*) incipit folium XLVIII. codicis. o) Ita Be. ex MS. Go. et auct. Go., recte; rell. *ipse.* *) V. *et* bis scriptum est in codice. p) Sec. Go. et Be. inscr. *Imppp. Val. Th. et Arcadius AAA.* q) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Neotherium.* *) Codex *desideratineaburbe.* r) Go. *pentiusque*, err. s) Go. cj. *si se.* Nobis satisfacit vulg. scriptura. t) Aur. Lugd. *urbium non erint*, err. u) Fornerius, Rer. Quotid. III. cap. XXVI. (Otton. Thes. II, 220), quia hoc l. de iis agitur, qui militiam ambiunt, em. *ambire*, impr. Go., qui *abire permiserint* interpretatur: curia et curiali nexu liberos dimiserint, i. e. e curia ad militiam abire permiserint, et provocat ad vv. similis c. 1 C. Th. de Tiron. (VII, 13): *Decurionibus — e militia abscedat.* uu) Hic excisa est inferior pars folii XLVIII., sed integro Codice Theodosiano, cum utraque pagina non esset perscripta. Erant enim post hunc titulum octo versus in adversa folii pagina vacui. Item erat post titulum sequentem in aversa folii parte. Simile quid vid. supra in fine libri VI. not. *g* et infra post tit. de Oblatione equorum (VII, 23), not. *o*.

*) Cui. 1 — Lugd. *Impp.* Cum rubrica h. tit. incipit secunda pagina folii XLVIII. codicis, sed periit numerus tituli. Ceterum vid. c. 13 cit. not. *q*. v) Ri*. *iis.* Secundum Go. haec c. fugitiva est. Fortasse pertinet ad tit. C. Th. Ut dignitatum ordo serv. (VI, 5). vv) Codex *militare.* x) Be. auct. Go. em. vult *provexisset*, recte, et saepe in libris Mss. confunduntur sigla ꝑ et *p*. Supra codex *Cum aliis in alt.* *) Codex, Cui. 1. Cui. 2* — Ri*. *exoreretur*; rell. ut nos. y) Ita codex, Cui. 1 — Go.; Ri. — Be. *quisque*, mendose. z) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Codex *trennio*, corr. *triennio.* *) Ri. *progessum*, err. a) Go. recte add. vult *Constantinopoli* ex c. un. cit.

) Cum rubrica huius tituli incipit folium XLIX. codicis Lugd. b) Cui. 2, 2 *Constantius*, sed in Corr. rep. *Constantinus.* c) Codex *KNB.* Cui. 1 — Lugd. *HABE Felix R. NB.* Cui. 2 — Ri. *HABE Felix k. NB.* Ri*. Be. *habe* (Be. *have*) *Felix k. nb.* Similiter inscr. supra c. 9 de Off. rect. prov. (I, 16), c. 1 Qui petant (III, 18) et infra c. 4 de Oper. publ. (XV, 1). d) Cui. 1 — Lugd. *iudicio*, recte impr. Go., nam codex *indicio.* e) Go. Be. em. *eas*, etsi *eam* sustineri posse Go. arbitratur. Praestat *eas*. Cf. ad h. l. c. 1 C. Th. de Pignor. (II, 30), not. *n*. f) Go. annotat: „γρ. *remanentibus.* Vel sustineri illud potest, quasi ita scriptum

fisco compendium vindicari, subscribendario et optione gladio feriendis, quoniam fieri[h] non potest, ut vel[i] provinciales iterata collatione graventur, vel militibus corruptae[k] species dividantur, detrectantibus[l] memoratis ad diem sumere annonas suae congruas dignitati. In qua culpa si quis fuerit apprehensus, nec personae merito, nec honoris fastigio defendendus est. *Dat. XIV. Kal. Nov. Aquis*[m], *Paullino*[n] *et Iuliano Coss.* (325.)

2. *Imp. Constantius*[o] *A. ad Taurum*[p]. Cum militibus per Africam constitutis laridum vel recens forsitan caro deinceps erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi amputarique praecipimus, ne porcina integra separetur, sed erogationi proficiat annonariae. *Dat. VIII. Id. April.*) Arbetione*[q] *et Lolliano Coss.* (355.)

3. *Idem A. et Iulianus C. ad Taurum.* Comes militaris rei per Africam constitutus contra vetitum species annonarias de conditis arbitrio suo dicitur usurpasse. Hoc de cetero citra vicarii[r] arbitrium fieri non potest, nisi *) vicarius, comitis scriptione conventus, didicerit, qui**) numerus annonarum, et quibus debet erogari, atque id fieri oportere censuerit. *Dat. XV. Kal. Ian. Sirmio*[s], *Constantio A. IX. et Iuliano C.*[t] *Coss.* (357.)

4. *Idem A. Elpidio Pf. P.*[u] Cum in expeditione milites degant[v], biduo expeditionalem annonam, tertio die panem consequantur ac vinum. *Dat. IV. Kal. Ian. Doridae*[x], *Datiano et Cereale Coss.* (358.)

5. *Idem A. Elpidio Pf. P.* Expeditionalem annonam ex horreis milites viginti dierum debent suscipere, ut eam transvehant propriis in expeditione necessitatibus profuturam. *Dat. prid. Id. Mart. Constantinopoli, Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

6. *Idem A. et Iulianus C. Elpidio Pf. P.* Repetita consuetudo monstrabit[y], expeditionis tempore buccellatum*) ac panem, vinum quoque atque acetum, sed et laridum[z], carnem, et vervecinam etiam, milites nostros ita solere percipere: biduo buccellatum, tertio die panem; uno die vinum, alio die acetum; uno die laridum, biduo carnem vervecinam. *Dat. XVI. Kal. Iun. Hierapoli, Constantio*[a] *X. et Iuliano Caes. III. Coss.* (360.)

7. *Imp. Iulianus A. Sallustio Pf. P.* Milites ad vicesimum lapidem capitum petere iussimus. *Dat. VIII.*) Id. Ian. Mamertino et Nevitta**) Coss.* (362.)

8. *Idem A. Secundo Pf. P.* Militibus ad Kalendas Augustas capitatio denegetur, ex Kalendis Augustis praebeatur. *Dat.*[aa] *Kal. Aug. Nicomediae, Mamertino et Nevitta VV. CC. Coss.* (362.)

9. *Imp. Iovianus*[b] *A. Secundo Pf. P.* E[c] vicesimo, non amplius, lapide milites sibi iubemus paleas

— c. 2 in Ri. Ri*. signatur *XI.*, sed em. err. in Corr. — c. 6. Cod. Iust. XII, 38, 1. — c. 9. Cod. Iust. XII, 38, 2.

foret, et *annonae* remaneant, ipsis speciebus vitiatis: eodemque sensu forte pro *ipsis*, reponendum *ipsae.*" Reinesius em. *remanentibus*, ad quam emendat. facit fortasse etiam codicis scriptura, qui *remanent.* g) Cui. 2, 2* *adque* (ita etiam codex, Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*.) *corruptae*. Reinesius corr. *corruptis*. Vid. not. *k*. h) Be. cj. *ferri*, non male quidem, neque tamen vere. i) Go. em. *ut ne*. Sed recte se habet *vel*. k) Ita Be. ex MS. Go. et auct. Go., recte. Ita etiam em. Reinesius; rell. *corruptis*. Fortasse huc ponere voluit Cuiacius scripturam Cui. 2, 2* not. *g* a nobis indicatam. l) MS. Go. *detrectationibus*. Ita est in codice. m) Go. in Chron. cj. *Aplis*. n) Edd. *Paulino*. Ita etiam codex. o) Aur. Lugd. *Constantinus*. p) Go. et Be. recte add. volunt et hic et in prox. c. *Pf. P.* Vid. supr. II, 1, 2 et al. legg. Deest siglum dignitatis etiam in codice, etsi ibi nullum est lacunae indicium. *) Add. *Mediolani*. q) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Arbitione*. Cf. c. 2 C. Th. de Iurisd. (II, 1), not. *i*. r) Ita Aur. Lugd. Be.; codex, Cui. 1. Cui. 2, 2* *vicari*. Go. — Ri*. *vicarI*. Paullo ante codex *annonaerias*. *) Go. ann.: „Addendum videtur, *Et* vel, *id est*, vel *nisi scil.*," praeter necessitatem. **) Hinc incipit pagina secunda folii XLIX. codicis. s) Ita codex et edd. ante Be., qui *Sirmii*. t) Sec. Go. et Be. add. *II.*, recte. u) Dignitatem, quae etiam in codice deest, Be. adiecit ex Corr. Cui. 2, 2*; Go. videtur in annott. haesitare, an addendum sit *Pf. P.* Scripsi et hic et in c. 5 et 6 h. t. *Elpidio* pro *Helpidio*, quod in codice, edd. est. Vid. c. 1 C. Th. de Feriis (II, 8), not. *y*. In codice abscissum est *Idem* ut in c. 5 h. t. v) Go., etsi *degant* teneri posse putat, tamen cj. *degunt* aut *degent*. x) Go. in Chron. h. a. et in annott. h. c. not. *d*. *Dat.* pro *Reddita* accipit aut *Doride*, Macedoniae regione scribendum esse existimat. Deinde codex *Cerale*. y) Cod. Iust. *monstravit*, neque tamen aliquid h. l. mutandum sec. Go. *) De buccellato cf. Go. in comm. h. l. et Spangenb. ad c. 1 cit. not. 6. z) Be. auct. Go. ex c. 17 C. Th. de Cohort. (VIII, 4) prop. *laridam*. Paullo post codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *verbecinam*. Aur. Lugd. *BerBecinam*, et in extr. lege codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *berbecinam*, Aur. Lugd. *BerBecinam*. In Cod. Iust. hic locus et seqq. ita leguntur: *lardum, carnem etiam vervecinam milites — percipere: in duobus diebus bucc. in tertio — lardum*, unde Go. etiam cj. *Et, laridum, et carnem vervecinam*, quod praestat et propter extr. h. c. vv. et propter Cod. Iust. Paullo post codex *uno dei vinum*, mendose. a) Edd. *Constantino*. Go., prob. Tillem. l. c. T. IV, p. 292, not. XLVI. em. *Ian.* et ex Cod. Iust. *Constantio*, quod Reinesio et Be. placet. Ritterus, non mutato mense suspicatur legem a Constantio datam quidem, sed a Iuliano repetitam esse, putat igitur scriptum fuisse: *P. Co.* (post consulatum) *Constantii X. et Iuliani C. III. Coss.* (361.) Vid. Ri. ad h. l., not. *g* et in Chron. h. a. Sed tamen nescio, quid artificiosi Ri. argumentatio habeat. — Ego restitui *Constantio*, nam in codice puncto supra *n* (*no*) a librario posito, corrigitur vulgata scriptura. Balduinus perperam hanc legem, qua c. 4 h. t. abrogatur, inter Constantinianeas retulit. *) Go. in Chron. *III.* Sec. Ri. in subscriptione addendum *Constantinopoli*. Ceterum haec lex concordat c. 9 inf. **) Go. — Ri*. *Nevita*. aa) Sine dubio, quod iam Go. in Chron. h. anni vidit, exc. numerus diei, cum Iulianus Kal. Aug. non fuerit Nicomediae. Etiam sententia legis videtur postulare alium diem. b) Ita Be., auctor. Go., ex Cod. Iust.; rell. edd. et codex male *Iovinus*. Reinesius em. *Valentinianus et Valens*, modo subscriptio recte se habet. Sed tamen paullo post recte putat subscriptionem vitiosam esse. c) *E* om. in Cod. Iust. d) Be. *Aedesae*.

convectare. *Dat. V. Kal. Oct. Aedesa* [d], *Ioviano et Varroniano* [e] *Coss.* (364.)

10. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* [f] Protectores fori rerum venalium iuxta veteris moris observantiam in [g] annonarum suarum commoda [h] pretia consequantur. *Dat. X. Kal. Maii Antiochiae, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

11. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Susceptor antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis [i] susceperit, non eroget. Quod si absque pittacio fuerit *) erogatio, id, quod expensum est, damnis eius potius supputetur. In qua re officium gravitatis tuae in speculis esse debebit, non sine detrimento propriarum facultatum id futurum sciens, si neglexerit, ut praescriptae [ii] formae tenor custodiatur; nec prius de horreis species proferautur [k], et maxime capitationis, quam, ut dictum est, ad diem pittacia authentica fuerint [l] prorogata. *Dat. Id. Dec. Treviris* [m], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

12. *Iidem AA. ad Victorem Magistrum militum.* In provinciis stationes militum affici [n] possidentes, Ursicini comitis suggestione cognovimus, a quibus superstatutorum [o] grave atque inusitatum quoddam nomen coenaticorum [p] fuerit introductum: quod magnifica auctoritas tua missis competentibus literis in omnibus provinciis iubebit aboleri, ut milites recordentur, commoda sua, quae in annonarum perceptione adipiscuntur, extrinsecus detrimentis provincialium non esse cumulanda [q]. *Dat. VI. Kal. Ian.* [r] *Bonamansione, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

13. [s] *Iidem AA. ad Populum* *). Actuarii per singulos, vel ut multum binos dies authentica pittacia progent, ut hoc modo immissis [t] pittaciis species capitum *) annouarumve ex [u] horreis proferantur. Quod nisi fuerit custoditum, actuarius et susceptor, sed et officium iudicantis, quod non institerit huic iussioni, statutae obnoxium [v] tenebitur. *Dat. Kal. Oct. Aquileia, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

14. *Iidem AA. Secundo Pf. P.* Riparienses milites mensibus novem in ipsa specie consequantur anno-

— c. 11 commemoratur a Cui. in Comm. c. 5 Cod. Iust. eod. l. c. p. 481. — c. 12. Cod. Iust. XII, 38, 3 mut. — c. 13 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 5 Cod. Iust. h. t. (XII, 33) l. c. p. 481.

e) Sec. Go. aut reponendus est dies *V. Kal. Febr.* aut emendandi sunt consules; contra Ritterus, prob. Be. in annott., reprobata diei mutatione, cui ne Go. quidem multum tribuit, ex scriptoribus antiquis probat, corrigendos esse consules et referendam potius hanc legem ad superiorem annum, cum Iovianus hoc tempore iam decessisset. Cf. etiam Spangenb. ad c. 2 Cod. Iust. cit., not. 15. Reinesius legi vult *Divo Ioviano.* Anni numerus deest in edd. Go. — Ri*. f) Haec Valentiniani lex, quae videtur esse pars maioris constitutionis, commemoratur et confirmatur c. 22 et 23 h. t. Vid. Go. g) Go. — Ri*. *Protectores, fori r. v.* (*iuxta Veteris moris observantiam*) *in*, ad quem locum Go. annotat: „Ita distinguendus hic locus, ne alioquin *Protectores fori venialium* (sic!) ab aliis Protectoribus diversos, quod nonnulli fecerunt, hic somniemus.“ Go. in mente habet Gutherium de Off. dom. aug. III, 12. h) Go. *commodo*, err. In ead. ed. exc. annus. Cum v. *observantiam* incipit fol. L. codicis. i) Codex *actaris*, sed corr. *actuaris.* Cui. 1 — Cui. 2* *actuaris*, sed Cui. 2, 2* in Corr. *actuariis.* *) Go. prop. *Fuerit facta:* vel *fieret*, quo non opus est. Codex *pettacio* et supr. lin. repon. *pittacio.* ii) Cui. 1 — Cui. 2* *facultatum: id — praescribae*, perperam. Codex autem *praescribtae.* Idem paullo ante *sciens n si*, deleta est igitur litera *n.* k) Aur. Lugd. *proferatur*, err. Vid. c. 13 h. t. Codex *maximae*, sed corr. *maxime.* l) Ita Be. auct. Go. pro *fuerit*, quod male in rell. edd. est et in codice. m) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Go. mavult *Trid.* (Tridenti), cum hoc tempore Valentinianus in Gallia non fuerit. Ceterum sec. Go. huic legi concordat c. 13 et 16 h. t. n) Go. ex codice *possi possidentes.* Rell. *affici posse possidentes.* Locus corruptus. Delevi *possi* quod negligentia librarii ortum est ex primarum verbi *possidentis*, quod sequitur, syllabarum repetitione. Legendum aut *stationibus* aut *afficere*, quod est in m. Cui. 1 — Cui. 2*, ubi *adficere possidentes.* Go. diversas prop. cj.: *adflixisse possidentes* aut *adficere passim possidentes*, mavult tamen *ad officia poscere possidentes*, id est ad officium, xeniolum, praestandum: *deposcere* vocare cogere, et cf. iubet c. 1 et 3 C. Th. de Salgamo (VII, 9) et c. 1 C. Th. Ne comitib. (VII, 11). Reinesius cj. *adfligere* et Be. *m. male afficere.* o) Cui. 1 — Cui. 2* *super statutorum.* Reinesius cj. *super statuta.* An *super statutum onus?* p) Codex, Cui. 1 — Ri*. *cenaticorum*, impr. Be., qui ex Cod. Iust. ed. *coenaticorum.* Utrumque recte; illud more veterum librariorum, qui pro *ae*, *oe* solent ponere *e.* q) In Cod. Iust., exordio om., haec c. ita se habet: *Coenaticorum nomine milites et eorum superinstantes* (al. *super his stantes* aut *insuper stantes*) *nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites, quod oportet eos commoda sua quae — adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non adficere.* r) Ita edd. et Cod. Iust. Go. in Chron. ann.: „*Ian. hactenus*“ et om. mensem in ipsa subscriptione. Sine dubio voluit ponere *Iun.*, quam em. in notis h. c. prop. propter c. 1 C. Th. de Priv. corp. (XIV, 2) eodem fere die datam et itineris hoc anno a Valentiniano facti ratione habita. Tillemont. l. c. T. V, Notes, p. 3., n. XIV. utroque loco corr. *Iul.*, quod ferri non potest, nam sine dubio Valentinianus cum fratre Bonamansione constitit, antequam Med. se contulit, ubi mense Iun. commoratus est. Cf. supra V, 14, 3, not. *o.* Ceterum frequens est in libris Mss. confusio mensium *Iun.* et *Ian.* s) Sec. Go. haec c. concordat c. 11 et 16 h. t. *) Go. in comm. h. c. dicit: „non videtur haec inscriptio *ad Populum* stare posse: quia si ad Provinciales haec *lex* pertineret, ita ea inscriberetur, *ad Provinciales*, vel ita plenius, *ad Provinciales et Possessores*: Cum enim ad *Populum* lex emittitur, intelligitur Populus V. R. Itaque reponam hic, *ad P.o Praefectum:* id est, *ad Praetorio Praefectum.* Vel quid si legamus *ad Probum.* Et tamen *ad Populum* quoque data *lex* 9. *de desertorib.*“ (VII, 18). t) Go. in not. cj. *emissis* aut *ante missis* seu *praemissis*, sine caussa. *) Tentaverat Go. *capitum* vel *capituum*, sed ipse monet, in plurali *capitum* dici, neque h. v. aliter inflexum esse quam *caput.* u) Cui. 1 — Cui. 2* *annonarum ve ex.* Cum v. *custoditum* incipit pag. secunda folii L. codicis, ubi etiam *quonisi — iudicantes*, sed em. v)

nam, pro tribus pretia percipiant. *Acc. Kal. Dec. Chalcedone* [x], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

15. *Iidem AA.* [y] *ad Auxonium* [z] *Pf. P.* Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione praecipimus, species annonarias a viciniorибus limitibus provincialibus [a] ordinabis ad castra conferri; et invito oneris [b] castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant, nec amplius, quam tertiam in [c] partem ipsi vehere cogantur. *Dat. V. Non. Maii Martianopoli, Valentiniano N. P. et Victore Coss.* (369.)

16. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Actuarii nisi expleto triginta dierum spatio pittacia authentica confestim tradiderint, species, quas ex fiscalibus conditis dissimularint excludere, vel numero, cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare, de propriis facultatibus vel militibus ipsis, vel *) fiscalibus horreis adigantur [d] inferre. *Dat. VI. Id. April. Sirmio* [e], *Valentiniano et Valente* [f] *AA. Coss.* (373?)

17. *Iidem* [g] *AAA. ad Modestum Pf. P.* Fortissimi ac devotissimi milites, familiae quoque, sed et ceteri quibuscunque praediti dignitatibus [h] annonas et capitum [i] singulis diebus aut certe competenti tempore, id est priusquam annus [k] elabatur, de horreis consequantur, aut si perceptionem suam ac si [l] debitam studio voluerint protelare, id, quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis vindicetur. *Dat. prid. Non. April. Antiochiae, Gratiano A. IV. et Merobaude V. C. Coss.* (377.)

18. *Imppp.* *) *Valentinianus, Theodosius et Arcadius* [m] *AAA. Abundantio, Stiliconi* [n] *et ceteris Comitibus et Magistris utriusque militiae.* Ne quis pro speciebus annonariis pretia tentet exigere: vel, si contra legem datam venire tentaverit [o], nec illud, quod in pretio expetiit, permittatur exigere, nec illud, quod [oo] suo tempore accipere in speciebus neglexerit, consequatur. *Dat. IV. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

19. *Iidem AAA.* [p] *Tatiano Pf. P.* Officiorum [q] annonas dispositione providentissima his provinciis distributas, quae nec transvectioni publicae, nec arcae possunt aliquod deferre compendium, comprobamus. *Dat. prid.* *) *Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

— c. 15. Cod. Iust. XII, 38, 4. Commemoratur h. c. in Comm. Cuiacii ad c. 4 Cod. Iust. cit. l. c. p. 481. Vid. c. 9 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), not. sup. — c. 16. Cod. Iust. XII, 38, 5. — c. 17. Cod. Iust. XII, 38, 6. — c. 18 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Salgamo (VII, 9).

Cui. 1 — Cui. 2* *iussioni statutae*, *obnoxium.* Videtur suppl. esse *poenae.* x) Edd. ante Be. *Calcedone*, ut codex. y) Be. add. vult *et Grat. A. V. Iidem* periit in codice. z) Aur. Lugd. *Auxonitm*, mendose. Ceterum sec. Go. h. c. concordant c. 9, 11, 21, 22 infr. de Ann. et trib. (XI, 1). a) Reinesius cj. *limitis.* Cod. Iust. *ann. vic. lim. a prov.* Ceterum Go. in notis pro *praecipimus* cj. *praecepimus* aut *percipimus.* Codex *ad vicin.* b) Ita Cui. 1 — Lugd. Go. — Be.; Cui. 2, 2* *et * invito oneris.* Codex *et invito oneris castris constitutis*, sed corr. *s* in syll. *tis* Cod. Iust. *conferri: sed in veteranis castris.* Cuiacius l. c. dicit: „C. Th. *vitoneris*, Graeci βετωρινοῖς.“ Alii (veluti Salmas. ad Spart. fol. 26) tentant sec. Go. *ut in limitaneis castris.* Go., Cuiacium secutus cj. *et* vel *ut in Vetorinis castris*, prob. Spangenb., ut sint vetorina castra Betorina illa in limite Arabico Persis opposito: quae cj., etsi sagacitatis speciem prae se fert, tamen teneri non potest. Obstat enim Zosimus lib. IV. cap. 10, ex quo loco Go. non ignoto patet, Valentem hoc tempore Martianopoli, unde haec c. data est, constitisse, ibique Auxonium, cui haec c. inscribitur, Praef. praet. designasse, Auxonium autem curam militaris annonae habuisse in limitibus Scytharum, contra quos imperator bellum moturus erat. Haec omnia probant, hanc legem non ad castra Arabiae, de quibus sec. Go. praeter Notitiam imperii et Auctorem incertum huic Notitiae subiectum etiam Ammianus Marc. XIV, 7 loquitur, referendam esse, sed ad castra in limitibus Scytharum posita. Be. cj. *et inviti oneris.* Conieceram antea *in vicinioribus.* c) Cod. Iust. om. *in*; Rein. delet *in.* Supra codex *ibi idē.* Infra cod. edd. *Marcianopoli.* *) Aur. Lugd. *ut*, err. d) Cod. Iust. *dissimulaverint — addicantur.* Go. in not. defendit *excludere* contra *excudere*, quod alii videntur cj., veluti Iuretus in Symmach. IX, 121. *Excludere* est pro efferre, desumere, depromere. e) Be. *Sirmii.* Go. *Dat.* pro *Reddita* accipit. Erat enim Probus hoc tempore Sirmii. f) Go. Be. addi volunt aut *III.* (370.) aut *IV.* (373.), Relandus autem l. c. p. 414 et 437 refert hanc c. ad ann. 365, quod ferri non potest propter c. 15, quae ita recentior esset. Pon. *IV.* (373.); demonstrat enim Go. ex Ammiano Marcell. XXIX, 6 et ex Ausonio, ep. XVI., Probum hoc tempore Sirmii fuisse propter Valentiniani bellum cum Quadis. Go. — Be. om. annum. Cod. Iust. 370 habet. g) Ita etiam Cod. Iust. Go. Be. rep. volunt *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus.* h) In Cod. Iust. om. *familiae — dignitatibus.* i) Cod. Iust. *capita.* k) Go. cj. *priusquam mensis*, contra Cod. Iust. auctoritatem; deinde vero se ipse revocat. Cui. 2, 2* *elebatur*, mendose. l) Go. cj. *et si*, vel *ac sibi.* Be. recte prob. *sibi*, nisi *ac si* pro *quasi* accipiendum est, quod videtur praeferendum esse propter Cod. Iust., qui idem habet. Paullo post in subscr. Go. mendose *Meraubaude.* Ceterum cum v. *protelare* incipit folium LI. codicis, in quo praeterea *debus — nostro c. vendicetur* (sed corr. *diebus — nostri c. vendicetur*) — *Anthiociae.* *) Go. err. *Impp.* m) Go. Be. rep. volunt *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius* et hic et in c. 3 C. Th. cit. et confirmari videtur haec cj. c. 32 et 33 C. Th. (V, 13); sed etiam c. 7 Cod. Iust. h. t., quae ex prox. c. 20 eiusdem anni et eiusdem fere diei desumpta est, eosdem imperatores, qui hic nominantur, in inscr. habet. Vid. infr. not. *p.* Ceterum c. 18 — 20 h. t. in eundem fere diem incidunt, ita tamen ut c. 19 una die recentior sit c. 20; puto igitur, mendum esse in subscr. c. 19 et pro *prid.* (II.) scrib. aut *IV.* aut *III.*, non in subscr. c. 20, cuius dies concinit et cum Cod. Iust. et cum c. 33 C. Th. (V, 13). Codex *Abundandtio*, sed del. *d.* n) Codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Stilichoni.* o) Codex, edd. ante Be. *temptet*, *temptaverit.* oo) Vv. *in pretio — quod*, quae in codice omissa erant, adduntur a librario supra lin. Vid. c. 20 h. t. p) Vid. supra not. *m* et c. 10 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), not. *y.* Ceterum Go. h. c. videtur fugitiva esse. q) Be.

20. [r] *Iidem AA. Rufino Pf. P.* Nulli militarium pro his annonis, quae in provinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, et inopiae occasione captata, pretia liceat postulare; ita ut, si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, ac postea, impositis pro necessitate rerum pretiis [s], repudiata taxaverit, neque id, quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere, neque illud [t], quod accipere dissimulaverit, consequatur. *Dat. III.* *) *Kal Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

21. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario Pf. P.* Si a militaribus provinciales [u] quaelibet damna pertulerint, ac *) non ipsas species, quae in provinciis a possessoribus congregantur, fuerint consecuti, illico, interpellato iudice, admissum crimen ad nostram clementiam perferatur, ut admissum crimen congrue vindicetur. Sin [v] vero tantum nefas simili taciturnitate contexerint *), praeter eam mulctam, quam rectores officiaque subire conveniet, etiam detrimentorum quantitas in duplum de eorum facultatibus exigitur [x], reddenda ac restituenda his, qui dispendia talia pertulerunt. *Dat. XV.* [y] *Kal. Maii* [z] *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

22. *Iidem AA. Hilario Pf. P.* Neque scholae, neque vexillationes comitatenses aut palatinae, neque legiones ullae, neque auxilia, qualeslibet ad provincias delegatorias de specierum praebitione pertulerint, audiantur, si pretia poscant ultra ea, quae generali lege divi patris, senioris Valentiniani *), constituta sunt. Nec enim fas est, ut exigendis annonis militum nostrorum servientes [a] nova possessoribus pro arbitrio proprio indicant. §. 1. Sive mentionem [b] etiam pretiorum nullam delegationem valere praecipimus. *Dat. III. Kal. Iun.* [c] *Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA.* [d] *Coss.* (396.)

23. *Iidem AA. Hilario Pf. P.* [e] Provincialium commodis nos [f] convenit subvenire. Ad omnium utique *) numerorum, sive vexillationum, aut etiam scholarum tribunos per [g] viros illustres comites sublimitas tua faciat pervenire, ut meminerint, foenum militibus iisdem [h] capitibus praestandum, iuxta legem divi Valentiniani *) de quinta [i] decima indictione, nec tamen ad oppidum deferendum. *Dat. XVI. Kal. Iul.* [k] *Arcadio* *) *IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

24. *Iidem AA.* [l] . . . . Excellentia tua erogationis per susceptores factae modum quantitate brevium conferri perficiat, ita ut, ex [m] quo die numeris datum sit, diligentius exploretur, ac, si quid amplius actuarios vel optiones accepisse constiterit, quam brevium datorum *) scriniis nostris veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur; susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus iisdem [n] erogasse monstraverint. Nam ad illustres quoque magistros [o] utriusque militiae sacri apices cucurrerunt, quibus provida sanctione decrevimus, ut breves ante indictionis principium [p] summa fide ac veritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoribus erogatio celebretur. *Dat. VIII. Kal. April. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Coss.* (398.)

25. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* [q] Quoniam clementia nostra poscenti Epiphanis [r] ordini consen-

---

— c. 20 coniungenda est cum c. 33 C. Th. (V, 13). Cod. Iust. XII, 38, 7. — c. 22 Go. iungendam esse recte putat c. 2 C. Th. de Coll. aer. (XI, 21). Vid. not. *c.* — c. 23. Cod. Iust. XII, 38, 8. — c. 24. Cod. Iust. XII, 38, 9. — c. 25. Cod. Iust. XII, 38, 10 mutil. et mut.

---

annotat: Go. restituendum initium ita censet: *A Tatiano Pf. P. off.* quoniam, deiecto superiore anno Tat., iamque suffecto Rufino (ad quem fort. data est h. l.) plurima illius acta infirmata erant, ita ut, quae servanda visa essent, speciali confirmatione egerent. *) Vid. supra not. *m.* r) Vid. supra not. *m* et *p.* s) Codex, Cui. 1 — Ri*. *praediis*, sed recte Be. auct. Go. ex Cod. Iust. restituit *pretiis.* Item Reinesius. In codice est *taverit*, sed repon. supr. lin. *taxaverit.* t) Cod. Iust. *neque id.* *) Cui. 2, 2* *IIII.* u) Codex, Cui. 1 — Ri*. *provincialis.* Be. auct. Go. em. *provinciales*, recte. Crebro in libris antiquis ponitur *is*, ubi nostra ratione scribendi requiritur *es.* Vid. not. *a* sq. *) Codex *hac.* Mox in vv. *pellato iudice* incipit pagina secuuda folii LI. v) E codice, Cui. 1 — Cui. 2* revocavi *Sin*, quod ap. Go. — Be. mutatum est in *si.* Vid. infra c. 1 de Comm. (VII, 12). *) Go. prop. *contexerit*, iudex scilicet. x) Be. auct. Go. *exigetur*; codex, Cui. 1 — Ri*. *exigitur.* y) Go. in Chron. *al. XVI.* z) An *Constantinopoli?* *) Vid. c. 10 h. t., not. *f.* a) Ita Be. auct. Go.; Cui. 1 — Ri*. *servientis*, ex codice, qui *qualislibet — braebitione — servientis — arbitri.* Vid. antec. not. *u.* b) Go. cj. *Sine mentione*, quae cj. magnam probabilitatis speciem habet. c) Go. rep. vult *Ian.*, ut haec c. in eundem diem incidat, quo c. 2 cit. data est. Sed ita haec c. recentior fieret constitutione seq., quod non ferendum est. Scrib. in c. 2 *Iun.* pro *Ian.*; habet enim c. 1 Cod. Iust. de Coll. aer. (X, 29) *Iun.* et hoc vult Go. in Chron. et in comm. c. 2 cit. Utroque loco pon. *III.* aut *V.* d) Go. — Ri*. om. *AA.* e) Cui. 1 — Lugd. *Praeposito*, male. Codex *PPO.* f) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust. Codex, Cui. 1 — Ri*. *non*, male. Reinesius add. *non* post *convenit.* *) Cod. Iust. *itaque*, impr. Go. g) Cod. Iust. *vel*, impr. Go. Codex *meminerit*, sed em. h) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem*, quod fere ubique in antiquis libris Mss. pro *iisdem* scribitur. Cod. Iust. *iustis*, impr. Go. *) Vid. c. 10 h. t., not. *f.* i) Go. em. *sequente decima.* A Cod. Iust. abs. vv. *de quinta decima indictione.* k) Add. *Mediolano.* *) Omnes edd. ante Be. h. l. ex codice addunt *A.*, mendose. l) Ita edd. ante Be., nisi quod novem puncta lacunae, quae in codice est, indicandae caussa addidi. Be. autem add. *ad * Pf. P.* ex Cod. Iust., ubi vero deest *ad.* Cui. l. c. p. 432 ed. *Iidem AA. Eidem*, id e. Hilario Pf. P., non addita ratione et improbb. Ri. et Spangenb. Ceterum iam Go. in Chron. h. a. suppl. vult *ad ...... Pf. P.*, quod et arg. legis et formula: *Excellentia tua* comprobatur. Be. suppl. csse putat Eutychiani nomen. Paullo post cum v. *susceptores* incipit fol. LII. codicis, qui infra *subceptoribus.* m) *Ex* om. in Cod. Iust. *) Go. in not.: „*In scriniis nostris.*“ n) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* Cod. Iust. *eosdem.* o) Cod. Iust. *quoque viros Mag.* Mox Go. *miltiae.* p) Cui. 2, 2* *principum*, err. q) Cui. 1 — Lugd. *praeposito*, impr. Ri. Codex *PPO.* r) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Epi-*

sit, ut Novembri mense novellum vinum militi praeberetur, propterea quod veteris dispendiosa videtur erogatio: illustris[s] auctoritas tua per omnes provincias[t], cunctis numeris ac militibus a Novembri mense de novello vino annonam dari disponat. *Dat. X. Kal. Iun. Constantinopoli*[u], *Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Coss.* (398.)

26. *Iidem AA. Provincialibus provinciae proconsularis*[v]. Opinatoribus nullum sit cum provinciali[x] commercium; ita ut a iudicibus[y] vel officio provinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spatium conferenda. *Dat. prid. Kal. April. Mediolano, Vincentio et Fravitta*[z] *Coss.* (401.)

27. *Iidem AA. et Theodosius A. Anthemio Pf. P.*[a] Nullus protectorum vel domesticorum, cui aut tuitio locorum, aut quaedam longior est commissa necessitas, aut certe iudicum nostrorum praeceptis iussus*) obtemperat, annonas vel emolumenta percipiat, nisi circumacto anni tempore post completum consulatum in alterius anno consulis commonitorium reparare curaverit. *Dat. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo V. C.***) *Coss.* (406.)

28. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio Pf. P.* A provinciarum rectoribus caveatur, ut tam numeris quam familiis nec non et impedimentis praeter eas annonas[b], quae adaerantur, id tantum in specie praebeatur, quod militis flagitarit inspectio, ne actuariorum fraudibus ulla relinquatur superpostulationis occasio, cum per praepositos pistorum et diadotas[bb] legis forma caveatur, ut nulli omnino nulla in specie praebeatur*) annona, nisi quem substantem atque in praesenti constitutum postulare constiterit. §. 1. Hoc quoque legis auctoritate complexo, ut semper[c] dierum, per quos*) resistentes tribuni emolumenti gratia solenniter stellaturae[d] nomine consequuntur species, non aliter adaerentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur[e]. *Dat. V. Id. April. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo V. C. Coss.* (406.)

29. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.*[f] Si quas sub gratia donationis a militibus auferunt[g], quam merentur, annonas duces seu tribuni, iuxta nummaria defixa pretia sine ulla dubitatione percipiant. *Dat. IV. Non. Maii Constantinopoli, Honorio VII. et Theodosio II.*[h] *AA. Coss.* (407.)

30. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.*[i] Limitanei militis[k] et possessorum utilitate conspecta, per primam, secundam ac tertiam Palaestinam huiuscemodi norma processit, ut, pretiorum certa taxatione depensa, specierum intermittatur exactio; sed ducianum officium sub Versamini[l] et Maenaeni[m] castri nomine salutaria statuta conatur evertere. Ideoque lege repetita censemus, ut, si[n] quis interclusam specierum exactionem refricare tentaverit, vel adaerationes statutas ausus fuerit immutare, tam vir spectabilis dux centum librarum auri, quam etiam eius[o] officium pari condemnationis summa quatiatur, adiecta sacrilegii poena, quae divalium scitorum violatores palam inse-

— c. 26. Cod. Iust. XII, 38, 11. Coniungenda est haec c. cum c. 63 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et c. 29 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) et sec. Go. cum c. 1 C. Th. de Indict. (XI, 5). Vid. c. 1 cit., not. sup. Sec. Go. cum h. c. concordat c. 16 C. Th. de Exact. (XI, 7). — c. 28. Cod. Iust. XII, 38, 12 om. pr. — c. 29 tota exhibetur in Comm. Cuiacii ad c. 12 Cod. Iust. cit. l. c. p. 483. — c. 30 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Bonis mil. (V, 4). Cod. Iust. XII, 38, 13 om. pr.

fanis. Valesius in m. edit. 1593, quae servatur in bibl. publ. Aurelian. em. *epifanensi*, praeter necess. s) Cui. 1 — Cui. 2* *erogatio. Inlustris.* t) Hinc inc. c. 10 Cod. Iust. cit.: *Iubemus per omnes provincias — dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio.* Ceterum codex *novelle vino.* u) Cod. Iust. om. *Constantinopoli.* v) Cf. Go. ad h. l., not. *b.* x) Cod. Iust. *Opinatoribus, id est exactoribus militaris annonae nullum s. c. provincialibus.* Non opus est plurali (*provincialibus*). Similiter c. 16 C. Th. de Exact. cit.: *nihil his* (opinatoribus) *sit cum possessore commune.* y) Cod. Iust. *ducibus.* z) Cui. 1 — Lugd. Go. *Fravitto.* Codex *Fravito.* a) Cui. 1 — Lugd. *praeposito.* Codex *PPO.* Cum vv. *aut quaedam* incipit secunda pagina folii LII. codicis. *) Codex *iussus aut | certe obtemperat*, sed del. *aut certe.* Go. in not. cj. *iussis* et paullo post *in alterius Consulis anno*, utroque loco sine caussa. **) Ri. Ri*. om. *C.* Go. appon. ann. 506, err. b) Codex *praete | reasiannonas.* Cui. 1 — Lugd. *eas si annonas.* bb) Rein. cj. *divisores.* *) Go. ann.: „Involuta oratio: Clarius ita, *Cum legis forma caveatur, ut nulli omnino per Praepositos pistorum et Diadotas nulla in specie* etc.“ Mox Reinesius ad v. *substantem* ann. *susceptores.* c) Cod. Iust. *septem*, prob. Go.; contra Ri. (in annot. subiecta Go. commentario) assentitur Pancirolo, qui Codicem Iust. ex Cod. Th. emendandum esse affirm. et retin. *semper.* Ceterum in vv. *septem diebus* inc. c. 12 Cod. Iust. cit. *) Reposui *quos* ex Cod. Iust.; codex, edd. *quas*, quod etiam Go. impr. d) Ita Be. ed. ex Script. Hist. Aug. et ex Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. *stillaturae*, quam scripturam def. Go., reprehendit Ri., demonstrans, leg. esse *stellaturae.* Vid. utriusque amplam disputationem in comm. h. c. T. II, p. 321 — 323. e) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Septem diebus, per quos tribuni praetoriani emolumenti — nomine species consequuntur: species resistentes non — distrahuntur.* Ceterum Be. recepit interpunctionem a Ri. propositam in annot. commentario Go. subiecta; Cui. 1 — Ri*. *consecuntur, species non aliter* etc. f) Cui. 1 — Lugd. *praeposito.* Codex *PPO.* g) Go. suppl. *amplius* sive *magis.* De omissione horum vv. vid. Go. Gloss. Nom. v. *Magis.* h) Sec. Go. et Be. aut mut. inscr. (*Iidem AAA.*) aut em. subscr. (*H. VIII. et Th. III.*) In Chron. h. a. Go. rep. vult consules anni 409, quod etiam Be. praefert propter ll. sqq. i) Cui. 1 — Lugd. *Praeposito*, male. Codex *PPO.* k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *milites.* Be. auct. Go. em. *militis*, recte. Ex Reinesii sententia abundant vv. *Limitanei militis et.* Paullo post cum v. *Palestinam* incipit folium LIII. codicis. l) Ri*. *Versabini* ex Go. notis. Be. auct. Go. in comm. cj. *Bersabini.* m) Ita Be.; Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Moenaeni.* Codex, Go. *Moenoeni*, in comment. Go. *Maenani.* Ceterum codex *retiorum*, sed corr. *pretiorum*, et paullo infra *adaerationis.* n) Hinc inc. c. 13 Cod. Iust. cit. *Lege repetita censemus, ut si quis militum.* o) Cod. Iust.

quitur. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, Honorio*[p] *VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.[q])

31. *Iidem AA. ad Anthemium Pf. P.*[r] Militaribus commodis prospicientes adaeratarum annonarum[s], quae familiis apud Orientem vel Aegyptum praeberi consueruut, certa ac distincta locis et numero pretia statuimus. Verum quia in hoc et provincialium nobis habenda est cura praecipua, ne nimia festinatione poscendi collatorum vires atteri videantur, certum constitui tempus placet, quo eadem pretia debeant praeberi poscentibus. Quapropter uniuscuiusque indictionis annonariam in pretiis rationem, transacta ea, sequentis indictionis mense Novembri completo praeberi praecipimus. *Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

32. *Iidem AA.* *) *Leontio, viro illustri, Pf.*[t] *Illyrici.* Procuratores *) curiarum annonarum et cellariensium specierum gratia minime fatigentur, quas in dignitatibus constituti, id est rectores provinciarum et comites solent accipere. Nam cum adaerationis aestimatio prius per centum et viginti capita exactione solidi teneretur, per sexaginta recens redegit aviditas, exindeque iam nutrita licentia ad tredecim[u] tributarios non dubitavit arctare, procuratore damnum, quo *) ipse subditus fuisset, provincialibus infligente. Ideoque per cornicularium cuiuscunque provincialis officii hanc sollicitudinem impleri conveniet, ita ut nulla ab eodem exactionis molestia provincialibus inferatur; sed erogandas species ex horreis publicis et cellariensium nomine aurum ex titulo manifesto eidem delegatum pro erogationis qualitate suscipiat, etiam pretium his, qui adaerare voluerint, depensurus iuxta nundinationem, quae aut foro rerum venalium continetur, aut amplissimae praefecturae est culmini deputata: nec enim queri[v] poterunt[x], qui vel species accipient debitas dignitati, vel si auri perceptione laetentur, aequari[y] se tanto culmini, non debebunt[z]. Temerantium etiam audacia punienda; officio tui culminis quinquaginta librarum auri mulcta continuo percellendo, si rite disposita observare neglexerit. *Dat. XVI. Kal. Sept. Constantinopoli, Honorio IX. et Theodosio IV.*[a] *AA. Coss.* (412.)

33. *Iidem AA. Hadriano Pf. P.*[b] Ne interiecti aequoris tractus[c] querelae provincialium pereant, Flavianum et Caecilianum, viros illustres, per Africam audientiam cunctis praebere decernimus. Militarem quoque annonam, quae intra Africam contubernalibus erogatur, eorum diligentia indagari *) praecipimus, ut nihil his post eorum examen addatur etc. *Dat. V. Non. Mart. Ravenna, Constantio et Constante VV. CC. Coss.* (414.)

34. *Iidem AA. Constantio Magistro militum.* His scholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dederimus **), de aerariis annonis singulos solidos per opinatores, caballationis[d] quoque rationem *) pro administrato[e] tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora praeberi oportet, vel, si quis eorum antequam accipiat in fata concesserit, quod ex utraque caussa ei debebatur, heredibus eius restitui. *Dat. XIII. Kal. Dec.*[f] *Constantio et Constante VV. CC. Coss.* (414.)

35. *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.*[g] Annonas omnes, quae universis officiis atque sacri palatii ministeriis et sacris scriniis *) ceterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quasque hi[h], qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate ac libidine[i] sua graviter ex provincialium visceribus eruebant, ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus, ut omnibus superius[k] designatis emolumenta debita in pretiis dispositio culminis tui pro publica auctoritate taxatis *) praecipiat erogari. *Dat. XVI. Kal. Mart. Constantinopoli, Asclepiodoto* **) *et Mariniano Coss.* (423.)

— c. 33 coniungenda est cum c. 11 C. Th. de Curiosis (VI, 29) et c. 12 C. Th. de Metatis (VII, 8). Priorem partem legis Go. fugitivam esse putat. — c. 34. Cod. Iust. XII, 38, 14. — c. 35. Cod. Iust. XII, 38, 15.

---

eius etiam. p) Codex, Cui. 1 — Ri*. add. *A.* q) Go. 396, err.; nam in comment. habetur annus 409. r) Cui. 1 — Lugd. *Praepositum*, male. Codex *PPO.* s) Cui. 2, 2* *annorarum*, sed em. in Corr. Infra codex *iundictionis*, sed corr. *indictionis.* *) Aur. Lugd. om. *AA.* t) Be. inser. vult *P.*, recte. *) Cui. 1 mendose *Procuratotes.* Cum v. *gratia* incipit pagina secunda folii LIII. codicis. u) Go. om. *ad.* Idem cj. *triginta* pro *tredecim*, probabiliter, quia iusta proportione cohaeret cum antec. *centum et viginti — per sexaginta* etc. Supra codex *exindequae.* *) Scrib. *cui.* Ceterum Anr. Lugd. *dāmum* et paullo infra Cui. 2, 2* *nudinationem*, mendose. v) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *quaeri*; sed iam Reinesius em. *queri.* x) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. err. *potuerunt.* Mox Cui. 2, 2* *accipient* (accipient) et codex, Cui. 1 *debetas.* y) Aur. Lugd. *aequare.* z) Go. em. *dolebunt.* Quo non opus est, modo referantur vv. *non debebunt* ad v. *queri* (*vel queri non debebunt*, *aequari se tanto culmini*, *si auri perceptione laetentur*) et ponatur comma post *culmini*, ut nos fecimus. Codex *cumini*, sed corr. *culmini.* a) Go. Be. rep. volunt *V.* b) Cui. 1 — Lugd. *praeposito*, male. Codex *PPŌ.* c) Go. in not. em. *in tractu* (Ri*. err. typ. *in tractatu*), impr. Be., qui melius ex Go. comment. prop. *tractu.* Etiam Reinesius vult *tractu.* Sed nihil mutandum, cum v. *perire* primitiva notione pro *percurrere* hic accipiendum sit. Mox in v. *cunctis* incipit fol. LIV. codicis. *) Go. in not.: „Tentaret quis *integrari.* Quod non probo." Mox annus legis excidit ap. Go. **) Cod. Iust. *dedimus.* d) Go. etsi non impr. nostram scripturam, quam Cod. Iust. habet, tamen cum Val. in m. l. c. em. *capitationis* et Reinesius *caballationis* s. *catabolationis.* Annotat enim ad h. v. „καταβολίς, praestatio, solutio, hodie die Löhnung. Vocabulum stipendii militaris in pecunia. De Catabolensibus, qui frumenta molienda animalibus comportarent est alibi in hoc ipso codice". *) Go. aliquando cj. *erogationem*, sed ipse hanc cj. postea damnavit. Vid. c. 31 h. t. c. f. e) Codex, Cui. 1. Cui. 2, 2* *adminastrato*, err. f) Add. *Ravennae.* g) Cui. 1 — Lugd. *praeposito*, male. Codex *PPO.* *) Ap. Go. negligentia typ. exc. v. *scriniis.* h) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hii.* i) Cod. Iust. *et libidine.* k) Cod. Iust. *supra.* *) Cod. Iust. *tui culminis p. publica utilitate t.* **) Codex

36. *Iidem AA.*[l] *Procopio Magistro militiae per Orientem.* Si quando tribuni sive comites vel praepositi numerorum per provincias annonas voluerint, hoc est quas pro dignitate sua consequuntur, in aere percipere, non aliis eas pretiis, nisi quae in foro rerum venalium habeantur, adaerandas esse cognoscant; si[m] alias annonas, quae non suae dignitatis erunt, sed alio modo, dum tamen licito, suis commodis acquisitas in auro sibi dari duces sive tribuni voluerint, illis pretiis contenti sint, quae in forma aerariarum annonarum universis militibus solenni observatione praebentur. Sanctionis temerator sciat, se et administratione, simul et dignitate spoliandum, et facultatum suarum percellendum dispendio. *Dat. III. Non. Dec. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.* *) (424.)

TIT. V. DE EXCOCTIONE ET TRANSLATIONE[n] ANNONARUM.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Stiliconi* *) *Comiti et Magistro utriusque militiae.* Opinatores, quibus species in diversis provinciis delegantur, ut pretium maiore taxatione deposcant[o], contra omnem consuetudinem *), nullis consistentibus familiis, excoctionem panis efflagitant[p]. Illustris igitur auctoritas tua novam usurpationem congrua auctoritate percellat, ut, cum opinatores in provinciis[q] delegantur, vetus consuetudo servetur. *Dat. Id. Sept.*[r] *Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

2. *Iidem AA. et Theodosius*[s] *A. ad Hadrianum*[t] *Pf. P.* In excoctione buccellati *), quod devotissimis militibus convenit praeparari, in translatione etiam annonae nullius excipiatur persona, videlicet ut ne[u] nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam, quod non opinamur, implere quae sunt praecepta neglexerit, in procuratorem eius severissime vindicetur, ita ut, si huius modi contumaciae dominum conscium esse constiterit, quadruplum id, quod pro eius capitatione poscitur, posthabita dilatione solvatur[v]. *Dat. IX. Kal. April. Romae, Honorio A. VI. et Aristaeneto*[x] *Coss.* (404.)

TIT. VI. DE MILITARI VESTE.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Sive ex principalium sive ex honoratorum numero susceptor vestium nominetur, (exceptis videlicet his, qui palatinae militiae privilegiis fulciuntur, vel qui officiis ac ministeriis perfuncti merito stipendiorum consecuti sunt dignitates) et[y] vir spectabilis proconsul Africae moneatur, ut ad excludendas fraudes uno anno, non *) plus, haec necessitas procuretur; ita tamen ut creationis periculum a proconsulari officio non recedat. *Dat. XIV. Kal. Maii* **) *Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

2. *Iidem AA. Auxonio Pf. P.*[z] Omnem canonem vestium ex Kal. Sept. ad Kal. April. nostris largitionibus[a] tradi praecipimus: proposita rectori provinciae vel eius officio condemnationis, quae tuae iustitiae videbitur, poena[b]. *Dat. XIV. Kal. Dec. Martianopoli, Valentiniano et Valente*[c] *Coss.* (365.)

3. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Modesto Pf. P.* Provinciae Thraciarum[d] per viginti iuga seu capita conferant vestem; Scythia et Mysia[e] in tri-

---

Tit. V. Cod. Iust. XII, 39. — c. 1. Cod. Iust. XII, 39, 1. — c. 2. Cod. Iust. XII, 39, 2.
Tit. VI. Cod. Iust. XII, 40. — c. 1 sec. Go. repetitur, inverso tamen ordine sententiarum c. 4 C. Th. de Suscept. (XII, 6), contra abrogatur partim c. 31 eod. — c. 2. Cod. Iust. XII, 40, 1. — c. 3. Cod. Iust. XII, 40, 2.

Asclepiotodo. l) Sec. Go. in Chron. rep. *Imp. Theodosius A. et Valentinianus Caesar*, sed sec. Be. *Imp. Theodos. A.*, om. Valentiniani nomine. Vid. Zirardin. l. c. p. 278, not. Mox codex *annas*, sed corr. *annonas*, et in vv. *aliis eas* incipit secunda pagina folii LIV. codicis. In ima pagina habetur numerus quatern. XXXVIIII. m) Cui. 1. Cui. 2, 2* *cognoscant, si.* Aur. Lugd. Be. *cognoscant, si.* Go. — Ri*. *cognoscunt: si.* *) Codex, Go. Ri. *Conss.* Cf. Zirardin. l. c. p. 438, not.

n) Cod. Iust. add. *militarium.* *) Codex et Cod. Iust. *Stilichoni.* Go. err. *Stilicone.* Ceterum edd. et libri MSS. Cod. Iust. sibi non constant in imperatorum nominibus. o) Cod. Iust. om. *ut — deposcant*, impr. Go. *) Cod. Iust. add. *a*, sed om. *a* ap. Hal. et Cui. Paullo ante codex *omnesm*, sed corr. *omnem* deleta litera *s.* p) Cod. Iust. *efflagitent*, sed Hal. Cui. ut C. Th. q) Cod. Iust. *auctor. repellat — provincias.* Cum v. *servetur* incipit folium LV. codicis r) Go. in Chron. rep. esse censet *Dec.* s) In Cod. Iust. om. *et Theodosius A.* Sed Cui. nostram servavit scripturam, prob. Spangenb., si quidem Theodosius anno 402 creatus erat Augustus; nonn. edd. Cod. Iust. *Id. A. et Valentinianus*, male. t) Cod. Iust. *Adriano* et om. *ad.* *) Codex *buccillati.* u) Cod. Iust. *ut nec*, etsi nonn. edd. *ut ne.* v) Cod. Iust. *solvetur*, sed Cui. *solvatur.* x) Codex, Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Aristeneto.* Vid. Reland. l. c. p. 548 In codice supra VI positus numerus SII, qui tamen videtur deletus esse.

y) Go. v. *et* aut inducendum esse censet aut accipiendum pro *etiam.* Errat Go. vv. *sive — nominetur* pro protasi habens, pro apodosi autem vv. *et vir — moneatur.* Sententia haec est: *Aut ex principalium aut ex honoratorum numero — nominetur et (si hoc factum est) vir spectabilis proconsul Afr. moneatur.* *) Go. om. *non*, mendose. Cum literis *cessitas* (necessitas) incipit pagina secunda folii LV. codicis. **) c. 4 cit. *Kal. Iul.* z) Be. ex Go. annot. add. *Or.*, sed codex, edd. ante Be. habent aut *PPO*, *ppō* aut *PPō*, h. e. Praef. praet. Cod. Iust. *PP.* Vid. infra VII, 9, 4 et supra VI, 35, 8, not. *u.* V. *Iidem* periit in codice. a) Cui. 2, 2* *lagitionibus*, mendose. b) Cod. Iust. *prop. poena rect. prov. — videbitur. Dat.* c) Annus om. in edd. Go. Ri. Ri*. Sec. Go. scrib. *Valente II. Coss.* (368.), prob. Be., modo in inscr. add. *et Gratianus A.* Cf. etiam supra V, 13, 21, not. *r.* Cod. Iust. *Val. et Val. AA.* Aur. Lugd. *Cons.* d) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Trachiarum.* Similiter supra in c. 9 de Senatt. (VI, 2), not. *h* *Trachum* et cod. 1 in c. 3 C.

ginta iugis seu capitibus interim annua solutione dependant[f]; per Aegyptum et Orientis partes in triginta terrenis[g] iugis; per Asianam[h] vero et Ponticam dioecesim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annua[i] vestis collatio dependatur, ita ut per Orientem provinciae in titulo auri comparaticii, quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur, exceptis Osroene*) et Isauria[k]; nam easdem constat aurum comparaticium minime redhibere[l]. *Dat. V. Id. Aug. Hierapoli, Gratiano A. IV. et Merobaude V. C. Coss.* (377.)

4. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Martiniano*[m] *Comiti S. L.* Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses[n] pro singulis chlamydibus[o], sed singulos solidos dari praecipias[p]. *Dat. XVI.* *) *Kal. Febr. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

5. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto Pf. P.* Militaris adaeratio vestis a collatoribus exigatur**) (sacratissimis videlicet largitionibus inferenda) ita, ut quinque eius partes fortissimis militibus erogentur in pretio, sexta vero portio, a gynaeciariis clementiae nostrae absque ulla vel ipsorum vel publica incommoditate pro eadem contextione[q] suscepta, iunioribus[r] gregariisque militibus in ipsa, quam maxime eos desiderare constitit[s], specie *) praebeatur. *Dat. VII. Id. Mart. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

TIT. VII. DE PASCUIS[t].

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Germanianum*[u] *Comitem S. L.* Dedimus literas ad viros clarissimos praefectos*) praetorio, ut ab his conventi rectores provinciarum scirent, in locis rei privatae augmenta pensionum non esse facienda, neque sinerent, pascua animalium ex rebus privatis nostris provincialium licitatione[v] praeberi. *Dat.*[x] *V. Kal. Febr. Roma, Valentiniano et Valente AA. Coss.**) (365.)

2. *Iidem AA.***) *ad Rufinum Pf. P.* Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei privatae[y] debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco graviorem pensionem imponi ab ordinibus accipimus[z], ut animalia ex rebus privatis nostris a locorum pastibus arceantur, quod fieri non oportere divae memoriae Iulianus prorogata iussione constituit*). Quare excellens auctoritas tua, conventis rectoribus **) provinciarum, non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates[a], sed eam manere decernant[b], quam statuit anti-

— c. 4. Cod. Iust. XII, 40, 3. Sec. Go. h. c. coniungenda est cum c. 14 C. Th. de Palatinis (VI, 30). Vid. ibid. not. super. Praeterea etiam iungendam esse censet c. 6 C. Th. de Proximis (VI, 26). Sed vid. c. 6 cit., not. sup. — c. 5. Cod. Iust. XII, 40, 4.

Tit. VII. Cod. Iust. XI, 60. In indice rubric. Aur. Lugd. est VI. tit., err. — c. 1. Go. videtur fugitiva esse prior h. c. pars et ponenda in tit. C. Th. de Locat. fund. iur. emph. (X, 3). — c. 2. Cod. Iust. XI, 60, 1. Ceterum sec. Go. huius legis mentio fit non solum infra in c. 3 de Loc. fund. iur. emph. (X, 3), c. un. Qui conductores rei priv. (X, 5) et in c. ult. de Coll. fund. (XI, 19), sed etiam in c. 1 h. t., quare Go. c. 2 praeponi vult c. 1 h. t. Vid. infra not. *c*.

Th. de Bonis mil. (V, 4) *Trachiae*, not. *f*. e) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Musia*, ex graeco, cuius literas librarii non intell. Be. auct. Go. rest. *Mysia* ex Cod. Iust. Codex etiam *Scyta*, sed em. *Scytia*. f) Ita Be. ex Cod. Iust. auct. Go. pro *defendant*, quod in codice et in Cui. 1 — Ri*. perperam est. Etiam Reines. em. *dependant*. g) Cod. Iust. *in trecenis ternis* et Be. quidem videtur h. l. rep. esse *ternis*, quae cj veri specie se commendat. Cui. in ed. Cod. Iust. habet *terrenis*, ut Cod. Th. h) Aur. Lugd. *Asiam*. i) Cod. Iust. *annuae*. Codex *vestes*, sed corr. *vestis*. *) Cod. Iust. *Osroëna*. Codex *Osroenae*. k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Hisauria*. l) Cod. Iust. *nam eas demum constat — minime debere*. m) Cod. Iust. *Martiano*, impr. Ri. Vid. c. 14 cit., not. *k*. n) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; edd. ante Be. *trimisses* s. *trimesses*. Vid. infra VII, 11, 2. Ceterum sec. Go. in notis etiam alii (quos ignoro) rep. *tremisses*. Codex *trimisses*. o) Ita Be.; codex *clamydib*. Cui. 1 — Cui. 2*, Ri. Ri*. *chlamidibus*, Go. *clamidibus*. Mox codex *solidus*. p) Cod. Iust. *praecipimus*. *) Aut hic rep. *XV.*, aut in c. 14 cit. scrib. *XVI.*, ut ambae leges in eundem diem incidant. Go. placet *XV.*, mihi vero *XVI.*, quem numerum etiam Cod. Iust. habet. Anni numerus deest ap. Go. **) Hic incipit folium LVI. codicis. q) Aur. Lugd. *contexione*, mendose. r) Cod. Iust. *minoribus*. s) Cod. Iust. *constiterit* prob., ut videtur, Go., sed etiam *constitit* recte se habet. Reinesius corr. *constiterit*. *) Go. *species* et in f. deest anni numerus ap. Go.

t) Cod. Iust. *de Pascuis Publicis et Privatis*. u) Aur. Lugd. *Germaniarum* et Go. *Germananium*, err. typ. Vid. V, 13, 19, not. *t*. *) Aur. Lugd. *praefecto*, err. Codex *ppō ut — sinirent*. v) Be. cj. *licitationi*, sed recte se habet nostra scr. x) *Dat.* sec. Go. fort. pro *Redd.* In Chron. p. LXXII. Go. add.: „Forte referenda haec lex ad A. D. 367." Putat enim Go. c. 1 recentiorem secunda h. t. constitutione esse ideoque ponendam post c. 2 propter vv. *Dedimus literas*, tanquam necessario ad eam referenda, quare ap. Go. annorum notae in utraque c. videntur omissae esse. Sed ut taceam, vv. *Dedimus literas — praetorio* non accipienda esse de lege, quae est c. 2 h. t., *ad literas* potius haec vv. spectant ab imperatore ante utramque legem ad relationes praefectorum praet. de earum argumento datas. Iam vero imperator, cum c. 1 ad Comitem S. L. mitteret, caussam legis addidit, quo non opus erat in c. 2 ad praefectum praet. missa. Censeo igitur nihil mutandum esse. *) Be. *Romae* et Aur. Lugd. *Cons.* Anni numerus deest ap. Go. **) Cod. Iust. *Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA.* y) Cod. Iust. add. *pensio*, quae tamen vox Go. non videtur necessaria esse. Recte, nam *ampliari* est *amplificationem fieri*. Pagina secunda folii LVI. ita incipit: *Etenim idcirco m graviorem*, sed del *m*. z) Cod. Iust. *accepimus*. *) Haec Iuliani iussio in libris nostris non habetur. Fortasse illa ipsa est, cuius pars asservatur in c. 1 C. Th. de Loc. fund. iur. emph. (X, 3). **) Cod. Iust. *provinc. rect.* a) Ita Be. recte ex Cod. Iust. em. auct. Go.; codex, Cui. 1 — Ri*. *civitatis*. Supra codex *excellans*. b) Cod. Iust. *decernet* aut *decernat*, (ut

quitas[c]. *Dat. IX. Kal. Oct. Luceriae, Valentiniano et Valente AA. Coss.* *) (365.)

3. *Impp.* **) *Arcadius et Honorius AA. Simplicio Comiti et Magistro utriusque militiae*[d]. Insignis auctoritas tua hac conditione a publicis pratis Apamenis[e] animalia militum prohiberi praecipiat, ut universi cognoscant, de emolumentis eorum, tuique officii facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas[f], si quisquam posthac memorata prata mutilare tentaverit; non minore decernenda poena, si etiam prata privatorum Antiochenorum fuerint devastata; ita tamen, ut sine laesione provincialium provideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. *Dat. V. Id. Mart. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Coss.* (398.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano*[g] *Pf. P. et Patricio.* Possessores*) nihil plus debent, quam quod nostro arbitrio, nostrae perennitatis et magnificae sedis tuae dispositione per annos singulos iubentur inferre. Nec vero milites aliquid praesumere debent, nisi quod largitate nostri numinis consequentur. Ideoque possessores vel coloni super pratis nullam**) molestiam patiantur. *Dat. Non. Sept. DD. NN. Honorio X. et*[gg] *Theodosio VI. AA. Coss.*[h] (415.)

5. *Iidem AA. Comitibus et Magistris*[hh] *militum.* Prata provincialium nostrorum[i] perniciosum[k] est militum molestiis*) fatigari, ideoque lege[l] ad amplissimam praefecturam promulgata censuimus[m], ne hoc deinceps usurpetur. Super qua re universos, quorum interest, convenire tua magnificentia non moretur, ne[n] permittant, possessores vel colonos pratorum gravi qualibet importunitate vexari[o]. *Dat. Non. Sept. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

TIT. VIII. DE METATIS *).

1. *Imp. Constantius*[p] *A. ad Senatum.* Invitis senatoribus nostris in eorum domibus nullus hospitali iure commaneat*). *Dat. V. Non. Maii* **) *Gyfyrae, Tauro et Florentio Coss.* (361.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Remigio Magistro officiorum*[q]. In synagogam Iudaicae legis hospitii velut merito irruentes iubeas[r] emigrare, quos privatorum domus non religionum[s] loca habitationum merito convenit attinere[t]. *Dat. prid. Non. Maii*[u] *Treviris*[v], *Valentiniano et Valente*[x] *AA. Coss.* (365?)

3. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius* *) *AAA. Palladio Magistro officiorum.* Ab hospitalitatis

— c. 3. Cod. Iust. XI, 60, 2, quam Cuiacius in Comm. h. c. l. c. p. 399 in Bas. legi dicit, etsi non est in edd. — c 4 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 3 Cod. Iust. de Pascuis (XI, 60) l. c. p. 399. — c. 5. Cod. Iust. XI, 60, 3. Bas. LV, 7, 3. Go. c. 4 et 5 h. t. eodem die quidem sed ad diversos magistratus datas inter se coniungendas esse censet.

Tit. VIII. Cod. Iust. XII, 41. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6). c. 12 et 13 C. Th. de Praet. (VI, 4), c. 7 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publ. comp. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Vid. c. 1 de Off. praef. urb. et c. 12, 13 de Praet. citt., not. sup. — c. 2. Cod. Iust. I, 9, 4. Bas. I, 1, 37.

Cuiacius) id e. auctoritas tua (Praefectus praet.). Requiritur h. l. *decernat.* c) Go. huius et primae quoque h. t. legis mentionem fieri existimat in legibus not. sup. commemoratis; sed vide supra V, 13, 15, not. sup. et ibidem W., not. *e.* *) Cod. Iust. *VIII.* Anni numerus deest ap. Go., qui etiam om. *AA.* De subscr. vid. infr. VIII, 6, 1, not. *v.* **) Ita Be. et Cod. Iust., sed in Cui. 1 — Ri*. om. *Impp.* et in codice abscissum est. d) Cod. Iust. *ad Simplicium Magist. mil.* et om. *utriusque.* e) Go. ann.: „Ita diserte habet MS. Authenticus: ita quoque Codicem Iustinianeum *emendavit* Cuiacius I. *observat.* 19. cum antea legeretur *ac amaenis*, et in MSS. *ab amoenis*; de quo mox." Nam in extr. comm. h. c. Go. tuetur scripturam Cod. Iust. (*amoena.* Ceterum Cod. Iust. *ac amoenis pascuis*). Sed tamen nihil mutandum esse demonstrant ea, quae Cui. in Comm. ad c. 2 Cod. Iust. cit. ex Bas. profert: μηδεὶς τοῖς λειμῶσιν Ἀπαμείας καταβοσκέτω, quae vv. des. in editt. Bas. f) Cod. Iust. *exhibendas.* Codex *mmodis*, sed ponuntur literae *co* supra *mm.* Paullo post codex *pa | tra.* g) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auriliano.* *) Go. *Possessores.* Paullo infra Aur. Lugd. *inbentur* pro *iubentur.* **) Codex *magnifice* — *militis* — *nulla* et incip. cum v. *molestiam* fol. LVII. codicis. gg) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* om. *et.* h) Aur. Lugd. *Cons.* hh) Aur. Lugd. *mogistris*, mendose. i) Cod. Iust. add. *et praecipue rei privatae nostrae*, impr. Go. k) Cod. Iust. add. *vel periculosum.* *) Cod. Inst. *molestia.* l) Ita Aur. Lugd. et rest. Be. auct. Go. ex Cod. Iust. Codex, Cui. 1 Cui. 2 — Ri*. *legem.* Innui videtur c. 4 h. t. m) Cod. Iust. *censemus.* n) Cod. Iust. *neque permittat*, impr. Go., sec. quem haec vv. referenda sunt non ad Magistros militum, verum ad duces vel rectores provinciarum et defensores civitatum. Fortasse scrib. in Cod. Iust. *permittat'* (permittatur). o) Cod. Iust. *pratorum gratiu q. i. v.*

*) Cod. Iust. *De Met. et Epidemeticis.* Codex *Metalis*, rec. man.corr. *Metatis.* p) Ita Be. auct. Go. rest. ex m. Cui. 1. Cui. 2 (add. etiam Aur. Lugd. Cui. 2*) pro *Constantinus*, quod est in codice et in edd. ante Be. Sed Constantii nomen et constt. suadent, quas cum h. c. coniungendas esse dixi, et postulat tempus, quo habita est oratio, cuius haec lex particula est. *) In literis *maneat* (*commaneat*) incipit secunda pagina folii LVII. codicis. **) Recte Go addi vult *Gyfyrae*, quod nomen deest in cod. Lugd. et in edd. Vid. c. 1 de Off. praef. urb. cit., not. *o* et c. 12 de Praet. cit., not. *z.* Mox Aur. Lugd. *Cos.* q) Aur. Lugd. *Imp.* et mox *ma — magistro* et Go. Ri. *Mastigio*, mendose. Ceterum sec. Go. haec lex in MS. superiorem antevertit, recte. r) Cod. Iust. *veluti hosp. mer. irr. milites iubeas*, de quo cons. Dirksen. l. c. p. 353 et Herm., a quibus magna h. l. script. diversitas diligenter annotata est. Neque minus sec. Go. videtur fuisse C. Th. emendandi studium, cum nonn. docti prop. *In Synagoga Iudaica velut hospitio milites irruentes*, Ranchinus autem Var. I, 6 *velut in hospitia meritoria irruentes*, impr. Go., qui recte vulg. scr. defendit. Ceterum codex *Iudaeicae.* s) Nonn. Cod. Iust. edd. *religiosarum*, impr. Go. Vid. Herm. ad h. l. t) Cod. Iust. *attingere.* u) Ita etiam Bk.

munere domum privatorum nullus excuset, praeter eos, qui ex-praefectissimum[y] sibi fastigium dignitatis agendo pepererunt[z], et ex-magistris[a] equitum ac peditum, quos decursi actus illustrat[b] auctoritas, atque ex-comitibus[c] consistorianis, qui participantes[d] augusti pectoris curas agendo claruerunt, ex-praepositis[e] quoque sacri cubiculi, quos tanta et tam assidua nostri numinis cura inter primas posuit dignitates; ea tamen lege, ut singulas domos sibi ad manendum, quas voluerint, teneant, hospitibus vero ceteras solito iure praebeant. *Dat. XVI. Kal. Oct. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius**) *AAA. Theodoto Magistro officiorum.* Si quis mensorum[f] nostrorum manum[g], qua deputatas singulis quibusque domus enotant[h], et postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit, ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur[i]. *Dat. VI. Kal. Nov. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio Magistro officiorum.* In qualibet vel nos ipsi urbe fuerimus, vel hi, qui nobis militant, commorentur, omni tam mensorum[k] quam etiam hospitum iniquitate summota, duas dominus propriae domus, tertia hospiti deputata, ea tenus intrepidus ac securus possideat portiones, ut in tres domo[l] divisa partes primam[m] eligendi dominus habeat facultatem, secundam hospes quam voluerit exsequatur, tertia domino relinquenda. Plenum enim aequitate atque iustitia est, ut, qui aut successione fruitur, aut empto[n], vel exstructione gaudet, electam praecipue iudicio suam rem[o] teneat et relictam. §. 1. Ergasteria vero, quae mercimoniis deputantur, ad praedictae[p] divisionis iniuriam non vocentur, sed quieta sint et libera, et ab omni[q] hospitantium[r] iniuria defensata, solis dominis conductoribusque deserviant. Sane si stabulum, ut adsolet militari viro*) in tertia domus parte defuerit, ex[s] ergasteriis, nisi id dominus qualibet occasione providerit, pro animalium*) numero vel domus qualitate deputabitur. §. 2. Illustribus sane viris non tertiam partem domus, sed mediam[t] hospitalitatis gratia deputari decernimus; ea duntaxat conditione servata, ut alter ex his quilibet, quive maluerit[u], divisionem arbitrii[v] aequitate faciat[x], alter eligendi habeat optionem. §. 3. Et firmissimum

— c. 4. Cod. Iust. XII, 41, 1. Baron. ad ann. 393, n. XLI. — c. 5. Cod. Iust. XII, 41, 2. Bas. LVII, 12, 2.

et Herm. ex C. Th., sed rell. Cod. Iust. edd. ap. Herm. citt. *Mart.*, om. v. *Treviris.* v) Codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Trieueris* s. *Triveris.* Aur. Lugd. *Triu.* x) Go., quia Valentinianus hoc anno in Gallia non fuit, post v. *Valente* addi iubet aut *II.* (id e. ann. 368.) aut *III.* (id e. ann. 370.). Illum num. rec. Herm. in Cod. Iust., hunc praetulit Go. (prob. Be.) in comm. et in Chron. ann. 368 l. c. p. LXXXIII. propter c. 10 C. Th. de Medicis (XIII, 3) de simili arg. eodem anno paullo ante h. c. datam. Utroque anno admisso in inscr. add. esse *et Grat. A.*, iam vidit Be. Mea sententia aut v. *Dat.* habendum est pro *Redd.*, neque consulibus neque imperatorum nominibus mutt., aut restituendi sunt consules anni 370, et hoc quidem commendant, praeter c. 10 cit., c. 71 et 72 C. Th. de Decur. (XII, 1) eodem fere die Treviris datae. Mox Aur. Lugd. *Cos.* *) Sec. Go. et Be. inscr. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* Codex *Imp.* sed supra lin. add. *pp* (*Imppp.*). Paullo infra idem *Ad hospitalitatis* et Ri. mendose *praetor.* y) Cui. 1 — Cui. 2* *expraef.*; Go. Ri. *ex Praef.* Ri*. *ex Perfectissimum.* Go. et Be. bene cj. *Ex — Praefectis summum.* z) Cui. 1 — Ri*. *repererunt.* Go. ann. „γρ. *Pepererunt*: et ita postea deprehendi in MS."; recte. Be. primum rec. *pepererunt*, recte. a) Cui. 1 — Cui. 2* *ex magistris*, Go. — Ri*. *ex Magistris.* b) Go. recte. em. *illustrat* ex codice. Edd. *illustrata.* c) Cui. 1 — Cui. 2* *excom.* Go. — Ri*. *ex Com.* Codex *consisturianis.* d) Ita Be. auct. Go., facili mutatione edid. pro *participantis*, quod est in codice, Cui. 1 — Go.; Ri. Ri*. mendose *participandis*, quam scr. Be. non recte vulgatam esse dicit. e) Cui. 1. *expraep.*; Aur. Lugd. Cui. 2, 2* *ex praep.*; Go. *ex Praeposiis*, mendose. Ri. Ri*. *ex Praep.* Mox codex *tantaetam adsidua.* *) Be. rep. vult *Th. Arc. et Honorius.* f) Cod. Iust. *metatorum*, sed Cuiac. et libri Mss. *mensorum*, apprime convenienter scripturae C. Th. g) Codex, Cui. 1 — Ri*. et nonn. libri mss. Cod. Iust. *manu*; sed Cui. 2, 2* in Corr. et vulg. Cod. Iust. edd. *manum*, quam scr. ut veram Be. auct. Go. rec. ex Cod. Iust. Mox codex *inl'gulis* pro *singulis.* h) Cod. Iust. *denotant*, sed Cui. cum C. Th. *enotant.* ad v. *domus* ann. Go.: „Seu *domos.*" i) Cod. Iust. *reus constituti huius auct. ten.*, etsi non des. libri Mss., qui scr. C. Th. habent. k) Cod. Iust. *vel in qua hi, qui — omnium tam metatorum*, sed Cuiacius veram C. Th. script. retinuit. Codex *fuirimus vel hii qui.* l) Codex, Cui. — Ri*. *domus.* Go. vult *domui* vel *domo. Domo*, quod in Cod. Iust. est, rec. Be., recte. Poterat tamen et scriptum fuisse: *in tres domus divisae partes*, ut legitur in cod. G. Cod. Iust. Et ita etiam iam veteres edd., veluti mea Voluminis Lugd. 1528. fol. (sign. lilii rubent.) m) Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *divisa partes, primam*; Aur. Lugd. *divisas, partes, primam*, quod utrum err. an consilio editum sit, ignoro; sed tamen non aptum est. Vid. not. antec. Codex *prima in.* Idem paullo post *hospis* et incipit folium LVIII. cum v. *voluerit.* Deinde ibi habetur *ut a qui aut*, sed em. *ut qui aut.* n) Cod. Iust. *emptione*, sed libri Mss. et Cui. *empto*, ut hic. o) Cod. Iust. *partem*, prob. Go. p) Cod. Iust. *praedictam*, sed Ri. praefert scripturam C. Th. q) Codex, Cui. 1 — Ri*. *omnibus.* Go. ann.: „γρ. *Ab omni*, ut est quoque in Cod. Iust. vel *ab omnium.*" Ri. scriptum fuisse putat *ab omnibus hospitantium iniuriis.* Be. ex Cod. Iust. rec. *ab omni*; recte, ut mihi videtur. r) Cod. Iust. *hospitum.* *) Codex *defensata lis* (em. *solis*) — *vero.* s) Cui. 2, 2* *et.* Go. prop. *in*, impr. Ri., qui tuetur scr. *ex* et *et.* Cui. in Cod. Iust. *id ex erg.* Nostra sententia v. *ex* hic recte se habet. *) Ri. *unimaliam*, err. t) Cod. Iust. *dimidiam.* Ri. tuetur nostram scr., uti debet. Codex *hospitalitutia deputari.* u) Cod. Iust. *cond. observata, ut alter ex his, si libet, atque maluerit*, sed Cui. l. c. ut hic. Ri. vult *cui libet, quive maluerit*, qua mutatione non opus est. v) Cod. Iust. *arbitraria*, impr. Go., sec. quem *arbitrii* elegantius et rectius est. Codex *firmissimus — illustris sunt praebiti.* x) Copula *et* add. in Cod. Iust., sed om. ap. Cui. Hal. in codice G. et in editione Lugd. 1528.

perpetuo quod iussimus perseveret, ita ut triginta libras auri qui illustri sunt praediti dignitate fisco nostro se illaturos[y] esse cognoscant, ceteri vero militia sciant se esse privandos, si generale praeceptum amplius usurpando, quam iussimus, reprehensibili temeritate violaverint. *Dat. VIII. Id. Febr. Constantinopoli, Honorio IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

6. *Iidem AA. Vincentio Pf. P.* Cunctos iudices scire volumus, a praetoriis[z] ordinariorum iudicum, his praesentibus, abstinendum. *Dat. XVI. Kal. Febr. Mediolano, Stilicone et Aureliano*[a] *VV. CC.* Coss. (400.)

7. *Iidem*[*]) *AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Praedia ex Gildonis hostis publici et satellitum eius bonis sociata domui nostrae ne transeuntes hospitii gratia intrent, decernimus, ut sciant omnes, a possessoribus[b] nostris penitus abstinendum; quinque auri libras mulctae nomine inferre cogendo, quisquis praedium nostrum manendi caussa importunus intraverit. *Dat. VI. Id. Iun. Mediolano, Stilicone et Aureliano*[c] Coss. (400.)

8. *Iidem AA. Aemiliano Magistro*[d] *officiorum.* Secuti[e] suggestionem tuam, a fabricensium domibus omnem molestiam hospitum praecipimus amoveri. De qua re et ad illustrem virum comitem et magistrum militum per Orientem sacras literas dedimus, ut det[f] Antiochenae civitatis fabricensibus excusandorum hospitiorum facultatem, absente scilicet sacro comitatu, quo et Antiochensibus et[g] ceterarum civitatum fabricis similis domorum excusatio praebeatur[h]. *Dat. XI. Kal. Febr. Constantinopoli, Stilicone*[i] *et Aureliano Coss.* (400.)

9. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Sapidiano*[k]. Licet proxime[l] iusserimus, quinque librarum auri condemnatione proposita, praedia, quae ex Gildonis bonis ad nostrum aerarium delata sunt, ab hospitibus excusari, nunc etiam praecipimus, ut omnes domus ex eodem iure venientes, in quibuslibet civitatibus sunt constitutae, ab hospitibus excusentur, quo possint conductores facilius inveniri. Si quis igitur contra nostram fecerit iussionem[m], mulcta pridem ferietur inflicta. *PP. Karthagini VIII. Id. Aug., Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

10. *Iidem*[n] *AA. Ioanni Pf. P.* Devotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. §. 1. Primo igitur omnium ad *nullum* praedium per Africam[*]) vel publicum vel privatum domus nostrae vel cuiuscunque iuris, ullus[o] mensor[p] accedat, si a quoquam fuerit destinatus. Licentiam enim domino, actori ipsique plebi serenitas nostra commisit, ut eum, qui praeparandi gratia ad possessionem venerit, mulctandi[q], expellendi habeat facultatem, nec crimen aliquod pertimescat, cum sibi arbitrium ultionis suae sciat esse concessum, recteque sacrilegium arceat, qui primus[r] invenerit. Administrantem vero eiusque[s] officii proceres, quorum praeceptio[t] inhibitam personam ad agrum aliquem destinarit[u], in tempore[v] proscribi debere censemus. §. 2.

— c. 6. Cod. Iust. XII, 41, 3. Bon. l. c. p. 764. — c. 7 meminit c. 9 h. t. Vid. infra not. *l.* — c. 8. Cod. Iust. XII, 41, 4 mut. Bas. LVII, 12, 4. Commemoratur h. c. a Cuiacio in Comm. c. 4 Cod. Iust. cit. l. c. p. 490. — c. 10. Cod. Iust. XII, 41, 5. Iungendam esse censet Go. c. 16 C. Th. de Desert. (VII, 18) eodem die quidem sed ad alium magistratum datam. Fortasse cohaeret cum c. 20 C. Th. de Palat. S. L. (VI, 30). numero diei mut. Ceterum Go. hanc c. significari putat in c. 12 h. t.

---

y) Cod. Iust. *librarum a. q. illustrissima — se poenam ill.*, sed ap. Cui. l. c. servata est C. Th. scriptura. z) Bon. *praetorio.* a) Codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Stilichone et Auriliano.* Aur. Lugd. Cod. Iust. Bon. *Stilichone et Aureliano.* Ceterum Bon in inscr. *Iidem Impp. V. Pf. P.* *) Cum c. 7 incipit pagina secunda folii LVIII. codicis, sed abscissum est v. *Iidem*, uti etiam in c. seq. b) Go. Be. leg. esse putant *possessionibus*, ut melius respondeat seqq. *praedium nostrum.* Sane multo aptius legitur *possessionibus* quam *possessoribus.* Codex *hospitiis — possessoribus.* c) Vid. supr. not. *a.* d) Go. *Ministro*, mendose. In codice abscissum est v. *Iidem.* e) Aur. Lugd. *Sicuti*, err. typ. Mox codex *modestiam*, sed corr. a librario *molestiam.* f) Cui. 1 — Ri*. *ut de*; sed MS. sec. Go. *ut det*, recte. Be. hanc veram revocavit scripturam. Praeterea codex *Anthiocenae* et infra *Anthiocensibus.* g) Go. ann.: Malit quis, *ut*, quod videantur *h. l.* primum exaequari Antiochenses Fabricenses caeterarum civitatum Fabricensibus; sed restituendum est, *Et.*" h) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Fabricensium domibus ubicumque constitutis omnem molestiam hospitum praecipimus amoveri: quod et Antiochensibus — praebeatur, absente scilicet sacro comitatu.* Ceterum Vid. Dirksen. l. c. p. 523. i) Codex, edd. ante Be. et Cod. Iust. *Stilichone.* k) Add. ex sententia Go. et Be. *Vic. Africae.* l) Go. ann.: „Quam proxime ante noveunium *l. 7. sup.* Et sane mox in *fine legis*, ait *pridem.* Igitur hic forte rescribendum *praecise*, vel *proprie*, id est, praediorum tantum facta mentione non domorum, nisi alia *lex* recentior indicetur, vel nisi Consulatus in *hac l.* emendandus videatur." Sed sine dubio intelligitur c. 7 h. t., quod v. *proxime* non impedit. Mox codex *quique librarum — excsari nunc — invenirei — Theodosius*, quae omnia a librario em. m) Go. *iussionom*, mendose. n) Cod. Iust. *Impp. Hon. et Theod.* Codex, Cui. 1. *Iohanni.* In vv. *quietudine liberamus* incip. fol. LIX. codicis. *) Cod. Iust. om. *per Africam vel.* o) Ita recte Be. ex Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. et Cui. in Cod. Iust. *nullus*, quod ferri potest. Cf. VI, 27, 3 *nisi insequens annus nullos numero duos*; VII, 20, 2 *ne quis eorum nullo munere civili — neque in nulla collatione*; VIII, 4, 22 *Neque iisdem in futurum nulla — potestas sit*; XII, 1, 189 *nec senatoriis minime functionibus obstringatur.* p) Cod. Iust. *metator*, sed Cui. *mensor.* In codice h. v. fere evanidum est et solae literae *men* apparent. q) V. *mulctandi*, quod a Reinesio del., om. in Cod. Iust. Paullo post codex *crimine*, sed del. *e* a librario puncto supra add. r) Cui. 2 2* *primis*, sed in Corr. *primus*, ut Reinesius. Cod. Iust. *sacrilegum prior arceat — invenit*, sed nonn. codd. *invenerit.* s) Cui. 1 — Cui. 2* *eius quoque.* Codex *veroueiusq.*, sed deletur *u.* t) Codex, Cui. 1 — Ri*. et Cui. in Cod. Iust. *praecepto*; sed Be. auct. Go. ex Cod. Iust. vulg. edd. revocavit veram script. u) Cod. Iust. *destinaverit.* v) Cod. Iust. *in tempus* et paullo post *censuimus*, etsi etiam libri Mss. Cod. Iust. habent *in*

Solam sane hospitalitatem sub hac observatione concedimus, ut nihil ab hospite, quod vel hominum vel animalium pastui[x] necessarium creditur, postuletur, omniumque sit acceleratum iter atque continuum, nec ulli*) liceat residere, ne diuturnitas commanentium ulla ex parte praedium vexet. Decem etiam librarum auri mulcta ferietur, quisquis administrator, togatus[y], apparitor ullus, aut militans, vel iter agens[z] ullo in loco aliquid ab hospite postularit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, ut ipsis quoque praebentibus impunitum esse non patiamur[a], si quid vel[b] sponte contra praeceptum nostrum probati fuerint obtulisse. *Dat. prid. Id. Iun. Ravenna, post consulatum Honorii IX. et Theodosii V. AA.*[c] (413.)

11. *Iidem AA. Probo Comiti S. L. Post alia:* De hospitalitate iudicum et omnium personarum, quid sibi etiam ipse possessor praesumere debeat, quave censura omnia, quae ad sui dispendium pertinebunt[d], submota sint, iam missa super hac re auctoritas declaravit. *Praelata literis ad Eutychianum Praef. urbi die IV.*[e] *Id. Ian. Constantio et Constante VV. CC. Coss.* (414.)

12. *Iidem AA. Hadriano Proc.* Africae hoc[f] prospectum est, ut infausta hospitalitatis praebitio tolleretur[g], nec privatum[h] quisque a domino aedium postulet etc.[i] *Dat. V. Non. Mart. Ravenna, Constantio et Constante Coss.* (414.)

13. *Iidem AA. Eustathio*[k] *Pf. P.* Devotissimos milites ex procinctu redeuntes vel proficiscentes ad bella muri novi[l] sacratissimae urbis singulae turres in pedeplanis suis suscipiant[m]. Nec aliquis possessorum graviter ferat, quasi illa dispositione, quae[n] super publicis aedificiis processerat, violata, cum privatae quoque domus tertiam partem talis rei gratia soleant exhibere. *Dat. V. Non. Mart. Constantinopoli, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*[o] (422.)

14. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Helioni**) *Patricio et Magistro officiorum.* Universi cuiuslibet ordinis, cuiuslibet etiam dignitatis, si quidem felicibus pro salute rei publicae expeditionibus occupati, aliarum provinciarum, aliarumque urbium domiciliis detinentur[p], propriis domibus, nullo vetante, pro dignitatibus suis, vel praestitis sibi beneficiis perfruantur; si vero, secundum communia vota, securi intra huius florentissimae urbis tecta residemus, nullius specialiter do-

— c. 12 coniungenda est cum c. 11 C. Th. de Curiosis (VI, 29), c. 33 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). Cod. Iust. XII, 41, 6. Ibi in Comm. Cui. l. c. p. 491 particula h. c. ex C. Th. commemoratur. Vid. not. *h.* — c. 13. Cod. Iust. XII, 41, 7 mutil. et in Cui. Comm. c. 7 cit. Ceterum ut apertior sit sententia legis, Go. cum ea conferri vult c. 51 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). — c. 14 sec. Go. mentio fit in c. 18 C. Th. de Medicis (XIII, 3).

tempore, quod Go. non displicet, pro *ex tempore, illico.* x) Cod. Iust. *pascuis*, sed Cui. ut hic. Paullo post codex *omni..* | *quae sit adceleratum.* *) Go. *ulla*, mendose pro *ulli.* y) Cod. Iust. *rogator*, impr. Cui. in Comm. (qui rest. *togatus*), Go. in comm. h. c. et Be. Vid. etiam Spangenb. ad c. 5 Cod. Iust. cit., not. 58 et Dirksen. l. c. p. 524. Togatus a Go. accipitur pro mensoribus finitionum et limitum, a Cui. pro patrono caussarum. z) Cod. Iust. *apparitorve ullus, militans scilicet, vel iter agens* et mox *postulaverit*, sed Cui. in Comm. ut hic, nisi quod *ullus vel mil.* habet. Quod autem Cui. pro *iter agens*, rep. vult *interagens* vel *interagentes* (vid. Cui. Comm. ad c. 5 Cod. Iust. cit. et ad c. 2 Cod. Iust. Ut dign. ord. serv. (XII, 8) l. c. p. 433), id non probatur Go. Neque tamen rectius interpretatus est Go. *vel iter agens* per *nequidem iter agens*, v. *vel* pro *nequidem, vel sane* positum esse opinatus. Vid. Ritterum ad h. l., not. *t.* a) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust., recte. Codex, edd. ante Be. *patimur.* b) *vel* om. in Cod. Iust. c) Codex *prid pid* (deletur *p* a libr.) — *Honori* — *Theodosio V. AA. Conss.* Cui. 1 — Cui. 2* *Honori.* Cui. 1 — Ri*. *Theodosio V. AA. Conss.* Mendose Go. annum 412 habet. d) Go. em. *pertinebant*, quae quidem cj. speciosa, neque tamen necessaria est. Pagina secunda folii LIX. codicis Lugd. incipit cum vv. *dium pertinebunt.* e) In codice vv. *declaravit* — *Conss.* duos versus continuo scriptos efficiunt, nulla interpungendi nota. In Cui. 1 — Cui. 2* *declaravit praelata — urbi. Die IIII.* et coniunguntur vv. *praelata* — *urbi* cum contextu legis. Similiter ap. Go. (qui in notis haec vv. ad contextum revocari vult) Ri. Ri*., ubi tamen comma ponitur post *declaravit* (*declaravit, Praelata*) et ap. Ri. Ri*. *Dat.* pro *die.* Primum a Be. haec vv. disiuncta sunt a contextu et revocata ad subscr. legis. Vid. supra I, 16, 10 et infra IX, 3, 4; XI, 12, 4; XI, 13, c. un.; Go. in Paratitl. de Const. pr. (I, 1) et in comm. c. un. cit. Ceterum Go. ann. in MS. perperam esse *Fundi.* Et ita est. Codex enim habet *praef. fundi die.* Idem etiam *Etychianum.* f) Cui. 1 — Be. *Proc. Africae. Hoc* etc. Cod. Iust. *Adriano Procur. Africae. Hoc* etc., impr. Ri. Sed Go., cui adstipulati sunt Ri. et Spangenb. l. c., not. 62, probat ex legibus cum hac c. coniungendis leg. esse *PP.* et v. *Africae* trahendum ad contextum legis; confirmandae sententiae caussa Go. provocat ad c. 10 h. t., quam recte primis h. legis verbis indigitari existimat. In codice inscriptio et prima legis vv. usque ad *ut in* cohaerent et unum versum explent. Perierunt vero in inscr., ut et in inscr. sq. legis, literae *Iidem A.* Non dubitavi igitur v. *Africae* ab inscr. ad contextum revocare, quo facto scriptura codicis, cui haec lex debetur, non mutatur. Recepissem etiam ex constt. citt. et de Go. cj.: *PP.*, sed nolui ex lege, quam mihi in his libris constitui, nullo alio auxilio scripturam codicis mutare. g) De vv. *ut i. h. pr. t.* vid. Cui. in Comm. l. c. Go. in Comm. h. l. et Spangenb. l. c., not. 63. h) Cod. Iust. *nec balneum quisquam.* Vid. Cui. et Go. ll. cc. Go. *privatum* pro balneo habet. Ceterum vv. *nec privatum quisquam a d. a. p.* proferuntur in Comm. Cui. l. c.; scriptura C. Th. a Cui. ex Cod. Iust. mut. est; nam cod. habet *quisq.*, edd. *quisque.* i) Ita Cui. 1 — Cui. 2*; sed Go. — Be. Cod. Iust. om. *etc.* Codex *et cetera.* k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Eustatio.* l) V. *novi* deest in Cod. Iust., sed rec. a Cui. ex C. Th. et ex Graecorum metaphrasi. Vid. Cui. in Comm. l. c. Codex *devotissimus* — *aduela muri novi.* A rec. manu em. *devotissimos.* m) Seqq. des. in Cod. Iust. Paullo ante codex *turris.* n) Ita Be. de cj. Go. optima et facillima. Mendose codex, Cui. 1 — Ri*. *dispositio neque.* Ceterum Go. ann.: „Minus recte qui nuper emendabat: *quasi illa dispositio, quae super aedificiis publicis praecesserat, violetur.*" o) Cui. 1 *Cons.* *) Codex *Haelioni.* p) Go. Be. em. *detinemur*, recte; nam

mum, illustrium quoque, etiamsi ad summa conscenderent[q] fastigia dignitatum, praeter singulas tantum, in quibus eosdem manere constiterit, excusari ab hospitibus praecipimus, cessante omni beneficio principali *). *Dat. X. Kal. Iul. Constantinopoli, Hierio et Ardaburio*[r] *VV. CC. Coss.* (427.)

15. *Iidem AA. Ioanni*[s] *Comiti et Magistro officiorum.* Nemo in hac alma urbe, qui propriae domus possessione laetatur, militari sacramento munitus alterius domum infestare pertentet, sed aut sua contentus abstineat aliena, aut certe in suis recipiat, qui in alterius sibi metatum existimat vindicandum. Nec enim videtur esse conveniens, cum illustribus viris *) unam, in qua ipsi habitant, domum excusare concessum sit, alios et suas omnibus domus exstruere[t], et alienis aedibus inferre molestiam. *Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XIII. et qui fuerit nuntiatus*[u]. (430.)

16. *Iidem AA. Valerio Magistro officiorum et Ex-consuli* *) *ordinario.* Consulares[v] viri binas proprias domos in hac alma urbe ab hospitum molestia habeant sibi immunes. Sin vero fati munus expleverint, atque ad liberos vel parentes, fratres sororesve, uxores etiam domus eorum fuerint[x] delatae, una e duabus aliena sit a metatorum molestia. Sed et si unam quis eorum dereliquerit domum, illa ipsa in memoratorum excusetur personis. §. 1. His vero, qui praefecturae dignitatem *) aut ipsius apicis administratione, aut actu magisteriae militum potestatis, aut quod praepositi sacri nostri cubiculi fuerint, aut quod honorarios eiusdem praefecturae meruerint codicillos, cum priore lege una domus excusaretur, alterius etiam, si habere in hac alma urbe eos contigerit, dimidiam partem nostra liberalitate, dum in vita versantur, ita excusari decernimus, ut de altera parte dimidia pars tertia hospitibus deputetur, post fata vero si ad parentes, liberos, fratres, sorores uxoresve fuerint delatae, duas ab una[y] domo partes, ipsis electionem habentibus, metatorum molestia liberari, tertiae videlicet partis parte tertia hospitibus praestanda. Aliis sane illustribus viris, quibus una domus honoris excusatur gratia, hoc praebendum esse censemus, ut, si ipsi decesserint, et eorum domus ad suprascriptas personas pervenerint, medietatem domus, quam ipsi elegerint, habeant excusatam, altera videlicet parte dimidia hospitiorum praebitioni in parte tertia subiicienda. *Dat. IV. Id. Mart. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. XV. et qui fuerit nuntiatus.* (435.)

TIT. IX. DE SALGAMO HOSPITIBUS NON PRAEBENDO[z].

1. *Impp. Constantius et Constans*[a] *AA. ad Provinciales.* Quicunque propria voluntate eum, quem[b] domum receperit, necessariis rebus, oleo et ligno aliisve huiusmodi voluerit adiuvare, facultatem sibi istius rei sciat esse concessam. Quod si quis contra interdictum nostrum eadem ipsa a vobis violenter voluerit usurpare, interpellandi praepositum habebitis copiam, de qua[c] iniuria conquerendi liberam facultatem, ut nec spontanea in vobis humanitas retardetur, nec contra voluntatem vestram ac patronorum *) vestrorum familiaris res atteratur. *Dat. prid. Id. Aug. Acc.*[d] *Capuae, Acyndino*[e] *et Proculo Coss.* (340.)

— c. 15, quacum Go. Novellam Th. de Metat. (ed. Berol. p. 1227) concordare recte dicit, sec. Go. fortasse coniungenda est cum c. un. Cod. Iust. de Palatiis (XI, 76). — c. 16 a Theodosio datam ab eodem imp. in Nov. de Metat. cit. commemorari et ampliari iam Go. vidit.

Tit. IX. Cod. Iust. XII, 42. — c. 1. Eodem die data est c. 30 C. Th. de Decur. (XII, 1), de simili, ut videtur argumento.

paullo post opponitur *residemus.* q) Go. Be. em. *conscenderint*, sed Go. concedit, tolerari posse vulg. script. Malo tamen et ego *conscenderint.* Codex *fastidia.* *) Cui. 2, 2* *principio.* r) „Ita Be.; codex, Cui. 1 — Ri*. *Artabure.* Vid. supra VI, 24, 10, not. *cc.* s) Codex, Cui. 1 *Iohanni.* Go. in notis et in Prosopr. v. Ioannes hanc legem ad duos magistratus missam esse putat; ad Ioannem hoc tempore Com. S. L. (vid. infra c. ult. de Iudaeis (XVI, 8) et acta Conc. Ephes. ann. 431 habiti) et ad Paullinum Magistrum offic. Cum inscr. h. c. incipit pag. LX. codicis. Paullo infra codex *hac aliena urbe q. proprie.* Rec. manus in marg. corr. *alma.* *) Codex *auris.* t) Codex, edd. ante Be. *extruere.* Go. non male cj. *et suis omnes domibus extrudere.* Be. *suis omnibus domibus extrudere.* An *excusare*, quae vox huius rei propria est? Vid. praeter Nov. cit. c. antec. h. t. et c. ult. h. t. u) Codex *Theudosio.* In Chron. Go. hanc legem referri vult ad ann. 435, quod repugnat coniecturae supr. not. *s* commemoratae. Neque mihi innotuit Ioannes hoc anno Magister off. *) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *excons.* Go. — Ri*. *Ex — Cons.* v) Ita Aur. Lugd. et Be. de cj. Go. Codex *consularis vir binas — expliverint adque — uxoris etiam — honorarius — excuisaretur* (corr. *i*) — *brebitioni* (corr. *braeb.*). Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Consularis.* x) Aur. Lugd. in extr. vers. *fuerin* et mox *qui* pro *quis*, err. typ. *) Be. ann.: „scil. *meruerint.*“ Go. ann.: „*habent.*“ y) Cui. 2, 2* *uno*, mendose. Hinc incipit pag. secunda folii LX.

z) Cod. Iust. *Praestando*; sed Cui. et libri Mss. ut C. Th. a) Codex, Cui. 1 — Ri*. male *Impp. Constantius et Honorius*, sed recte Be. auct. Go. et Ri*. in Chron. p. XLII. em. *Constantius et Constans*, quod etiam prob. Reines. Idem antea coniecerat *Constantinus et Licinius.* Vid. Reland. l. c. p. 348. Similiter Cui. 2, 2* in Corr. em. *Const. et Constans.* b) Go. Be. addi volunt *in*, male. Paullo infra codex *resciat esse*, mendose. c) Cui. 1. Cui. 2, 2* *copiam. de qua ini.* Aur. Lugd. *copiam: de qua ini.* Go. em. *deque ea ini.* vel *deque iniuria.* Alterutrum recipi debet. Codex *conquaerendi — ut nec pontanea.* *) Aur. Lugd. *patronū*, mendose. d) Go. videtur abundare v. *Acc.* et Constans hoc tempore Capuae fuisse argumento eorum, quae Athanasius scribit in Apol. I. ad Constantium ed. Lips. p. 675. Sed tamen mihi obstare videtur c. 30 C. Th. de Decur. cit. Fortasse leg. *Bessae* (*Dat. pr. Id. Aug. Bessae Acynd.* etc.) aut add. *Bessae* post *Aug.* Reinesius

2. [f] *Iidem AA. Leontio Pf. P.* Ne quis comitum vel tribunorum, aut praepositorum, aut militum nomine culcitas [g], lignum, oleum a suis extorqueat hospitibus, nec invitis vel magistratibus vel hospitibus [h] in praedictis speciebus aliquid auferat [i]; sed provinciales sint [k] nostri ab hac praebitione securi, comitibus, tribunis, vel certe praepositis militibusque gravi vexationi subiacentibus. *Dat. V. Id. Oct..... Coss.* [l] (342—344.)

3. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius* [m] *AAA. Abundantio, Stiliconi* [n] *et ceteris Comitibus* [o] *utriusque militiae.* Nemo militans a suo hospite salgami aliquid nomine postulet; id est ne lignum aut oleum culcitaeve poscantur. *Dat. IV. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano II. Pf. P.* [p] Nullus eorum, qui per quaslibet aedes habitaculi caussa recepti fuerint, vel oleum et ligna flagitare contendat; nam et sic militibus nostrae sufficient largitates, et collatoribus annua [q] tantummodo semper imminebit indictio. *Dat. VI. Id. Maii* [r] *Theodosio A. VII. et Palladio V. C.* [s] *Coss.* (416.)

TIT. X. NE QUIS IN PALATIIS *) MANEAT.

1. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. ad Anthemium Pf. P.* Nulli manendi intra palatia nostra in qualibet civitate vel mansione facultas pateat, sed eas [t] provinciarum rectores, et vicarios illustrissimae praefecturae per dioeceses, quas sortiti *) sunt, maneat cura, ut ab eorum usurpatione, qui in his transeuntes manere consueverant, sacrae domus serventur immunes. [Et eorundem provisione nulla negligentia vel senio quatiantur.] [u] §. 1. Quod nisi omni instantia fuerit observatum, triginta libras [v] a vicariis, viginti a consularibus seu praesidibus, totidemque ab eorum officiis mulctae nomine profligentur, ita ut [x] ne curiales quidem a condemnatione se cognoscant immunes futuros. §. 2. Hi quoque, qui huius mod sibi mansionem prava temeritate praesumpserint, si ve dignitate aliqua vel fortunis nituntur, XX [y] librarum aur condemnatione *) subiaceant: qui humilioris fortunae sunt exilio tradantur. §. 3. Equos sane nostros [z] ab stabuli prohiberi palatiorum, supervacuum iudicamus. *Dat. VI Id. Iul. Ancyrae, Stilicone* [a] *II.* [b] *et Anthemio Coss.* (405.)

— c. 2. Cod. Iust. XII, 42, 1. — c. 3 coniungenda est cum c. 18 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4). Baron. a ann. 393, n. 41.

Tit. X. — c. 1 mentio fit in c. 2 h. t., qua partim abrogatur. Vid. Go.

errorem quaerit in consulum nominibus. In v. *prid.* incipit fol. LXI. codicis. e) Mendose codex, Cui. 1 — Ri*. *Acindyno.* f) Ri. hic annotat: „Vulgat. Cod. Iust. *Imp. Constantinus A.* et Cuiacii Cod. *Imp. Constantinus et Constans AA.* uterque male. *Constantinus* enim iam *anno* 340 caesus fuit, et *Leontius* — demum ab anno 342. Praefecti Praetorio dignitate inclaruit. Vides iam quid seduxerit Balduinum (de Legibus Constantini M. Lib. II, p. 89, ed. Lips.) ut hanc legem *Constantino* tribueret, errore duplici, patrem etiam cum filio confundens. Sunt Codd. praeferentes inscriptionem: *Imp. Constans AA. Leontio PP.* Sed recte noster (hic est Go.) Constantio tribuit legem, *Leontius* enim *PP. Orientis* erat, testantibus id legibus," quas notatas vid. in Chron. Similiter de h. l. sentit Spangenb. in notis c. un. Cod. Iust. cit. g) Cod. Iust. *nomine, salgami gratia, culcitras.* h) Codex *necvitis — hac b praebitione* (del. *b* puncto supra add.) — *vexationis* (corr. *vexationi*). Cod. Iust. *extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus.* i) Ita placuit Ri. et ed. Be. ex (Aur.) Lugd. et ex Cod. Iust.; rell. et Cui. in Cod. Iust. *auferant.* Codex *auferat*, sed corr. a librario *auferant.* k) Hanc v. Go. recepit ex MS., recte. Cui. 1 — Cui. 2* om. *sint.* Cod. Iust. *sed sint prov.* l) Consules des. in edd. et sec. Go. in MS., recte et des. quidem in codice sine ullo lacunae indicio. Desunt etiam una cum v. *Coss.* in Cod. Iust. Cui. 1 — 2* et Be. asteriscum habent post *Octob.*, sed Go. — Ri*. post *Conss.* et om. anni notam, quae etiam ap. Be. deest. Go. refert h. c. ad annos 342 — 344, quibus annis Leontius Praef. praet. fuit; mavult autem eam anno 344 tribui. Reinesius suppl. *Sabino et Proculo* vel potius *Acindino et Proculo.* m) Go. Be. rep. volunt *Theodosius, Arcadius et Honorius.* Vid. c. 18 cit., not. *m.* Neque Reinesio probatur inscr. n) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Stilichoni.* Infra codex *salmi*, sed corr. *salgami.* o) In c. 18 cit. add. *et Magistris.* p) Codex, Cui. 1 *PPO.* Aur. Lugd. *ppō.* Cui. 2, 2* *PP. O.* Go. Ri. Ri*. *PP. ō.* Vid. supra VI, 35, 8, not. *u*, ibid. c. 10, not.* et VII, 6, 2, not. *z.* Significatur igitur illis siglis dignitas praefect praetorio, non Orientis, etsi Aurelianus Praef. Pr. O. fuit. Similiter Cui. 1 — Lugd. in constitutionibus se quentis tituli habent *PP. O.* pro *Pf. P.* et ita saepe; qua ob caussas *Or.*, quod Be. apposuit, a me deletum est Const. 2 C. Th. de Crim. pec. (IX, 28) inscr. *Aurelian Pf. P. II.* q) Ita Be. recte edidit ex MS., in qu sec. Go. *annua* est. Clare codex *annua.* Vid. supr c. 4 de Pascuis (VII, 7): „*Possessores nihil plus debent, quam quod nostro arbitrio — per annos singulo iubentur inferre.*" Cui. 1, 2 — Ri*. *annona.* Go. er *annonae*, quod v. iam legitur in Aur. Lugd.; Reinesiu *annonaria.* Ceterum codex supra *et si milit.* r) Add. *Constantinopoli.* s) Codex, Cui. 1 — Lugd. *viro clarissimo.*

*) Aur. Lugd. *palatinis*, mendose. Cum rubro h. t. incipit pag. secunda folii LXI. codicis. t) Go. Reinesius, Be. recte em. *ea*, scil. maneat cura. *) Aur. Lugd. err. *sortiri.* u) Vv. *Et — quatiantur* sec. Go. fugitiva sunt et reiicienda in tit. C. Th. de Opp. publ. (XV, 1). Cui. 1 — Lugd. *INmunes, et — quatiantur, quod.* Similiter Cui. 2, 2*, ubi vero punctum ponitur post *quatiantur* (*quatiantur. quod*). Go. — Ri*. *INmunes: Et — quatiantur: Quod.* Uncinos Be. primum apposuit. Codex *quo nisi.* v) Go. Be. prop. *librae.* Vid. infra VII, 17, 1, not. *t.* x) Cui. 1 — Ri*. *ita ut nec ne.* sed Go. recte annotat: „MS. habet solummodo, *ita ut ne Curiales quidem*," quare Be. recte delevit particulam *nec.* Ceterum codex *dioecesis quas — cuales quidem — se cogcant — Hii quoq. — praesumpserit — librasrum — qui humioris*, sed corr. *librarum.* y) Cui. 1 — 2* *viginti librarum.* Go. ex MS. edidit *XXV*, qui num. rec. est in edd. Sed codex *XXti.* *) Scrib. *condemnationi.* z) Go. recte em. *nostris*, sed in comm. rep. vult *nostros*, in quo videtur mendum latere pro *nostris.* Be. cj. *nostror.* Go. mendose *Equos saue.* a) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Stilichone.* Go. *Dat. VI. Iul. Id. Anc.* Ceterum codex *Anchyrae.* b) Codex *II.*, qui num. perperam omissus est ap. Go.

2. *Iidem AAA.*[c] *Anthemio Pf. P.* Ordinarii iudices in remotis ab aggere publico civitatibus si praetoria non sint, metu legis adempto, quae de palatiis lata est *), in aedibus, etiamsi palatii nomine nuncupentur, commanendi habeant facultatem. *Dat. IX. Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.* (407.)

TIT.[d] XI. NE COMITIBUS ET TRIBUNIS LAVACRA PRAESTENTUR.

1. *Imppp.* *) *Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio Pf. P.* Omnem vel ex pristini severitate decreti vel ex hoc sacro praecepto, quod sub eadem poena profertur, inquietudinem a curiis et civitatibus praecipimus prohiberi, nec ullas privatas ab his succendi balneas ad tribunorum sive ad minorum comitum usus; sed illustribus tantum viris comitibus ac magistris militum, si tamen id voluerint, concessum esse cognoscant hoc ministerium. *Dat. V. Kal. Dec. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et*[e] *Probo V. C. Coss.* (406.)

2. *Impp. Honorius et Theodosius*[ee] *AA. Monaxio Pf. P.* Lege dudum lata *), quae omnem licentiam exigendi ab provincialibus lavacra tribunis et comitibus inferioribus denegavit, duci[f] limitis Euphratensis[g] diurnos tremisses pro lignis et balneis exegisse[h] comperimus. Ideoque praecipimus, memorati limitis duces[i], quos abhinc triennio talia sibi contra legem *) lucra vindicasse constiterit, in duplum ea redhibere, et in posterum sub eiusdem poenae[k] metu hanc exactionis licentiam prohiberi[l]. *Dat. V. Kal. Aug.*[m] *Constantinopoli, Honorio A. XI. et Constantio II. V. C. Coss.* (417.)

TIT. XII. DE COMMEATU.

1. *Imp.*[n] *Constantinus* *) *A. et C.*[o] Ne cui liceat praepositorum vel decurionum[p] vel tribunorum cohortium[q] quocunque genere cuiquam de militibus a[r] castris atque a signis, vel his etiam in locis, quibus[s] praetendant[t], discedendi[u] commeatum dare. Si quis vero contra legem facere ausus fuerit, et militem contra indictum[v] commeatu[x] dimiserit, atque id temporis nulla eruptio erit, tunc deportatione cum amissione bonorum afficiatur; sin vero aliqua barbarorum incursio[y] exstiterit, et tunc, cum praesentes in castris atque apud signa milites esse debeant *), quisquam abfuerit[z], capite vindicetur. *Dat. IV. Kal. Maii Severo et Rufino*[a] *Coss.* (323.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium Magistrum*[b] *officiorum.* Quicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis

---

Tit. XI. Cod. Iust. I, 47. — c. 1 fit mentio in c. 2 h. t. — c. 2 Go. iungendam esse censet c. 2 C. Th. de Venat. ferar. (XV, 11) ad eundem Monaxium datae. Vid. infra not. *m.* Lex un. Cod. Iust. h. tit. (I, 47) ex utraque h. t. constitutione conflata est, sed retent. inscr. et subscr. c. 1. Bas. VI, 1, 98. Ceterum h. c. in Aur. Lugd. err. dicitur *1.*

Tit. XII. Cod. Iust. XII, 43. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Re mil. (VII, 1). Cod. Iust. XII, 43, 1. — c. 2. Cod. Iust. XII, 43, 2. Sec. Go. cum hac lege concordat c. 15 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27).

— Ri*. Be. ex edd. ante Go. rest. *iterum.* c) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *Idem AA.* *) Vid. c. 1 h. t.

d) Hinc incipit folium LXII. codicis. Cod. Iust. *Ne Comitibus Rei Militaris Vel Tribunis.* *) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *Impp.* Mox Ri. err. typ. *praecipipimus* et codex *severeritate* (em. *severit.*) — *profertor.* e) Go. perperam *Arc. XII. et.* Apud Ri. Ri*. om. *A.* In Cod. Iust. om. *V. C.*, deerat etiam *Constant.*, quod Herm. rec. ex Cod. Th. ee) Ri. err. *Theodisius.* *) Haec est lex prima h. t. Mox codex Aur. Lugd. *ad provincialibus*, mendose. f) Go. in not.: γρ. *Ducis*, ut *infra*, mox: idque pro *Duces*, ut mox *infra.* Recte. g) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Eufratensis.* h) Go. om. *exegisse*, err. i) Ita Be. auct. Go. Vid. supr. not. *f.* Cui. 1 — Ri*. *ducis* et codex *ducis quos abhic.* *) Scil. c. 1 h. t. k) Aur. Lugd. *poena*, err. l) c. un. Cod. Iust. cit. hunc in modum concepta est: *Omnem inquietudinem — nec ulla privata ab his succendi balnea ad tr. vel ducum aliorumve militarium comitum usus, nec adaerationem aliquam pro hac caussa profligari* (Herm. em. *flagitari*). *Illustribus enim tantummodo viris — voluerint hoc ministerium indulgemus*: (seqq. ex c. 2 h. t.) *dupli poena violatoribus huius sanctionis imminente.* m) c. 2 C. Th. de Ven. fer. cit. *Octobr.*, qua de caussa non est coniungenda cum c. 2 h. t., etsi in c. 2 de Ven. fer. *officium Euphratense* commemoratur.

n) Ita codex, Cui. 1 — Go.; sed Ri. Ri*. Be. om. *Imp.*, sine caussa. *) Aur. Lugd. mendose *Constantius.* o) Ita Be. auct. Go. et c. 1 de Re milit. cit. Cui. 1 — Ri*. *A. &c* (et cetera), quod siglum Go. diductis literis accipit pro *& C.* id est *& Caesar*, recte, nam codex habet *A ETC.* Est igitur virgula, quae pro compendio posita est, paullulum protracta. Annotat praeterea Go. in Chron. h. anni: „Inscriptio huius l. praefert *Constantinum A. Caes.*" Cod. Iust. *Impp. Constantinus et Constans AA. Leontio P. P.* Vid. c. 1 C. Th. cit., not. *i.* Ceterum cum rubrica h. tit. incipit fol. LXII[b]. codicis, in cuius ima pagina legitur numerus quatern. XL. p) Cod. Iust. om. *vel dec.* q) Cod. Iust. add. *vel vicariorum et familiarium eorum tempore expeditionis.* r) Ita Cod. Iust. (prob. Go.) et Be. In codice, Cui. 1 — Ri*. om. *a*, minus apte. s) Cod. Iust. *atque* (om. *a*) *signis v. h. etiam locis in quibus.* t) Codex, Cui. 1 — Ri*. *pertendant.* Sed Be. auct. Go. ex Cod. Iust. rec. *praetendant*, quod etiam Val. habet. Vid. de h. v. longam Go. in comm. disputationem. u) Go. *discendi*, err. Mox Cod. Iust. *contra hanc legem.* v) Cod. Iust. *interdictum*, prob. Reinesio, sed Go. tuetur *indictum*, id est legem, constitutionem. x) Ita MS. prob. Go., quam scr. Be. restituit. Codex *cómmeatu miserit*, sed ponitur a librario *de* supra *miserit.* Cui. 1 — Ri*: *commeatum* (hoc etiam Cod. Iust.) *demiserit*, impr. Go. y) Cod. Iust. *dimiserit eo tempore, in quo Barbarorum incursio* et des. vv. *nulla eruptio erit — aliqua.* *) Aur. Lugd. *arque.* Go. mavult *debebant*, sine caussa. z) Codex, edd. ante Be. *afuerit.* Ita etiam in sq. c. *afuerit.* a) Aur. Lugd. *Ruffino.* b) Cod. Iust. *Syagrio*, *Magistro off.* Ceterum vid. c. 10 C. Th. de Off. vic. (I, 15), not. *p* et Wenck. Opp. p.

palatinis, his videlicet, qui sacrarum et privatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium *) spatium supra diem commeatus aut iussionem evectionis abfuerit, is in inferiorem[c] locum, quinque antelatis[d] posterioribus, revolvatur[e]; is vero, qui anni vacationem arbitratu proprio, iudiciarii praecepti oblitus, assumpserit, a decem post se militantibus transeatur; ac deinde, cum iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur; qui vero ne[f] post quadriennii quidem tempus, militantium[g] non immerito matriculis auferatur. *Dat. Kal. Oct. Ausonio*[h] *et Olybrio Coss.* (379.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Andromachum Pf. U.*[i] *Post alia.:* Hi, qui vacationem temporariam, ut saepe adsolet, impetrarint, nihil[ii] sibi necessitatis usurpent, nullorum actibus misceantur. Quorum si quis post exactum commeatus diem indultum beneficium morando corruperit, nihil agere intra provinciam possit, intelligens, se praeterea praecepto rectoris provinciae ea tenendum legis poena, qua desides *) gradus proprii deminutione puniti sunt. *Dat. prid. Non. Iun.*[k] *Mediolani, Olybrio et Probino Coss.* (395.)[l]

TIT. XIII. DE TIRONIBUS.

1. *Imp. Constantius A. ..... ad PO.*[m] *Post alia:* Quoties iuniores exhibendi sunt, non ante probentur, nisi praesentibus decurionibus origo eorum quaeratur; ita tamen, ut decurionibus haec fiducia denegetur, ne forte quis fugiens militiam addito nomine decurionis e militia abscedat[n], (de auxiliaribus sane cuneis minime ducibus licentia concedatur, nisi prius certus redditus iudex rescribat, utrum minime decurio sit) ita *) ut ab anno[o] decimo et nono ad militiam eligantur. *Dat. prid. Non. Iul. Constantio A. VI. et C.*[p] *Coss.* (353.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Fortunatianum*[q]. Domum nostram ad exhibenda tironum corpora per eas provincias, a quibus corpora flagitantur, nolumus perurgeri; ceterum sinimus conveniri, in quibus pretia postulantur, ita ut ex certa praebitione redituum vicem concessionis istius repensemus. *Dat. prid. Kal. Febr. Martianopoli, Valentiniano et Valente AA.*[r] *Coss.* (365.)

3. *Iidem AA. ad Magnum Vicarium*[s] *urbis Romae.* In quinque pedibus et septem unciis usualibus delectus habeatur. *Dat. V. Kal. Maii*[t] *Lupicino et Iovino* *) *Coss.* (367.)

4. *Iidem AA. ad Magnum Vicarium urbis Romae.* Eos, qui amputatione digitorum castra fugiunt, secundum[u] divi Constantini decretum[v] tua sinceritas non sinat manus deformatione defendi; si quidem possint

— c. 3 coniungenda est sec. Go. cum c. 6 C. Th. de Cognit. et proc. (II, 12) et cum c. 7 C. Th. de Exsecut. (VIII, 8).

Tit. XIII. Cod. Iust. XII, 44. Cf. etiam C. Th. XI, 18 et Nov. Valent. de Tiron. (ed. Berol 1291). — c. 3 et 4 inter se coniungendae sunt. Praeterea sec. Go. cum c. 4 concordant c. 5 et 10 h. t. et c. 1 C. Th. de Filiis milit. appar. (VII, 22).

452. Ri*. *Magistrium.* *) Codex, Go. et Ri. *mensum*; scrib. aut *mensium* aut *mensuum.* c) Aur. Lugd. *inferiore*, mendose. d) Go. in not. „*Praelatis.*" e) Cf. c. 10 C. Th. de Re mil. (VII, 1). Cod. Iust. *devolvatur.* Codex *afuerit — revolutur.* f) Cod. Iust. *nec.* g) Ita Be. ex Cod. Iust.; codex, Cui. 1 — Ri*. *militandum* (*tempus militandum*, *non*), ad quod v. Go. annot.: „Hic aliquid desiderari videtur: neque hanc lacunam supplet Codex Iustinianeus. Itaque verbum *venerit*, vel quid simile suppleri oportet: ita, *qui vero ne post quadriennii quidem tempus venerit, militantum non immerito*, etc. *Militantum;* ita enim reponendum, ut in *l. 6. supr. de cognitor.* (quae *prox. sequenti legi* coniungenda est) *Codice Iustin. Militantium.* Quanquam ex superioribus suppleri potest ita, *ne post quadriennii tempus quidem officium proprium adire curaverit militantum, etc.*" Sane hac ratione explicandus est hic locus, in quo, si Cod. Theod. vestigia premimus, *militantum* potius scrib. esset, quam *militantium*, nisi in codice Lugd. supra lineam emendatum esset *militantium.* h) Cui. 1 *Anxonio*, err. Codex, Aur. — Ri*. et Cod. Iust. *Auxonio.* i) Go. mavult *Pf. P.*, recte. Vid. c. 6 C. Th. de Cognit. (II, 12), not. *g.* ii) Codex *impetrari ut nihil.* Cum v. *diem* incip. codicis folium LXIII. *) Go. em. *resides.* Sed de *desidia* loquitur etiam c. 2 h. t. Codex *leg.*. | *poenam — proprie.* k) Rep. *Iul.* Vid. c. 6 cit. et c. 7 C. Th. de Exsec. (VIII, 8). l) Ap. Go. app. annus 393 et in comm. (ed. Ri. Ri*.) annus 595, utrumque mendose. Aur. Lugd. *Cons.*

m) Ita codex, deest igitur nomen magistratus. Cui. 1 — Ri*. *ad PP.* Be. *ad * Pf. P.*, fortasse recte, sed in loco mendoso praetuli siglum codicis repetere. n) Codex *militiae* | *abscedat*, Go. *abscendat*, mendose. Seqq., quae in edd. Go. — Be. uncis inclusa sunt, videntur Go. fugitiva esse. *) Hanc vocem abundare Go. dicit. o) Ita MS. sec. Go. (recte), Cui. 1 — Lugd. et Be. In edd. Cui. 2 — Ri*. mendose add. *et*, (*anno et decimo*), impr. Go. p) Go. rep. vult *Constante Caes. II.*, sed rectius Be. *Constantio C. II.* Praeterea Go. in Chron. h. anni p. LI. annotat: „Forte referenda ad A. prox. 354." q) Sec. Go., quem Be. secutus est, et sec. Reinesium add. *Com. rei priv.*, quod et argumentum legis Go. suadere dicit. Siglum dignitatis deest etiam in codice. Vid. c. 5 C. Th. de Metallis (X, 19), c. 2 C. Th. de Aquaeductu (XV, 2), c. 3 C. Th. de Fisci debit. (X, 16), Ammianum Marcell. initio libr. XXIX. et Zosimum IV, 14, denique etiam Go. in Prosopogr. r) Annus om. ap. Go. — Ri*., hac de caussa, quia sec. Go. incertus est. Vult enim Go. non dissentiente Be. post *AA.* rep. *II.* (368.), propter Ammianum Marcell. XXVII, 5, qui narrat, Valentem secundo belli Gothici anno Martianopoli per aliquod tempus constitisse. Si Go. cj. accipitur, add. est in inscr. *Gratianus A.* Sed quominus ei adstipuler, hoc me in primis impedit, quia per cj. illam haec lex contra rationem Codicis Theodosiani recentior fit sequenti lege. Videtur igitur aut mendum latere in v. *Martianopoli*, aut v. *Dat.* positum esse pro *Redd.* s. *Acc.* Ceterum in vv. *sionis istius* incipit pagina secunda folii LXIII. codicis. s) Cui. 1 — Cui. 2* *magnum Vicarium*, sed in sq. c. ut nos. t) An add. *Remis?* Vid. c. 4 C. Th. de Praediis navic. (XIII, 6). *) Aur. Lugd. mendose *Iopino.* u) Codex, Cui. 1 — Lugd. *fugiunt securi, dum*, male. v) Vid. c. 1 C. Th. de Filiis mil. app.

in quacunque rei publicae parte prodesse, qui se sponte truncaverunt. *Dat. V. Kal. Maii*[x] *Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

5. *Iidem AA.*[y] *ad Viventium Pf. P. Galliarum.* Si quis ad fugienda sacramenta militiae fuerit inventus truncatione digitorum damnum corporis expedisse[z], et ipse flammis ultricibus concremetur, et dominus eius, qui non prohibet, gravi condemnatione feriatur. *Dat. VI. Kal. Maii Treviris*[a], *Valentiniano et Valente AA. Coss.*[b] (365?)

6. *Iidem AA.*[c] *ad Modestum Pf. P.* Si oblatus iunior fuerit, qui censibus tenetur insertus, ex eo tempore, quo militiae sacramenta susceperit, proprii census caput excuset, ac, si quinquennii tempus fida obsequii devotione compleverit, uxoriam quoque capitationem[d] merito laborum praestet immunem, ea scilicet servanda ratione, ut, quam[e] sibi uxorem copulaverat affectu, et in priore lare derelictam memorarit, inprobata census sarcinam[f] sustineat. §. 1.[g] Nullus vero tironem vagum aut veteranum possit offerre, cum ad spontaneam singuli militiam propositae immunitatis commodis invitentur. Circa eos enim legis[h] iubemus valere[i] beneficium, qui indigenas atque ipsius provinciae finibus inuutritos, vel affixos censibus*), vel accrescentibus suis[k] obtulerint iuniores; neque enim convenit illum immunitate gaudere, qui vana*) oblatione vagi atque fugitivi vel veterani filii statum futurae conventionis irriserit. §. 2. Quod hactenus decernimus custodiri, ut oblatus[l] numerus ex accrescentibus primitus reparetur, ac, si compensatio non potuerit convenire, neque ex iunioribus modus, qui oblatus fuerit, quiverit reparari, ita demum de publicis fascibus hi, qui ex superfluo veniunt, eximantur. *Dat. XIV. Kal. Oct. Hierapoli, Valentiniano et Valente III.**) *AA. Coss.* (370.)

7. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Modestum Pf. P.*[m] Tironum praebitio in patrimoniorum viribus*) potius, quam in personarum muneribus collocetur, ut proto . . .[n] munus, quod provinciarum interna depascitur*), ab imis, ut dicitur, radicibus eruatur. Nam inter reliqua vitia haec duo vel maxime intolerabilia iudicamus, quod aurum saepe pro corporibus immane deposcitur, atque advenarum coemptio iuniorum insolentius, quam convenit, aestimatur. Contra haec[o] sane reperta est et facilitas et commoditas exigendi, cum neque excusari quisquam poterit, ut ante privilegio[p] cousueta fuerat hominis vindicatio, nec ullus,

— c. 5 legitur apud Bou. l. c. pag. 755. — c. 6. Cod. Iust. XII, 44, 1 multis omm. Commemoratur c. 6 in Comm. Cuiacii ad c. 1 Cod. Iust. de Classicis (XI, 12) l. c. p. 353. — c. 7 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 8 Cod. Iust. de Muner. patrim. (X, 41) l. c. p. 303 ad c. 1 Cod. Iust. de Classicis l. c. p. 353 et ad c. 4 Cod. Iust. de Dignit. (XII, 1) l. c. p. 419.

(VII, 22). Mox codex *difendi — reipublice* (corr. *reipublicae*) — *tranctaverunt*, sed corr. *tractav.* x) Vid. supra not. *t.* y) Bou. *Iidem Imp.* Be. addi vult *Grat. A.* Vid. infra not. *b.* V. *Iidem* abscissum est a codice. z) Go. ann.: „Non muto in *expetiisse*". Codex *fuerit iinventus*, em. *inventus.* a) Codex *TRIBERIS.* Cui. 1 — Lugd. *TriBeris.* Cui. 2 — Ri*. Bou. *Triberis.* b) Consules sunt anni 365, qui cum non quadrent, annus apud Go. — Be. om. est. Go. Be. addi volunt *II.* (368.) aut *III.* (370.) Posterius Go. mavult. Alterutro numero recepto add. inscr. *et Grat. A.* Vid. not. *y.* c) Go. Be. add. iubent *et Gratianus A.*, prob. Spangenb. l. c. Cod. Iust. *Impp. Valent. et Theod. AA. Modesto P. P.* Mox codex *insertur.* d) Aur. Lugd. *captionem*, err. Mox eaedem edid. *serŭanda.* e) Go. in not.: „*ut ea quam.*" Vid. sq. annot. Codex *populaverat.* f) Ita codex. Cui. 1. Cui. 2, 2* et Be. *in probata census sarcina.* Aur. Lugd. Go. Ri. *INprobata census sarcina*; ita etiam Ri*., quae tamen *inprobata.* Go. recte distinguit inter uxorem in domum mariti deductam et inter eam, quae in priore lare derelicta, id est in domum non deducta est, et ita in comm. de hoc loco disserit: „Ergo huiusmodi uxor per quinquennalem tironis militiam a censu non eximitur; qui sensus est versiculi, *ea scilicet servanda ratione*: ubi tamen in *fine* eius locus corruptus videri possit, et sic legendus: *improbam census* (Ri*. *sensus*, err.) *sarcinam sustineat*: ut *improba* sarcina, sit gravis et molesta: vel ita, *memorarit, improbatam census sarcinam sustineat*: vel retineri quoque possit ita, *improbata*, scilicet uxor, non sarcina. Verum nil muto temere: *sustineat*, id est, duret, maneat in census sarcina *probata*, cui probabitur iam ante subiecta: *sustinere*, pro durare, manere, ac nominatim ut *sustinendi*, ita *sustentandi* vox in censuum negotio propria: vid. *l.* 1 *inf. de protostasia.*" (XI, 23) Est igitur admittenda sola ultima Go. cj., quae cum scriptura codicis congruit et bonam sententiam praebet; *inprobata uxor*, est non legitima uxor, quae lege non habetur pro uxore. Ea igitur huius legis dispositione non fruitur beneficio, id est immunitate census, quae conceditur uxori militis in domum mariti deductae. g) Hinc incipit c. 1 Cod. Iust. cit. *Nullus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius ad militiam accedat.* Mox codex *posset*, sed corr. *possit.* h) Codex, Cui. 1 — Ri*. *leges*, sed Be. auct. Go. *legis.* Ceterum Aur. Lugd. *invitentur circa: eos e. l.* i) Aur. Lugd. *avalere.* *) Aur. Lugd. *ad fixos censibus.* Codex *innutritus vel adfixus c. vel ad* et incipit in syllabis *crescentib.* folium LXIV. codicis. k) Go. em. *suos*, recte, ut videtur. Praeterea Be. observat: „Ex commentar. videtur, eum (Go.) *ex accresc.* legi voluisse, quod vix ferendum." Errat Be. Suppl. sane vel *ex* vel *ab.* *) Ri. err. *una.* Paullo post codex *flii statem*, em. *filii.* l) Go. hic et paullo infra cj. *ablatus.* Recte se habet *oblatus.* Paullo infra codex *minorib.* err. et *hii.* *) Tillem. l. c. T. V. Notes, p. 15, n. VII. corr. *IV.* (373.) Sed vid. Pagium ad ann. 370 et 372. ap. Ri. in Chron. p. XC. XCIII. sq. Ceterum codex *Hieropoli.* m) Codex, Cui. 1 — Lugd. *PPO.* Vid. supra c. 4 de Salg. (VII, 9), not. *p.* *) Go. in not.: „*Oneribus.*" n) In Cui. 1 est lacuna trium literarum, sed non ponuntur puncta, recte. Codex enim ita habet *proto* . . . | *munus.* Aur. Lugd. *proto * munus*; in Cui. 2 — Ri*. quinque puncta ponuntur. In m. Cui. 1 et ap. Cui. in Comm. ad c. 4 Cod. Iust. cit. em. *protostasiae.* Impr. hoc Go. et suppl. *prototypiae*, quam emendationem commendant vv. quae mox sequuntur: *advenarum coemptio iuniorum — aestimatur.* In m. Cui. 2, 2* *protestasiae* et in m. Aur. Lugd. *protostasia.* *) Vv. *Tironum — depascitur* citantur a Cui. in Comment. ad c. 4 Cod. Iust. citt. o) Cui. 2, 2* *nec*, err. p) Go. em. *privilegia.* Hoc probari non potest. Codex *consuetas fuerat.* *) Codex *in-*

qui relevandus fuerit, perpetuae ingravationi*) addici. §. 1. Illud etiam similiter definitum est, ut hi tantum a consortibus segregentur, quorum iugatio ita magna est, ut accipere non possit adiunctum, cum pro suo numero in exhibendo tirone solus ipse respondeat. Inter quos vero possessionis[q] exiguae necessitas coniunctionem postulat, functionis[r] annorum[s] et praebitionis[t] vicissitudo servetur; quippe ut senatores ceterique, qui primo anno et suo et consortis nomine tironem dederint, in sequenti vice habeantur immunes, illique in praebitione succedant, a quorum conventione fuerit ante cessatum. Quem ordinem cum corpora postulantur conveniet custodiri. Sin vero*) aurum fuerit pro tironibus inferendum, unumquemque pro modo capitationis suae debitum redhibere oportet. §. 2. Ne**) aliquid dubium relinquatur, et solidorum numerum, qui temonario inferendus est, designamus, ut, sive senator, honoratus, principalis, decurio, vel plebeius tironem suo ac sociorum nomine ex agro ac domo propria oblaturus est, ita se a coniunctis accepturum solidos noverit, ut integri pretii modus in triginta tantummodo et sex solidis colligatur, ut deducta portione, quae parti ipsius competit, reliquum consequatur, sex tironi gratia vestis ac sumptuum praebiturus. §. 3. Ipsorum etiam, qui militaturi sunt, privilegibus[u] accedentibus facilius devotio provocatur[v], videlicet ut universi, qui militaria sacramenta susceperint, eo anno, quo fuerint numeris aggregati, si tamen in suscepto labore permanserint, immunes propriis capitibus mox futuri sint. Completis vero quinque annorum stipendiis, qui comitatensibus numeris fuerit sociatus patris quoque et matris, nec non et uxoris suae capitationem meritis suffragantibus excusabit[x]. Hi vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti, cum proprio capite uxorem suam tantum post quinque annos, ut dictum est, praestet[y] immunes, si tamen eos censibus constiterit attineri. Et quia publica utilitas quoque cogitanda est, ne sub hac indulgentia insertae capitationis numerus minuatur, ex incensibus[z] atque accrescentibus in eorum locum, qui defensi militia fuerint, alios praecepimus[a] subrogari. *Dat. IV. Non. Iun. Antiochiae, post consulatum Gratiani A. III. et Aequitii V. C.*[b] (375).

8. *Imppp.**) *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Edictum ad Provinciales.* Inter optimas lectissimorum militum turmas neminem e numero servorum dandum esse decernimus, neve ex caupona ductum, vel ex famosarum ministeriis**) tabernarum, aut ex cocorum, aut pistorum numero, vel etiam eo, quem obsequii deformitas[c] militia secernit, nec tracta de ergastulis nomina. Poenam etenim gravis dispendii nulla excusatione fugituri[cc] sunt, si hoc cuiusdam[d] indicio illustribus viris magistris equitum peditum[dd] fuerit intimatum. Sed cum illum animadversio dura damnabit[e] offerentem, triplicata nobilioris tironis*) fatigabit illatio. *Dat.*[f] *IV. Kal. Febr. Constantinopoli, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

9. *Iidem AA.**) *Neoterio Pf. P.*[g] Ex opportunis regionibus supplementa numeris mansuetudo nostra decrevit agitari. In id*) delectos quosque**) viros at-

— c. 9 sec. Go. coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Desert. (VII, 18).

gravationis. q) Codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *possessiones.* Aur. Lugd. et Be. auct. Go. *possessionis.* De hac re saepe disputavimus. Vid. etiam not. *r* et *t* sqq. r) Codex, Cui. 1 — Ri*. *functiones*; sed Be. auct. Go. *functionis.* s) Go. cj. *iuniorum* pro *annorum*, sed ipse propter seqq. concedit, servandum esse *annorum.* t) Codex *praebitiones necessitudo*, sed corr. *vicessitudo.* Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *praebitiones*, sed Aur. Lugd. et Be. auct. Go. *praebitionis.* Paullo infra codex *suae et* — *habiantur* — *capitationessuae dibitum.* Pagina secunda folii LXIV. incipit in v. *succedant.* *) Citatur hic locus a Cui. in Comm. l. c. ad c. 4 Cod. Iust. cit. hoc modo: *Si aurum* — *relinquatur, solidorum* — *designamus.* Ibidem est *aliquod* pro *aliquid*, quod non spernendum. **) Edd. *oportet. Et ne.* Delevi *Et* auct. cod., in quo deest, et transtuli huc signum §phi 2, quod antea erat ante vv. *Sin vero.* u) Cui. 1 *privi legib.* Codex Aur. Lugd. *privilegib.* Cui. 2, 2* *privi legibus. Privilegibus* est sec. Go. pro *privilegiis*, qui tamen in notis tuetur *privilegibus* provocans ad Cicer. (de Legibus III, 19 et Or. pro Domo, cap. 17. edit. Orell.) v) Cui. 1 — 2* *denotio* et Cui. 1 — Ri*. *provocatior*, sed Go. in not.: „γϱ. *Devotio provocatur*, ut diserte habet *MS.* forte *provocabitur.*" Be. igitur rec. *provocatur* pro *provocatior.* Codex *devotio provocator* et posita est *i* supra *o*, quae tamen litera etiam pro *u* haberi potest (*provocatur*). Ceterum multa in codice h. l. male scripta sunt, sed partim correcta, veluti: *praetii p* — *es sex* — *que parti* — *reliqum* — *vesties* — *fuerit* — *permanserit* — *u dictum* — *inserte c. numeruis.* x) Be. auct. Go. *excusabit* pro *excusavit*, quod est in codice, Cui. 1 — Ri*., err. frequentissimo. y) Cum Go. Be. em. *praestent.* Codex *immune.* z) Codex, Cui. 1 — Ri*. *incessibus*, sec. Be. archaice pro *incensis.* Cui. in Comm. l. c. ad c. 1 Cod. Iust. de Classicis cit., ubi vv. *ex incessibus atque adcrescentibus* proferuntur, em. *incensitis*, impr. Go., qui prisca scriptura *incessibus* pro *incensibus*, id est incensis, scriptum esse putat, ut *Cessoribus* pro *Censoribus.* Sed vid. infra X, 23, 1, ubi *incensitis vel accrescentibus.* a) Codex et edd. ante Be. *praecepimus.* Sed Be. auct. Go. *praecipimus.* b) Codex *Anthiociae* — *Equiti Viri Clarissimi Conss.* Cui. 1 — Lugd. *Equiti viri clarissimi Conss.* Cui. 2, 2* *Equiti* et Go. — Be. *Equit.* *) Cui. 1 — Ri*. *Impp.* Hinc incipit folium LXV. codicis. **) Cui. 2, 2* *ministris*, err. c) Ri. *quem Obsequi, deformitas*, mendose. cc) An *subituri?* d) Go. in notis: *Cuiusquam.* Codex *Inter optimos* — *e nomero* (corr. *numero*) — *quae obsequii* — *numina* — *cusiusdam* (corr. *cuiusdam.* dd) Be. cj. *peditumve.* Videtur omnino deesse copula, quae tamen diversa esse potest. e) Ita Be. de cj. Go., qui etiam em. *damnaverit.* Codex et edd. ante Be. *damnavit.* Vid. supra not. *x.* *) Go. mendose *tironii.* Codex *tirones* (corr. *tironis*) *fatigavit.* f) Go. in Chron h. a. p. CVI. v. *Dat.* accipit pro *Reddita* s. *Proposita.* *) Scrib. *AAA.* Vid. c. 8 h. t. g) Codex, Cui. 1 — Lugd. *ppõ*, id est Praef. praet. Ceterum codex *Neotereio*, sed corr. *Neoterio* et Go. in Chron. h. a. *Neotherio.* *) Male Cui. 1 — Cui. 2* *agitari in id* — *destinari, in his*, praeter Aur. Lugd., ubi est comma post *viros.* **) Ri. mend. *quoque.*

que ab omni suspicione pravitatis alienos iussimus destinari. In his, si male se gesserint, corrigendis non mediocrem fore denuntiamus, severa animadversione, sententiam, cum iudices supplicium existimationis extremum, et ultio inexpiabilis exceptura videatur; ne his quidem provincialibus temperatura, quos in officium ministeriumque praedarum vel capiendi ubertas vel formido simulata deduxerit. *PP. VI.*[h] *Kal. Maii Antiochia, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

10. *Iidem AA.**) *Eutropio Pf. P.* Qui spurca amputatione digitûm[i] declinat usum armorum, non evadat illa, quae vitat, sed insignitus *) macula ferat impositum militiae laborem, qui declinaverit dignitatem. Ipsis quin etiam provincialibus, qui ex horum ausis iuniorum saepe patiuntur penuriam praebendorum, haec optio immobilis decernatur, ut tempore delectus agitandi, ubi[k] commune coeperint conveniri, duos mutilos iuniores pro uno integro eminentiae tuae dispositionibus offerant. *Dat. Non. Sept. Hadrianopoli, Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

11. *Iidem AA...*[l] Quisquis mancipium iuris alieni in tirocinium militiae duxerit offerendum, convictus[m] ac proditus auri libram aerario nostro cogatur inferre[n]. *Dat. Id. Maii Tyro*[o] *metropoli. PP. Beryto*[p], *Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

12. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Sperechio*[q] *Comiti R. P.* Publica suasit utilitas*) iuniores in arma conscribere; ideoque ne patrimonium quidem nostrum a praestatione praesenti immune esse patimur. Igitur per omnes provincias, per quas res nostra distenditur, ex patrimonio sacro maturitate, qua convenit, praeberi volumus iuniores. *Dat. XV. Kal. Iul.*[r] *Mediolani, Caesario et Attico VV. CC. Coss.* (397.)

13. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.*[s] Amplissimi ordinis petitionibus annuit nostra clementia, ut pro tironibus pretia inferantur. Damus itaque optionem, ut, quod conducibile senatui videtur, eligendi habeat potestatem, id est aut tirones aptos officiis militaribus praesteut *), aut pro singulis viginti quinque solidos numerent, post initam videlicet sumptuum rationem et vestium et pastus. Quod si aurum dare maluerint, mox ad nostrum aerarium deferatur. *Dat. VIII. Kal. Oct. Patavi, Caesario*[t] *et Attico VV. CC. Coss.* (397.)

14. *Iidem AA. Minervio Comiti R. P.* Aeternae urbis merita[u] reverendam nobis amplissimi senatus effecit voluntatem. Ideoque pro tironibus in corporibus postulatis pretia conferri iubemus ab amplissimo ordine. §. 1. Quod in fundis etiam perpetuariis*) nostrae rei privatae servari praecipimus. *Dat. prid. Id. Nov.*[v] *Caesario et Attico Coss.* (397.)

15. *Iidem AA.*[x] *Decio Pf. U.* Ad collationem iuniorum eos tantum oportet attineri, quos constat dignitates legitimas beneficiis consecutos, non tamen iusta privilegia suffragantur. *Dat. VIII. Id. Dec. Ravenna, Arcadio A. V. et Honorio A. V. Coss.* (402.)

16. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.*

— c. 10 sec. Go. concordat c. 4 et 5 h. t. et c. 1 C. Th. de Filiis milit. app. (VII, 22). — c. 11. Cod. Inst. XII, 44, 2 add. nonnull. Commemoratur h. c. in Comm. Cuiacii ad c. 2 cit. l. c. p. 494. — c. 12 sec. Go. fort. coniungenda est cum c. 14 C. Th. de Iure fisci (X, 1). Vid. not. *r* sq. — c. 13. Symmachi ep. VI, 62. — c. 14 concordat cum c. 13 h. t. Vid. Go. in not. — c. 15 sec. Go. significatur in c. 13 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27) et c. 12 (leg. 14) C. Th. de Descrt. (VII, 18). — c. 16 et 17 inter se coniungendae sunt. Vid. infr. not. z.

Codex *veros*, sed corr. *viros*. h) Aut hic scrib. *III.*, quem numerum exhibet c. 3 C. Th. de Desert. cit., aut in c. 3 cit. *VI.*, ut utraque lex in eundem diem incidat. Edd. *Antiochiae*. *) Scrib. *AAA.* Vid. c. 8 h. t. i) Ita Cui. 1 — Go. Be. pro *digitorum*. Ri. Ri*. *digitum*, male. Codex *Qui spurcam a. digitû declinaturus armorum*. *) Go. *insignitus*, mendose. k) Go. inseri iubet *in* et conf. c. 1 C. Th. ad L. Iul. de Adult. (IX, 7), c. 15 C. Th. de Extraord. etc. (XI, 16), c. un. C. Th. Qui a praeb. tir. (XI, 18), c. ult. §. 2 C. Th. de Coll. donat. (XI, 20), c. 9 C. Th. de Legatis (XII, 12), c. 2 C. Th. de Navibus non excus. (XIII, 7). Vir doctus ad Symmach. lib. IV. epist. 46 reposuit: *ubi commune coeperit conveniri*, impr. Go. In vv. *delectus agitandi* incipit secunda pagina folii LXV. codicis. l) Ita codex, Cui. 1 — Ri*., nisi quod in codice *Id.* et in Cui. 1 — Ri*. *Idem* est et nos lacunae caussa duo puncta addidimus. Est enim in codice post *AA.* spatium duarum literarum; Be. asteriscum apponit. Ceterum Go. *Idem AAA.*, recte. Vid. c. 8 h. t. Cod. Iust. ut c. 8 h. t., sed in Hal. ed. et al. *Theod. Arc. et Hon. AAA.* Magistratus, ad quem missa est lex, deest in omnibus edd., etiam in Cod. Iust. praeter Cui. ed., ubi Comment. l. c. pag. 494 add. *Eutropio PP.*; ex quo fonte, equidem nescio, sed puto propter c. 10 h. t. Go. hanc legem inscriptam fuisse putat Consulari Phoenices propter subscript. vv. *Dat. Tyro Metropoli.* m) Cod. Iust. *Q. a. i. m. in tyrocinio militiae scribi curaverit*: *convictus*. Aur. Lugd. mendose *coniunctus* pro *convictus*. n) Cod. Iust. add. *mancipio scilicet domino, si factum ignoraverit, reddendo*. Haec vv. non desumpta sunt, ut Cuiacii sententia est, ex c. 6 Cod. Iust. Qui milit. poss. (XII, 34), sed similia sunt ei, quod c. 6 cit. constituitur. o) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. et Cod. Iust.; Be. *Tyri*. Similis subscriptio supra V, 13, 34. Vid. etiam Go. in not. h. c., qui *Dat.* accipit pro *Recit.*, prob. Tillem. p) Ita Cod. Iust.; Be. *Beryti*. Codex, Cui. 1 — Ri*. *Byrito*. Ceterum codex *Mai — Syagri*. q) Go. em. *Hyperechio*. Vid. Go. in not. h. c., in Prosop. v. *Hyperechius* et *Sperechius* et Symmach. ep. V, 54 et 66. *) Ri. Ri*. mendose *ut litas*. Codex *iunioris* et mox *Rer* pro *per*. r) c. 14 C. Th. de Iure fisci cit. *Dat. XVI. Kal. Ian.*, quae diei diversitas demonstrat, h. c. cum c. 12 h. t. non esse coniungendam. s) Codex, Cui. 1 — Lugd. *ppō*, h. e. Praef. praet. *) Non debet offendere pluralis. Mendose codex *prestent auit — quenque s. nemerent — nostram* (em. *nostrum*) *a. deferetur* (em. *deferatur*). t) Go. mendose *Caesaris*. u) Go. annot.: „Nisi *merita*, *meritae*, primae declinationis, huius aevi et barbarici vox fuerit, quod non puto, reponendum omnino *meritum*.“ Etiam Be. suspicatur *meritum*: recte, nisi potius mendum latet in singulari v. *effecit*. Cj. meam postea confirmavit codex, nam is habet *effeciet voluntutem*. *) Vid. supra V, 13, 33, not. *v*. v) An *Patavi?* Vid. c. 13 h. t. et Go. in Chron. h. a. x) Be. auct. Ri. addi vult *et Theod. A.*

Provincialibus. Contra hostiles impetus non solas iubemus personas considerari, sed vires, et licet [y] ingenuos amore patriae credamus incitari, servos etiam huius auctoritate edicti exhortamur, ut cum primum se bellicis sudoribus offerant, praemium libertatis, si apti ad militiam arma susceperint, pulveratici etiam nomine binos solidos accepturi: praecipue sane eorum servos, quos militia armata detentat, foederatorum nihilo minus et dediticiorum, quoniam ipsos quoque una cum dominis constat bella tractare. *Dat. XV.* [z] *Kal. Maii Ravenna, Arcadio A. VI. et Probo V. C. Coss.* (406.)

17. *Iidem AAA. Provincialibus.* Provinciales pro imminentibus necessitatibus omnes invitamus edicto *), quos erigit ad militiam innata libertas. Ingenui igitur, qui militiae obtentu arma capiunt amore pacis et patriae, sciant, se denos solidos paratis [a] rebus de nostro percepturos aerario, quibus tamen ternos ex summa supradicta iam nunc solidos praeberi mandavimus; nam optimos futuros confidimus, quos virtus et utilitas publica necessitatibus obtulit. *Dat. XIII.* [b] *Kal. Maii Ravenna, Arcadio A. VI. et Probo Coss.* (406.)

18. *Iidem AAA. Stiliconi* [c] *Comiti et Magistro militum.* Iuniorum collatione, vel qui proxime *) in pretio ab honoratis pro rerum necessitate petiti sunt, vel si unquam tale aliquid rei publicae ratio flagitaverit, immunes haberi oportere decernimus, qui militiae praerogativa ad tribunatus praepositurasve pervenerint. *Dat. XI. Kal. April.* [d] *Honorio IV.* [e] *et Theodosio II. AA. Coss.* (407.)

19. *Impp. Honorius et Theodosius AA.* [f] ... *Comiti S. L.* *) Tirones in scholis loco semper posteriore ponantur. Nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui et laborum assiduitas et stipendiorum prolixitas suffragatur **). *Dat. VII. Kal. Dec. Ravenna, Basso et Philippo Coss.* (408.)

20. *Iidem AA. Macedonio* [g] *Comiti R. P.* Tirones tricenis solidis aestimatos ab omnibus officiis iudicum *) Africae, exemplo praecedentis temporis, postulamus; quod [h] simul etiam [i] ab honoratis memoratarum provinciarum, nec non Sardiniae, Siciliae et Corsicae. Eos sane honores [k] excipi ab his conveniet, quibus aut praesenti tempore publicum munus iniunctum est, aut in [l] Italiae sive urbis solo barbara vastitate depulsi sunt. *Dat. VI. Id. Febr. Ravenna, Varane* [m] *V. C. Cos.* (410.)

21. *Iidem AA. Hadriano Pf. P.* *) Tempore tironatus eorum procuratores, qui refugas occultandos putaverint [n], aut non ipsi sponte produxerint, in iudicio praesententur, ac poenas veluti rebelles ac decretorum temeratores compellantur exsolvere. *Dat. III. Kal. Febr.* *) *Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Coss.* (416.)

22. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Volusiano Pf. P.* Mansura in seculum auctoritate praecipimus, proconsularis provinciae non eandem [o] sacerdotalium, quae est de ceteris, in praebendis tironibus habendam esse rationem. Non inique si quidem ea potissimum ab hoc officio provincia videtur excepta, quae omnium intra Africam provinciarum obtinet principatum, cuiusque [p] maioribus sacerdotes fatigantur expensis, in quarum solatium indemnem esse convenit dignitatem.

— c. 17. Bar. ad ann. 406, n. 2. — c. 18 coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Veter. (VII, 20). Similis argumenti est etiam c. 15 h. tit. — c. 19 Go. videtur fugitiva esse, quia de in schola militantibus sermo est. Cod. Iust. XII, 44, 3. — c. 22 fortasse coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Off. Com. S. L. (I, 10). Haec c. commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 11 Cod. Iust. de Erog. mil. ann. (XII, 38) l. c. p. 482.

In inscr. h. c. incipit fol. LXVI. codicis. Ibidem paullo infra *consecutus.* y) Go. in not.: *Et quoniam.* z) Aut hic scrib. *XIII.*, ut in c. sq., aut in c. sq. *XV*, ut utraque lex in eundem diem incidat. *) Similiter c. 16 cum hac c. iungenda: *huius auctoritate edicti exhortamur.* a) Go. annotat: „γρ. *pacatis*: nisi *paratis*, pro *reparatis*: vel *paratis rebus*, id est, posteaquam paratus legitime exercitus fuerit. Cui tamen postremae interpretationi ultima *huius legis* verba refragari videntur.“ Ego puto *paratis rebus* accipiendum esse pro fisco instaurato, fisci viribus paratis: quamquam non nego, propter vv. *iam nunc* etiam de bello feliciter confecto cogitari posse. Paullo infra codex *futurus* — *Mai* — *Acadio*, corr. *Arcadio.* b) Vid. not. z sup. c) Codex, Cui. 1. Go. *Stilichoni.* *) Aur, Lugd. err. *proximi.* d) Add. *Romae.* Vid. c. ult. C. Th. de Veter. cit. e) Huic legi male adscribitur *Cons. Honorius IIII.* Recte igitur Go. Be. em. *VII.* Sed etiam c. ult. cit. in mendo cubat. Supra codex *aliqui*, sed em. *aliquid.* Cum v. *praepositurasve* incipit secunda pag. folii LXVI. cod. f) Asteriscum lacunae, quae tamen in ipso codice non est, indicandae caussa apposuerunt Cui. in c. 3 Cod. Iust. cit. pag. 494 et Be. Cod. Iust. *Imp. Honorius A.* et des. reliqua; sed Cui. l. c. ex C. Th. rest. inscriptionem. *) Go. ei, qui pro *Com. S. L.* reponendum putaret *Comitibus* (sc. rei militaris), non assentitur. **) Cod. Iust. *suffragantur*, sed Cui. l. c. ut Cod. Th. Paullo post tamen Cui. *Dat. VI. Kal.* g) Codex, Cui. 1 — Ri*. et Go. in Chronol. h. a. *Machedonio.* Reinesius corr. *Com. Imp. mil.* *) Aur. Lugd. *iudicium*, mend. Vv. *tempores* — *honoratis* in codice supr. lin. addita sunt: nam antea deerant. h) Go. haec vox videtur abundare, vel alia eius loco substituenda esse. Sine caussa; omissum est secundo loco v. *postulamus.* i) Go. *iam*, err. typ. k) Ita codex et Cui. 1 — Lugd. Be.; male Cui. 2 — Ri*. *honore.* Go. em. aut *eo sane onere excipi hos* aut *eos sane honoratos.* Hoc rectius. l) Go. legi vult *aut qui in.* Hoc non necessarium est. Altero loco ponere pronomen relativum neglexerunt Romani, etiamsi diversus casus erat. Vid. c. 15 h. tit. *quos constat* — *consecutos, non* (sc. *quibus*) — *suffragantur.* m) Vid. supr. VI, 26, 15, not. *k.* Aur. Lugd. *Conss.* *) Codex, Cui. 1 — Lugd. et hic et in sq. c. *ppō.* In codice absciss. est *Iidem A.* n) Go. annot.: „Constructio duriuscula et obscurior est: perspicua magis ita: *Procuratores qui refugas, tempore tironatus eorum, occultandos putaverint.*“ Codex *putaverit.* *) Add. *Ravenna.* Ceterum haec subscriptio Tillemont. l. c. V, Notes, p. 83, n. XLI. suspecta est. o) Codex, Cui. 1. Cui. 2, 2* *eadem*, male. Reinesius haec vv. ita ordinanda esse censet: *prov. proc. sacerd. non eandem quae est de cet.* etc. p) MS. sec. Go. *cuiuscumque* et ita est. Antea codex *prov̄* et positae sunt literae *cia*

Dat. V.[q] *Kal. Mart. Ravenna, Felice et Tauro VV. CC.**) *Coss.* (428.)

TIT. XIV. DE BURGARIIS.[qq]

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA.**) *Vincentio*[r] *Pf. P.*[rr]. *Post alia:* In burgariis eadem volumus observari, quae de mulionibus lex nostra[s] praecepit, ut hi quoque, qui intra Hispanias vel in quibuscunque locis ausi fuerint burgarios vel sollicitare vel receptare, eodem modo teneantur, similisque eos, qui publicis vestibus deputatos sollicitaverint vel receperint, et de coniunctione[ss], et de agnatione, et de peculiis, et de cunctis rebus, quas in illis deprehendimus, poena cohibeat. *Dat. XI.*[t] *Kal. Mart.*[u] *Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

TIT. XV. DE TERRIS LIMITANEIS.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Gaudentio*[v] *Vicario Africae.* Terrarum spatia, quae gentilibus propter curam munitionemque limitis atque fossati antiquorum humana fuerant provisione concessa, quoniam comperimus aliquos retinere, si eorum cupiditate vel desiderio retinentur, circa curam fossati tuitionemque limitis studio vel labore noverint serviendum, ut illi, quos huic operi antiquitas deputarat. Alioquin sciant, haec spatia vel ad gentiles, si *) potuerint inveniri, vel certe ad veteranos esse non immerito transferenda, ut, hac provisione servata fossati limitisque, nulla in parte timoris esse possit suspicio. *Dat. III. Kal. Maii Ravenna, Honorio VIII.*[x] *et Theodosio III. AA.**) *Coss.* (409.)

2. *Iidem AA.*[y] *Asclepiodoto Pf. P.*[z] *et Consuli ordinario.* Quicunque castellorum loca quocunque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab[a] his tantum fas est possideri castellorum territoria, quibus adscripta sunt, et de quibus iudicavit antiquitas. Quod si ulterius vel privatae conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum bonorum publicatione plectatur.[b] *Dat.*[c] *Non. Mart. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

TIT. XVI. DE LITORUM ET ITINERUM CUSTODIA.

1. *Impp. Honorius et Theodosius*[cc] *AA. Theodoro Pf. P.* Hostis publicus Stilico[d] novum atque insolitum repererat, ut litora et portus crebris vallaret excubiis, ne cuiquam ex Oriente ad hanc imperii partem pateret accessus. Huius iniquitate rei moti, et ne rarior sit diversarum mercium commeatus, praecipimus hac sanctione, ut litorum desistat ac portuum perniciosa custodia, et eundi ac redeundi libera sit facultas. *Dat. IV. Id. Dec. Ravenna, Basso et Philippo Coss.*[e] (408.)

2. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.* Omnes stationes navium, portus, litora, omnes abscessus *) provinciarum, abdita quin etiam loca et insulae tuae magnificentiae dispositione solerti custodiantur indagine, ut nullus vel vi vel clam vel aperto vel etiam occulto nostri possit

---

Tit. XIV. commemoratur ap. Cui. in Comm. c. 6 Cod. Iust. de Fundis rei priv. (XI, 65) l. c. p. 408. — c. 1 sec. Go. coniungenda est cum c. 58 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), ita tamen, ut c. 58 huic legi praemittatur. Est etiam ap. Bou. l. c. p. 763.

Tit. XV. Cf. Nov. Theod. de Ambitu et locis limit. (ed. Berol. p. 1273). — c. 2. Cod. Iust. XI, 59, 2.

Tit. XVI. Cod. Iust. XII, 45. — c. 1 coniungenda est cum c. 25 C. Th. de Petit. (X, 10). Praeterea huic legi Go. iungi vult c. 2 C. Th. de Postlim. (V, 5), desumptam ex c. 16 Sirmond. (prob. Wenck. ad c. 2 cit.) et c. 3 Cod. Iust. de Commerciis (IV, 63). Vid. c. 2 cit., not. super. et not. *g*. In eundem fere diem incidit c. 18 Sirmond., quae est fons c. 8 Cod. Iust. de Episc. aud. (I, 4.) Ceterum vid. Wenck. ad V, 14, 7, not. o, nostram ed. ibid., not. *v* et infra IX, 40, 20, not. *bb*. Baron. ad ann. 408, n. 14. — c. 2 Go. in notis et in comm. putat coniungendam esse cum c. 4 Cod. Iust. de Commerciis (IV, 63), quam opinionem retractat ipse in Chron. h. a., prob. Ri. in not. h. c. Baron. ad ann. 410, n. 13.

---

supra v. *videtur.* q) c. 8 C. Th. cit. *III.* *) Go. om. *VV. CC.*

qq) Cum rubrica h. t. incipit folium LXVII. codicis. Reinesius mavult *Bulgaris*, sed ipse se revocat. *) Bou. l. c. *Iidem Impp.* r) Aur. Lugd. mendose *Vicentio.* rr) Codex, Cui. 1 — Lugd. *ppõ.* Cui. 2, 2* *PP* õ. Go. *PP. Õ.* Ri. Ri*. *PP.* õ. Be. ann.: „Galliarum, unde male vulg. *P. P. ō.*"; sed vid. supra VI, 35, 8, not. *u*. Ceterum Bou. l. c. om. *Post alia.* s) Go. ann.: „Id est, caput *legis* nostrae huius, quod continetur *lege* 58. inf. *de cursu publico.*" Vid. not. super. ss) Reinesius propter c. 58 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) prop. *coniugibus.* t) c. 58 cit. *XII.* et ita etiam Go. in Chron. et Reinesius. u) Bou. l. c. not. *d* mavult *Maii.* Edd. *Mediolani.*

v) Aur. Lugd. *Gardentio*, err. Go. ex arg. legis reponi posse arbitratur *V. C. Comiti Africae.* Similiter in Chron. h. a. cj. *VI. CL. Comiti*, sed tamen nihil mutandum esse ipse fatetur in comm., quem cons. Infra codex *munitionēquae — tuitionemquae.* *) In litteris *tilessi* incipit pag. secunda folii LXVII. codicis. Idem deinde *certa.* x) Ita recte Be. ex MS. et auct. Go.; Cui. 1 — Ri*. *VII.*, male. *) Ita Ri. — Be.; codex, Cui. 1 — Go. *AAA.*, male. y) Cod. Iust. *Impp. Honor. et Theod. AA.* z) Codex, Cui. 1 — Lugd. et hic et in sq. tit. *ppõ*, id est Praef. praet. Vid. supra VI, 35, 8, not. *u*. Cum hoc siglum in sqq. titt. saepe inveniatur, id hoc loco monuisse sufficit. a) Cod. Iust. om. *ab.* Idem mox *possidere*, sed alii cum Cuiac. edd. *possideri.* Cod. Lugd. *qui ab his.* b) Cod. Iust. *publ. bon. plectetur.* c) Cod. Iust. add. *V.*

cc) c. 25 cit. male *Id. AA.* (Arcad. et Honor.) *Theodoro.* d) Codex, Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *Stilicho.* Mox codex *adq. — adahanc* (sed deletur *a*) — *ac* (em. *hac*) *sanctione.* In vv. *ac redeundi* incip. fol. LXVIII. codicis. e) Cui. 1 *Cons.* *) Go. vetat, ne quis reponat *accessus. Abscessus* enim esse abdita loca et recessus. **) Go. annot.: „*Honorii* nomen *h. l.* bis in textum irrepsisse quis putet: non ego." Vid. etiam, quae de hac re disputavimus ad c. 10 C. Th. de Prae-

imperii regiones irrepere, qui non aut interiectis prohibeatur obicibus, aut, cum accesserit, illico teneatur, nisi sacros apices a domino patruo meo Honorio **) ad me perferre apertissima ratione monstraverit. Cum eadem diligentia observando, ut, si ad alium quemquam a memorato principe dixerit habere affatus, portitore [f] detento sacrae literae cum omnibus chartis signatae ad meam clementiam transmittantur, hoc enim et tyrannici furoris et barbaricae feritatis occasio persuadet, et inter me dominumque et patruum meum Honorium, vicissim recurrente admonitione, convenit. *Dat. VIII. Kal. Maii Constantinopoli, Varane V. C. Cos.* [g] (410.)

3. *Iidem AA. Eustathio Pf. P.* Saluberrima sanctione decrevimus [h], ne merces illicitae [i] ad nationes barbaras deferantur, et quaecunque naves ex quolibet portu seu litore demittuntur*), nullam concussionem vel damna sustineant [k]; gestis apud defensorem locorum praesente protectore seu duciano, qui dispositus est, sub hac observatione confectis, ut, et ad quas partes navigaturi sunt, et quod nullam [l] concussionem pertulerunt, apud acta deponant, quorum authenticum nauclerus sive mercator habebit [m], scheda apud defensorem manente. *Dat. XIV. Kal. Oct. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. IX. et qui fuerit nuntiatus* [n]. (420.)

TIT. XVII. DE LUSORIIS DANUBII [o].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Constanti Magistro militum per Thracias* [p]. Nonaginta recenti fabricatione contextas, decem his adiectas ex veterum reparatione lusorias [q] limiti Mysiaco, centum vero decem novas, additis antiquarum instauratione quindecim Scythico, qui in latius diffusiusque porrigitur, sub hac deputari conditione sancimus, ut per singulos annos, veterum renovatione*) curanda, quattuor iudiciariae [qq] in Mysiaco limite et decem agrarienses, in Scythico vero quinque iudiciariae et *) duodecim agrarienses novae [r] de integro constructae, instrumentisque suis universis armatae ducis instantia, apparitionisque eius periculo contexantur, ut hoc supplemento per septennium integri numeri constituti reparatio maturetur [rr]; sublimitate tua pro sua industria disponente, unde earum contextio vel constructio debeat procurari. Quod quidem iam recte credimus constitutum, nobisque indicari praecepi-

— c. 3. Cod. Iust. XII, 45, 1. Huic legi sec. Go. concordat c. 10 C. Th. de Curiosis (VI, 29). Putat etiam Go., caussam legis indicari in c. 10 Cod. Iust. de Aedif. priv. (VIII, 10).
Tit. XVII. Cf. Nov. Th. de Ambitu et Locis limit. (ed. Berol. p. 1273.)

tor. (VI, 4). f) Recepi ex codice *portitore*. Edd. male *petitore*. Sed iam Go. legi voluit *portitore* et ita quoque Vales. in m. Codex *addita quin — costodiantur* (corr. a librario *custod.*) — *sacraere littere* (corr. *litterae*) — *oc* (em. hoc) — *tyrannci furores* (corr. *tyrannici furoris*) *et b. feretatis o. persuadit et i. m. domnumq. et.* g) Aur. Lugd. Ri. Ri*. *Conss.* Ceterum Go. h. l. descripsit c. 4 Cod. Iust. de Commerciis (IV, 63), quod, cum c. 4 ad eundem Anthemium de eodem argumento data hanc c. illustret, imitari non dubitavi: „*Iidem AA. Anthemio PP. Mercatores tam imperio nostro, quam Persarum regi subiectos, ultra ea loca, in quibus foederis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet: ne alieni regni, quod non convenit, scrutentur arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus, ultra Nisibin, Callinicum, et Artaxatan emendi, seu vendendi species caussa proficisci audeat: nec praeter memoratas civitates cum Persa merces existimet commutandas. Sciente utroque, qui contrahit, et species quae praeter haec loca fuerint venundatae, vel comparatae, sacro aerario nostro vindicandas: et praeter earum rerum ac pretii amissionem quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilii se poenae sempiternae subdendum. Non defutura contra iudices, eorumque apparitores, per singulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus vel Persa commeaverint. Exceptis videlicet his, qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittendorum iter comitati merces duxerint commutandas: quibus humanitatis et legationis intuitu extra praefinita etiam loca mercandi copiam non negamus: nisi sub specie legationis diutius in qualibet provincia residentes, nec legati reditum ad propria comitentur. Hos enim mercaturae insistentes, non immerito una cum his cum quibus contraxerint, seu resederint, poena huius sanctionis persequetur.*" De *Varane* vid. supr. VI, 26, 15, not. *k*. h) Codex *Eusthatio*. Cod. Iust. *Impp. Honorius et Theodosius — Sal. sanct. censemus.* i) Ita codex et Cod. Iust. aptius quam *illicite*, quod in edd. est. Etiam Go. probatur nostra scriptura; sed etiam *illicite* sustineri posse, non negat Go. Codex *mercis* et in seqq. habet *adnotationes* (male pro *ad nationes*) — *vel damno — depunant — habebit schia apud.* *) Cod. Iust. *dimittuntur*. Rectius est *demittuntur*. k) Quae sequuntur, ita se habent in Cod. Iust.: *ita tamen, ut earum naucleri deponant in quam provinciam ituri sunt: ut hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat.* l) Ri. *uullam*, err. m) Be. auctor. MS. Go. secutus recte del. v. *forte*, quod hic inseritur in edd. ante Be., sed ineptum est. Ceterum Go. err. typ. *schida* (vid. not. *i*). n) Delevi v. *Coss.*, quod deest in codice et in edd. ante Be., sed add. ap. Be. De formula vid. Zirardin. l. c. p. 440 sqq. not. et supra const. de Theod. Cod. auct., not. *d* (p. 94).

o) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* et hic et in indice tit. *Danuuii.* Go. Ri. *Danvvii.* Ri*. *Danuvii.* Ri. cf. iubet Gronovium, not. ad Tacit. Annal. lib. XII. cap. 30. Cum rubro h. tit. incipit pag. secunda folii LXVIII. codicis. p) Codex, edd. ante Be. *Trachias.* Literae similiter inter se commutatae sunt supra V, 4, 3, VI, 2, 9. q) Codex, edd. ante Be. *lusurias* et infra *lusuriarum.* Mox codex *diffusus q.* *) Aur. Lugd. *revovatione*, mend. qq) Reinesius h. l. et paullo post prop. *codiciariae* pro *iudiciariae.* *) V. *et* in Cui. 1 bis positum est. r) Codex, edd. *nove.* Recte Go. Be. em. *novae*; Mox codex *duces*, sed corr. *ducis.* rr) „Error calculi videri possit: *septies enim septendecim* non nisi centum novendecim efficiunt. Sex igitur desiderantur. Item septies quatuordecim nonnisi nonaginta octo efficiunt. Sed neque error est in calculo, neque in numeris: duo enim vel sex

mus[s]. Nam si memoratus lusoriarum numerus cum omni suo instrumento non fuerit apparatus, dux quidem, cuius tempore dispositio fuerit ista neglecta, triginta librarum auri, officium vero eius quinquaginta procul dubio multabitur, etiam sublimitatis tuae officio quinquaginta libras[t] auri condemnatione subiiciendo, si non per singulos annos aut completum numerum, aut certe negligentia praetermissum magisteriae potestati suggesserit *). Illo nihilo minus observando, ut, istis secundum dispositionem tuae praestantiae ad belli aleam praeparatis, atque in conflictus specula munitissima statione vel discursus opportunitate deligentibus[u], hac[v] duntaxat, quaecunque ex veteribus fuerint reformatae, transvectioni speciei annonariae secernantur. *Dat. V. Kal. Febr. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. V. et qui fuerit nuntiatus*[x]. (412.)

TIT. XVIII. DE DESERTORIBUS ET OCCULTATORIBUS EORUM.

1. *Impp.*[y] *Valentinianus et Valens AA. Edicta duo per Italiam et Alpes.* Unusquisque, apud quem desertor fuerit deprehensus, si plebeiae et humilioris conditionis est, metalli se sciat supplicio puniendum; qui autem superioris cuiuscunque loci dignitatisve sit, media se bonorum parte cognoscat esse mulctandum. In hac poena sit et officium uniuscuiusque iudicis, quod forte desertores in consortio sui probatos habet, nec eos prodit. *Dat. VII. Kal. April. Mediolano, Valentiniano et Valente AA.* Coss. (365.)[z]

2. [a]*Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium Pf. P.* Actor eius fundi, in quo alienigena vel idoneus militiae vel ante iam traditus latuerit, ultima *) flammarum animadversione consumatur. Hoc interim nos constituisse sufficiat; nam si parum profecerit in servos interminatio constituta, in dominos peccatum deinceps emendatura decernat[b]. *Dat. VI. Non. Iul. Aquileia*[c], *Ausonio*[d] *et Olybrio VV. CC.* Coss. (379.)

3. *Iidem AAA. Neoterio Pf. P.* Si temonarius prodiderit desertorem, protostasiae onere biennio relevetur. *PP.*[e] *III.*[f] *Kal. Maii Antiochiae, Gratiano V. et Theodosio I. AA.* Coss. (380.)

4. *Iidem AA. ad Syagrium Pf. P.*[g] Si quis latebram praebuerit desertori, possessionis, in qua latuerit, amissione mulctatus etiam graviorem sententiam pertimescat. Porro actorem flammis subiiciendum esse non dubitet, qui in perniciem fortasse domini aut sceleris participatione confovit, aut *) dissimulatione neglexit. §. 1. At vero **) si desertorem servus prodiderit[h], libertate donetur; si mediocris loci ingenuus, immunitate potiatur. §. 2. Neque solum eos loquimur, qui *) proxime signis felicibus applicati militiae rudimenta timuerunt, verum qui stipendiis militaribus degenerem latebram praebuisse monstrantur. §. 3. Desertor autem[i] habebitur, quisquis belli tempore aberit a signis. Horum qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin vero flagitiosa ignavia delitescat, per eum, in cuius domo fuerit, invigilantibus forinsecus[k] quoque officiis publicis, ubicunque correptus severitati iudicis offeratur, degeneri morte gladium subiturus. §. 4.

Tit. XVIII. Cod. Iust. XII, 46. — c. 1 sec. Go. concordat c. 8 h. t. — c. 2 coniungenda est cum c. 11 C. Th. de Lustrali coll. (XIII, 1) et exstat ap. Bou. l. c. p. 759. — c. 3 profertur tota (sed falso dicitur c. 2) in Comm. Cui. ad c. 4 Cod. Iust. de Dignitt. (XII, 1) l. c. p. 419 et est coniungenda cum c. 9 C. Th. de Tiron. (VII, 13). — c. 4. Cod. Iust. XII, 46, 1, VII, 13, 4. Bas. XLVIII, 18, 4.

---

rotundum numerum non destruunt.“ Go. in comment. h. c. s) Ita Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*.; Go. Be. *praecipimus*. Codex *praecipemus*, mendose. t) Go. cj. *libris* et Be. *librar.* Similiter supra VI, 31, 1, not. *v*, VII, 1, 15, not. *s*, VII, 1, 17, not. *y*, VII, 10, 1, not. *v*. Videtur igitur *libras* incognitae formulae pars superstes esse aut natum ex siglo *librarum*; sed quominus posteriorem sententiam praeferam, id impedit, quod nonnunquam *libras* ponitur, ubi libris exspectatur. Pro *condemnatione* scrib. est *condemnationi*. Ceterum Aur. Lugd. perperam *condemnatiove*. *) Codex *potestatis suggesserit.* u) Codex, Cui. 1 *delegintibus*, err. Aur. Lugd. *delegentibus*. Salmasius, Obs. ad Ius Atticum cap. 28, p. 740 rep. *diligenter positis*, quod Go. nimis remotum videtur esse, et profecto est. Go. em. *degentibus* aut *diligintibus* (prob. Be.), id est assiduis atque huic rei incumbentibus. Displicet mihi *diligentibus*, placet vero *degentibus*. Scribi etiam potest *delitentibus* vel *delitescentibus*. Vid. Ammian. Marcellin. XVII, 2 et XVIII, 2. Mendose codex *sanccimus* — *limete* — *trigenta* — *obsservando* — *ac* — *ferint ref.*, quae fere omnia a librario emendantur. v) Go. em. *hae*, prob. Be. Facile apparet, Go. rectum vidisse. x) Delevi v. *Coss.*, quod Be. solus habet. Vid. supra not. *u*. In codice vv. *qui f. n.* in ima pagina addita sunt. y) Aur. Lugd. *Imp.*, mendose. Cum rubro tit. incipit folium LXIX. codicis. z) Go. om. annum. Supra codex *poniendum*, sed corr. *puniendum*. Edd. *Mediolani.* a) In edit. Aur. Lugd. h. c. mendose appellatur *I.* *) Aur. Lugd. *ultimarum flammarum*. Paullo infra codex *domonos*, sed corr. a librario *dominos*. b) Go. cj. *decurrat* et Be. *decernatur*, uterque praeter necessitatem. c) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Bou.; sed Be. *Aquileiae*. Ceterum c. 11 cit. *Dat. III. Non. Iul. Aquil.* d) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auxonio*. Be. auct. Go. corr. *Ausonio*. e) *PP.* deest ap. Go., mend. Codex *revetur* (sed ponitur syll. *le* supra *ve*) *Proposita* — *Mai Anthiociae.* f) Vid. c. 9 C. Th. de Tiron. cit., not. *h*. g) Vid. Wenck. Opp. p. 452. Codex *Id AA ad* etc.; c. 1 Cod. Iust. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.* (ita etiam c. 4 Cod. Iust. cit.) *Syagrio P. P.* *) Go. *ac*, sine dubio err. typ. **) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Advero.* h) Cui. 1 — Ri*. *perdiderit*; sed Be. iub. Go. recte em. *prodiderit* ex MS. Go. et ex Cod. Iust. utraque lege. Mavult etiam Reinesius *prodiderit* et ita est in codice, qui *servos prodiderit libertatem*. Ceterum ex vv. *Si* — *donetur* facta est c. 4 Cod. Iust. cit.: *Si desertorem militiae* (v. *militiae* a MS. recte abesse Go. observat. Vid. Stewech. ad Veget. II, 3) *servus prodid.*, *l. donetur.* *) Cum v. *qui* incipit secunda pag. fol. LXIX. codicis. i) Go. prop. *item*, non recte. Etiam Cod. Iust. *autem* habet. Codex *haberit* (corr. a libr. *aberit*) — *anteriores* — *sint vero* — *degeniri* — *siveritatem* — *exestimationis* — *primoris.* k) Cod. Iust.

Si autem rector provinciae propositam severitatem vel gratia vel dissimulatione distulerit, patrimonii atque existimationis damno subiiciatur, et in officii primores capitaliter vindicetur. *PP.*[l] *Id. Iul. Romae*[m], *Gratiano VI.*[n] *et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

5. *Iidem AAA.*[o] *Neoterio*[p] *Pf. P.* Si quis forte desertorem agro tectoque susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere, actor quidem vel procurator loci[q] hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subiugetur, dominus vero, si huius rei conscius fuerit, praedii, in quo latuerit desertor, amissione puniatur. *Dat. XVII. Kal. Febr.* *) *Eucherio et Syagrio VV. CC.*[r] *Coss.* (381.)

6. *Iidem AAA. ad Severum Pf. P.*[s] Desertorum iugiter pretia vindicamus, quos intra annui temporis metas, inter ipsa traditionis exordia, deseruisse constiterit. Ipsorum quippe est providentiae, quos huius modi munus amplectitur, militaturis potius, quam fugacibus instruere necessaria supplementa. §. 1. Si vero in desertoribus occulendis actorum scelus atque commissum sit, flammis scelera puniantur. Si dominum quoque conscientia talis involverit, praediis, quae latebram praestiterunt, sacro patrimonio vindicatis, gravioris exitii dominum quoque casus involvat. *PP. Romae IV.*[t] *Non. April., Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

7. *Iidem AAA.*[tt] *Constantino*[u] *Vicario dioecesis Ponticae.* Quisquis in fundo suo desertores vel latrones habere se meminerit, nisi eos ex die constitutionis emissae in sex menses prodiderit, aut comprehensos etiam severitati iudiciariae obtulerit, sciat, dissimulatione convictus *), fundum ipsum, in quo praedicti postea potuerint inveniri, fisci nostri viribus esse nectendum. §. 1. Quod si forte contigerit, ut inscio domino memorati latuisse videantur, pari constituti temporis dimensione servata, actores capite damnentur. Quam conditionem et circa actores rerum nostrarum volumus custodiri. *Dat. IV. Id. Iul. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.*[v] (383.)

8. *Iidem AAA.**) *ad Flavianum Pf. P.* Quisquis desertorem vel a se receptum vel in suo latitantem cognoscit, nisi eum ex die publicati huius edicti intra duos menses, adhibita inquisitione**) correptum, ordinario iudici offerre curaverit, detectus in crimine pro qualitate atque ordinis[x] personae incurrat in legem. Et si quidem potuerit corporali iniuriae subiacere, servata ex iure substantia et fustibus coerceatur, vel metalloperi[y] publico deputetur, et nonnunquam, se alterius[z] erigente censura, exilio perpetuae relegationis plectatur. Quod si eiusmodi fortasse fuerit, ut iniuria corporali intuitu generis aut honoris excipiatur, non procrastinata auctoritate sententiae, per singula capita eorum, quos contra interdictum *) retinere atque occultare non timuit, denos iuniores maxime idoneos militiae offerat, aut quinquaginta pondo argenti restituat. § 1. Quod si procurator possessionis sive actor vel etiam colonus latebram desertori domino ignorante praestiterit, detectus in cri-

— c 5. Cod. Iust. XII, 46, 1. Est enim c. 1 Cod. Iust. cit. conflata ex c. 4 et 5 h. t., desumpta inscr. et subscr. ex c. 4 h. t. Vid. not. *l.* Go. h. c. concordare dicit c. 7 h. t. Significatur etiam una cum c. 7 h. t. in c. 13 et 14 h. t. — c. 6 sec. Go. coniungenda est cum c. 13 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4). Vid. Go. in not. h. c., qui etiam extrema h. c. vv. similia esse dicit c. 4 h. t. Sed tamen vid. c. 13 cit., not. *l.* — c. 7 similem esse c. 12 h. t. iam Go. probavit. Vid. etiam c. 5 h. t. Ceterum h. c. debebat poni post c. 8 h. t., qua recentior est. — c. 8 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de His, qui latrones (IX, 29). Vid. c. 1 h. t., not. sup.

---

extrinsecus. l) c. 1 Cod. Iust. cit., quam ex h. c. et c. 5 h. t. desumptam esse dixi, ita scripta est: *Si quis forte desertorem agro tectove susceperit — loci qui hoc sciens — amissione puniatur.* (Huc usque ex c. 5 h. t. Iam quae sequuntur, deprompta sunt ex c. 4 h. t.) *Si quis autem desertorem prodiderit, mediocris — solum de his loquimur — verum etiam qui — invigilantibus extrinsecus quoque — degeneris mortis* (sed Cui. l. c. ut Cod. Th.) *gladium subiturus. Sin autem — vindicetur. Dat.* etc. m) Be. ann.: „fort. *Rav.*, siquidem statuerimus, edictum propositum demum esse ab ipso Pf. P., aut nisi *PP.* pro *Dat.* dictum putemus". Et ita quidem Cod. Iust. In c. 4 Cod. Iust. cit. tota subscr. mutila est: *Id. Iul. Romae.* n) Ita codex, edd. et Cod. Iust. Go. in not. rep. vult *II.*, quem err. typ. Ri. tacite em., illum numerum mutans in *V.* Etiam Be. rep. vult *V.* o) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *Idem AA.* et hic et in c. 6 — 8 h. t. p) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Neotherio.* q) Cod. Iust. add. *qui.* Etiam Go. supplet *qui.* Sane vel *qui* vel *si* vel simile quid deest. Cod. Iust. supra *tectove.* Codex *gro* (corr. a librario *agro*) — *dilitescere auctor* (corr. a libr. *actor*) — *uius* (corr. a libr. *huius*) — *praediiiri quo — amissione.* *) An *Constantinopoli?* r) Codex, Cui. 1 — Lugd. *viris clarissimis.* s) Recte Go. et Be. scribi volunt *Pf. U.* Cf. supra VI, 6, c. un., not. *a.* Codex in seqq. *traditiones — constitirit — supplimenta — occulendi — scelelus — graviori exitii*, quae tamen praeter vv. *const.*, *suppl.* et *graviori* a librario em. Cum vv. *casus involvat* incipit fol. LXX. codicis. t) Vid. infra c. 13 cit., not. *l.* tt) Be. et hic et in sq. c. addi vult *et Arcad. A.* u) Go. em. *Constantiniano.* Eidem inscriptas fuisse dicit c. 42 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), c. 12 C. Th. de Exaction. (XI, 7), c. 94 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 10 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). Ri. ad c. 42 C. Th. cit., not. *b* plerasque leges *Constantiano*, non *Constantiniano* inscriptas esse contendit. Mox codex *hebere — comprehensus — contegerit.* *) c. 12 h. t. cit. *si in dissimulando convictus fuerit.* Reinesius cj. *de simulatione.* v) Aur. Lugd. *Cons.* *) Aur. Lugd. *Idem ad AA. Flav.*, mendose. Ceterum vid. not. *o* et *tt.* **) Aur. Lugd. err. *inquisitiane.* x) Go. cj. aut *pro qualitate ordinis atque personae*, ut mox *intuitu generis aut honoris*, aut propter c. 2 C. Th. cit., ubi tantum *qualitatis personae* mentio fit, *pro qualitate et* (nescio cur Go. *atque* abiecerit) *ordine pers.* Be. prob. *ordine.* Hoc est simplicissimum. y) Ita codex, Cui. 1. Cui. 2, 2*; Be. *metall. operi.* Aur. Lugd. *metallo peri.* Go. — Ri*. *metallOperi.* Go. in notis h. c. et in Gloss. ex hoc scripturae compendio fingit vocem *metallopus* pro *metalli opus.* Go. sententia mihi displicet. Compendium est vel *metalli* vel *metallorum operi publico.* z) Go. annotat: „Est qui reponat *altius*: mihi placet *ulterius.*" Bene. *) Aur. Lugd. nescio unde *edictum* pro *interdictum.* In vv. *colonus latebram* incipit secunda pagina folii LXX. codi-

mine capitali supplicio mancipetur; ceteros quoque similis conscientiae exemplum triste deterreat. Illorum tantummodo, probationibus evidenter ostensis innoxiis[a], relinquatur habitatio, quos iam dudum fiscus adaeravit. §. 2. Oblati autem iudicibus, nisi in continua[b] quacunque provincia vel tuae praestantia potestatis, vel hi duntaxat ordinis militaris[c] viri, qui possint de capite eorum ferre sententiam, degere videbuntur, interrogati et severitati necessariae subiaceant, et ad sinceritatem tuam per ordinarii iudicis exsecutionem, vel officia rectoris dirigantur cum prosecutione etc. *Dat. III. Kal. Mart. Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

9. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Populum.* Quisquis in domo patrimoniove suo vel qualibet*) obstrusa et longissime[d] a se possessione discreta desertorem latere cognoscit, ad eos, quibus cura indagandi mandata est, vel, si forte defuerint, ad rectorem provinciae protinus spontanea oblatione deducat, veniam delicti veteris habiturus. Exactis enim quattuor mensibus, postquam edictum nostrum intra eam urbem, quam quisque habitat, fuerit publicatum, si quis noluerit moderationi praesentis obedire praecepti, haec in eum poena imponetur, ut et qui occultatus fuerit eruatur, et latebrae auctor pro uno desertore vel pro ...... [e] duas praeterea auri libras vel duos iuniores militaris roboris ac staturae cogatur fisco, abscisa spe totius defensionis, inferre. §. 1. Et quoniam plurimos cognovimus, priusquam victricibus aquilis sociarentur, vel illuc, unde electi*) fuerant, vel quo placuerit abire, alios autem literarum[f] initiatos auspicio, quanquam necdum dicantur meruisse sub signis, praecipimus, ut post tempus definitum quicunque ex iunioribus fuerit retentus, praeter eum vel duos tirones per singulos vel duas auri libras malo coactus fisco nostro annumeret. §. 2. Qui vero caussarias vel honestas indepti sunt missiones, ab invidia et formidine desertionis amoveantur*), etsi haec sunt tyrannico tempore consecuti, dummodo eos meruisse vel peracto militiae labore vel probata debilitate pateat. §. 3. Si qui etiam ex servorum numero militiae se sociarunt, quos dominis suis legitima iudicum reformavit auctoritas, sine metu legis ab his, quibus recte docentur redditi**), tenebuntur. *Dat. VI. Kal. Maii Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA.*[g] *Coss.* (396.)

10. *Iidem AA.**) *Vincentio Pf. P. Galliarum.* Protectores, qui ad inquisitionem vagorum per provincias diriguntur, nullas in retinendis fugitivis duntaxat indigenis iniurias**) possessoribus parent, quia hoc illis tantum permittitur, ut desertores veteranorum filios ac vagos et eos, quos militiae origo consignat, ad delectum iuniorum provocent[h]. *Dat. XVI. Kal. Iun. Mediolano, Stilicone*[i] *et Aureliano*[k] *VV. CC. Coss.* (400.)

11. *Iidem AA. et Theodosius A. Hadriano*[l] *Pf. P.* Si qui desertores oberrare in provinciis fuerint comprehensi[m], eos et comprehendi protinus volumus, et ad iudicem deduci, ut auditi, cum de crimine desertionis suae confessi fuerint, carceris custodiae deputentur: de quorum nominibus ad tuam sublimitatem subditis confessionibus referatur, ut instructi magistri militum, quid de his fieri oporteat, pro sui auctoritate[mm] constituant. Sin vero inventi resistendum atque armis obtinendum[n] puta-

— c. 10 legitur ap. Bou. l. c. p. 764. — c. 11. Cod. Iust. XII, 46, 2 om. princ. Cui. in Comm. c. 2 cit. l. c. p. 496. Vid. not. *n*.

cis, in cuius ima pagina est numerus quatern. XLI. a) Go. vult *innoxia habitatio*, id est, quae nullam poenam meretur. Sed Go. annotat: „Si retineas, *innoxiis*, sensus hic erit; Actores vel dominos possessionum citra poenae metum habitationem praestare posse, illis tironibus, pro quibus iam pretia exacta sunt.“ Cui. 1 — Cui. 2* nullam interpunct. habent, sed ita procedit oratio: *tantammodo probat. ev. ostensis innoxiis rel.* Sed Go. — Ri*. *tantummodo*, *prob. evid. ostensis*, *innoxiis relinquatur.* b) Be. cj. *contigua.* Hanc cj. repetiit Be. ex Go. comment. et nos etiam repetimus. c) Ita Be. auct. Go.; codex, edd. ante Be. *hii d. ordines militares.* Codex *relelationis — excipitur n. procarastinata auctortate — similes conscientiae — praetā . tia — es severitati — et ad sineceritatem — exsecutione — derigantur*, quae partim a librario corriguntur. *) Codex *qualivet*. Go. cj. *quamlibet.* Deinde ad v. *obstrusa* haec Go. annotat: „Nisi hoc tolerari possit, legendum *abstrusa*.“ d) Edd. *longissima.* Recte Go. em. *longissime* et prob. Be. Codex *longissimae a se poss. decreta*, sed corr. a librario *descreta.* Codex igitur confirmat Go. cj., nam ibi *ae* et *e* inter se confundi, saepe vidimus. Mox Aur. Lugd. *defueriut*, mendose. e) In Cui. 1 — Lugd. h. l. ponitur asteriscus (*pro * duas*) lacunae signo. In codice, Cui. 2 — Ri*. nullum est lacunae indicium. Go. restituit: *pro uno desertore unum librum auri, vel pro duobus duas praeterea.* Etiam Be. deesse quaedam putat, sed Go. supplementum improbat, respiciendum potius fuisse arbitratus ad l. 7 sup. poenam, l. 12 inf. repetitam. Sed tamen hae leges aliam poenam imponunt, quam quae hic videtur statuta fuisse atque Go. restitutio admittenda est, si sola sententia spectatur, si ordo verborum, improbanda. Mihi vero tantum abest ut addendum aliquid videatur, ut delendum censeam v. *pro* et orationem ita constituam: *pro uno desertore vel duas praeterea* etc. Vid. §. 1 h. c. *praeter eum — annumeret.* *) Go. cj. *unde delecti*, quod non opus est. Codex *sociearentur.* Cum v. *placuerit* incipit fol. LXXI. codicis. f) Go. em. *militarium*, recte. Minus placet altera Go. cj. *militiae armatae.* *) Cui. 1 — Cui. 2* *amoveantur. Et si — pateat: si qui.* **) Cui. 1 — Cui. 2* *docentur, redditi tenebuntur.* Codex *nomerum*, sed em. g) Aur. Lugd. *AAA.*, mendose. *) Bou. *Iidem Impp.* **) Aur. Lugd. *iuiurias*, err. h) Codex, Cui. 1 — Ri*. *provocet*, sed Be. auct. Go. recte *provocent.* i) Codex, Cui. 1. Ri. Ri*. *Stilichone.* De scriptura huius nom. vid. Chron. ed. Ri. p. CLV. sq. k) Codex, Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *Auriliano* et Aur. Lugd. *Cons.* Ceterum codex supra *PPO Glliarum* (em. a libr. *Gall*) — *inqui | in..sitionem* (deletur *in* punctis supra additis) — *filiosfilios ac vagos — dilectum.* l) Cod. Iust. *Imppp. Arcad. Theod. et Honor. AAA. Adriano.* m) Go. mavult *deprehensi*, ut infra *inventi.* mm) In codice vv. *magistri — auctori* deerant prius et supra versum addita sunt. Incipit etiam pagina secunda folii LXXI. codicis in literis *tendum atq.* n) Cod. Iust. *oppugnandum*; sed Cui. l. c. restituit *obtinendum*, quod etiam in m. vet. edd. legi-

-verint, tanquam rebelles in ipsis temeritatis suae conatibus opprimantur. §. 1. Ita tamen, ut provinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum nomine desertionis suae crimen defendere moliantur, ne suppositis aut commenticiis[o] epistolis evadendi habeant facultatem. §. 2. In[p] desertorum quoque occultator[q] iuxta promulgatas leges severissime vindicetur[r]. *Dat. VI. Kal. Mart. Ravenna, Theodosio A. I. et Rumorido Coss.* (403.)

12. *Iidem AAA. Hadriano Pf. P.* Si quis militem profugum desertoremque castrorum in praedio suo susceperit, nisi eum ipse prodiderit, aut comprehensum severitati iudiciariae potestatis obtulerit, sciat, si in dissimulando convictus fuerit, fundum ipsum, in quo praedictus postea potuerit inveniri, fisci nostri viribus sociandum. §. 1. Quod si forte contigerit, ut inscio domino in eius praediis habitarit, fundo a nexu huius legis exuto, actorem conscium severo supplicio damnandum esse censemus. Quam conditionem etiam circa actores*) domus nostrae volumus custodiri. *Dat. VIII. Kal. Aug. Ravenna, Theodosio A. I. et Rumorido Coss.* (403.)

13. *Iidem AAA. Hadriano Pf. P.* Desertores modis omnibus attinendos esse censemus. Universi igitur provinciales sciant, opprimendorum sibi desertorum facultatem esse permissam, quibus ne sit tarditas**) poenae solatio, velox ubicunque iubemus esse supplicium. Quod ad notitiam primatium urbium, vicorum castellorumque deveniat, quo scire possint, etiam occultatores eorum ad subeundam poenam, quae divi genitoris nostri[s] est constituta legibus[t], attineri. *Dat. VI. Non. Oct. Theodosio A. I. et Rumorido Coss.*[u] (403.)

14. *Iidem AAA. Hadriano Pf. P.* Opprimendorum desertorum facultatem provincialibus iure permittimus: qui si resistere ausi fuerint, velox ubicunque*) iubemus esse supplicium. Cuncti etenim adversus latrones publicos desertoresque militiae ius sibi sciant pro quiete communi exercendae publicae ultionis indultum**). §. 1. Hac tamen conditione servata, ut ab his iunioribus, qui proxima indictione praesenti tempore conferuntur, supplicio temperetur, qua[v] per provinciales intra praescriptum legibus tempus ad ea signa, quibus destinati fuerant, redhibendi sunt, ne possessores redhibitionis damna percellant propter eos, qui necdum paene*) auspicati militiam fugerunt. §. 2. Sed ut in his patientiam tenemus, ita omnes, qui ultra memoratam indictionem et nostrae beneficia sanctionis**) castra et militiam deseruere, condemnationibus obnoxios esse praecipimus, occultatoresque eorum ad subeundam poenam, quae divi genitoris nostri[x] constituta est legibus[y], volumus retentari. *Dat. VI. Non. Oct. D. N. Theodosio A. I. et Rumorido V. C. Coss.*[z] (403.)

15. *Iidem**) *AAA. Longiniano*[a] *Pf. P.* Qui relictis militaribus castris se ad depraedationes[b] vel latrocinium contulerint, severitatem publicam non[c] evadant. *Dat. IX. Kal. April. Ravenna, Arcadio A. VI. et Probo V. C. Coss.* (406.)

16. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Gaisoni*[d], *Comiti et Magistro militum.* Qui[e] sine commeatu aliquo annum in penatibus propriis vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur; in quo vero biennium talis[f] culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos congemiscat; tertius autem annus triginta praelatos iure deflebit[g], ita ut quartus exempto

— c. 12 ex c. 7 h. t. repetita est, totidem paene verbis, paucis tantummodo immutatis. Vid. c. 7 h. t., not. sup. — c. 13 et 14 inter se coniungendae sunt. Priorem partem c. 14 rec. c. 2 Cod. Iust. Quando liceat (III, 27). Eidem concordare dicit Go. c. 2 C. Th. ad L. Corn. de Sic. (IX, 14). — c. 15. Cod. Iust. XII, 46, 3. — c. 16. Cod. Iust. XII, 43, 3. Go. h. c. coniungendam esse putat cum c. 10 C. Th. de Metatis (VII, 8). Sed vid. ibid. not. sup. Debebat temporis ratione habita c. 16 poni post c. 17 h. t.

tur et in codd. *Obtinere* (*obtinere id, de quo agitur*) enim idem est atque *obniti*, ut in c. 4 C. Iust. de Aedif. priv. (VIII, 10) et rectissime hoc loco dicitur. Graeci sec. Cui. in Comm. l. c. vertunt *διὰ τῶν ὅπλων κρατῆσαι.* In libro Auredani, Charonda monente, *obnitendum*, et sic reponit Fornerius Quotid. II, 9, non improb. Go. o) Ita Be. ex Cod. Iust. auct. Go., qui *commentis*, quod scilicet v. est in codice et in edd. ante Be., err. ex *commenTIS* ortum esse putat. Etiam Reinesius prop. *commentitiis.* p) *In* om. in edd. Cui. 1 — Ri*., sed exstat sec. Go. in MS., recte; quare primus Be. h. v. recepit. q) Ita Cui. 1 — Ri*.; sed Be. punctum ponit post *occultator* (*occultator. iuxta*), verisimiliter quidem (*occultatores*), sed contra codicis a Go. h. l. exscripti auctoritatem. Itaque a me vulgata scriptura revocata est. Sed tamen aut *In d. q. occultatores* scrib. est aut servanda priorum librorum scriptura *Desertorum quoque occultator* etc. Ceterum Go., nescio an errore, in MS. *desertorem* esse dicit. r) In Cod. Iust. h. c. ita formata est: *Si* (om. *qui*) *desertores* (om. *oberrare — sin vero*) *inventi — nec* (aptius est *nec* quam *ne*) *suppositis et comm. e. e. h. f.* et om. *In — vindicetur.* *) Codex *desertorūq. — comprehensus — potestati — nixu — exto — danandum* (sed corr. a libr. *exuto — damnandum*) *— circa auctores.* **) Codex *traditas.* s) Theodosii M. t) Vid. c. 5, 7 h. t. u) Aur. Lugd. *Cons.* Cum sq. c. incipit fol. LXXII. codicis Lugd. *) Cod. Iust. *fuerint, in his velox ubique iubemus.* **) Reliqua usque ad finem desunt in Cod. Iust. Mox codex *servata aut ab.* v) Go. Be. em. *quia*, recte. *) Codex *poenae.* **) Vid. supra VII, 13, 15. x) Theodosii M. y) Vid. c. 5, 7 h. t. z) Codex, Cui. 1 — Lugd. *viro clarissimo.* Go. om. *V. C.* Aur. Lugd. *Cons.* In Cod. Iust. subscriptio haec est: *Dat. V. Non. Octob. Theodosio A. et Rumoridio Conss.*, male. *) Apud Ri. Ri*. deest. *Iidem.* a) Ita Be. iubente Go. propter c. 2 C. Th. de Navibus non excus. (XIII, 7), c. 10 C. Th. de Censit. (XIII, 11) et Zosim. V, 32. Cod. Iust. *Longino*, improb. Go. Codex, Cui. 1 — Ri*. *Longiano.* Etiam Reines. prob. *Longiniano.* b) Cod. Iust. *depredationem*, sed Hal. Cuiac., ut nos. c) Cod. Iust. *sever. iudicis non.* d) Cod. Iust. *Hausoni*, alii *Haisoni*, sed Cui. ut nos. e) Cod. Iust. *Si quis.* f) Cod. Iust. *biennalis culpa*, prob. Be., qui etiam cj. *per biennium*; sed Cui. in Cod. Iust. ut nos. Nec quicquam mutandum est. g) Ita cj. Go. Rei-

matriculae nulli[h] veniam derelinquat etc.*) *Dat. prid. Id. Iun. Ravenna, post consulatum Honorii IX.*[i] *et Theodosii V. AA.* (413.)

17. *Iidem AA. Constantio Magistro militum.* Omnes tribunos, qui per Africam vagorum et desertorum requirendorum sumpserunt officium, ne sub huius modi professione vastent provinciam, submoveri praecipimus. In futurum autem istud[k] nequaquam vocabulum vel officium infaustum constituimus per Africam esse debere, ita ut, si quis ad condemnatam huius officii qualitatem praedae caussa adspirare tentaverit, capitalis in eum severitas exseratur. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

TIT. XIX. DE SATURIANIS[l] ET SUBAFRENSIBUS ET OCCULTATORIBUS EORUM.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Saturianorum[m] coniurationem armis sumus, ut oportuit, persecuti. Sed aliquoties imminentis poenae evitatione ad diversa semet latibula contulerunt; quorum occultatores huic severitati sciant se esse subdendos, ut hae possessiones, in quibus latebram collocaverint, fisci nostri corporibus aggregentur, nisi protinus post edicti huius auctoritatem poenae ac legibus fuerint restituti. §. 1. Simili etiam se conditione retinendum esse cognoscat, si qui e Subafrensibus, qui in Saturianorum se coniurationem miscuerunt, quempiam praeviderit[n] occultandum. Quisquis igitur huius modi hominem adversus salubris decreti auctoritatem existimaverit latebris subtrahendum, sciat, sibi*) cum eo facinus esse commune, et si eiusmodi personae fuerint, quae mulctari rerum amissione non possint, proprii capitis luendum esse supplicium[o]. §. 2. Nec hi sane poenae se[p] exsortes futuros esse credant*), qui deprehensos in quolibet iure[q] tantorum scelerum machinatores silentio praetermiserint, et non statim sub publica testificatione, quibus in locis inventi fuerint, publicaverint. §. 2. Id quoque observandum esse censemus, ut ad ea loca, quae a memoratis latronibus tenebantur, diligens dirigatur inspector, oblaturus primitus veteribus dominis, ut, si haec possidere desiderant, ne abductis moereant[r] cultoribus, translatis abunde*) familiis rura, quae huc usque infructuosa apud eosdem perditorum**) temeritas fecisse videbatur, exerceant, vel certe, si inconvenientia[s] existimaverint, salva tributorum praestatione ad idoneos possessores transferant. *Dat. XIII. Kal. Aug. Theodoro V. C. Cos.*[t] (399.)

TIT. XX. DE VETERANIS.

1. *Imp. Constantinus A. Floriano Pf. P.*[u] Veteranis, qui ex die V. Nonarum Iuliarum, cum prima per Thraciam[v] victoria universo orbi illuxit, et qui postea apud Nicomediam nostram*) missionem meruerunt, certa per edictum indulsimus, quae scribendi tabulis, vel encanto et cerussa conscribere detur eis licentiam[x]. Edictum autem continens indulgentiam nostram ad devotionem tuam misimus, ut et[y] tua dicatio, et cuncti alii recognoscant, quid praestitimus memoratis. *PP. IV. Id. April. Licinio V. et Crispo C.*[z] *Coss.* (318.)

Tit. XX. Cod. Iust. XII, 47. — c. 1. Baron. ad anu. 317, n. 1.

nesius et ed. Be. ex Cod. Iust. Codex, Cui. 1 — Ri*. *deflevit*, frequenti in antiquis libris errore. In v. *triginta* incipit pagina secunda folii LXXII. codicis, ubi praeterea *Qui ne* (corr. a libr. *sine*) — *transigerit* — *congemescat.* h) Cod. Iust. *nullam.* *) Cod. Iust. om. *etc.* i) Cod. Iust. male *VIII.* Manifestus err. est etiam in cod. et in edd. Cui. 1 — Ri*., ubi *Honorio — Theodosio — Augustis Conss.* (codex *Consulibus*) legitur, quam subscr. iam Go. sanare vult ope Cod. Iust. et Be. ex eodem em. k) Codex *itut nequaquam.* Cui. 1 *itut* (et est lacuna duarum literarum) *nequaquam.* Aur. Lugd. *itut * nequaquam.* Cui. 2 — Ri*. *istut nequaquam.* Paullo infra codex *praediae* pro *praedae.*

l) Vid. not. sq. m) Codex *Saturanorum.* Val. in m. *Susurrianorum.* Go., a quo non multum discrepat Reinesius, in comm. em. *Ausurianorum* s. *Austurianorum* s. *Asturianorum* s. *Auxurianorum*, sed tamen etiam nostram scripturam defendi posse affirmat, ut Saturiani sint *quasi Miscelliones* undique collecta conflataque miscella latronum manus. *Saturianos* ita interpretantur nonnulli, quomodo Horatius *Satureianos caballos* dixit Satyr. I, 6, 59, qui *Apuli* sane fuerunt. In vv. *sed aliquotiens inmenendis* (ita cod.) incipit folium LXXIII. codicis. Ibidem est *diversas semet.* n) Go. in notis: „*crediderit.*“ *) Mendose Be. *sihi.* o) Go. vult *supplicio*, quamquam et *supplicium* sustineri posse ipse dicit. p) V. *se*, quod om. in edd. Cui. 1 — Ri*., Be. auct. Go. recepit ex MS. *) Aur. Lugd. err. *credat.* q) Go. em. *rure*, recte. r) Edd. ante Be. cum codice *mereant.* Be. de cj. Go. corr. *moereant*, frequenti *oe* et *e* permutatione. Similiter Virgil. Georg. I, 507 *squalent abductis arva colonis.* Codex *nene abductis.* *) Go. cj. *aliunde* vel *abinde.* Alterutrum necessario recipiendum est et in promptu haec emendatio. **) Ri. mendose *perditotum.* s) Aur. Lugd. *in convenientia.* t) Codex, Cui. 1 — Lugd. *viro clarissimo.* Aur. — Ri. *Conss.* Ceterum codex in hac c. *siveritati — commone — sublica* (pro *sub publica*) — *temiritas — prastatione*, quae partim a librario corriguntur.

u) *Pf. P.* recepi ex Corrig. Cui. 2, 2*. Codex, Cui. 1 — Go. *Praes.*, sed Go. in not. *Floriacum* pro *Pf. P. Orientis* vel certe Praeside aut Proconsule Asiae habet. Ri. Ri*. Be. *Praef.* Ceterum cum rubro h. t. incipit pag. secunda folii LXXIII. codicis. v) Codex *Traciam victuria universo urbi inl.* Go. annot.: „Apud Calcedona alii, quod eodem recidit.“ Loquitur Go. non de libris Mss. aut h. l. interpretibus, sed de Romanarum rerum scriptoribus. *) *nostram* nonnulli eiecerunt. Vid. Go. in Chronol. p. XIV. Coniungendum est autem cum *Nicomediam.* Mox codex *eruerunt* pro *meruer.* x) Go. Reinesius et Be. scribi iubent *licentia*, et recte quidem. y) Ita emendavit Be. ex MS. Go., recte. Edd. ante Be. inverso ordine *et ut.* Reinesius vult *dignatio* pro *dicatio.* z) *PP. IV. Id. April. Cyzici* s. *Cyzico* (*Constantino III. et*) *Crispo III. Caes. Coss.* (324.) reponendum esse, docent Go. in comment. h. c. et in Chronol. p. XIV. et p. XXIV., Petavius Doctrin. Temp. Tom. II. lib. XI. cap. 43, Pagius Crit. ad ann.

2. *Idem A........* [a] Cum introisset [b] principia, et salutatus esset, a praefectis et tribunis et viris eminentissimis acclamatum est [c], Auguste Constantine, Dii te nobis servent [d], vestra salus nostra salus; vere dicimus, iurati dicimus. Adunati veterani exclamaverunt: Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus A. dixit: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo quam minuere. Victorinus veteranus dixit: muneribus et oneribus universis locis conveniri non sinamur. Constantinus A. dixit: Apertius indica; quae sunt maxime [e] munera, quae vos contumaciter gravant? Universi veterani dixerunt: ipse perspicis scilicet [f]. Constantinus A. dixit: Iam nunc munificentia *) mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum ullo [g] munere civili, neque in operibus publicis conveniatur, neque in ulla *) collatione, neque a magistratibus, neque vectigalibus [h]. In quibuscunque nundinis interfuerint, nulla proponenda [i] dare debebunt. Publicani [k] quoque, ut solent *) agentibus supercompellere [l], ab his *) veteranis amoveantur; quiete post labores suos perenniter perfruantur. §. 1. Fisco nostro quoque **) eadem epistola interdiximus [m], ut nullum omnino ex his inquietaret [mm], sed liceat eis emere et vendere [n], ut integra beneficia eorum sub saeculi nostri otio et pace perfruantur [o], et [p] eorum senectus quiete post labores perfruatur. §. 2. Filios quoque eorum defendant decertationes [q], quae in patris persona fuerunt, quosque [r] optamus florescere sollicitius *), ne si contumaces secundum eosdem veteranos comprobari potuerint, decimentur his sententiis, cum praesidali officio adiungentur probabilius, iussionem meam [s]. Curabunt ergo stationarii milites cuiusque loci cohortis, et parentes eorum desperationem, et [t] ad sanctimoniam conspectus mei sine ulla deliberatione remittere, ut sint salvi, cum senuas [u] consequuntur poenas indulgentiae. *Dat. Kal. Mart. in* [v] *civitate Velovocorum* [x], *Constantino A. VI. et Constantio* [y] *C. Coss.* (320.)

3. *Idem A. ad universos veteranos.* Veterani iuxta

— c. 2. Cf. c. 6 h. t. not. sup. et VII, 22, 4, not. *. Cod. Iust. XII, 47, 1 mutil. Baron. ad ann. 320, n. 4. — c. 3. Cf. c. 3 h. t.

316, 317, 318, Reinesius in notis l. c. Falsam esse vulgatam subscriptionem, etiam Vales. l. c. notavit, addita caussa, quia Constantinus Nicomediam non venit nisi post debellatum Licinium. Vid. Go. comment. eique suppositas Ri. annotationes, Reland. p. 300 et Petav. et Pag. ll. cc. Ceterum anni numerus deest apud Go. a) Lacunae significandae caussa addidi puncta, quae praeter Go. nulla editio habet. Magistratus deest etiam in Cod. Iust., qui habet *Imp. Constantinus A.* Nec in codice ullum est lacunae indicium. b) Cod. Iust. *introissent*, sed Cui. *introisset*. Ad v. *principia* vid. p. 93, not. *f.* c) Vid. Gesta de Rec. C. Th. p. 83, not. *y*, Rob Schneiderum in Indice omnium rerum et sententiarum, quae in corpore iuris Iustinianei continentur. Vol. I. fasc. 1. Lips. 1837, 4. p. 40 v. *Acclamatio*, et Indicem Latinitatis, quem nostro libro subiungemus. Praeterea acclamationes commemorantur supra I, 16, 6, VI, 9, 2. d) Cod. Iust. *Deus te nobis servet.* Codex *serven vestra* et infra *Victurinus.* e) Cod. Iust. *maxima*, sed Cui. *magnificentia*, impr. Go. g) Ita ed. Be. auct. Go. ut nos. f) Cod. Iust. om. *scilicet.* *) Cod. Iust. ex Cod. Iust., qui tamen *eorum in ullo.* Codex, Cui. 1 — Ri*. *nullo.* Duplicem tamen negationem exemplo non carere, iam Go. concedit. Vid. §. 1 h. c. *interdiximus, ut nullum ex his omnino inquietaret* et supra VII, 8, 10, not. *o.* *) Ita Be. ex Cod. Iust. auct. Go. Codex, Cui. 1 — Ri*. *nulla.* Vid. not. antec. In vv. *a magistratib.* incipit folium LXXIV. codicis. h) Cod. Iust. *nec in — conveniatur nec ulla coll. nec a mag. nec vectigalibus.* Ceterum in Cui. 1 — Cui. 2* nulla est interpunctio inter v. *vectigalibus* et v. *in*, sed oratio ita procedit *neque vectigalibus in quibuscunque* etc. i) Cod. Iust. *interfuerint, ullam* (Cui. *ulla*) *ob venditionem proponendam dare.* k) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust. Codex, Cui. 1 — Ri*. male *publicanis.* *) Cod. Iust. *adsolent.* l) Cod. Iust. *supplere*, sed not. Cui. vetus liber *superpellere.* Go. *super conpellere.* *) Cod. Iust. *eisdem.* **) Cod. Iust. *Fisco quoque nostro.* m) Cod. Iust. *interdicimus*, prob. Go., sed impr. Be. propter seq. v. *inquietaret.* Cui. *interdiximus.* mm) Cod. Iust. *inquietet*, sed Cui. ut C. Theod. Mox codex *eius* pro *eis.* Ibidem supra *prspicis*, sed corr. *perspicis.* n) Cod. Iust. add. h. l. *optimis negotiis pecuniam tractare et mercimonia agitare nec solum* (om. *ut*) *integra.* o) Ita quoque Cod. Iust. Quod si ita est, h. v. passiva significatione accipiendum est. Similiter c. 1 C. Th. de Matern. bon. (VIII, 18) *potestas et ius fruendi res liberorum — maneat.* Vid. Iuret. ad Symmach. Epist. II, 21. Go. cj. *perferantur*, Be. *permaneant* vel simile quid. Ortum est sine dubio *perfruantur* ex repetit. v. *perfruatur*: olim aliud v. hic fuisse videtur, quod diverso modo coniici potest. An *praestentur*? p) Sqq. in Cod. Iust. hoc modo amplificata sunt: *sed etiam nullo munere civili id est corporali seu personali vel deportatorio onere eos affici concedimus*, et desunt sqq. usque ad finem. q) Go.: „An? inquit, *Filii quoque eorum dependant decertationes*? An? *In filios quoque eorum descendant decertationes*? Nil tale mihi probatur: lectio *hic* retinenda." Cf. cum hac §pho Vat. fr. 195. r) Go. vult vel *eosque* vel *quos et* vel *quasque* (decertationes scil.) vel *ut quos.* *) Go. cj. *solito citius* propter sqq. Vid. not. sq. s) Ita (*ne si contumaces — iussionem meam*) edd. omnes et MS. Go. Go. locum obscurum satis audacter ita emendavit: *Nam si contumaces sec. eosd. veter. compr. potuerint, decimo aetatis sextoque* (vid. not. anteced.) *eum Praesiduli officio adiungentur probabili iussione mea* s. *probabilius iuxta iussionem meam.* Be. vult *per iussionem meam.* Scribendum mihi esse videtur: *ne si — potuerint, eximantur his sententiis cumque praesid. off. adiung. probabilius iussione mea*, hac quidem sententia: veteranorum filii et ipsi militent et efflorescant, ne si militiam detrectare velint contumaciter, privilegiorum beneficiis eximantur et in officiis praesidalibus potius militare iubeantur. t) Go. cj. *et parentes eorum et desperationem* vel *explorantes eorum desperationem eos ad.* Be. vult *parentes eorum et desperationem ad*, probabiliter. u) Hunc mendosum locum Go. ita emend.: *ut si sint salvi, consonas consequantur poenas indulgentiae.* Nescio meliorem emendationem. v) Cod. Iust. om. *in.* x) Cod. Iust. *Belovocorum*, impr. Go. Nonnulli viri docti inde fecerunt *Belovacorum*, sed Bou. p. 746 probat, hanc sententiam admitti non posse, quia Constantinus iam anno 316 Gallia decesserit. Bou. assentitur Go., qui cj. *Velanorum* (in Moesia superiore). Ceterum vid. Reland. l. c. p. 307. y) Be. reponendum

nostrum praeceptum vacantes terras accipiant, easque perpetuo habeant immunes; et *) ad emenda ruri necessaria pecuniae in nummo [z] viginti quinque milia follium consequantur, boum quoque par, et frugum promiscuarum modios centum. Qui autem *) negotii gerendi habuerit voluptatem, huic centum follium summam immunem habere permittimus. Praeter hos ergo, qui vel domiciliis vel negotiis detinentur, omnes, qui vacatis, et nullum negotium geritis, ne inopia laboretis, ad hoc remedium debetis concurrere [a]. *Dat. III. Id. Oct. Constantinopoli* [b], *Constantino A. VI. et**) *Constantio* [c] *C. Coss.* (320.)

4. *Idem A. ad Maximum Pf. U.* [d] Comitatenses et ripenses milites atque protectores suum caput, patris ac matris, et uxoris, si tamen [e] eos superstites habeant, omnes excusent, si censibus inditi habeantur. Quod si aliquam ex his personis non habuerint vel nullam habuerint, tantum pro suo debent peculio excusare, quantum pro iisdem [f], si non deessent, excusare potuissent, ita tamen, ut non pactione cum alteris facta, simulato dominio, rem alienam excusent, sed vere proprias facultates. §. 1. Veteranos autem post emeritae missionis epistolas tam suum quam uxoris caput excusare sancimus; at *) si honestam missionem meruerint, suum caput tantummodo excusare. Ceteros omnes veteranos de quocunque exercitu una cum uxore sua unius [g] capitis frui excusatione praecipimus. §. 2. Ripensis autem veteranus [h], qui ex priore lege [i] post viginti quattuor stipendia *) honesta missione impetrata unius excusatione capitis fruebatur, etiamsi viginti stipendiis completis honestam missionem meruerit, ad exemplum comitatensium militum unum caput excuset [k]. Intra viginti etiam stipendia dimissus, quoniam imbecilli et debiles censibus non dedicantur, eodem beneficio utatur [l]. §. 3. Alares autem et cohortales dum militant, propria capita excusent; veteranis quoque eadem excusationis solatia habituris, qui quocunque tempore in quibuscunque partibus [m] meruerint missionem, si ex comitatensi *) militia senectutis vel debilitatis caussa dimissi fuerint, indiscreto dispendiorum [n] numero, duo capita excusaturis, id est suum atque uxoris; et ripensibus indiscrete idem privilegium habituris, si se ob belli vulnera dimissos probaverint: ita ut, si quis eorum post quindecim stipendia intra viginti et quattuor annos ex militia *) decesserit, sui tantum capitis excusatione fruatur; uxorem enim ripensis si [o] militia decesserit [sui tantum capitis excusatione] [p] post viginti et quattuor annos excusari oportet. *PP. XV. Kal. Iul. Antiochiae* [q], *Paulino et Iuliano Coss.* (325.)

5. *Idem A. Maximo Pf. P.* [r] Providendum est, ne veterani protectoria dignitate cumulati, aut qui [s] honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniuriis, cum, si quis [t] in hoc [u] crimine fuerit de-

— c. 5. Cod. Iust. XII, 47, 2 interpol. Bon. l. c. p. 746. Coniungenda est haec c. cum c. 4 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16).

censet *Constantino* et hic et in seqq. legibus. *) In codice est *eadcmenda.* Ceterum Go. in comm. propter c. 8 h. t. cj. *vagantes*; mavult etiam infra legi *pecunias*, sine caussa. Neque rectius Reinesius cj. *in pecunia.* z) Aur. — Be. *nummum.* Codex, Cui. 1 *nummu*, mendose, est autem in codice syllaba *mu* non absimilis syll. *mo.* Go. cj. *in nummis.* Sec. Cui. 1 et codicis scripturam probabilius est *nummo*, quod recepi. Volebat nescio quis *immunis*, impr. Go. Schultz l. c. p. 617 et 629 em. *pecuniam immunem v. q. m. sive follium c.* Codex *militia* pro *milia.* *) Cui. 1 *aũt* i. e. *autem.* Hoc compendium scripturae Cui. 1 saepe habet in c. 4 h. t. In vv. *vel negotiis* incipit pag. secunda folii LXXIV. codicis. a) Ita Go. — Be. ex MS., recte. Cui. 1 — Cui. 2* *recurrere*, impr. Go. b) Non recte se habet locus, unde haec c. data est. Ortum est *Constantinop.*, ut in aliis etiam locis, occasione v. sequentis *Constantino*, et hac de caussa expungendum est auct. Go. et Be. Minus probabilis est eorum opinio, qui censent, huius Codicis auctores hanc legem, quae Licinii erat in nomen Constantini mutasse atque adeo etiam cum huic legi subscriptum esset nomen *Byzantii*, substituisse *Constantinopol.* Cf. Le Gendre, Episcopale iud. p. 33—35, c. 1 App. C. Th., not. *a*, c. 2 C. Th. Fam. herc. (II, 24), not. *m.*, infra XI, 30, 12, not. *i.* *) In Aur. Lugd. bis scriptum est v. *et.* c) Ri. cj. *Constantino.* Be. aut *Constantino* scribi iubet (vid. supr. not. *y*) aut antea *Constantino A. VII.* Vid. etiam Reland. p. 307. Mox Aur. Lugd. *Cons.* d) Go. em. *PP.* i. e. Pro — Praef. sive, ut in c. 12 C. Th. de Decur. (XII, 1), Vicarius Orientis. Maximi enim Praef. urb. in ann. 319—323 incidit. Cf. de h. c. Schultz l. c. p. 630. e) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Sed Be. sine dubio err. typ. *tam.* Ceterum codex *patres actris*, mendose et paullo infra *vel l'*, sed deletur *l'*. f) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* *) Codex, Go. mend. *aut.* Codex paullo ante *post temeritate missionis epistulus tam suo quam.* g) Go., quamquam etiam vulgatam script. recte se habere concedit, mavult *sui unius.* h) Edd. *Ripenses autem veteranos*, sed codex habet *ripensis autem veteranos*, unde Go. et Be. recte emendare *Ripensis autem veteranus*, facile apparet: quod recepi; nam in codice *o* et *u* confundi saepe vidimus. i) Haec lex sec. Go. non superest. Paullo post codex *missionem imp.* k) Go. vult *excuset*; *et intra* (*excuseT*), sine ulla idonea caussa. l) Scripsi *utatur* ex Aur. Lugd. et auct. Go. Be. Mendose codex, Cui. 1, Cui. 2 — Be. *utantur.* Ceterum codex *invecilli — hulares — propri — adque uxores ei* (corr. *uxoris et*) *ripensib. indiscretae — dimissus.* m) Go. err. *patribus.* *) In literis *tatensi* (v. *comitatensi*) incipit folium LXXV. codicis. Ibidem paullo post *cuusa admisse*, sed post *d* add. *i* supr. lin. et *i* supr. *e* ponitur (*causa adimissi*). n) Go. cj. *stipendiorum* et ita quoque Vales. in m., quod sine dubio recte coniectum est. *) Go. mend. *malitia.* o) Ita Aur. Lugd. Be. et Cui. 1. Cui. 2, 2* in m. Codex, Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. om. *si.* Go. cj. *uxorem etiam Ripensis militia*, quod non intelligo. p) Vv. *sui — excusatione* ex superiore linea huc translata et expellenda esse, iam Go. et Be. viderunt. Primum apud Be. uncis inclusa sunt. q) Go. mendose *Antiochae.* Codex *Anthiociae* et ita fere semper. r) Dignitas Maximi deest in codice et in edd., etiam in Cod. Iust.; sola Cui. edit. habet *P. P.*, recte et prob. Go., qui addidit puncta lacunam indicantia. Apposui dignitatem ex c. 4 cit. cum hac lege coniungenda. Vid. etiam supra I, 4, 2. Ceterum codex *Id. AA. — de veterani*, mendose. s) Cod. Iust. *veterani qui protectoria de c. aut honores.* t) Cod. Iust. *quod si quis.* u) Ita

prehensus [v], rectores provinciarum conveniat ad tuum iudicium referre atque ad tuum officium praedictos dirigere, ut factum pro sui qualitate possit facillime coerceri. *Dat. IV. Kal. Ian.* [x] *Treviris* [y], *Ianuarino et Iusto Coss.* (328.)

6. *Imp. Constantius A. ad Elpidium* [z] *Consularem* [a] *Pannoniae.* Privilegia concessa veteranis, qui stipendia iusta meruerunt, prout se quisque in officiis competentibus militasse declaret, omnia conserventur; corporalium seu personalium munerum vacatione eisdem tribuenda. *Dat. VIII. Kal. Iul. Sirmio* [b], *Constantio A. VII.* [c] *et Constante I.* [d] *Coss.* (352.)

7. *Idem A.**) *Euagrio Pf. U.* [e] Quosdam veteranos, hoc nomine indignos, latrocinia perpetrare comperimus, ideoque praecipimus, ut veterani, quibus bona mens est, aut arva versent, aut certe in optimis [f] negotiis pecuniam tractent, et mercimonia agitent. Qui vero neque rus colunt, neque utilem vitam commerciis exhibent, mox in ipsos capitaliter exsurgendum. Exui enim omnibus privilegiis debent, per quos publica quies perturbatur, ita ut, si levissimum aliquid deliquerint, omnibus subiiciantur poenis [g]. *Dat. III. Id. Aug. Constantio A. VI.* [gg] *et Constante II. Coss.* (353.)

8. *Impp.**) *Valentinianus et Valens AA. ad universos Provinciales.* Omnibus benemeritis veteranis quam volunt patriam damus, et immunitatem perpetuam pollicemur. Habeant ex vacantibus [h], sive ex diversis, ubi elegerint, agros, et a [i] lege habeant, ut sibi soli *) eorundem fructus cessuros esse cognoscant; nullum ex his agris stipendium, nullam annuam praestationem postulabimus [k]. Amplius addentes, ut etiam ad culturam eorundem agrorum et animalia et semina praebeamus, ita ut is, qui ex-protectore [l] dimissus erit, duo boum paria et centum modios utriusque frugis consequatur, alii vero, qui honestas missiones sive caussarias consequuntur, singula paria boum et quinquaginta *) modios utriusque frugis **) accipiant. Super quibus praebendis ad competentes iudices scripta congrua destinata sunt. Si quos etiam veterani servulos familiasve ad agrum duxerint, immunes perpetuo possideant. *Dat. XV. Kal. Dec. Romae* [m], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

9. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus* [n] *AAA. ad Dagalaiphum* [o] *Magistrum militum.* Remotis iniuriis iussimus, veteranis nostris vel agnatis licere emere, vendere, negotiari: quos secundum veterem consuetudinem parentum [p] nostrorum ab omni munere universisque reditibus auri argentique, sed et portorii indemnes esse oportet. *Dat. VIII. Id. Dec. Veronae* [q], *Gratiano NB. P. et Dagalaipho Coss.* (366.)

10. *Iidem AAA. ad Probum Pf. P.* [r] Si quis praepositus fuerit aut fabricae aut classi aut laetis, ident-

— c. 6 concordat c. 2 h. t. — c. 7. Cod. Iust. XII, 47, 3 interpol. — c. 8 simillima est argumento c. 3 h. t. — c. 9 legitur etiam apud Bou. p. 750. Commemoratur haec c. in Comment. Cui. l. c. ad c. 1 Cod. Iust. h. t. p. 496.

etiam Cod. Iust. Sed recte Go.: „Vel, inquit, ad priorem huic legi praemissam partem (in qua de aliquo nominatim crimine actum fuerit) haec vox referenda, vel eius loco reponendum *quo*, id est aliquo." v) Sqq. in Cod. Iust. ita se habent: *rectores provinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum pro sui qualitate eos coerceant* et seq. subscript. x) Cod. Iust. *Iun.* y) MS. Go. *Triverei*; potius *Triveros*, ut Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Triveris.* Aur. Lugd. et Be. *Treviris.* Go. in notis, in Chronol. p. XXX., Prosopogr. p. 67 et Bou. p. 746, not. *g*, quia Constantinus hoc anno in Gallia non fuit, coniiciunt, aut locum extra Galliam, fortasse in Triballis aut Dacia, substituendum esse aut, quod ipsi malunt, *Dat.* accipiendum esse pro *Reddita.* Vid. etiam c. 2 C. Th. de Respons. prudent. (I, 4), not. *m.* z) Scripsi *Elpidium.* Vid. sup. II, 8, 1, not. *y.* Codex, Cui. 1 — Be. *Helpidium.* a) Aur. Lugd. mend. *consulalarem.* Mox codex *personalium n*, sed deletur *n* puncto supra addito. b) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Sirmii.* c) Go. em. *V.*, recte. d) Go. err. *Constante II. Cons.* (351.), sine dubio seductus a codice, qui *et Constanta II. Conss.* Be. post *I.* inseri iubet *Caes.* Vid. Go. comment. *) Cod. Iust. *Idem A.* i. e. *Constantinus.* Codex infra *aut arva versint* (cum quibus vv. incipit pag. secunda folii LXXV. codicis) — *quiex* — *deliquerit.* e) Ita etiam Cod. Iust. praeter Cui., qui om. *U.* Go. cj. *Pf. P.* f) Go.: „Non audio reponentem *opimis.*" Haec vv. ex hac c. videntur translata esse in c. 1 Cod. Iust. eod. tit., desumptam ex c. 2 h. t., ubi (vid. supr. c. 2, not. *n*) additur in Cod. Iust. *optimis negotiis pecuniam tractare et mercimonia agitare.* g) c. 3 Cod. Iust. cit., quae ex hac c. facta est, ita se habet: *Veterani, qui ex negligentia vitae nec rus colunt nec aliquid honestum peragunt, sed latrociniis sese dederunt: omnibus veteranorum privilegiis exuti, poenis competentibus a provinciarum rectoribus subiiciantur.* gg) Reinesius corr. *III.*, male. *) Aur. Lugd. *Imppp.* Codex *universor*, mendose. h) Ita Be. ex c. 3 h. t., *quae vacantes terras accipiant*, et auct. Go. Sed tamen Go. dicit, etiam *vagantes* ferri posse, quod codex et edd. ante Be. habent. Verum illud rectius. i) Go. cj. *hac lege*: rectius Be. *ea lege.* Qui *a lege* tenent, explicant per exleges, immunes, ἀιόμους. *) Multo rectius *solis.* k) Ita Be. auct. Go. Codex, Cui. 1 — Ri*. male *postulavimus*, crebra commutatione literarum *b* et *v*, quam hic iam Reinesius animadv. l) Cui. 1 — Ri*. *ex protectore.* Codex *his qui ex pro . . . | tore* — *pari* (emend. *paria*) — *servulus.* *) Aur. Lugd. *quinquanginta*, err. **) c. 3 h. t. *frugum promiscuarum.* m) Suspectum hoc nomen Go. videtur. Si Valentiniani haec lex est, vult *Mediolani* (vid. c. 8 C. Th. de Iure fisci [X, 1]), si Valentis, *Romesianae* prope Naissum. Vid. etiam Go. in Chron. h. a. p. LXX. n) Go. et Be. delendum esse censent nomen *Imp. Gratiani A.*, qui sq. demum anno in Gallia *Augustus* renuntiatus est et in subscr. h. c. *nobilissimus puer* vocatur. Vid. etiam c. 6 C. Th. de Vectigalibus (IV, 12), not. *x.* o) Codex, Cui. 1 — Ri*. et Bou. *Dagalaifum.* Mox codex *licere etmere* — *porturii* — *Dagalaifo.* p) Sunt antecessores Constantinus et Constantius Impp. In vv. *dinem parentum nostrorum* incipit folium LXXVI. codicis. q) Go. cj. *Vironi* in Veromanduis. Petitus in Legg. Attic. pag. 39 et Reinesius emend. *Viroduni*, impr. Go. Vid. Go. comment. et Chron. h. a. p. LXXVIII., praeterea Reland. pag. 424. r) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *PPÕ* i. e. Praef. praet. Go. *PP. Õ.* Ri. Ri*.

idem*) si praepositus Rom largitionum[s], vel cohortis gesserit tribunatum, aut quicunque his administrationibus, ad quas nonnisi cum certis fideiussoribus singuli quique veniunt, fortasse praefuerit, qui non vel intra palatium congruo labore meruisse, vel armatam invenitur sudasse militiam, his privilegiis careat, quae militaribus[t] palatinisque tribuuntur. *Dat. X. Kal. Ian. Treviris*[u], *Valentiniano NB. P.*[v] *et Victore Coss.* (369.)

11. *Iidem AAA.*[vv] *ad Iovinum Magistrum militum.* Commoneat tua sinceritas hac sanctione veteranos, ut loca absentium squalida, et situ dissimulationis horrentia de solida[x] fructuum indemnitate securi, quantum vires uniuscuiusque patientur, exerceant. Namque decernimus, ut his, qui soli relicti terras sulcaverint, sine molestia praeiudicioque dominorum[xx] provectuum[y] emolumenta quaerantur, nihilque illis, qui messium tempus adsolent aucupari, agratici nomine deferatur. *Dat. XVI. Kal. Febr. Valentiniano et Valente AA. IV.*[z] *Coss.* (373.)

12. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Stiliconi**) *Magistro utriusque militiae.* Plerique testimonialibus fraude quaesitis fiunt veterani, qui milites non fuerint, nonnulli inter exordia militiae in ipso aetatis flore discedunt. Quisquis igitur luctus[a] Alamannus, Sarmata, vagus[b] vel filius veterani, aut cuiuslibet corporis delectui[c] obnoxius, et florentissimus[d] legionibus inserendus testimonialem ex-protectoribus[e] vel cuiuslibet dignitatis obtinuit, vel eas, quae nonnunquam comitum auctoritate praestantur, ne delitescat, tirociniis castrensibus imbuatur. §. 1. Si quis praeterea vel prima stipendia, vel nondum, ut oportebat, impleta missionis colore deseruit, nihil impetrata valeant, nisi forte quempiam aut defessae[f] aetatis, aut corporis aegritudo, aut gloriosorum vulnerum cicatrices caussaria vel honesta missione defendunt; dummodo hos ista non adiuvent, qui aetate solida et integro corpore haec occuparunt[g]. §. 2. Et quoniam plurimos vel ante militiam vel post inchoatam vel[h] peractam latere obiectu piae religionis agnovimus, dum se quidam vocabula[i] clericorum, et infaustis defunctorum obsequiis occupatos non tam observatione cultus, quam otii et socordiae amore defendunt, nulli omnino tali excusari obiectione permittimus, nisi qui aut fractus senio, aut membris debilis, aut parvitate*) deformis indignus consortio virorum fortium reperitur. §. 3. Illius quoque sanctionis oportet admoneri, ut, si quis decurionum, primipilariorum, collegiatorum, civilium apparitionum vel aliorum necessitatibus irretitus militiae sacramenta durasset[k], defendi castrensium[l] stipendiorum excusatione non possit. *Dat. III. Kal. Febr. Mediolano, Stilicone*[m] *et Aureliano*[n] *VV. CC.*[o] *Coss.* (400.)

13. *Impp. Honorius et Theodosius AA.*[p] *Stiliconi**) *Comiti et Magistro utriusque militiae.* Oportet inter eos, qui ambitu ac suffragiis ad tribunatus[q] praeposituras que perveniunt, et eos, qui labore, periculis, atque ordine militiae decurso huius modi dignitates acceperint, esse discretionem. Quare immunes eos haberi decernimus, qui militiae praerogativa, ut dignum est, ad tribunatum praeposituras ve perveniunt[r]. Commonendi autem sunt comites aut duces militum, ut et ipsi eos

— c. 11 legitur etiam apud Bou. l. c. pag. 754. — c. 12 commemoratur a Cui. in Comment. ad c. ult. Cod. Iust. de Profess. et med. (X, 52) l. c. p. 317. — c. 13 Go. iungendam esse censet cum c. 18 C. Th. de Tironib. (VII, 13).

PP. õ. Ceterum haec lex recte tribuitur Valentin., Valenti et Gratiano. Vid. supr. not. *n.* *) Go. in not. *itidem.* s) Go. Reinesius et Be. recte em. *Legionum.* Guther. de Offic. dom. Aug. III, 16 et 22 cogitavit de Romae Largitionum Praeposito eundemque suspicabatur esse cum Comite Largitionum Italicianorum, impr. Go. t) Cui. 2, 2* nescio unde *militantibus.* Codex *careatq. mil.* u) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Triveris.* v) Codex, Cui. 1 — Lugd. *nobilissimo puero.* vv) Codex, Cui. 1. Cui. 2, 2* *Idem AA.* Bou. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus.* x) Ita scripsi ex Cui. 1 — Cui. 2*. Codex *solidas fructuum.* Go. *solita*, errore, qui error deinde transiit in edd. Ri. Ri*. Be. Errorem autem illam Go. scripturam esse, id demonstrare videtur, quod in comment. h. vv. Go. ita explicat: *fructus solidos et integros sibi adquirant.* xx) Reinesius cj. *dominicorum.* y) Go. Reinesius em. *proventuum*, admodum verisimiliter. Fortasse tamen etiam *provectuum* sustineri posse, Go. opinatur. z) Go. cj. aut *II.*, i. e. ann. 368 aut *III.*, i. e. ann. 370. Haec est etiam Vales. sententia apud Ammian. Marcellin. lib. XXVIII. cap. 4 et Reinesii. Ceterum Bou. om. *AA.* et Go. — Ri*. anni notam. *) Codex, Cui. 1 — Lugd. Go. Ri*. *Stilichoni.* a) *Laetus* em. Go. et sic Vales. et Reinesius in m. habent. Ita etiam in MS. sec. Go. fuisse videtur, sed non est. De Laetis vid. c. 10 h. t. et Go. longam disputationem in comment. Praeterea Reinesius cj. *Lugius.* Lugi gens Suevorum. Ceterum codex *ipsa aetatis flore.* b) Cui. 1 — Cui. 2*. Be. interpunct. inter *Sarmata* et *vagus* om., quam Go. — Ri*. habent. Go. annot.: „Fuit cum putarem ita interpungendum hunc locum, *Sarmata — Vagus.* Sed inane hoc est.“ Reinesius cj. *Quadus.* Cum v. *Sarmata* incipit secunda pag. folii LXXVI. codicis. c) Ita Be. emend.; Go. cj. *dilectibus.* Male codex, Cui. 1 — Ri*. *dilectus*, pro quo v. Reinesius em. *delectus.* d) Go. vult *florentissimis*, et ita Vales. quoque in marg. Recte. e) Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *ex protectoribus.* f) *Defessae* aetati mox opponitur *solida.* Codex *defensae*, err. g) Edd. *occuparint*, sed Go. err. *occuparent.* Codex *delitiscat — portebat* (corr. *oportebat*) — *adiubent — occuparunt — insi* (em. *nisi*) *qui aut fructus — indignos.* h) Go. recte cj. *nec.* i) Apparet, Go. Reinesium et Be. rectum vidisse, cum coniicerent *vocabulo.* *) Reinesius corr. *pravitate.* k) „Non audio reponentem *iurasset.*“ Go. l) Cui. 1. Cui. 2, 2* *castrensum*, sed Cui. 2, 2* in Corrig. emend. *Castrensium*, ut est in codice. m) Codex, Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *Stilichone.* n) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Auriliano.* o) Codex, Cui. 1 — Lugd. *viris clarissimis.* Cui. 2 — Be. *V. C.* Ceterum Go. *Cons.* p) Go. addi iubet nomen *Arcadii*, et additur in c. 18 de Tironib. cit. Vid. infra not. *t.* *) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Stilichoni.* q) Ita recte edidit Be., auct. Go. Male in codice et in Cui. 1 — Ri*. *tribunatos.* Mox in literis *siturasq. perv.* incipit fol. LXXVII.

revelatos[s] esse cognoscant, neque aliquid hoc nomine ab his flagitandum. De quibus ad omnes militares iudices paria scripta direximus. *Dat. XI. Kal. April. Roma, Honorio VIII. et Theodosio III.*[t] *AA. Coss.* (409.)

TIT. XXI. DE TESTIMONIALI EX-TRIBUNIS[t] ET PROTECTORIBUS.

1. *Imp. Constantinus A. ad Rufinum Pf. P.*[u] Ferri non potest, in titulo[v] militaris laudis irrepere eos, qui nec aciem viderint, nec signa perspexerint, nec arma tractaverint. Ideoque si qui ex-protectoribus vel ex-praepositis[x] vel ex-tribunis epistolas reportaverint, non habeant privilegium, quod merentur[xx], qui ordine militiae sub armorum labore decurso ad hunc honorem pervenerint. *PP. IV. Id. Aug. Sirmio**), *Constantino A. III. et Licinio III.*[y] *Coss.* (313.)

2. *Imp. Constantius A. ad.....*[z] *Pf. P. Post alia:* Si quis de paganis vel decurionibus*) ambierit ad honores protectoriae dignitatis, nec tempus, nec stipendia ei post hanc legem computanda sunt. Hoc et circa eos, qui ad praeposituras ambitu pervenerint, custodiri praecipimus etc. *Dat. Kal. Maii Constantio A. VI. et Constante II. Coss.* (353.) **)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino Pf. U.* Quicunque ex-protectoribus[a] aut domesticis honorarias missiones[b] meruerint, sub hac norma penes eos dignitas maneat, ut neque municipes[bb] curiam, neque collegiatus obsequium propriae urbis effugiant, neque negotiator a pensionis aurariae instituta[c] summa militiae suffragio subtrahatur, neque ab ullo postremo officio, militia vel corpore talis se impetrati quisquam obiectione defendat; sed manente norma solvat omnia, quae ab illo vel conditione nascendi vel iure proprii postulantur officii. §. 1. De liberis etiam eorum censemus, ne de his edicti[d] originis munus per privilegia emendicatae dignitatis effugiant. §. 2. Quae quidem omnia officere illis aliquando non patimur, quos emeritos felicibus castris, vel honesta interdum adversae valetudinis missio, vel vulnerum laudabilis excusatio, vel emensum sub signis tempus absolvit. *Dat. XIV. Kal. Maii Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.) *)

4. *Impp. Honorius et Theodosius***) *AA. Theodoro Pf. P.* Eos, qui testimoniales non suo merito, sed eorum contemplatione sunt adepti, qui pro his nostram clementiam sunt precati, par severitas persequatur. Eos tamen esse in urbe sacratissima non vetamus, qui posuerunt illic larem atque domicilium. *Dat. X. Kal. Dec.*[e] *Ravenna, Basso*[f] *et Philippo*[g] *Coss.* (408.)

TIT. XXII. DE FILIIS MILITARIUM[h] APPARITORUM ET VETERANORUM.

1. *Imp. Constantinus A. ad Optavianum*[i]. Veteranorum liberos aptos militiae, quorum quidam ut desides recusant militarium munerum functionem, quidam adeo ignavi sunt, ut cum dispendio corporis militiae velint neces-

Tit. XXI. commemoratur a Cui. in Comment. ad c. ult. Cod. Iust. de Profess. et medic. (X, 52) l. c. pag. 317. — c. 3 sec. Go. memoratur et ex parte abrogatur c. 153 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 4 Go. et Be. coniungendam esse putant cum c. 20 C. Th. de Poenis (IX, 40). Certe coniungenda est cum c. 22 C. Th. de Bonis proscript. (IX, 42) Vid. infra IX, 40, 20, not. *bb*.

Tit. XXII. Cod. Iust. XII, 48. — c. 1 memoratur simulque confirmatur in c. 4 C. Th. de Tiron. (VII, 13). Vid. ibid. not. *v*.

codicis. r) Go. *pervenerint*, nescio unde. Codex mendose *praepositurasuperveniunt*. s) Probatur mihi Go. et Reinesii cj. *relevatos*. t) Go. et Reinesius em. *Honorio VII. et Theodosio II.* (407.), prob. Be. quia Stilico, cui haec lex inscripta est, mortuus erat ann. 408, consules autem qui vulgo subscribuntur respondent ann. 409. Vid. supra VII, 13, 18. Apud Go. — Ri*. adscriptus est igitur annus 407.

t) Cui. 1 — Lugd. Go. Ri. Ri*. *ex tribunis*. Cui. 2, 2* *Extribunis*. u) Cui. 1 — Lugd. *ppõ* et codex, Cui. 2, 2* *PPÕ* i. e. Praef. Praet. Go. *P. P. Õ.* Ri. Ri*. *PP. õ.* Go. in Chronol. pag. X. cj. *Pf. U.*, non recte. Ceterum codex *Rufinũs*, sed del. *s*. v) Go. vult *in titulum* sive potius *in titulos* et hoc Reinesius. x) Aur. Lugd. om. *vel ex-praepositis*. Ceterum Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *qui ex protectoribus* (ita etiam Aur. Lugd.) *vel expraepositis vel ex tribunis* (ita quoque Aur. Lugd.). xx) Reinesius add. *nisi*. Codex *inripere* — *ordinem militiae*. *) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Sed Be. *Sirmii*. Cum subscr. incipit pagina secunda fol. LXXVII. codicis. y) Go. cj. *Constantino A. IV. et Licinio IV.* i. e. ann. 315. Vid. etiam Go. in Chron. a. 315 p. X., qui hanc legem male tribui dicit Licinio a Morino in Hist. Constant. p. 2. p. 361. Deest anni numerus apud Go. — Ri*. Ceterum Aur. Lugd. mend. *Lcinio*. z) Nomen magistratus deest in omnibus edd. Nam Cui. 1 — Be. *ad * Pf. P.* In codice nullum est lacunae indicium, sed arcte cohaerent *adppõ*. Tamen nomen deesse; clarum est. *) Aur. Lugd. *decurioribus*, mendose; item mox codex *dignitates* — *conpotanda* — *praeposituras mbitu*. **) Go. — Ri*. om. annum. a) Cui. 1 — Cui. 2* *ex protectoribus*. b) Go. mavult *iussiones*. Sed vid. c. 153 de Decur. cit. *nonnulli decurionum honorarias ex-protectoribus vel domesticis vel quaslibet alias obtinent missiones*. bb) Reinesius mavult *municeps*. Codex *municipis*. c) Go. in not. *praestituta*. d) Scrib. est cum Go. et Be. *editi*. *) Go. om. annum. **) Go. mend. *Thecdosius*. De huius legis et occasione et sententia vid. Go. comment. et Wenck. ad V, 14, 7, not. *o*. Codex *precati* (corr. a libr. *praecati*) — *posuenerunt*. e) Ita quoque c. 22 de Bonis proscr. cit. Sed c. 20 de Poenis cit. *Octobr.*, quod, si hae constitt. inter se cohaerent, quod sane Go. videtur, mutandum est in *Dec.* et in c. 39 C. Th. de Episc. (XVI, 2) add. *X*. Sed vid. c. 20 cit., not. *bb*. f) Aur. Lugd. mend. *Bassa*. g) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Filippo*.

h) Cui. 1 — Ri*. in indice tit. *militarium et apparitorum*. Cod. Iust. *De filiis officialium militarium, qui in bello moriuntur*. Cum rubro h. tit. incipit folium LXXVIII. codicis. i) Go. em. *Octavianum*, qui fuit hoc anno Corrector Lucaniae et Bruttiorum. Vid. c. 2

sitatem evadere, iubemus, si ad militiam inutiles resectis digitis iudicentur, curialibus sine aliqua ambiguitate muneribus atque obsequiis aggregari. *Dat. XIV. Kal. Mart. Sirmio*[k]. *Accepta VII. Id. April. Regio*[l], *Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

2. *Idem A. ad Severum....* [m] Veteranorum filios propter *) privilegia parentibus eorum indulta vacare non patimur, sed, programmate per omnes civitates proposito, diligenter quaesitos ad alterutrum compelli iubemus, ut aut decurionatus muneribus obtemperent, aut militent; observaturo devotionis tuae officio, ut qui probantur ab annis viginti usque ad viginti et quinque annos aetatem agant. §. 1. Si autem veteranorum filii, qui equestrem militiam toleraverunt, inter equites probari voluerint, habeant facultatem, ita ut cum singulis equis idoneis praedicto aggregentur obsequio. §. 2. Quod si quis duos equos habeat, vel unum idoneum, et servum unum, cum circitoria militet dignitate, et binas annonas accipiat, qui gradus praebetur aliis post laborem. §. 3. Singularum autem civitatum decurionibus intimetur, ut veteranorum filios, qui praedictae aetatis sunt, si militare noluerint, vel minus inveniantur idonei, ad curialia vocare non morentur obsequia, si tamen patrimoniis idonei esse noscuntur. §. 4. Ex his autem, qui militare voluerint, si qui minus apti sunt equestri militiae, deficiente [n] calamitate membrorum, et legionariae congruisse [o] noscuntur, deducendi ad nos protectori, qui ob hoc missus est, consignentur. *Dat. III. Kal. Aug.*[p] *Aquileia*[q], *Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.* *) (326.)

3. *Idem A. ad Euagrium*[r]. Hi, qui ex officialibus quorumcunque[s] officiorum geniti sunt, sive eorundem parentes adhuc sacramento tenentur, sive iam dimissi[t] erunt, in parentum locum procedant. *Dat. prid. Non.* [u] *Aug. Basso et Ablavio Coss.* (331.)

4. *Idem A. ad Leontium Pf. P.* Iam dudum *) sanximus, ut veteranorum **) filii, qui post sedecim annos militiae munus subire non possunt, vel armis gerendis habiles non exstiterint, curiis mancipentur[v]. *Dat. III. Id. April. Pacatiano et Hilariano Coss.* *) (332.)

5. *Idem A. Ablavio Pf. P.* Veteranorum filii, vel eorum, qui praepositi vel protectores fuerunt, vel ceteroquemlibet gradum militiae tenuerunt, si invalidi et imbecilles rum, qui sint, curiis aggregentur, ita ut rei[x] familiari gaudentes et ineptos[y] militiae curiarum sociatati coniungas. Quod etiam nos fecimus sub conspectu nostro his, quos deliciosis nutrimentis enervatos esse perspeximus. Qui igitur ex his patresfamilias sunt, et idonei functionibus publicis, eligantur[z] ad augendum curialium numerum[a]; singularum civitatum ordinibus commonendis[b], ut, quos norunt idoneos, nominare non dubitent, praeter eos, quos vigor et fortitudo defendendae rei publicae idoneos facit. Nam et duces singulorum limitum convenimus, ne deinceps veterani filius inutilis sacramento cingatur. Eos etiam, qui iam probati sunt, diligenter inspiciant, ut, qui minus idonei[c] reperiuntur, sacramento soluti ad gravitatem tuam mittantur. *Dat. et PP. Id. Nov. Dalmatio et Zenophilo*[d] *Coss.* (333.)

6. *Imp. Constantius A.*[e] *Antonio Duci Mesopotamiae. Post alia*: Observetur, ne veteranorum seu militum filii officiis praesidialibus[f] aggregentur. *Dat. IV. Non. Febr. Limenio et Catulino*[g] *Coss.* (349.)

7. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Petronium Patricium.* Quicunque castrensi stirpe progeniti

— c. 2 meminit c. 18 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Commemoratur h. c. a Cui. in Comm. ad tit. Cod. Iust. de Agentib. (XII, 20) l. c. pag. 451. In eundem diem in super. edd. incidit c. un. C. Th. Si quis eam, cuius tut. (IX, 8). Vid. not. *p*. — c. 3. Cod. Iust. XII, 48, 1. Coniungenda est haec c. cum c. 19 C. Th. de Decurion. (XII, 1), fortasse etiam cum c. 20 eiusd. tit. — c. 4 intelligit et repetiit Constantinus c. 35 C. Th. de Decurion. (XII, 1). — c. 6 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4). — c. 7 maximam partem repetita et exscripta est in c. 9 h. t. et in c. 83 C. Th. de Decurion. (XII, 1).

C. Th. de Episcopis (XVI, 2). k) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Sed Be. *Sirmii*. l) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Sed Be. *Regii*. Mox Aur. Lugd. Go. *Cons*. m) Addidi, etsi in codice lacuna non est, puncta, quae unus solus Go. habet. Go. vult *Pf. P.*, impr. Be., qui Severum iam hoc tempore *Pf. P.* fuisse negans, cj. *Pf. U.* *) Ri. *proptet*, err. Mox codex *programmatae*. n) Go. cj. *id efficiente*, apte ad sententiam. Be. deesse cj. vocabulum. Scribi etiam potest *deficiente alacritate* s. *qualitate* (vel simile v. *Qualitate* cj. Reinesius) *membrorum*. Ceterum in vv. *idonei esse noscuntur* incipit pag. secunda folii LXXVIII. codicis; in ima pagina est numerus quatern. XLII. o) Go. reponi iubet *congrui esse*, quod non necessarium est. p) Go. in Chronol. h. a. cj. *April.*, ut coniungatur cum c. un. C. Th. Si quis eam, cuius tutor (IX, 8), sed vid. c. un. C. Th. cit., not. *n*. q) Ita codex, Cui. 1 — Cui. 2*. Sed Go. — Be. *Aquileiae*. *) Aur. Lugd. *Cons*. r) Dignitas deest in edd., deest etiam in codice, sed sine ullo lacunae signo. Cod. Iust. *Imp. Constantinus A. Euagrio*. Fuit Euagrius *Pf. P.* Vid. c. 20 de Decur. cit. s) Ita Be. recte edid. ex Cod. Iust. auct. Go.; codex, Cui. 1 — Ri*. *quorumque*. t) Cod. Iust. *dimissi sunt, in parentum militiam vocentur*. Nostram scripturam Go. pro elegantiore habet. u) c. 20 de Decur. *prid. Id.*, quod mutand. est in *prid. Non.* *) Go. de c. 2 C. Th. de Veteranis (VII, 20) cogitat. **) Go. *vereranorum*, mend. v) Codex *extiterit*; c. 4, quae exscripta est in c. 35 cit., ibi ita legitur: *Iterata lege sancimus ut v. f. si post — possint — non exsistant c. m.* *) Aur. Lugd. *Cons*. x) Clarum est, scrib. esse *re*, ut Go. et Be. voluerunt. y) Codex, Cui. 1 — Ri*. *inaptos*. Supra codex *el* (post *filii*, sed corr. *vel*) — *inbecillis*. z) Codex *patrisfamilias s. et idoneis*. Aur. Lugd. *eligatur*, mendose. a) Cui. 1. Aur. Lugd. mend. *munerum*. b) Ita Go. — Be., quod aptius mihi videtur quam *commovendis*, quae est scriptura codicis, Cui. 1 — Cui. 2*. Vid. praeter alios locos c. 13 de Veteranis (VII, 20). Infra codex *defendende — sungolorum*, sed em. a librario *singulorum*. c) Cui. 2, 2* err. *idoni*. Hinc incipit folium LXXIX. codicis. d) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Zenofilo*. e) Be. addi iubet *et Constans A.* f) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *praesidalibus*. g) Codex *Liminio* et codex, edd. *Cutullino*. Vid. de hoc

diversorum se nexibus officiorum tradiderunt, manu iniecta retrahantur, sciantque veterani, quibus quies[h] post arma concessa est, liberos suos, quos militaribus aptos ministeriis insitum robur ostendat[i], offerendos esse militiae. Nam si quis militaris prosapiae degeneri mente officiorum se consortiis aggregavit, ita ut fractis viribus grandaevam praeferat[k] senectutem, aut debilitatis obtentu bellico operi inconveniens iudicetur, eundem, ignaviae latebris vel sera indagatione[l] protractum[m], curiarum functionibus placuit mancipari. *PP. Beryti Id. April., Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

8. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Filios[n] veteranorum, qui armatae militiae paruissent, si in officiis publicis, vel ministerio chartularum, atque observatione rationum inveniuntur, sciat tua sinceritas esse revocandos. Etenim hi, quibus vel corporis robur vel statura defuerit, qui[o] comitatensi digni possint esse militia, ripensi[p] potuerunt[q] copulari. *PP. Romae XV. Kal. Mart., Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

9. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.* Quicunque castrensi stirpe progenitos diversis se[r] officiis indiderunt, etiam manu iniecta retrahantur, sciantque veterani, liberos suos, quos*) militaribus aptos muniis insitum robur ostendat[s], aut offerendos esse militiae, aut obnoxios nostrae*) legis laqueis iam futuros. *Scripta Petro Consulari Phoenicis Damasco*[t] *prid. Id.*[u] *Maii, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.**) (380.)

10. *Iidem AAA. ad Felicem Comitem Orientis.* Non solum in diversis officiis militantes, sed etiam vacantes rebus propriis veteranorum ac militum filios armatae militiae volumus sociari. Nulla igitur sit excusationis occasio. *Dat. VIII. Id. Iul. Thessalonicae, Gratiano V.*[v] *et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

11. *Iidem AAA. Have*[x], *Neoteri, karissime nobis.*[y] Si filii primipilarium reperti fuerint, qui ingressi legitimos annos nullis stipendiis fulciuntur, sed anno proximo, quo ad[z] curiam fuerint lacessiti, semet militiae manciparint, ad curiam teneantur, ita ut ne officii quidem, cum transacto anno esse coeperint[a] curiales[b], praepostera audiatur circa eius personam ac sera petitio. §. 1. Quod si in eadem domo duo filii erunt, et latum adeo felixque patrimonium, quod possit duplicium necessitatum suscipere functiones, unum oportebit militiae, unum curiae vindicari. Quod servandum pari norma erit, si tres aut quattuor liberi vel etiam plures numero familiam eiusdem stirpis ornaverint, ut etiam ex numerosis fratribus unus ad curiam devocetur. *Dat. VI. Id. Sept. Sirmio*[c], *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

12. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Stiliconi*[d] *Comiti et Magistro utriusque militiae.* Quoniam filii veteranorum ad diversa officia se contulerunt, hac[dd] sanctione praecipimus, ut ab his, qui nunc sunt in officiis occupati[e], nulli iuniores repetantur, ac[f] deinceps, post hoc edictum aditum veteranorum filiis militandi per civilia officia esse praeclusum. *Dat. VI. Kal. Oct. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano*[g] *Coss.* (398.)

TIT. XXIII. DE OBLATIONE EQUORUM.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Quicunque honorariis codicillis habetur ex-comite[h], tres protinus equos, qui digni sunt comprobari, curet offerre. Quicunque autem eodem est ex-praeside[i] factus indulto, duos pari devotione mox tradat; ita enim promptius instruitur[k] usus armorum. Quod munus in posterum ea lege novetur, ut quinto quoque[l] anno, hoc est magis[m] aliquando, quam saepe, similis recurrat[mm] exactio. *Dat. VIII.**) *Id. Iun. Sirmio*[n], *Valentiniano NB. P. et Victore**) *Coss.*[o] (369.)

— c. 9 repetita est et transscripta ex c. 7 h. t., pariter ut c. 83 C. Th. de Decurion. (XII, 1), quae c. 9 iungenda est. — c. 11. Cod. Iust. XII, 48, 2 contract. et interpol.

nomine c. 1 C. Th. de Iurisdict. (II, 1), not. *o*. h) Aur. Lugd. mendose *dies* et codex *verani quib. quiet post* — *offerrendos* (sed delet. *r*) — *degenere*, sed em. a librario *degeneri*. i) Ita etiam c. 9 cit. Apud Go. nescio quis vult *ostentat*, impr. Go. k) c. 83 cit. *praeferat*, quod etiam hic melius fore putat Go. et ego reponendum esse duxi, pro *proferat*, quod codex et edd. habent. l) Ita scripsit Be. auct. Go. ex c 83 cit. Codex, Cui. 1 — Ri*. male *indagatio*. m) c. 83 cit. *retractum*. In subscr. codex habet *Byriti*. Go. in comm. cj. *Berinti*. n) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. err. *filius*. o) Go. cj. vel *quia* vel *quis*, quamquam et *qui* sustineri posse concedit. Apud Go. vult aliquis *qua*, impr. Go. p) Ita codex et Go. — Be., recte; Cui. 1 — Cui. 2* male *repensi*. q) Scrib. cum Go. et Be. *poterunt*. r) Go. in not. *progenitos se diversis*. Sed etiam c. 7 h. t. cit. *progeniti diversorum se*. Cum v. *indiderunt* incipit pag. secunda folii LXXIX. codicis. *) Hoc v. deest in codice. s) Vid. c. 7 h. t., not. *i*. *) Codex *nostra*. t) Ita Aur. Lugd. Go. — Ri*.; Be. *Damasci*. Cui. 1, 2, 2* *Damusco* ex codice. u) Cui. 2, 2* om. *Id*. *) Aur. Lugd. *Cons*. v) Aur. Lugd. om. *V*. x) Codex, Cui. 1 — Ri*. *habe*. y) c. 2 Cod. Iust. cit. *Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA.*: (om. reliqua inscript. parte) *Filios primipilariorum paternam sequi conditionem oportet* et deest subscript. z) Aur. Lugd. *quoad*. a) Ita codex, Cui. 1 — Lugd. Be., recte. Cui. 2 — Ri*. *ceperint*, sed Go. in not. *coeperint*. b) Ita Be. auct. Go.; Cui. 1 — Ri*. *curialis*, solito errore. Codex *curiales propostera*, sed mut. a librario in *curialis*. c) Ita codex, Cui. 1 — Ri*.; Be. *Sirmii*. d) Codex, Cui. 1 — Lugd. Go. Ri*. *Stilichoni*. dd) Codex *hanc*. Infra cum v. *praecipimus* incipit fol. LXXX. codicis. e) Aur. Lugd. mend. *nuncupati*. f) Go. melius dictum videretur *at*. g) Go. err. *Euthyciano Cons*.

h) Cui. 1 — Cui. 2* *excomite*. Go. — Ri*. *ex Comite*. i) Cui. 1 — Cui. 2* *expraeside*. Go. — Ri*. *ex Praeside*. k) Go. cj. *instrueretur*. Hoc nullo modo concedi potest. Codex *proptius*, sed corr. *promptius*. l) Go. vult *quoquo*. Neque hoc probandum est. m) Go. vult *iugis*. mm) Codex *recurret*. *) Go. err. *VII*. n) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Be. suo arbitrio *Sirmii*. *) Cui. 1 *victore*. o) Iuvat

TIT. XXIV. DE OBLATIONE VOTORUM.

1. *Impp. Arcadius et Honorius*[p] *AA. Basilio Pf. U.* Quando votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri solidi septuaginta duo obryziaci[q] principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus, statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscuiusque sedulitas principibus suis talia ingerat[r] semper et deferat[s]. *Dat. III. Non. Mart. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.) *)

Tit. XXIV. Cod. Iust. XII, 49. — c. 1. Cod. Iust. XII, 49, 1 interpol. In Cui. 1 haec c. falso appellatur c. 2.

h. l. repetere Go. nostri verba. „Videtur, inquit, hic deesse brevis lex: quae fine folii in MS. excisa est.“ Lacuna apud Go. — Ri*. asteriscis notatur. Excisa est quidem pars folii LXXX., sed tamen nihil deest, quare sustuli lacunae signa. Solet enim librarius nitoris caussa, si quis titulus pagina non expleta finitur, aut spatio complurium versuum facto in eadem pagina ad alium titulum pergere, aut si hoc fieri non potuit, reliquam paginae partem scriptura vacuam relinquere et titulum, qui sequitur, in sequentem paginam differre. Et hoc quidem hic factum est. Nam post hunc titulum tres aut quattuor versus in pagina adversa folii LXXX. explendi erant; eos librarius more suo non explevit. Iam vero aversa pagina incipit cum ultimo huius libri titulo, post quem haec vv. in codice leguntur: *Explicit Liber VII | Incipit Liber VIII* et supererant octo versus. Deinde folium LXXXI. incipit cum prima primi tituli lege. Ergo vacui scriptura remanserant octo versus. Hanc autem inferiorem folii LXXX. partem, quae in neutra pagina perscripta erat, barbara quaedam manus, sed intacta codicis scriptura, exsecuit, cuius rei simile exemplum iam supra vidimus in fine libri VI. (vid. p. 608, not. g) et post titulum Quid probare debeant (VII, 2), not. *uu*.

p) Vid. Zirardin. l. c. p. 273, not. Aur. Lugd. *honorius.* q) Cod. Iust. *auri et solidis obryzatis principibus.* Probabilis admodum vid. Go. cj. *solidi Septuaginta duObryziacis* i. e. *solidis septuaginta duobus obryziacis* vel *solidos septuaginta duos, obryziaci.* r) Codex, Cui. 1 — Ri*. *ingerant.* Be. *ingerat* ex Cod. Iust. qui tamen *inferat.* s) Ita Be. ex Cod. Iust. Codex, Cui. 1 — Ri*. *deferant.* Go. *deferant* legitimam esse scripturam dicit propter vocem collectivam *uniuscuiusque.* Hoc tamen non probo. Vid. not. antec. *) Vid. not. *o*.

CODICIS THEODOSIANI[a]

LIBER OCTAVUS[b].

TIT. I. DE NUMERARIIS, ACTUARIIS, SCRINIARIIS ET EXCEPTORIBUS[c].

1. *Imp. Constantinus A. ad Leontium*[d]. Dudum sanximus[e], ut nullus ad singula officia administranda ambitione perveniat, vel maxime ad tabularios, nisi qui ex ordine vel corpore officii uniuscuiusque est. Hos enim officia sibi iniuncta tam diu agere iubemus, quoad idoneos esse manifestum est, aut aetate non impediente complere id posse monstrantur, ut, administratione apud unum iugiter permanente, fides quoque eius appareat. Si quis ergo ex suffragio ambitionis ad officia fisco obnoxia accesserit, mulctae nomine[f] denas libras auri exigatur. *PP. V. Id. Iun. Hierapoli*[g], *Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

2. *Idem A.......*[h] Ne hi[i], qui procul ab officio sublimitatis tuae sunt, nullum meritum per sedulitatem vel obsequia praeferentes locum possint laborantibus debitum irrepere[k], exceptores placet pro loco et ordine suo ad commentarios accedere, et eorum administrationi subrogari, et[l] ceteris propulsatis, ita ut inter exceptores, prout quisque locum tempore adipisci meruerit, ordine et merito consequatur. §*Dat.*[m] *Kal. Iul. Treviris*[n], *Basso et Ablavio Coss.* (331.)

3. *Idem A. ad Maximum Pf. P.* Utilitate suadente, annonarios et actuarios conditionales esse praecepimus[o], annonis etiam adiuvari[p], et capitationem eorum, qui censiti[q] sunt, haberi immunem. Ideoque tua solertia competentia monebit[r] officia, ut actuariis binas annonas, annonariis vero singulas protinus subministrent, capitationem quoque[s], ipsorum tantum, qui ex his censiti sunt, faciat*) haberi immunem, quoad in actu fuerint constituti; nam postea vel laus eos et dignitas honorabit, vel, si in culpa fuerint deprehensi, poena comitabitur. *Emissa III. Non. Maii Dalmatio et Zenophilo*[t] *Coss.* (333.)

4. *Idem A.*[u] *ad Veronicianum*[v] *Vicarium Asiae.* Vorax et fraudulentum numerariorum propositum, qui diversis[x] rectoribus obsequuntur[y], ita inhibendum est, ut et[z] antea sancivimus[a], et nunc itidem sancimus[b],

---

Tit. I. Cod. Iust. XII, 50. — c. 1 et 2 Go. concordare dicit cum c. 1 C. Th. de Divers. off. (VIII, 7). — c. 3. Commemoratur haec c. in Comm. Cuiacii ad c. 7 Cod. Iust. de Iure fisci (X, 1) l. c. p. 228, c. 3 Cod. Iust. de Apochis (X, 22) l. c. p. 259 et c. 6 Cod. Iust. h. t. (XII, 50) l. c. p. 499. — c. 4. Cod. Iust. XII, 50, 1. Bas. VI, 35, 1. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Iis, quae administr. (VIII, 15).

---

a) Til. *Theodosiani Codicis.* Vid. supra tit. de Const. pr. et ed. (I, 1), not. *e* et tit. de Iurisdict. (II, 1), not. *q.* b) 15 *Lib. VII.* In indice rubricarum ap. Sich. et Til. deest numerus libri, quare tituli ex hoc libro a Breviarii Alarici conditoribus recepti apud Sich. et Tilium l. c. libro septimo annumerantur et pro uno titulo, id est *de Re militari* undecim libri septimi tituli efficiuntur, quorum secundus *de Tabulariis, holographis* est, undecimus autem titulus *de Bonis quae filiisfamilias.* Sed tamen illum in Breviario primum libri VIII., hunc decimum eiusdem libri titulum esse, inter omnes constat et ex ipsa Sich. et Tilii editione perspici potest. c) Cod. Iust. *De N. a. et chartulariis, et adiutoribus, scrin. et exc. sedis excelsae ceterorumque iudicum, tam militarium quam civilium.* Aur. Lugd. *Scrinariis.* d) Dignitas deest in codice et in edd.; Go. prob. Be. ex c. 1 C. Th. Si quis solidi circulum (IX, 22) et ex c. 1 Cod. Iust. de Commeatu (XII, 43) addi vult *Pf. P.* Cum rubrica huius tituli incipit folium LXXXI. codicis. e) Hanc sanctionem ad nostram aetatem non pervenisse, iam Go. annotavit. f) Be. in not. add. *in* vel *ad.* Sed vid. supra VI, 26, 14, not. *b*, VI, 35, 1, not. *p* et infra X, 20, 2. g) Aur. Lugd. om. *Id.* Go. annotat: „Ex hac subscriptione colligi videtur, hanc *legem* a Licinio, non a Constantino latam fuisse: quandoquidem ei hoc tempore Oriens parebat: vide Zosimum *lib.* 2. p. 679" (cap. 20); qua de caussa fortasse ap. Ri. Ri*. rep. 318 pro 319. h) Pro asterisco, qui in edd. est, posui sex puncta; tot enim literarum lacuna apparet in codice, etsi nihil erosum neque abscissum est. Ceterum Go. propter subscriptionem praefecto praetorio cuidam Galliarum, cuius sedes Treviris erat, hanc legem inscriptam fuisse existimat. i) Codex et edd. ante Be. *hii.* k) Go. em. *in locum — inrepere* vel *locum — praeripere*, sine caussa. l) Be. auct. Go. delet in notis hanc particulam. m) Go. et Bou. l. c. p. 747, not. *a* *Dat.* pro *Reddita* habent. n) Codex, Go. Bou. *Triberis.* Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Triveris.* o) Ita Go. ex codice; rell. *praecipimus.* p) Go. mendose *adiuaari.* q) Codex et edd. ante Be. *censeti.* Hoc etiam paullo infra. Be. auct. Go. em. *censiti.* r) Cui. 1. Cui. 2, 2* *amonebit*, errore propter antecedentem literam *a.* Aur. Lugd. *admonebit.* Go. ex cod. rest. *monebit*, quod Ri. Ri*. Be. rec. s) Hinc inc. pag. secunda folii LXXXI. codicis. *) Ne coniicias *faciant.* t) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Zenofilo.* u) Cod. Iust. *Imp. Constantinus*, quia est prima h. t. lex. v) Be. auct. Go. ex c. 2 cit. (vid. not. sup.) et ex Cod. Iust. rest. *Veronicianum* pro *Benoricianum*, quam mendosam scripturam codex et edd. ante Be. habent. x) Cod. Iust. add. *obsequiis*, sed deest ap. Cuiacium. y) Cui. 1 *obsequntur.* z) Cod. Iust. om. *et.* a) Codex, Cui. 1 — Lugd. *sancxerimus.* Cui. 2 — Ri*. *sanxerimus.* Go. in not. em. *sanximus* vel *sanxeramus.* Be. ex Cod. Iust. rec. *sancivimus*, sed Cuiacius ibi *sanximus.* b) Aur.

conditioni eos subdi tormentorum [c], et eculeis atque lacerationibus subiacere, nec ultra biennium hoc fungi obsequio etc. [d] *Dat. XIV. Kal. Iun. Optato et Paulino Coss.* (334.)

5. *Imp. Constantius* *) *A. ad Taurum Pf. P.* Actuarii conditionales sollicite proprio fungantur officio, nec ad quasdam irrepant dignitates, quibus eos perfrui divalia statuta [e] prohibent. Hoc vitium corrigentes nos etiam iussimus, utiliter a patre praecepta servari; et literis ad magistros [ee] peditum et equitum datis iussioni effectum praecipimus commodari. *Dat. prid. Non. Maii Roma, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.) *)

6. *Imp. Iulianus A. ad Auxonium Correctorem Tusciae.* Numerarii, qui publicarum [f] rationes civitatum versutis fraudibus lacerare didicerunt, subiaceant tortori, nomine artis ac fraudis. Verum cum quinquennio administraverint chartas publicas, unum integrum annum vacent, ut ad incusantium iurgia facilis appetitu sit vita privata. Septimo porro anno, cum eosdem bene creditum munus administrasse claruerit, ex-perfectissimis dimittantur [g]. Hic abolebit honor dignitatis [h] additae veterem vilitatem [i]. *Dat. XVI. Kal. Febr. Constantinopoli, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

7. *Idem* [k] *A. Secundo Pf. P.* Quamquam praecedente iussione [l] omnes numerarios conditionales esse praecepimus, tamen etiam nunc eos, qui sumpserint chartarum notitiam, et eodem [m] officio inhaeserint [n], conditionales esse iubemus, ut scientes, nullo se privilegio esse munitos [o], ac facile per tormenta fraudium suarum sutelas [p] detegi posse, nihil committant in damna rei publicae. *Dat. Kal. Mart. Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

8. *Idem A.* [q] *ad Mamertinum Pf. P.* Iubemus omnes numerarios, non eos modo, quos plebe confusa [r] vulgus abscondit, sed primos etiam [s] et magistros eorum officii sedis amplissimae, tum autem iudicum ceterorum, solutos penitus militaribus sacramentis, conditionales etiam fieri, ne dignitas fraudibus [t] faciat umbraculum, per quinquennium perinde *) inservire scriniis. Quippe admodum iniquum videtur, pro alienis fraudibus rudes et nuper adscitos adiutores compelli ratiocinia praestare, atque his imminere periculum. *Dat. epistola ppō.* [u] *V. Kal. Dec. Viminaeio* [v], *Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

9. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Clearchum* [x]. Numerarii, qui [y] appellari consueverant consula-

— c. 5 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 7 et c. 6 Cod. Iust. cit. ll. cc. Vid. c. 3 h. t., not. super. — c. 6 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 13 Cod. Iust. de Suscept. (X, 70) l. c. p. 331. Videtur indigitari in c. 7 h. t., ubi vid. not. *l.* — c. 7 et 8 commemorantur in Comm. Cui. ad c. 7 Cod. Iust. de Iure fisci (X, 1) l. c. p. 228. Alterutra videtur significari in c. 11 h. t. Numerus c. 7 habetur in codice, et in Aur. Lugd. *VIII.* est pro *VII.* — c. 9. Cod. Iust. XII, 50, 2. Bas. VI, 35, 2. Eodem die data est c. 7 C. Th. de Famosis libellis (IX, 34). Ceterum vid. c. 15, not. *m.*

Lugd. *sancximus.* c) Codex, edd. ante Be. *subditorum.* Go. annotat: „γρ. *subditorum*, id est, tormentorum, ut Cod. Iust." Be. hanc Go. cj. recte in contextum recepit. Vid. c. 6 h. t. *subiaceant tortori* et c. 9 h. t. *tormentis esse subiectos.* d) Vv. *nec — etc.* des. in Cod. Iust. *) Go. mendose *Constantinus.* e) Go. legem Constantini M. intelligi putat. ee) Codex *magistris*, sed em. *magistros.* Edd. *magistrum.* *) Go. huic c. mendose apponit ann. 395. f) Go. em. *publicas*, proponit etiam *publicarum rationes divitiarum* vel *publicorum rationes ψηφισμάτων*; sed illud probabilius. g) Cui. 2, 2* *dimittatur*, err. h) In syllabis *tatis* incipit folium LXXXII. i) Cui. 2, 2* *utilitatem*, recte impr. Go. in not. h. c. Cf. etiam Go. in comm. c. 8 et in not. c. 11 h. t. k) Ri. Ri*. *Imp.*, err. l) Go. dubitat, an hac iussione significetur c. 6 h. t., sed tamen, cum ipse concedat, simile esse utriusque legis argumentum, non video, cur dubitet aut potius id neget. Suadere autem videtur opinionem meam vox *praecedente*, quae iussionem aliquam paullo ante hanc c. 7, quae Kal. Mart. data est, emissam esse indicat; iam vero c. 6 data est XVI. Kal. Febr. iisdem consulibus. Codex *numerarorios.* m) Go. annotat: „Pro *eidem*: vel supplendum *in eodem.*" n) Codex *inhaerint.* o) Codex *munitus.* Mox Ri*. *fraudum*, etiam infra in c. 11. p) Cui. 2, 2* *tutelas*, err. qui em. a Reinesio. q) Go. prob. Be. h. c. tribuit Ioviano: VI. enim Kal. Iul. huius anni Iulianus decesserat testibus Socrate III, 18, Ammiano Marcellino XXV, 5, Chronico Alexandrino et Consularibus Idacianis. Vid. Go. in notis h. c. et in Chronologia h. a. p. LXVIII. ed. Ritteri. Postero die Iovianus imperator factus est. Quare admirationem movent septem illae constitutiones, quae, quamquam post mortem Iuliani datae, tamen Iuliano tribuuntur. Vid. c. 2 C. Th. de Metallis (X, 19) ad Rufinum Com. officiorum. Dat. XI. Kal. Nov. Antiochiae; c. 1 C. Th. de Collat. donat. (XI, 20) Aginatio Cons. Byzacenae. Dat. prid. Id. Nov. Mampsystae; c. 3 C. Th. de Off. iud. omn. (I, 19) ad Mamertinum. Dat. XI. Kal. Dec. Antiochiae; c. 16 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5) ad Mamertinum. Dat. VII. Kal. Dec. Antiochiae; haec c. 8; c. 3 C. Th. de Suariis (XIV, 4) Aproniano. Dat. V. Id. Dec. Antiochiae; c. 56 C. Th. de Decurionibus (XII, 1). Dat. XII. Kal. Ian. Antiochiae. Accedit quod c. 11 h. t. de iussione aliqua Iuliani loquitur, quae haec lex potius est, quam c. 6 aut 7 h. t. Error sine dubio in eo latet, quod aut in subscriptionibus harum legum v. *Dat.* accipiendum est pro *Reddita*, (cui opinioni favere videtur locus, quo quinque constitutiones datae sunt, id est Antiochia et Mampsysta, Ciliciae civitate, in quam Iovianus Antiochia profectus erat) aut subscriptiones si non omnium constitutionum, sed tamen hic illic contractae sunt a Codicis Theodosiani conditoribus. Et hoc quidem accidisse puto in hac c. 8, cuius subscriptionem ita legendam esse existimo: *Data epistola* (excidit dies et locus). *Proposita V. Kal. Dec.* etc. Nam siglum *ppō* non *Pf. P.* significat, quod Go. et Be. placuit, sed *proposita*, quod v. saepe in codicibus eo compendio expressum est. Ceterum c. 15 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et leges cum hac c. 15 coniungendae huc non sunt referendae. r) Codex *consusa*, mendose. s) Go. om. *etiam.* t) Codex *faudibus*, mendose. *) Go. monet, ne quis velit *proinde.* u) Vid. not. *q* antec. v) Ita codex et edd. ante Be., qui *Viminacii.* x) Cod. Iust. *AA. Clearcho.* Dignitas Clearchi deest in codice et in edd.; Cuiacius in Comm. c. 2 Cod. Iust. cit. add. *PP.*,

rium ac praesidum duntaxat[z], tabularii posthac nostra sanctione[a] vocabuntur, scientes, sese tormentis esse[b] subiectos, nisi iudicibus vel his, qui provecti nostro iudicio ad provincias venerint vel his, qui[c] ibidem[d] diutius fuerint commorati, debitorum ac reliquorum modum[e] frequenter ingesserint sub actorum testificatione, quos[f] scire oportet, cum his, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus *) persoluta. §. 1. Triennii tamen spatio tabulariorum decet tempus omne concludi[g]. Denique cum peregrinos delegi, atque ad singulas quasque provincias oporteat destinari, peractis triennii spatiis, atque hoc tempore completo biennio post administrationem in provinciis residere debebunt, obsequia iudicum praestolantes, ut edant rationem torporis[h] atque segnitiae, ac subiaceant dispendiis, quae communicari iisdem[i] cum exactoribus convenit, si detrectasse[k] fidem praetermissis suggestionibus monstrabuntur. *Dat. XIV. Kal. Mart. Constantinopoli, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[l] (365.)

10. *Iidem AA. Iovio*[m] *Magistro equitum.* Actuariis palatinorum et comitatensium numerorum senas annonas, senum etiam capitum, pseudocomitatensium etiam quaternas annonas et quaternum capitum ex horreorum conditis praecepimus[n], per decennium curam eius officii sustinere, ut perspicue manifesteque fides eorum et industria comprobetur. Quod cum ad nos iuxta numerorum testificationem[o], suggestione excellentiae tuae, pervenerint*), honore perfectissimatus in palatio nostro potientur, etiam maiorem gradum dignitatis postmodum adepturi. Post hoc vero beneficium qui fraudibus ac rapinis minime[p] temperarint, in eos iudiciorum auctoritas exseratur. *Dat. VIII. Kal. Iun. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

11. *Iidem AA. ad Rufinum*[q] *Pf. P.* Super numerariis celsissimi officii tui aliter est nostra sententia, quam divae memoriae Iulianus[r] duxerat sanciendum. Ille lege proposita numerarios omisso cingulo, conditionis conscios vilioris, necessitati publicae obsecundare praecepit: nos, qui malumus obsequia hominum esse voluntaria quam coacta, sumere cingulum, et militiae ordinem tenere numerarios iubemus, cum, si in aliquo fraudium scelere[s] fuerint deprehensi, nullo modo possint[t] a corporali iniuria vindicari[u]. *Dat. prid. Id. Dec. Parisiis*[v], *Valentiniano et Valente AA.* Coss. (365.)

12. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. omnibus Rectoribus provinciarum.* In provinciis singulis duo tabularii[x] collocentur, quo ad[y] unum fiscalis arcae ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur; sciturì[z], quod, si ex alicuis[a] quicquam actibus ad alteram partem illicita fuerit usurpatione translatum, is, qui iudicis culpam dissimulatione texerit, gravissimo sit supplicio subiugandus. *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*[b] (382.)

— c. 10 fortasse coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Re mil. (VII, 1), ubi vid. not. sup. et not. *b*. Eodem die data est c. 11 C. Th. de Exact. (XI, 7). Commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 6 Cod. Iust. h. t. (XII, 50) l. c. p. 499. Ceterum numerus legis annotatur a librario in m. codicis. — c. 11. Cod. Iust. XII, 50, 3 ex hac lege desumpta est et contracta. Bas. VI, 35, 3. Indigitatur una cum aliis h. anni legibus in Chronic. Paris. Pith. Vid. Go. ad c. 13 C. Th. de Ann. (XI, 1). — c. 12. Cod. Iust. XII, 50, 4. Bas. VI, 35, 4. Eodem die data est c. 2 C. Th. de Vestibus holov. (X, 21). Numerus legis conspicitur in codice.

non impr. Go. propter argumentum legis. In c. 1 C. Th. Ne colonus (V, 11) data VI. Kal. Febr. iisdem atque haec c. consulibus, appellatur Vicarius Asiae, quod etiam sec. Go. suadet Eunapius in vita Maximi p. 105 edit. Commelini. Nihilominus vero dubitat Go. et in notis h. c. et in Prosopogr. v. Clearchus, utrum Vicarius an Proconsul Asiae fuerit, ad quam dignitatem eum idem Eunapius pervenisse testatur l. c. p. 106. Sed illud probabilius est propter c. 1 cit. paucis diebus interiectis datam ante hanc c.; et placet Be. y) Cod. Iust. *Qui numerarii.* z) Ita recte edd. ante Be., qui comma ex edit. Spang. Cod. Iust. ante v. *duntaxat* ponit. Sed numerarios consularium ac praesidum duntaxat imperator tabularios appellari vult, non praefectorum praetorio aut vicariorum. a) Cod. Iust *post hanc nostram sanctionem.* b) Cod. Iust. *se tormentis.* Codex mendose *sciensscientes sesese t. esse.* c) Cod. Iust. *vel exactoribus* et om. *qui — commorati.* d) Hinc inc. pag. secunda folii LXXXII. codicis. e) Cod. Iust. *aut reliquorum nomen et modum,* sed Cui. om. *nomen et.* f) Cui. 1 — 2* *testificatione, quos.* Go. — Ri*. Cod. Iust. ed. Spang. *testificatione: quos.* *) Codex *in iudicantibus.* g) Seqq. des. in Cod. Iust. h) Cui. 2, 2* mendose *corporis.* i) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* k) Codex *detrectase*, sed corr. *detrectasse.* Go. *detractasse.* l) Go. annotat: „An *II. Coss.* id est anno 368." Sed vide c. 1 C. Th. Ne colonus (V, 11) cit. m) Vid. c. 7 C. Th. de Re milit. (VII, 1), not. *z.* n) Ita codex, Cui. 1 — Cui. 2*. Ri.; Go. Ri*. Be. *praecipimus.* Aliquid excidisse apparet. Go. igitur supplet *ex h. c. dari praecipimus, et per* etc.; Reinesius *ex h. c. praeberi pr. et per* etc.; Be. *ex h. c. praecipimus dari et per* etc. Sed cum neque ita oratio plene restituatur, versus a librario sine dubio omissus est. o) Codex *deennium — testifcationē*; utrumque em. a librario. *) Scrib. *pervenerit*, ut etiam Go. voluit. p) Hinc incipit folium LXXXIII. codicis. q) Aur. Lugd. *Ruffinum.* Cod. Iust. *Rufino.* r) Go. dubitat, utrum intelligatur c. 8 h. t., quam Ioviano tribuit (vid. c. 8 cit., not. *q*), an c. 7 h. t.: immo anteriorem illam, de qua dicta c. 7 loquitur significari putat. Mea sententia indicatur c. 6 propter v. *vilitatem*, quod ibi est et hic repetitur in vv. *conditionis vilioris* aut c. 8 ex argumenti similitudine. Vid. etiam c. 7 cit., not. *l.* s) Codex *selere*, sed ponitur a librario *c* supra *e*. t) Codex, Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *possint.* Go. *possunt*, mendose, neque rectius Be. *possit.* u) In Cod. Iust. h. c. verba haec sunt: *Numerarios amplissimae tuae sedis cingulum habere, et militiae ordinem tenere iubemus.* v) Codex, Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Parisis.* Ceterum de anno huius subscr. vid. infra VIII, 6, 1, not. *v.* x) Cod. Iust. *duo numerarii qui et tabularii.* y) Codex, Cui. 1 — Cui. 2* *quoad.* z) Cod. Iust. *hoc sciturì.* a) Cod. Iust. *alterius* et paullo infra *culpam iudicis.* b) Codex *Sygrio*, sed emend.

13. *Iidem AAA.**) *Floro Pf. P. Post alia:* Numerarii nonnisi exacto triennii tempore divinam nostri numinis purpuram venerentur, capitali supplicio subiugandi, si in fraudem constituti vel statuta tempora subterfugere voluerint, vel ambitu usurpare maioris militiae dignitatem. *Dat. XVIII. Kal. Oct. Constantinopoli, Antonio et* [c] *Syagrio Coss.* (382.)

14. [d] *Impp. Arcadius et Honorius AA. Severo Pf. U.* Ne*) diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum consortiis adiuventur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerariis ab [e] actuariorum societate praecipiat abstinere, atque ab eorum communione discedere. Quod si haec [f] moniti custodire neglexerint, iisdem [g] poenis se, quibus actuarios, non ambigant subiacere [h]. §. 1. Actuarios vero cunctos intra quinquaginta dies urbis nostrae terminos compellat excedere, scituros, quod, si ultra statutum tempus praesentes fuerint comprehensi, XXV [i] librarum auri dispendium subituri sunt. *Dat. IV. Kal. Iul. Nicaeae* [k], *Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

15. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Hypatio Magistro militum per Orientem.* Ex insinuatione magnificentiae tuae cognitis his, quae a scriniariis officii [l] tui crudeliter perpetrantur, dum actuariis sua pravitate permixta, freti*) potestate chartarum, rationes eorum pro sua voluntate perscribunt, generali lege censemus, ut ad exemplum numerariorum, quorum ob fraudes haec dudum [m] forma processit, a chartarum cura triennio finito pellantur, nunquam ad eam ulterius admittendi, cum his, qui ante ab huius modi consortio quoque [n] pacto recesserunt, ita ad principatum officii, si maluerint, praestolentur; hac pecunia, quam actuariis quolibet genere extorserunt, fisco vindicanda. Quod et in posterum observabitur, si quis ex scriniariis eiusdem officii aliquos cum actuariis contractus habuerit, quoniam hoc collegium commerciumque penitus convenit inhiberi. *Dat.* [o] *XVII.* [p] *Kal. April. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

16. *Iidem AA. Vitaliano Duci Libyae**). Nemo de numerariis tui officii seu domesticis vel scriniariis sive adiutoribus post completum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitudinem audeat adspirare, decem auri librarum [q] condemnatione proposita, si quis [r] hanc violare voluerit sanctionem: eadem poena officio quoque proposita [s], si per ambitionem vel avaritiam ex his aliquid temerari concesserit [t]. *Dat. IX.* [u] *Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio A. XI. et Constantio II. V. C.* [v] *Coss.* (417.)

17. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Tauro Pf. P.* Qui ad numerariorum gradum veniunt in officio tuae sedis excelsae, quamdiu eodem funguntur officio, domesticorum militiam non affectent, ne in alio actu constituti alterius sacramenti privilegiis perfruantur. Completo sane triennii tempore eam tantummodo militiam consequantur, quae instituto antiquitus more defertur. Intra alterius autem triennii metas [x] *al*tiorem quamcunque militiam seu potius dignitatem nullam penitus adipiscendi habeant facultatem etc. *Dat. V. Non. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. XIV. et Maximo Coss.* (433.)

TIT. II. [y] DE TABULARIIS, LOGOGRAPHIS ET CENSUALIBUS [z].

1. *Impp. Constantius et Constans AA. ad* [a] *Catu-*

— c. 13, quae cum c. ult. h. t. concordat, coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Iis, quae administr. (VIII, 15). Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 11 C. Th. h. t. l. c. p. 501. Vid. c. 15 h. t., not. *m.* — c. 14. Cod. Iust. XII, 50, 6 omisso fine. Bas. VI, 35, 6. — c. 15 sec. Go. coniungenda est cum c. 2 Cod. Iust. de Off. mag. mil. (I, 29), sed tamen vid. c. 4 C. Th. eod. (I, 7), not. sup. Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 6 Cod. Iust. h. t. (XII, 50) l. c. p. 499. — c. 16. Cod. Iust. I, 51, 6. Bas. VI, 1, 65. Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 12 Cod. Iust. de Suscept. (X, 71) l. c. p. 330. — c. 17 coniungenda est cum c. 9 Cod. Iust. de Assessor. (I, 51). Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 11 Cod. Iust. h. t. l. c. p. 501. Vid. etiam c. 13 h. t., not. sup.

Tit. II. C. Th., codex Lugdunensis, Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. II.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—47, 49, Sich. Til. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* (cum una tantum c., id e. 5), sed ap. Til. in indice rubricar. *Tit. II.* libri septimi. Similiter ap. Sich. in indice rubr. Vid. supra tit. I. h. libri, not. *b.* Cod. Iust. X, 69. — c. 1. Cod. Iust. X, 69, 1. Bas. LIV, 8, 1. Repetitur infra in c. 31 C. Th. de Decur. (XII, 1).

Go. *Cons.* *) Codex *Id AA.* c) *et* bis scriptum est in codice, ubi verba *et Syagrio css* infra versum posita sunt. d) Cum hac c. incipit pagina secunda folii LXXXIII. *) Aur. Lugd. *Nec.* e) Haec vox deest in Cod. Iust. f) Cod. Iust. *hoc.* g) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* h) Seqq. om. in Cod. Iust. Codex *Actuarius vero*, qui error frequens est. i) Ita codex et Go., etsi codex *XX. V*; rell. *XX.* s. *viginti.* k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Niciae* Be. *Niceae.* Cod. Iust. *Iun. Niciae.* l) Codex *officiis*, sed corr. a librario puncto supra literam *s* posito. Paullo supra Cui. 2, 2* *magificentiae.* *) Cui. 1 — 2* sine ulla interpunctione. Go. — Ri*. *actuariis, sua pravitate, permixta freti* etc. Recte restituta est interpunctio a Be. m) Go. dubitat, utrum intelligenda sit c. 9 an c. 13 h. t. Videtur imperator non definite sed in universum loqui, utraque igitur lex significari et fortasse plures nostra aetate incognitae. n) Go. prob. Be. em. *quoquo.* Codex *quoq.*, h. e. *quoque*, quod tamen vix ferri potest. Paullo infra Go. *viudicanda*, mendose. o) Cum subscriptione h. c. incipit fol. LXXXIV. codicis. p) Aur. Lugd. Ri. Ri*. mendose *XVI.* *) Codex, Ri*. *Lybiae.* q) Cod. Iust. *Nemo de domesticis ducum vel comitum militarium officiis eorum connumeratus post — eandem rursum — decem librarum auri.* r) Ita optime codex, Go. et Cod. Iust.; rell. om. *quis.* s) Cod. Iust. *quoque eius coërcendo.* t) Cod. Iust. *temerarie*, sed nonn. codd. *temerare* et Schf. Hal. ut nos. Praeterea in nonn. codd. et edd. est *consenserit* pro *concesserit.* u) Cod. Iust. *VIII.* et om. *Constantinopoli.* v) Cod. Iust. om. *V. C.* x) Cui. 1 — Lugd. *metas * altiorem.* Codicem habere *metastiorem*, iam Go. annotavit. Voluit igitur Cuiacius asterisco illo indicare, hic, haud scio an festinatione librarii, aliquid in codice excidisse, etsi prima specie nullum ibi sit lacunae indicium; et revera tam aptum est supplementum Cuiacii, ut praeter syllabam *al* nihil desideretur.

y) Hinc incipit pag. secunda folii LXXXIV. codicis. z) Codd. *locografis*, *logografis*, ut codex Lugdunensis,

linum[b] *Pf. P.* Nullus[c] omnino ex tabulariis vel scribis vel decurionibus *) eorumque[d] filiis in quocunque officio militet[e], sed ex omnibus officiis, nec non et si intra nostrum palatium militent[f], necdum impleto quinquennio, reperti et retracti protinus curiis[g] officiisque municipalibus[h] reddantur. *Dat. VIII. Kal. Iul. Lauriaco*[i], *Marcellino et Probino*[k] *Coss.* (341.)

2. *Impp.* *) *Valentinianus et Valens AA. ad Arthemium Vicarium Hispaniarum.* Si qui tabulariorum necessitate perfuncti vel adspirare coeperint ad curias vel vocari, non prius eos ordo suscipiat, quam fideliter dederint administratarum[l] suo tempore chartularum apud acta rationem. *Dat. Kal. Iun. Treviris*[m], *Valentiniano et Valente III. AA. Coss.* (370.)

3. *Imppp.* *) *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Neoterio*[n] *Pf. P.* Comperimus, aliquantos relictis muneribus curiarum scribas, sed et logographos[o] civitatum in nomen irrepsisse militiae: his retractus[p] legem hanc tulimus, ne quis ex hoc hominum numero paria audeat usurpare. Hoc admodum sufficiente numero militiae supplementis, qui ex vagis veteranorumque filiis vacantibusque potuerit fida pervestigatione compleri. *Dat. IV. Non. Febr. Thessalonica*[q], *Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

4. *Iidem AAA.*[r] Quicunque decurionum sponte se censuali ministerio manciparit, conditionem habeat, quam ipse delegit[s], depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quaestioni subdendum[t] invenerit. *Dat. XV. Kal. Oct. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

5. [u] *Impp. Arcadius et Honorius*[v] *AA. Hadriano*[x] *Pf. P.* Generali lege sancimus, ut, sive solidis provinciis sive singulis civitatibus[y] necessarii fuerint tabularii[z], liberi homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officium[a] patescat aditus, qui sit obnoxius servituti[b]; sed et si quis[c] dominorum servum suum sive colonum chartas publicas[d] agere permiserit, (consensum enim, non ignorantiam[e] volumus obligari) ipsum *) quidem, in quantum interfuerit publicae utilitati, pro ratiociniis[f], quae servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium

— c. 4. Cod. Iust. X, 69, 2. — c. 5. C. Th., codex Lugdunensis, Cui. 1 — Be. *c.* 5. Br. Al. eiusque codd., Sich. Til. *c.* 1, h. e. *un.* Integra cum interpr. exstat in Br. Al. codd. 6 — 10, 12 — 14, 16 — 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45 — 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26; solus textus om. in codd. 27 — 29, 32 — 34, 36 — 40, 42 — 44; sola interpr. in cod. 15. Cod. Iust. X, 69, 3.

Cui. 1 — Ri*. aut *olografis s. olographis*, ut codd. 6, 7, 20, 21; cod. 23 *hologographis*. Sich. Til. *De t. holographis, id est censualibus scribis.* 40, 43, 44 *De t. l. id est cens. et scriptis*, sed plerique codd. et inter eos 6, 7 *De t. l. et c. id est scribis*; alii *De t. et o. id est censualibus* aut *id est scribis censualibus.* Epitome Guelpherbytana sec. Ri. *De t. holographis et censualibus id est et scribis* (potius *sacribis*). Cod. Iust. *De t., scribis, l. et c.* Vv. *id est scribis* desumpta sunt ex interpretatione titulorum in nonnullis Breviarii Al. codicibus servata, de qua exponam in editione Breviarii, quam paro. a) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Imp. Constantius A. ad*; sed Be. suadente Go. ex c. 31 C. Th. de Decurionibus (XII, 1) recte pleniorem scripturam restituit, quam etiam Cuiacins in c. 1 Cod. Iust. cit. rep., ubi vulgo habetur *Imp. Alexander A.*, male et impr. Ri. b) Codex, edd. praeter Go. *Catullinum.* Be. cj. *PPf.* sive *Vicar. U.* c) Cod. Iust. *Nulli*, sed Cui. *Nullus.* *) Go.: „Est qui reponit *decurialibus.*" d) Cod. Iust. *scribis vel logographis eorumque.* e) Cod. Iust. *militent*, sed Cui. *militet.* f) Cod. Iust. *etiamsi — militant.* g) Hoc v. deest in Cod. Iust. h) Cod. Iust. *officiis munic.* i) Codex *Lauriacco.* Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Lauriaco.* Be. *Lauriaci.* k) Rep. *Probiano.* Vid. supra V, 14, 2, not. *l.* *) Ri. Ri*. *Imp.* l) Codex *administratorum.* m) Hoc v. om. est ap. Be., err.; codex *triū.* Cui. 1 — Ri*. *Triu.* s. *Triv.* *) Aur. Lugd. *Impp.* Go. *Gratianus et Valent.* n) Go. in Chron. h. a. *Neotherio.* o) Codex, Cui. 1 — Ri*. *logografos.* p) Go. em. *retractis*; putat enim v. *retractus* huic aetati non convenire et melius legi *retractis* propter seqq. Vid. c. 1 h. t. et c. 11 C. Th. de Div. off. (VIII, 7). q) Go. et codex *Thessalonica*; rell. *Thessalonicae.* r) Codex *Id AAA. Quicumq.* Cuiacius in c. 2 Cod. Iust. h. t. (X, 69) l. c. p. 326, ubi vulgo *Imp. Gordianus A.* mendose scriptum est, inscriptionem proximae c. 3 C. Th. h. t. restituit, haud scio an propter habitum inscriptionis in codice Lugd.; sed impr. Go. Cui. 1 — Ri*. *Idem AA.* Be. *Iidem AA.**., quod vere quidem factum est, nam magistratum, ad quem c. missa est, deesse apparet, tamen non consentit cum codice, in quo nullum est indicium lacunae. Error autem non librario codicis Lugd., sed primis Codicis Theodosiani scriptoribus sive constitutionariis tribuendus, quippe cum etiam in Codice Iust. magistratus desideretur, suppletus ille a Cui. ex c. 3 h. t. Go. Reinesius et Be. non antecedentis c. 3 h. t. imperatores, ad quos vv. *Iidem AA.* aut rectius *AAA.* referenda sunt, agnoscunt, sed reponi volunt *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.* Occisus est enim Gratianus VIII. Kal. Sept. anni 383. Reinesius denique add. *Cynegio Pr. P.* s) Cod. Iust. *mancipaverit — elegerit*, sed Cui. ut nos *delegit.* t) Cod. Iust. *quaestionis subeundae*, sed Cui. ut C. Th. u) Cum hac c. incipit folium LXXXV. codicis. v) Sich. Til. *Arcad. et Theod.* ex codice 21. Ita etiam aut *Theud.* pro *Theod.* 6 — 8, 19 et alii. Sich in m. *Gratianus et Honorius* et ita etiam codd. 28, 40, impr. Ri. Nonn. codd. *Archadius.* x) Plerique codd. *adriano* (ita etiam Sich.) et om. nonn. siglum dignitatis. 24 *Triano.* 34 *ad Alariano.* 15 *adriano p̄posito.* y) 19, 20 add. *si.* z) Sich. Til. *tabellarii.* In m. cod. 15 annot. *Tabularii qui rationes publicas tractant*, ex interpr. a) *officium* abest ap. Go., err. Go. ann. *patescat* pro *pateat.* Mox nonn. codd. mendose *auditus.* b) 19, 20 *servitutis.* c) 20 *sedetsaliquis*, pro *sed et si aliquis.* Nonn. codd. om. *sed*, alii et Til. *et.* d) 15 om. *suum* et *publicas.* e) Ita codd. Lugd. 9, 20, 21, Cod. Iust. Cui. 1 — Be.; 6, 7, 8, 10—12, 16—18 *consensu e. n. ignorantia*, impr. quidem Go., sed aeque bona sententia et non impr. Ri. Sich. Til. *consensum e. n. ignorantiū*, quod etsi ferri potest, unde tamen id fluxerit, nescio. In exemplo meo editionis Til. ab antiqua manu em. *ignorantiam.* Ceterum 20 *ei* pro *enim.* Go. mendose om. *obligari.* *) Notandum est subito hic a particula *ut* (*sancimus, ut — ordinentur — patescat*) pergi ad constructionem accusativi cum infinitivo. f) 15 om. *in.* Idem *interfuerint — utilitatis rationi.*

attineri[g], servum autem competentibus affectum[h] verberibus fisco addici[i]. In praeteritum quoque decernimus, cura[k] dominorum praesentari eos, qui ratiocinia tractaverint, quorum interfuit *) ab initio providere, ne publicis actibus[l] privata servitia immiscerentur, ut[m] temporis sui quisque rationem[n] positus in quaestione[o] depromat. *Dat. VIII.*[p] *Kal. April. Mediolano*[q], *Vincentio*[r] *et Fravitta*[s] *Coss.* (401.[t])

INTERPRETATIO. *Sive in solida provincia sive per singulas civitates tabularii fuerint*[u] *ordinati, hoc est, qui rationes publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur: coloni vel*[v] *servi ad hoc officium nullatenus admittantur, quia quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt*[x], *de quibus querela esse non possit. Quod si dominus colonum vel*[y] *servum suum tabularium esse consenserit*[z], *pro consensu dominus hac mulcta feriatur, ut quicquid* *) *colonus ille vel servus detrimenti*[a] *admiserit, hoc dominus sine mora restituat: colonus ille vel servus verberatus fisci viribus addicatur.*

TIT. III. DE PRIVILEGIIS APPARITORUM MAGISTERIAE POTESTATIS[b].

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Arthemium*[c] *Correctorem*[d]. *Post alia:*[e] Qui sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militasse ac[f] militare monstraverint, ab omni nominationis iniuria *) excusentur[g]. Eligendi autem erunt susceptores e diversis officiis, etiam ex largitionalibus civitatum, qui utique extra palatium degunt. *Dat. XIII. Kal. Oct. Aquileia. Acc. XV. Kal. Nov. Salerni*[h], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

TIT. IV. DE COHORTALIBUS, PRINCIPIBUS, CORNICULARIIS ET[i] PRIMIPILARIBUS[k].

1. *Imp. Constantius*[l] *A. ad Constantium Pf. P.*[m] Quoniam iniquissime tyrannus[n] constituit, ut, qui ex cohortali militia honestam missionem et vacationem rerum suarum meruerint, civilibus officiis et curiae necessitatibus inserviant, placet, hac lege cessante, eos, qui cohortali militia completis XX°[o] stipendiis discesserint, ad nulla deinceps civilia munera vel curiae devocari. Quam rem et circa officiales praesidum observari conveniet. *Dat. IV. Kal. Maii Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.*[p] (315.)

2. *Idem A.*[q] *edicto suo ad Afros.* Stationariis primipilarium, quorum manifesta sunt loca[r], coram man-

---

Tit. III. Cod. Iust. XII, 55. — c. 1. Cod. Iust. XII, 55, 1. Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Privil. eor., qui in s. pal. mil. (XII, 29) l. c. p. 466. Sec. Go. coniungenda est cum c. 9 (olim 2) C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), c. 6 C. Th. de Privil. eor. (VI, 35), c. 21 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). Indigitatur haec lex in c. 6 C. Th. de Suscept. (XII, 6).
Tit. IV. Cod. Iust. XII, 58. — c. 2. Cod. Iust. XII, 58, 1 mut. Bas. LVI, 17, 1.

Etiam Cod. Iust. vulgo *utilitatis*, etsi nonn. libri mss. cum C. Th. congruunt. Rectius *utilitati. Interesse* hic pro *immiscere.* Vid. paullo infra *ne publicis actibus — immiscerentur.* g) 20 *deteneri.* Cod. Iust. *detineri*, sed Cui. *uttineri.* h) 12 *effectum.* 15 om. *affectum.* i) Nonn. codd. *adici.* k) 20 *In praeterito — cura*, sed v. *cura* supra scrib. *corā.* 12 *discernimus.* *) Cod. Iust. *uddici. Dominorum enim interfuit* et des. intermedia vv. l) 20 *providentiae ne p. actionibus.* m) Nonn. codd. *et.* 15 et Cod. Iust. om. *ut — depromat.* n) Nonn. codd. *in ratione* aut *quisquis in ratione.* 20 *ratione.* o) 8, 19, 20 *inquisitione.* 21 *quaestionem.* p) 13 *VII.* 15 *IX.* 19 *III.* L. R. U. ap. Canc. *VI.*, in cod. S. Gall. *VII.*, sed in cod. Pip. ut nos. q) Ita plerique codd.; edd. *Med.* aut *Mediol.*; Cod. Iust. *Mediolani.* 40 et Sich. in m. *Cōstātinop.* r) Nonn. codd. *Vicencio.* s) Ita nonn. codd. Cod. Iust. et Til. Plerique codd., etiam Lugdunensis, Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *Fravito.* Cui. 2, 2* *Fravita.* 28, 36, 40, Sich. *Fabritio* s. *Fabricio*; alii codd. *Fabrito*, *Fraudo*, *Frausto*, *Frauto.* t) Go. mendose 40. u) Hoc v. deest in cod. 6; 21 om. *ord.*, sed add. in m. v) Multi codd. Sich. Cui. 1 — Lugd. *aut.* x) Edidi ex codd. 6, 7, 14, 20, 21, multis aliis, Sich. Cui. 1 — Lugd. *debebunt* pro *debent*, quod est in Cui. 2 — Ri*. y) Multi codd. *aut.* z) Propter seqq. vv. *pro consensu* et ex ipsa lege, deinde auctoritate plurimorum codd., etiam 6, 7, et prob. Go. Ri. recepi *consenserit*, etsi *concesserit*, quod Sich. Cui. 1 — Ri*. habent, aeque bonam sententiam praebet. 20 *constituerit.* *) 21 *feriatur quicquid*, sed in m. ut nos. a) *detrimenti* deest ap. Sich., sed restituitur in m. 20 hic mutilus erat, nam deerant vv. *detrimenti — vel servus*, quae tamen recentior manus ad finem folii ita adscripsit: *detrimentū amiserit hoc* etc. Mox 21 in m. *iuribus* pro *viribus.*

b) Cod. Iust. *De apparitoribus magistrorum militum et privilegiis eorum.* Cum hoc titulo incipit pagina secunda folii LXXXV. codicis. c) Vid. c. 9 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), not. *d.* Codex, edd. *Artemium.* d) Leges 9 et 6 citt. cum hac c. coniungendae *carissime nobis*, et facile *correctorem* nasci poterat ex compendio *car. n.* Go. Arthemium correctorem Lucaniae et Brittiorum fuisse putat, etsi is in c. 2 Cod. Iust. de Cond. in publ. horr. (X, 26) appellatur Praeses. In re dubia offendit omissa dignitas in c. 21 cit. et in c. 6, 7 C. Th. de Poenis (IX, 40). e) *Post alia* om. in Cod. Iust. f) Vv. *militasse ac* des. in Cod. Iust. *) Codex *iniuriae exc.* g) Sqq. om. in Cod. Iust. h) Est haec subscriptio plenior legibus cum h. c. iungendis; in iis enim des. vv. *Acc. — Salerni.* Ceterum Aur. Lugd. *Cons.*
i) Cod. Iust. *ac.* k) Vid. Vat. Fr. §. 141, 143. Cod. Iust. *Primipilariis*, sed Cui. *Primipilaribus.* l) Aur. Lugd. *Constantius*, mendose. m) Be. ann.: vulgo (h. e. Ri.; ita etiam Ri*.); sed codex *PP. ō.* *PPO.* Cui. 1, 2, 2* *PPŌ.*; Go. *PP. O.* et Aur. Lugd. *ppō.*, quae compendia ad idem redeunt et praefectum praetorio significant. Vid. supra VII, 13, 9 et VII, 14, 1. n) Utrum Maxentius, de quo agit c. un. C. Th. de Ingenuis, qui temp. tyr. serv. (V, 6) anno 314 data, intelligendus sit, an Licinius Go. dubitat, sed in commentario, prob. Glückio l. c. T. XXXI. p. 427, Licinium accipiendum esse putat, qui anno superiore in praelio Cibalensi debellatus sit. Certe de constitutione aliqua deperdita sermo est. Ceterum codex *niquissime*, sed corr. *iniquissime.* o) Go. ed. ex MS. *XXV.* Cui. 1 — 2* *viginti*, impr. Go.; sed codex *XX.ti stipendiis.* p) Aur. Lugd. *Cons.* Cum numero *IV Kal.* incipit fol. LXXXVI. codicis. q) Cod. Iust., quia est prima tituli lex, *Imp. Constantinus.* r) Go. em. *lucra*, apte. Altera Go. cj. est *loca curarum* pro *loca, coram.* Si v.

datum est, ut, si extra modum aliquid extorserint, sciant, se capite puniendos; praeterea ne carcerem habeant, neve quis personam pro manifesto crimine apud se habeat in custodia, neve quis amplius quam duos agasones[s] ex provincia secum habeat, vel de Numidia sibi adiungat, neve[t] ex aliis provinciis agasonem habeat, vel qui alicuius[u] iam stationarii minister fuit*). *PP. VI. Id. Maii*[v] *Karthagine*[x], *Constantino A. IV. et Licinio VI. Coss.*[y] (315.)

3. *Idem A. ad Bithynos.* Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus, vel ducenae vel centenae vel egregiatus dari dignitas potest. *Dat. XII. Kal. Aug. Gallicano et Basso Coss.**) (317.)

4. *Imp. Constantius*[z] *A. Antonio Duci Mesopotamiae.* Iuxta suggestionem vicarii*) Mesopotamiae de his, qui officia praesidalia[a] deserentes ad sacramenta militiae adspirasse noscuntur, iteranda statuti[b] desideratur auctoritas; ideoque etiam nunc[c] iubemus, ut, retentis his[d], qui veteranorum seu militum filii esse noscuntur, ceteros gravitas tua officiis propriis restituere non moretur etc. *Dat. IV. Non. Febr. Limenio et Catulino*[e] *Coss.* (349.)

5. *Idem A.*[f] *ad viros clarissimos Pf. P.*[g] *Post alia:* Beneficiarios in eodem obsequio perseverare volumus etc. *Dat. prid. Non. Maii*[h] *Constantino*[i] *A. VII. et Constante Caes. II. Coss.* (354.)

6. *Idem A.*[k] *ad Taurum Pf. P.*[l] Primipilaribus, qui ad pascendos milites solenniter ad limitem destinantur*), gravia sustinentibus detrimenta hoc modo credidimus consulendum[m], ut duces, qui multa eis extorquere firmantur, nomine munerum vel sportulae nihil amplius percipiant, quam percipiebant a[n] patre nostro[o] perennis memoriae regente rem publicam, ita ut species a primipilaribus ipsa praestetur, nec in nummum aurumve dirigatur, ne super immensitate pretiorum necessitas conquerendi exsurgat. Hac igitur remota iniuria[p] idonei mittantur, qui, ex more susceptis omnibus alimoniis militaribus, easdem pervehere contendant, actis apud rectorem provinciae conficiendis, per quae designabitur, quantus specierum modus in usum alimoniae militaris a primipilaribus praebeatur, et quid ob munera ducibus mittenda vel sportulam, cuius habet notitiam officium praesidale. *Dat. epistola praefecto, cui haec sacra fuerat antelata, XI. Kal. Iun. Mediolani, Datiano et Cereale Coss.**) (358.)

7. *Idem A.*[q] *ad Taurum Pf. P.* Beneficiarii vel officiales rationalis[r], si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta, interversa etiam ratione fiscali ad ecclesias putaverint transeundum, curialium retrahantur exemplo[s]. Si vero obnoxii ratiociniis vel necessitatibus non sint, sub notione iudicum, officiis consentientibus, si id probabilis vitae studium postularit[t], transferantur, nec cessionem metuant facultatum. Quod si clandestinis artibus putaverint irrependum, ad curialium similitudinem[u] duas concedant liberis, aut, si proles defuerit, propinquis e propria substantia portiones, tertiam sibi-

---

— c. 3 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Caesarianis (X, 7), c. 1 C. Th. de Murileg. (X, 20) et c. 5 C. Th. de Decur. (XII, 1). Commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 1 Cod. Iust. de Exact. trib. (X, 19) l. c. p. 253. Ceterum h. c. in Aur. Lugd. err. appellatur *IIII.* — c. 4 coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Fil. milit. app. (VII, 22). — c. 5 sec. Go. coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27) et c. 4, 5, 6 C. Th. de Divers. off. (VIII, 7), etsi die inter se discrepantibus. — c. 6 commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 3 Cod. Iust. h. t. (XII, 58) l. c. p. 511. — c. 7. Cod. Iust. I, 3, 4. Commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 3 Cod. Iust. de Canone largit. tit. (X, 23) l. c. p. 261. Coniungenda est cum c. 49 C. Th. de Decur. (XII, 1).

---

loca recte se habet, significat *stationes, limites.* s) Codex *agason ex provincia.* t) Codex *nve*, addita litera *e* supra *n*. Paullo post Ri*. mendose *provincias.* u) Edd. *alicui.* Go. em. *alicuius*, recte. Codex habet *alicui | iam.* Minus probanda est altera Go. cj., qua *stationario* proponit pro *stationarii.* *) In Cod. Iust. haec c. hunc in modum deformata est: *Omnes stationarii neque superexactionem audeant, neque carcerem habeant, neve quis personam, licet pro manifesto crimine — custodia, sciens quod si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est.* v) Codex et edd. ante Be. *Mai.* x) Edd. ante Be. *Kartag.* Cod. Iust. *Carthag.* y) Go. perperam om. *IV.* ante *Coss.* Aur. Lugd. mendose *Cons.* et ita etiam in sq. lege. *) Go. in Chron. p. XIII. ad hanc legem et illas, quas supra dixi cum hac c. cohaerere, annotat: „Vel *Licinio* hae leges tribuendae, qui Bithynia potiebatur: vel ad alios Coss. referendae eae, et forte, *ad Gallicanum et Symmachum*, id est, ad A. D. 330." Si hoc est, add. *Constantinopoli.* Vid. Vat. Fr. §. 248. z) Be. auct. Go. scribi vult *Impp. Constantius et Constans AA.*, sed iam Go. annotat, plurimas esse huius anni (adde: et aliorum annorum) constitutiones, quae soli Constantio tribuantur. Vid. supra I, 5, 4, not. *c* et c. 5 h. t., not. *f.* *) Codex *vicaria.* a) Go. *praesidialia.* b) Huius legis sive statuti nullam alibi esse mentionem, Go. dicit. c) Ita recte codex, Go. — Ri*.; rell. *etiamnum.* d) Hoc v. in codice supra versum a librario additum est. e) Vid. c. 1 C. Th. de Iurisd. (II, 1), not. *o*. Codex, edd. *Catullino.* f) Go. scribi vult *Iidem AA.*, Constantius scilicet et Constans. Vid. c. 4 h. t., not. *z*. g) Vid. c. 1 h. t., not. *m*. h) Aur. Lugd. *Maii.* Rell. *Mai.* i) Go. et Be. in not. em. *Constantio A. VII. et Constante C. III.* Aur. Lugd. *Constanie.* k) Go. em. *Imp. Constantius A. et Iulianus C.* Sed vid. supra c. 6 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), not. *n*. l) Vid. c. 1 h. t., not. *m*. *) Huc usque h. c. vv. leguntur in Cuiacii Comm. l. c. p. 511. m) In v. *ut* incipit secunda pagina folii LXXXVI. codicis. In ima pag. est numerus quatern. XLIII. n) Haec praepositio abundat sec. Go. et Be., etsi est in codice. o) Go. em. *nostro* et ita habet codex. Edd. *nostrae.* p) Codex *conquirendi.* Ibidem *inmenstate* et *inuria*, sed haec menda em. a librario. *) Go. *Cons.* De v. *sacra* vid. Iuretum ad Symmachum IV, 54. q) Go. em. *Imp. Constantius A. et Iulianus C.* et ita edid. Herm. in Cod. Iust., recte. Vid. infra c. 49 de Decurion. cit. (XII, 1). r) Codex *rationales*, sed em. *rationalis.* In Cod. Iust. om. *Beneficiarii vel.* Vv. *Beneficiarii — rationales — neglecta* proferuntur ap. Cuiacium l. c. s) Cod. Iust. *ad clericatus honorem putaverint transeundum, ad priorem conditionem retrahantur* et om. *exemplo.* t) Cod. Iust. *si pr. v. st. id postulaverit.* u) In Cod. Iust. om. *ad cur. simil.*

met retenturi[v]; sin vero propinquorum necessitudo defuerit, geminae portiones[x] officiis, in quibus militant, relinquantur, portione tertia tantummodo retentata *). *Dat. IV. Kal. Sept. Tauro et Florentio Coss.* (361.)

8. *Impp.*[y] *Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P. Post alia*: Qui in proconsulum, consularium, correctorum vel praesidum[z] officiis ita stipendia merentur, ut rei publicae partes pro virili captusperui[a] laborum procurent, si cursui veredorum obnoxii vel pastui primipili militiam clariorem aditu obstricti itineris[b] occupaverint, ita infulas affectati honoris amittent[c], ut necessitatem vetustae procurationis agnoscant. Liberi vero eorum si ab ineunte aevo alterius gradus sacramenta meruerint, paternae necessitatis conditione non alias fatigentur, quam si adhuc eos loci, quamquam altioris, tamen eius modi docebitur retinere mensuram[d], ut parva contumelia dignitatis paterni muneris subdantur impensis. §. 1. Et quoad huius modi homines in his provinciis militabunt, quos aut primipili pastus aut necessitas veredariae non adigat functionis[e], XXV eos stipendia a nexu curialis nominationis absolvant; liberis eorum ea conditione obnoxiis municipum complexui relinquendis, si militiae[f] detrectaverint voluntatem. Subscribendarii vero, tabularii, diurnarii, logographi[g], censuales, si et censu[h] opulenti erunt, et exercitatione quantulacunque[i] eruditionis, post emensum munus ea conditione curiis aggregentur, si, cum in officiis essent vilioribus, nulla*) eos suppliciorum macula turpaverit. §. 2. Et quoniam infinitum est, viritim cuncta complecti, hoc quasi generale conclusio legis amplectitur, ut quicunque alii sine defensione praedictorum privilegiorum in quibuslibet urbibus, oppidis, municipiis reperiantur, pro captu virium[k] et mediocritate censuum curialia officia suae sortis agnoscant etc. *Dat. III.*[l] *Id. Maii Hadrianopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

9. *Iidem AA. ad Probum Pf. P.*[m] Secundum divi Iuliani statuta[n] sportula duci in quinquaginta libris[o] argenti non ab uno primipilari, sed ab universis pariter inferatur, nihilque amplius duces sportulae solennis praetexto[p] conentur exsculpere. *Dat. VIII. Kal. April. Treviris*[q], *Valentiniano et Valente*[r] *AA. Coss.* (365.)

10. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Principes seu[s] cornicularios stationes, quae personis suis merito deferuntur, non aliis vendere, sed ipsos potissimum[t] his administratiunculis perfrui[u] iubemus. Quod si post pastum primipili de his putaverint nundinandum, non alteri quam adiutoribus suis, et tamen his ipsis, qui nunquam eius modi*) stationes egisse doceantur, habeant li-

— c. 8 coniungenda est cum c. 18 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et c. 58 C. Th. de Decur. (XII, 1) et sec. Go. cum c. 5 C. Th. de Re mil. (VII, 1). Vid. c. 5 cit., not. sup. et not. *s*. Praeterea Go. annotat: „Forte ea *lex* 2. *Cod. Iust. de apparitor. Magistr. mil.* quae sine die et Consule est.“ Commemoratur h. c. in Comm. Cuiacii ad tit. Cod. Iust. de Tabulariis (X, 69) l. c. p. 326. — c. 10 fortasse coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Off. vic. (I, 15). Vid. infra not. *v*.

v) Cod. Iust. *retineant.* x) Aur. Lugd. *portionis*, mendose. *) Cod. Iust. *retenta.* y) Aur. Lugd. *Imp.* Cum inscr. h. c. incipit fol. LXXXVII. codicis. z) Codex *praedum*, sed em. *praesidum.* a) Codex *captusperui | laborum.* Edd. *captu spernui.* Locus impeditus. Videtur, si non totus versus, aliquid certe excidisse, fortasse literae *gili* post *pervi.* Legendum igitur esse censeo *pro virili captu sibi pervigili labore procurent.* Scriptum enim erat fortasse in libro, unde noster codex depictus est, *S. pervigili labor.*, quae compendia librarius male intellexerit. Similiter dicitur in c. 6 C. Th. de Suariis (XIV, 4): *Porcinarii — cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant.* Val. sec. Be. cj. *strenius*, quod non quadrat in h. l. Potius Val. cj. *strenui*, speciosa cj., quae etiam a Go. memoratur. Praeterea Go. annot.: „*Spernui laborum*, si vera est lectio, fuerint qui labores spernunt. Quae vox alibi non occurrit: sed vox, *spernax.*“ Coniecit quis, ut literam *S* servaret, *pro virili captu sive pro* (*p* i. e. *per*, *p* i. e. *pro*) *vi laborum* aut etiam *pro virili captu sive periti laborum* etc. b) Hoc est sec. Go. *interdicti itineris.* Go. prob. *obstructi itineris*, non male. Ceterum codex *iteneris*, sed corr. a librario. c) Cui. 1 *admittēt*, rell. *admittet* s. *admittent.* Go. et Reinesius em. *amittent* et ita habet codex. d) Go. em. *mensura*, sed nulla est idonea mutandi caussa. Ceterum ap. Go. *et parva* pro *ut parva.* e) Aur. Lugd. *adigat. functionis.* Mox eaedem edd. *stipenpendia.* f) Codex *miliae*, mendose. Cui. 2, 2* *detractaverint.* g) Edd. ante Be. et codex *logografi.* h) Aur. Lugd. *sensu*, err. typ. i) Be. cj. *quantulaecunque*, quo facile caremus. *) Aur. Lugd. *perperam nullas.* k) Hinc incipit pagina secunda folii LXXXVII. codicis l) Go. mendose *Dat. II.* m) Quaeritur, ad quem annum haec lex referenda sit. Go. quidem in Chron. h. a. p. LXXXIII. eam tribuit anno 368 aut 370, huic soli anno in notis h. c.; sed obstat, quod tunc haec c. recentior fit c. 10 h. t. contra rationem Codicis Theodosiani, neque c. 10 in alium annum transferri potest, quippe cum post annum 367 nulla ad Dracontium Vicarium Africae constitutio data sit, neque in C. Th., neque in Cod. Iust. (vid. etiam c. 10 h. t., not. sup.). Contra, si codicis scriptura tenetur, offendit id quod Valentinianus his consulibus non fuit Treviris; *Dat.* autem pro *Redd.* positum esse, quod Be. placet in Serie praef. praet. (Ius civ. Antei. p. 1405, not. *c*) hac de caussa certo dici non potest, quia de Probi hoc tempore praefectura Galliarum non constat, etsi aliquando praefectus Galliarum fuisse dicitur in inscriptione apud Gruterum CCCCL. a Go. in Comm. ad c. 1 C. Th. Ne damna provinc. (XI, 11) et in Prosopogr. prolata; sed tamen ego hanc sententiam veram esse puto. Nihil mutandum est. Mecum etiam Relandus consentit l. c. p. 414. n) Hanc Iuliani legem deesse, Go. meminit. o) Edd. *libras.* Be. in notis em. *libris*, recte, nam in codice scriptum est in *l: ta lib.* p) Ita codex, edd. ante Be., qui ex err. Cui. 2, 2* ed. *praetextu.* Utrumque recte. Iniuste igitur notavit Be. vulgatam scripturam. q) Codex *Triū.*, edd. *Triu.* praeter Ri*. qui *Triv.* et Be. qui *Trev.* r) Go. em. *III.* (ita recte ed. Ri., nam Go. in not. h. c. male habet *II.*), id est 370, sed tum in inscr. addendum est *et Gratianus A.* Vid. supra not. *m.* s) Go. in notis: *Et.* t) Codex *potissimus.* Cui. 1 *potissimu.* u) Codex mendose *perfui.*

bertatem licentiamque vendendi. *Dat. III.*[v] *Kal. April. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

11. *Iidem AA.*[x] *Festo Consulari Syriae.* Solita cohortalibus Syriae privilegia, quae a divo Diocletiano porrecta sunt atque concessa *), nos quoque porreximus, ac iubemus, eos non ad sollicitudinem bastagae[y], non ad functionem navicularíam devocandos, non invitos curialibus coetibus adscribendos, verum peracto labore militiae, pastus[yy] primipili competenti sedulitate functione transacta, praerogativam his recusationis offerimus. *Dat. VI. Non. Oct. Valentiniano et Valente AA.**) *Coss.* (365.)

12. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P. Post alia:*[z] Officia rectorum provinciarum tuae magnificentiae literis volumus admoneri, ut susceptos in officio[a] proprio vel probatos, cohortium nomine[b] legionumve privilegiis aestiment[c] inserendos. *Dat. XVI. Kal. Iun.*[d] *Modesto et Arintheo Coss.*[e] (372.)

13. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Severum Pf. P.*[f] Primipilarium liberos sacramentis atque militiae[g], quae eorum maioribus fuerat, elapsos[h] ad ultima quidem apparitionis et eandem necessitatem minime devocamus, variis[i] tamen, quas tempus[k] efflagitat, iuvare rem publicam statuimus expensis. *Dat. III.*[l] *Non. April. Mediolano, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

14. *Iidem AAA.*[m] *ad Proculum Comitem Orientis.* Qui relicto principatus *) officio, quod gerebat, ad senatoriae dignitatis nomen ambiit, propriae redditus militiae, plumbatis coercendus est. *Dat. prid. Non. Iul. Constantinopoli*[n], *Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

15. *Iidem*[o] *AAA. ad Neoterium*[p] *Pf. P.* Si apparitor diffugerit[q] criminosus, edictum, quo revocari possit, adiecta conditione legibus[r] subsequatur; cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem a iudice pro qualitate peccati sententia proferetur: veniam enim[s] talibus nos promittimus non daturos[t], ut saltem huius modi oraculi sanctione perterriti, cum de indulgentia desperare coeperint, aut scelera nulla committant, aut noverint crimina nec fugae latebris, nec indulgentiis relaxanda.

— c. 11. Cod. Iust. XII, 58, 3. — c. 12. Cod. Iust. XII, 58, 4. Sec. Go. coniungenda est cum c. 78 C. Th. de Decur. (XII, 1). De codice 1 vid. infra annot. *d.* — c. 13 sec. Go. coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Desert. (VII, 18). Sed vid. not. *l.* — c. 15. Cod. Iust. XII, 58, 6 mut. fin. Commemoratur a Cui. in Comm. c. 18 Cod. Iust. h. t. l. c. p. 505.

*) Aur. Lugd. nescio unde *huiusmodi.* v) c. 5 C. Th. de Off. vic. (I, 15) *VIII. Kal. Febr.*, neque dubito, quin facili mutatione utroque loco scribendum sit aut *Dat. VIII. Kal. Febr. Med.* aut *Dat. III. Kal. April. Med.* Fateor tamen hanc cj. non recipiendam esse, etsi non raro subscr. in cod. 5 mendose scriptae sunt. x) Cod. Iust. *Imppp. Valent. Valens et Grat. AAA.*, quod si verum, tum sec. Go. et Be. in subscr. *II. Coss.* (368.) rep. debet; recte, nam Festus Consularis Syriae demum inde ab anno 368 invenitur. *) Huius const. nullam usquam esse mentionem, Go. annotat. y) Codex, Cui. 1 — Ri*. *vastagae.* Sed etiam Go. in not. et Reinesius *bastagae.* Ceterum Go. annotat: „Neque tamen hic *bastagia* reponendum, quod putavit vir doctus." yy) Reinesius prop. *gestus*, i. e. *gestationis* vel *militiae pastus et p.* *) Vid. not. *x* antec. z) Cod. Iust. *Iidem AA. et Gratianus A. Probo PP.* et om. *Post alia.* a) Hinc incipit folium LXXXVIII. codicis. b) Ita codex, Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. Go. em. *nomini*, quod Be. fortasse recte rec. c) Codex *legionūvevilegiis estiment.* Cod. Iust. *vel legionum pr. existiment*; sed Cuiacius habet *aestiment.* Graeci interpretati sunt *et legionum*, prob. Cui. d) Cum subscriptione h. c. incipit folium XVII. (palimpsesti Taurinensis XXI.) a Peyrono inventum (cod. 1), quod desinit in c. 22 h. t.; c. 78 C. Th. de Decur. cit. *Dat. XVII. Kal. Iun. Patavione.* Go. igitur in alterutra lege diem mutari vult. Sed etiam cod. 1 habet *XVI*, quare dies mutandus est in c. 78 cit. De loco, qui in cod. 1, ut in codice Lugd. deest, vid. infra c. 78 cit. et Go. in Chron. h. a. pag. XCII. e) Aur. Lugd. *Cons.* f) Rep. *Pf. U.*, etsi etiam codex 1 tuetur vulgatam scripturam qui tamen *Severo ppo.* Vid. supra VI, 6, c. un., not. *a.* g) In codice Lugd. inter lit. v. *militi* et *ae* est spatium dimidii versus, sed integra oratione. Fecit enim librarius hanc lacunam propter malam membranae conditionem. h) Cod. Lugd. *elabsus.* i) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *auriis*, mendose et impr. W. Cui. 1 in m. *auxariis*, sed in Corr. em. *aurariis.* Hoc habent etiam in m. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*, cj. Go. et rec. Be., sed non ex libro aliquo ms., ut Be. videtur, fluxisse arbitror. An *variis*? Hanc meam cj. confirmat codex 1, cuius scriptura prob. P. Pu. Nihilosecius vero W. praetulit Cuiacii cj., dicens, nimis amplae significationis esse verbum *variis*, et *variis* a librario scriptum esse literis inversis, cum iam fuisset lectio depravata *auriis*, ne nihili verbum scriberet. Sed quamquam dicitur *auraria pensio*, *auraria functio*, tamen non video, quid hic sibi velint *aurariae expensae.* *Variis* explicatur per vv. *quas tempus efflagitat.* Volunt igitur imperatores, rem publicam a primipilarium liberis variis, id est secundum opportunitatem temporis definiendis expensis iuvari. k) Go. in notis: *Hoc.* l) Si, quod Go. existimat, haec c. cum c. 6 C. Th. de Desert. (VII, 18) coniungenda est, huius, non c. 6 dies mutandus est, quia c. 6 *Romae* (non *Mediolani*) *proposita* (non *data*) est *IV. Non. April.*, ergo iam aliquot tempus ante data fuerit necesse est. Sed nihil mutandum esse, docet cod. 1, qui in hoc numero non differt; qua de caussa hae constitutiones non sunt coniungendae. m) Ita codd. 1 et Lugd. et edd.; Be. addi vult *et Arcad. A.* Vid. sq. not. *o.* *) Codex Lugd. *principalitus.* n) *Constantinopoli* om. in cod. 1. o) Ita etiam cod. 1. Reinesius et Be. scribi volunt *Imppp. Valent. Th. et Arc.*, sed Cod. Iust. conveniens cum C. Th. habet *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*, qui sunt supra apud nos nominati in c. 13 h. t. p) Cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. Ri. Ri*. *ad Neotherium.* Cod. Iust. *Neotherio.* q) Cod. Iust. *defugerit.* r) Codex 1 *condicione ne legibus.* P. deesse videtur *conditio*, quam formula *ne legibus* expressam fuisse putat. W. cj. *ni legibus*, sc. morem gerat. Videtur enim W. aliquid deesse. Sed nihil deest, modo *legibus* referatur ad vv. *adiecta conditione.* *Ne* ortum est ex geminatione ultimae syllabae v. *conditione.* Consentit nobiscum Go. explicans v. *legibus* per *secundum leges*; dissentit in eo, quod vult *condicione comminationis* vel *condemnationis.* Cum C. Th. congruit Cod. Iust. s) Seqq. in Cod. Iust. hunc in modum mutata sunt: *talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus.* t) Cod. Lugd. *da-*

Dat. prid. Id. Iun. Mediolano, Arcadio A. I.[u] *et Bautone Coss.* (385.)

16. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano Pf. P.* Ordinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum[v] numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur prius, quam[x] primipili pastum digesta ratione[y] compleverint. Quod si ante debitum locum qui huic functioni habetur[z] obnoxius vel aegri corporis labem vel defessae senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit praetendenda, non prius otio condonetur, quam[a] omne, quod primipilo debetur, expenderit. §. 1. Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto[b] militiae cingulo addicuntur infamiae, ne integro peculio sub hac occasione laetentur, ita condignae ultioni*) volumus subiacere, ut functioni quoque, quae extrema[c] militiae debebatur[d], nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. *Dat. III. Non. Maii Mediolano, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

17. *Iidem AAA. Cynegio*[e] *Pf. P. per Orientem.* Cum ante placuisset*), ut a primipilaribus secundum dispositionem divi Gratiani[f] species horreis erogandae comitatensibus militibus ex more deferrentur, limitaneis vero pretia darentur, nunc placuit, ut aurum ad officium illustris per Illyricum praefecturae cum certa*) taxatione, id est pro octoginta libris laridae carnis', pro octogenis etiam libris olei, et pro duodenis modiis[g] salis singuli solidi perferantur. *Dat. V. Kal. Iul. Timasio et Promoto Coss.* (389.)

18. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.*[h] Ex his, qui de numero comitianorum vel ex[i] apparitione culminis vestri consulari officio deputati[k] sunt, nullus ambiendi et transfugiendi in alterius militiae ordinem[kk] habeat facultatem*). *Dat. III. Kal. Iun.*[l] *Heracleae*[m], *Arcadio A. III. et Honorio II. AA. Coss.* (394.)

19. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Euthymio**) *Vicario Asiae.* In[n] speciebus primipilaribus adaerandis[o] eadem pretiorum taxatio[p] servetur, quae in venalibus publicis poterit reperiri[q]. Is enim, qui excedere praecepta nostra tentaverit, severa iudicis sententia coercebitur. *Dat. V. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

20. *Iidem AA. et Theodosius A. Anthemio Pf. P.* [r]Quicunque ad[s] chartas vel[t] tabulas vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optaverit[u], non ante accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit; poena proposita his, qui contra statuta coelestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum[v], et attinendis his[x] nihilo minus in officio, qui, etiam post haec praecepta, meditatione[y] quadam futurae fraudis clam[z] for-

— c. 16. Cod. Iust. XII, 58, 7. Coniungenda est cum c. 17 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). — c. 17 sec. Go. fugitiva est et ponenda in tit. de Erogatione mil. ann. (VII, 4). — c. 18 coniungenda est cum c. un. C. Th. de Off. Com. Or. (I, 13), c. 139 C. Th. de Decur. (XII, 1) et c. 12 C. Th. de Scenicis (XV, 7). Vid. infra not. *l.* — c. 19. Cod. Iust. XII, 58, 8 om. fine. Go. melius posita fuisse videtur h. c. in tit. de Erogat. milit. annon. (VII, 4). — c. 20. Cod. Iust. XII, 58, 10 princ. rec. Coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Maternis bon. (VIII, 18).

turus et paullo infra *indulgentiam — crimenaec*, sed corr. a librario *nec.* Mox Go. *huiuscemodi.* u) Numerus deest in cod. 1. v) Codex 1 et Go. *annonarum*, impr. W. Cum v. *nullo* incipit pagina secunda folii LXXXVIII. codicis Lugd. x) Edd. ante Be. *priusquam.* y) Codex 1 *patum deges . . ratione*, mendose. z) Ita codex 1 et Cod. Iust.; codex Lugd. et Cui. 1 — Be. *habeatur.* a) Sic plane codex 1 cum Cod. Iust., prob. W. Recte igitur Be. auct. Go. ex Cod. Iust. reposuit v. *quam*, quod deest in cod. Lugd. et in edd. Cui. 1 — Ri*. Ceterum cod. 1 *quumom.equod.* Supra codex Lugd. *praetendanda.* b) Go., etsi *soluto*, quam scripturam codex 1 confirmat, teneri posse dicit, non male em. *soluti*, ex codice, ut praetendit, Iust. Vid. c. 8, 22, 23 h. t., c. 9 C. Th. de Exsec. (VIII, 8), c. 11 C. Th. de Indulg. crim. (IX, 38), not. *z* et c. 14 C. Th. de Decur. (XII, 1). *) Cod. Iust. add. *eos.* c) Cod. Iust. *extremae.* d) Cod. Iust. *debetur*, impr. Go. e) Go. in Chron. h. a. pag. CXXX. reponi vult aut *Tatiano* aut alios consules. Similiter sentit in notis h. c., ubi vero contra indolem C. Th. hanc c. anno 386 tribuit, qua re antiquior fit proxima c. 16 h. t. Codex 1 *Epinecio*, prob. P., qui annotat: „*Epinecius* ex hac una lege innotescit." Contra W. monet: „*Equidem licet Zosimi lib. IV. c. 45 aliorumque testimoniis compertum habeam Cynegium iam anno ante, suo ipsius Consulatu, esse defunctum, nihil tamen ausim decernere; quum videam et Epinecii nomen esse ἅπαξ λεγόμενον, et emendandas similiter esse inscriptiones L. 23. C. Th. de susceptor.* (XII, 6) *et L. 5. C. Th. trib. in ips. spec.* (XI, 2)." *) Videtur esse sec. Go. Theodosii lex, quae nunc non superest. f) Hanc Gratiani constitutionem non haberi, iam Go. vidit. *) Cod. Lugd. *deferentur — aut aurum — erta taxatione*, sed corr. *ut* et *certa.* g) Cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. *modis.* h) Be. annotat: „inscriptio quidem solum Rufini profert nomen, data tamen ad omnes Pff. Pr. videtur." Ego aliter sentio propter reliquas leges cum hac c. coniungendas. i) *ex* deest in codice 1. Ceterum codex Lugd. paullo ante *qui demero*, sed em. a librario. k) Go. mendose *deputari.* kk) Go. om. *alterius* et pro *ordinem* male habet *ordidinem.* *) Aur. Lugd. *facultatatem*, err. l) c. un. C. Th. de Off. Com. Or. cit. *Ian.* et c. 12 C. Th. de Scen. cit. *Iul.* Videtur autem in omnibus his legibus legendum esse *Iun.*, licet in c. 12 etiam cod. 1 habeat *Iul.* m) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *Heracliae.* Ita etiam cod. 5 in c. un. cit.; c. 139 C. Th. de Decur. cit. *Constantinopoli*, male. *) Cod. Lugd. *Eutynio.* n) *in* om. in Cod. Iust. o) Aur. Lugd. *aederandis*, err. typ. p) Hinc incipit folium LXXXIX. codicis Lugd. q) Seqq. des. in Cod. Iust. r) Go. annotat: „Scatet autem haec lex passim συγχήσεσι et ἑλληνισμῷ." Iam multo emendatior edita est ope codicis 1. Vid. infra not. *z, b, d.* s) *ad* deest in Cod. Iust.; sed repon. ap. Cui. t) Cod. 1 add. *ad.* u) Go. annotat: „*An optare ad ministerium* hic, pro ambire ad ministerium? Nihil tale: σύγχησις tantum hic est (ut *tota leg.*) *optaverit accedere non ante permittatur*", i. e. v. *accedere* in utroque membro repetendum est. v) Seqq. des. in Cod. Iust. x) Go. om. *his.* y) Cui. 1 *praecepta meditatione, quadam*, male. z) Ita cod. 1,

tassis ita eorum ordinum actibus interfuerunt, ut obtentu[a] non dati militiae nominis, liberum sibi, cum id expedisset[b], praecogitarent abscessum. De[c] his sane, qui huius modi *) artibus antehac usi[d] evitanda officia rescriptorum impetratione crediderint *), id statuimus, ut rescriptis, quae ad tuae sublimitatis iudicium emittuntur, nullis praeterea ad alios iudices elicitis, eos uti patiamur; vel, si obreptio aliqua fuerit impetrata[e], a nullo alio iudice suscipiantur. *Dat. XVI.*[f] *Kal. April. Constantinopoli*[g], *DD. NN. Honorio VII.*[h] *et Theodosio iterum AA. Coss.* (407.)

21. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Polychronio[i], qui ex primipilaribus in memorialium[k] scrinia irrepsit, conditioni propriae restituto, generali lege decernimus, omnes, qui ex huius modi conditione palatinis *) semet indecenter inseruerunt obsequiis, omissis[l] assignari natalibus, atque omnes, quorum interest huius rei sollicitudo, observare, ne quis desertis[m] adsuetis officiis ad palatina unquam sacramenta adspiret. *Dat. prid. Non. April. Constantinopoli, Varane*[n] *V. C. Cos.* (410.)

22. *Iidem AA. Seleuco Pf. P.* Quicunque post militiam provincialis officii, vel certe adhuc militans ad maius privilegium militiae ditatus spoliis provincialium properavit, absolutus sacramento eius militiae, originario solo atque status suis[o] reddatur[p] obsequiis. Neque iisdem[q] in futurum nulla[r] attentandi *) maioris splendoris officii atque sacramenti potestas sit. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

23. *Iidem AA. Euchario Proconsuli Africae.* Quia plurimi consuetam proconsularem ceterorumque iudicum[s] fugientes militiam diversis palatinis seu illustrium potestatum officiis se sociasse dicuntur, decernimus, omnes, absolutos cingulo militiae, ad propriam functionem reduci. In futurum sane praecipimus, ut, si quis comprehensus ad militiam palatinam adspirare aliquibus indiciis[t] approbetur, in aeternum mancipatui vel susceptioni societur, non ante ex eius officii conversatione removendus, quam vitae finis huius modi sententia eundem potuerit liberare. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

24. *Iidem AA. Probo Comiti S. L.* Quisquis in officio palatino apparitor, vel exutus eodem munere ex proconsulari officio vel ordinarii iudicis potuerit reperiri, sublatis militiae privilegiis functioni propriae regionique reddatur. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

25. *Iidem AA. Liberio Pf. P.* Quicunque ex diversis officiis[u] omnium moderatorum officiales contra vetitum altioris[v] militiae gradum indebite obtinuisse noscuntur, in propria revocentur officia. Universos igitur apparitores[x], quos extra conscientiam tuam vel stipendiorum meritum claruerit ad militiam convolasse, praecipimus revocari, similique praeceptione diversorum iudicum officiales antiquae militiae restitui etc. *Dat. VI. Kal. Dec. Ravenna, Honorio*[y] *IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

26. [z] *Iidem AA. Anthemio Pf. P.* Si quis e grege cohortalinorum urgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus immoretur, aut, si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare, indultum nostrae maiestatis

— c. 22. Vid. c. 9 C. Th. de Curiosis (VI, 29) et c. 23 h. t., not. sup. — c. 23 coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Curiosis (VI, 29), c. 32 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 19, 20 et 21 C. Th. de Exaction. (XI, 7), c. 31 C. Th. de Susceptor. (XII, 6). Putat etiam Go. cum hac lege cohaerere c. 22 et 24 h. t.; hae autem leges eodem quidem die et de eadem re, sed ad alios magistratus datae sunt. — c. 24. Vid. c. 23 h. t., not. sup. — c. 25 coniungenda est cum c. 170 C. Th. de Decur. (XII, 1) et c. 2 C. Th. de Collegiatis (XIV, 7). Vid. c. 170 cit. — c. 26. Cod. Iust. XII, 58, 11 om. fin. Eodem die data est c. 9 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1).

optime et probb. P. W. pro *olim*, quod est in Cui. 1 — Be. Codicis Lugd. scriptura non multum discrepat ab illa codicis 1; est enim in codice Lugd. scriptum *olam*, levi errore librarii in prima huius v. litera. Nititur ergo vulgata scriptura sola Cuiacii coniectura. a) Codex Lugd. *obtentau*, sed litera *a* deletur a librario puncto supra addito. b) Codex Lugd. et Cui. 1 — Be. *expedissent*. Hic Go. annotat: „ἑλληνισμός: *cum id expedissent*, neutro ID relativo ad superiora illa eorum Ordinum actibus. Nisi malit quis hic legere, *cum id expetissent*, quod non puto.“ Iam vero non indigemus his Go. coniecturis, cum, quae a nobis recepta est vera scriptura, suppeditetur a codice 1, recte eam probantibus P. W. P. tamen praeter necessitatem addit: „scilicet *sibi*.“ c) Codex Lugd. *he* aut *ne*. Est enim prima litera aliquantulum evanida. *) Go. mavult *cuiusmodi*, i. e. *quibuscumque;* nobis optima videtur esse script. vulgata. d) Hanc speciosam et P. W. probatam scripturam recepi ex codice 1. Codex Lugd. *antehac si;* edd. *antehac sibi*, male. *) Cod. Lugd. *crediderit*. e) In cod. Lugd. posita est litera *n* supra syll. *tra*. f) Aur. Lugd. mendose *XII*. g) *Constantinopoli* deest in cod. 1. h) Codex 1 *VIII*, recte impr. W. i) Codex Lugd. *Polycronio*. k) Ita codex Lugd. et sine dubio etiam cod. 1 et Be. auct. Go.; edd. ante Be. *memoralium*. *) Cod. Lugd. *patinis*. l) Codex 1 *omissi*, impr. W. m) Cum verbo *adsuetis* incipit secunda pagina folii LXXXIX. cod. Lugd. n) Vid. VI, 26, 15, not. *k*. Cod. Lugd. (sed em.) Aur. Lugd. Ri. Ri*. *Conss*. o) Ita cod. 1, Lugd. et edd.; Go. em. *sui*. Aptius est *sui* quam *suis*. p) Go. *redeatur*, mendose. In literis *reddat..* desinit fol. XVII. cod. 1. q) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem*. r) Be. in not. rep. *ulla*. Go. annotat: „Duplex hoc abnutivum ferri potest, ut alibi non semel, vid. Gloss.“ (v. *Negativae*). Vid. supra VII, 8, 10, not. *o*. *) Ri*. *ademptandi*. s) Aur. Lugd. *iudicium*, mendose. t) Ita codex, Cui. 1 — Go. Be.; Ri. Ri*. male *iudiciis;* itaque non vulgo *iudiciis*, ut Be. affirmat. u) Hinc incipit fol. XC. codicis Lugd. v) Go. em. *alterius*; Be. nihil mutandum esse dicit, recte. Neque Go. improbatur *altioris*, cum afferat c. 22 h. t.: *ad maius privilegium militiae*. x) Aur. Lugd. *aparitores*. y) Go. *Henorio*, mendose. z) Cod. Iust. *Impp. Honor. et*

oraculum amplissimae tuae sedi offerat allegandum[a]. Sanctione hac edictis propositis divulgandum[b], ut provinciarum iudices sciant, si quas coelestes praescriptiones[c] super reddenda militia elicuerit provincialis apparitor, quas non ante praecelsa sedes[d] tua libravit*), auditionem huius legis intercessione depulsam**). *Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.*[e] (415.)

27. *Iidem AA. Eustathio*[f] *Pf. P.* Pro singulis libris argenti, quas primipilares viris*) spectabilibus ducibus sportulae gratia praestant[g], quaterni solidi praebeantur, si non ipsi argentum offerre sua sponte maluerint. *Dat. XIII. Kal. Iul. Constantinopoli, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

28. *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.* Valentinianae[h] ceterarumque legum, quae diversa super temporibus usurpatae[i] militiae statuerunt, auctoritate cessante, haec praecepimus[k] observari: primum ut neque curialis, neque cohortalinus, neque curialis aut cohortalini filius conditione deserta ad*) aliam[l] audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla praeiudicant. Dein, si quis memoratarum conditionum laqueis irretitus ad militiam armatam per subreptionem vel illicitum patrocinium transierit, et[m] id curia, ex qua tiro ortus est, per decennium[n] iugiter siluerit, ut is, qui in castris sine aliqua fortunae pristinae conventione incessanter stipendia meruerit designata[o], et strenue susceptis armis insudaverit, minime conveniatur ulterius, sed privilegia et praemia viri fortis exspectet etc. *Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano VV. CC. Coss.* (423.)

29. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* Hi[p], quorum nomina excellentiae tuae suggestio comprehendit, omnesque, qui ex primipilariis[q] ex quacunque provincia quamlibet militiam[r] contra licitum praesumpserunt, etiamsi obtinuisse eam speciali annotatione nostrae indulgentiae videantur, spoliati cingulo ad priorem statum et conditionem pristinam revocentur, omni aditu cuiuslibet dignitatis ita huius modi conditioni praecluso, ut non solum impetratis iam beneficiis careant, verum etiam, si quid postmodum elicere tentaverint, id omne in irritum devocetur. Praeceptis enim vestris et publicis utilitatibus in perpetuum[s] debent esse subiecti, nec exsequendarum necessitatum munia declinare. [t] *Dat. VI. Id. Iul. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.*[u] (428.)

30. *Iidem AA. Isidoro Pf. P. Post alia: Eodem exemplo Eubulo Pf. P. Illyrici*[v]. Si cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti ad ullam posthac[x] adspiraverit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus ad statum pristinum revocetur; liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunae patriae mancipandis. §. 1. [y] Si qui vero cohortalis vel subiectus cohorti ullam ante hanc legem gessit militiam, aut coeptam dudum etiam nunc gerit, aut causidicinam in foro amplissimae praefecturae Orientis atque Illyrici vel urbano profitetur iudicio, in eodem latarum pridem constitutionum sanctio observetur. §. 2. Post hanc vero legem si quis ex his[z] ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescriptione temporis muniatur[a], sed ad conditionem propriam retrahatur, ne[b] ipse vel eius li-

— c. 28. Cod. Iust. XII, 58, 12, §. 2 prim. part. rec. In reliquis c. 12 Cod. Iust. cit. maximam partem desumpta est ex c. ult. h. t. Coniungenda est cum c. 14 C. Th. de Privilegiis eor., qui in sacro pal. mil. (VI, 35) et sec. Go. cum c. 184 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. c. 14 cit., not. sup. Pars constitutionis Go. videtur fugitiva esse et collocanda sub tit. C. Th. de Decurionibus (XII, 1). Vid. not. *m.* — c. 30. Cod. Iust. XII, 58, 12, princ. et §. 1. Coniungenda est cum c. 187 et 188 C. Th. de Decur. (XII, 1) et sec. Go. cum c. 21 Cod. Iust. de Episc. (I, 3). Recte Go.; nam quamquam lex 21 ad alium magistratum, Thomam, data est, tamen ibi cum Be. reponendum est nomen Isidori, cum Thomas h. a. praefectus praetorio in fontibus iuris Romani non inveniatur et simile harum legum argumentum eundem fontem prodat. Vid. Herm. ad c. 21 cit. et infra c. 187 cit. Quod autem ad c. 188 cit. attinet, eam potius geminatam legem dicerem, quam coniungendam cum c. 30 h. t. Vid. infra not. *y.* Ceterum h. c. commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 55 Cod. Iust. de Decur. (X, 31) l. c. p. 284.

Theod. et mox *ex.* a) Seqq. des. in Cod. Iust. b) Go. cj. *divulganda.* Be. putat, ante *Sanctionem* excidisse v. *quod.* Annotat enim: „fort. *quod sanct.* etc." quo facile caremus. Probabilior est Go. cj. c) Go. in notis: „Nil temere mutem, quamvis probabiliter quis reponat *rescriptiones:* id est rescripta." Be. em. *perscriptiones.* Hoc rectius quidem est, neque tamen recipiendum. Ceterum crebra est vv. *per* et *praescriptiones*, *perscriptae* et *praescriptae* in codd. confusio. Vid. c. 12 sq. tit., not. *o.* d) Codex Lugd. *sedis.* *) Ri*. mendose *liberavit.* **) Codex *depulsa.* e) Aur. Lugd. *Cons.* f) Cod. Lugd. *Eustatio*, sed em. a librario *Eustathio.* *) Go. cj. *primipilares Viri*, praeter necessitatem. Ceterum Aur. Lugd. *spectabilibs*, err. g) Codex Lugd. *praetant.* Mox Go. err. *paebeantur.* h) Vid. c. 16 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27), not. *v* et c. 6 C. Th. de Re mil. (VII, 1), not. *t.* Codex *ceterarūquae.* i) Hinc incipit pagina secunda folii XC. codicis Lugd. k) Be. in not. *praecipimus.* Loquitur imperator epistolari forma. *) Go. om. *ad* ante *aliam.* l) Hinc incipit §. 2 c. 12 Cod. Iust. cit.: *Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat — praeiudicant.* m) Haec pars legis sec. Go. fugitiva est. Vid. not. super. n) Cui. 1, 2, 2* *decemnium.* o) In codice add. *est*, err. p) Codex et edd. ante Be. *hii.* q) Cui. 1, 2, 2* *exprimipilariis.* r) Codex *militia.* s) Codex *pertuum*, sed corr. a librario *perpetuum.* t) Cum subscriptione h. c. incipit folium XCI. codicis Lugd. u) Vid. Zirardin. l. c. p. 437, not. v) In c. 187 C. Th. cit. et in Cod. Iust. des. vv. *Post alia — Illyrici* et in c. 188 vv. *Eodem — Illyrici*; sed in dicta c. 187 adiecta sunt post subscriptionem legis. Ceterum Cod. Iust. *Impp. Theodos. et Valent.* x) In Cod. Iust. om. *posthac.* Mox Cui. 1 *renocetur.* y) §. 1 deest in Cod. Iust.; haec autem simul cum §. 2 repetita est iisdem fere vv. infra c. 188 de Decur. cit., quae ita incipit: *Si quis decurio aut subiectus curiae ullam.* z) In Cod. Iust. post *mancipandis* ita pergitur: *Quod si quis ex his ausus fuerit.* a) In Cod. Iust. add. *praeter eam scilicet, quae ex triginta* (Coutii liber ms. *quadraginta*) *annis colligitur.* b) Cod. Iust. *nec ipse* et ita

beri *) post talem ipsius statum procreati, quod cohorti **) debetur, valeant declinare [c]. *Dat. III. Non. April. Constantinopoli, Isidoro* et *Senatore* [d] *Coss.* (436.)

TIT. V. *) DE CURSU PUBLICO [e], ANGARIIS ET PARANGARIIS. [f]

1. *Imp. Constantinus A. ad Constantium* [g]. Si quis iter faciens bovem non cursui destinatum, sed aratris deditum duxerit abstrahendum, per stationarios [h] et eos, qui cursui publico praesunt, debito vigore correptus aut iudici, si praesto fuerit, offeratur, aut magistratibus municipalibus competenti censura tradatur, eorumque obsequio transmittatur; aut [i] si eius fuerit dignitatis, ut nequaquam in eum deceat tali vigore consurgere, super eius nomine ad nostram clementiam referatur. Qui enim explicaverit [k] mansionem, si forte boves non habuerit, immorari debet, donec fuerint exhibiti ab his, qui cursus publici curam egerunt [l], nec culturae terrae inservientes abstrahere. *Acc. XI. Kal. Febr. Caralis, Constantino A. IV. et Licinio IV.* Coss. (315.)

2. *Idem A. ad Titianum* [m]. Quoniam plerique nodosis et validissimis fustibus inter ipsa currendi primordia animalia publica cogunt quicquid virium habent absumere, placet, ut omnino nullus in agitando fuste utatur, sed aut virga [n] aut certe flagro, cuius in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus innocuo titillo poterit admonere, non ut exigat tantum, quantum vires valere non possunt. Qui contra hanc fecerit sanctionem, promotus regradationis humilitate plectetur *), munifex poenam deportationis excipiat [o]. *Dat. prid. Id. Maii Sabino* et *Rufino* Coss. (316.)

3. [p] *Idem A. ad Acyndinum* [q] *Pf. P.* [r] Praesidibus et rationalibus ceterisque, quibus propterea res publicae [s] et annonas et alimenta pecoribus subministrant, usurpandi agminalis seu [t] paraveredi licentia [u] derogetur [v]. Quibus illud quoque licere non patimur, ne quid de provincialibus citra ordinem poscant [x], nisi hi tantum, quorum fides cognita est, cum usus necessitatis exegerit. Vestrae vero gravitatis *) ubi ratio exegerit, cursus publicus praesto est; quibus si a pu-

---

Tit. V. C. Th., codex Lugdunensis, Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. V.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, Sich. Til. Aeg. L. R. U. *Tit. II.* (cum una tantum h. t. c, id est 59), sed ap. Til. in ind. rubric. est *Tit. III.* Similiter Sich. in ind. rubric. Vid. supra tit. I. huius libri, not. *b*. Cod. Iust. XII, 51. — c. 1 commemoratur a Cuiacio in Comm. c. 6 C. Th. de Dignit. (XII, 1) l. c. p. 420, ad tit. Cod. Iust. de Cursu publ. (XII, 51) l. c. p. 501 et in Observ. lib. IV. c. 20. — c. 2. Cod. Iust. XII, 51, 1 mut. Bas. LVII, 17, 1. Haec c. commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 3 Cod. Iust. de Domest. (XII, 17) l. c. p. 441. — c. 3. Cod. Iust. XII, 51, 2 mut. Bas. LVII, 17, 2. Ap. Go. err. typ. appellatur *c. IV.*

---

etiam Be. in c. 188 cit., sed *ne* praeferendum est. *) Cod. Iust. *vel liberi eius.* **) c. 188 *patriae* pro *cohorti.* c) c. 188 cit. add. *etc.* Post *declinare* sequitur in Cod. Iust. §. 2 ex c. 28 h. t. desumpta (vid. supra not. *l*) et post hanc alia sententia his vv. expressa: *Sed etiam cunctos, qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum argentique vestiumve venditores, apothecarios etiam ceterosque institores aliarum mercium, quibuscunque ergasteriis adhaerentes, iubemus a provincialibus officiis removeri: ut omnis honor atque militia a contagione huiusmodi segregetur.* d) Vid. supra not. *v*. *) Cum hoc tit. incipit pag. secunda folii XCI. codicis Lugd. e) 16 *coangariis.* Sich. et Cod. Iust. *et angariis.* Ita etiam Sich. et Til. in indice titulorum. f) Nonn. codd. *perangariis*, in aliis om. *et parang.*, in aliis add. *hoc ē qui veredū praesumit.* Cod. Lugd. *Paranga* et supr. lin. add. *riis.* g) Go. et Be. in not. add. *Pf. P.*, recte. In Chron. h. a. Go. Praesidem Sardiniae accipit. h) Be. annotat: „recte Gfr. emendavit interpunctionem Cui. I. II., quae commata non habent, et alium plane sensum efficiunt.“ Uti nunc interpunctum est ante *st.*, erat iam in Aur. Lugd. i) Be. em. *at*, non male quidem, sed sine necessitate. Revocandam esse duxi priorum edd. interpunctionem; Be. enim interpunxit *transmittatur. Aut.* k) Codex *explecaverit.* Aur. Lugd. *qui. n. explic.* Go. em. *applicaverit* et diversas tentat vocis *explicaverit*, quae Reinesio quoque suspecta est, explicationes. Commendat etiam *appellere ad mansionem*, impr. Ri. in not. *f* ad c. 15 C. Th. h. t. Sed neque Ritteri explicatio admittenda est, qui *explicare mansionem* accipit pro digredi ab ordinaria cursus publici statione in aliam, ubi cursus publicus non stat, nisus vv. c. 2, §. 1 C. Th. de Curiosis (VI, 29): *licet in canalibus publicis haec necessitas explicetur*, quae tamen in hunc l. plane non quadrant. Explicare mansionem nihil aliud, ut videtur, significat, quam *pervenire ad mansionem, viae spatium aliquod confecisse* (Station zurücklegen). Similiter Plin. Epist. VIII, 1: *iter commode explicui.* l) Go. Reines. apte em. *gerunt.* m) Dignitas deest et hic et in Cod. Iust., neque sec. Go. in C. Th. alia est Constantini lex, quae huic Titiano inscribatur. Be. eum Praef. praet. fuisse existimat. In Chron. Go. eum *Tatianum* appellat. Cod. Iust. *Imp. Constantinus A. Titiano.* n) Codex *viga*, sed apponitur *r* supra literam *g*. *) Vv. *promotus — plectetur* leguntur ap. Cui. in Comm. ad c. 3 Cod. Iust. cit. o) In Cod. Iust. haec c. ita se habet: *Equos, qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, seu flagellis tantummodo agitari decernimus: poena non defutura contra eum, qui aliter fecerit.* p) Hinc incipit fol. XCII. codicis Lugd. q) Cui. 1 — Ri*. *Acindinum.* Cod. Iust. *Acyndino.* Go. mavult hanc c. Constantio tribuere et referre ad annum 339. r) Be. annotat: „sed et ad reliquos PPf. P. scripta est.“ Qua ratione id contendat, non addit. s) Codex, Go. et Cod. Iust. *respublica*, et Cod. Iust. paullo infra convenienter cum hac scriptura *subministrat*, impr. tamen Cuiacio. Apud Go. singularis ortus esse videtur errore, nam pluralem huius legis lectionem esse, singularem Codicis Iust. definite dicit in comm. h. c. t) Vv. *agminalis seu* des. in Cod. Iust. u) V. *licentia* videtur ab editoribus ex Cod. Iust. desumptum esse, nam codex Lugdunensis habet *diligentia*, quod ex repetit. syllabae *di* facile poterat oriri. v) Hinc in Cod. Iust. ita pergitur: *Sed nec per aliam viam eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublissima sede, cui cursus publicus, et proficiscendi per eum licentia, et ubi ratio exegerit, praesto est.* x) Go. mendose *poscaut*; mox codex et edd. ante Be. *hii* et Aur. Lugd. *tatum.* *) Go. cj. *gravitati*; nisi quis cum Be. *gravitatis* re-

blico itinere aliqua militari via devertendum fuerit, ubi evectio non erit, publicis utemini agminalibus, sed modice et temperate[y] tantum ad usum proprium necessariis. Quae res si neglecta fuerit, vobis aestimationis vestrae notam incurrentibus, praesides periculum sustinebunt, cum super hac re exploratores iam missi sint. Quae enim[z] mala nostris provincialibus inferantur, coniici ex eo etiam potest, quod nostris itineribus, quos publica utilitas movet[zz], magna atque anxia dispositione vix vicenorum agminalium *) numerus subministrari queat. *PP. XV. Kal. Mart. Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.* (326.)

4. *Idem A. Menandro*[a]. Certis nuntiis compertum est, quod plures veluti sibi ac necessitatibus propriis petitas angarias[b] taxato pretio distrahunt. Quamvis itaque raro posthac et non nisi merentibus evectiones praebendae sint, omnes tamen, qui ubique sunt cursus publici observatione destricti[bb], inquirant, si quis in hoc genere criminis possit intercipi, ut emptor et venditor in insulam relegetur; illis etiam[c], qui observare iussi sunt, pro dissimulatione vel negligentia idem supplicium luituris[d]. §. 1. Non improbum tamen est, si is, qui angarialem habet copiam, ad tutelam vitae[e] vel laborem adeundum[f] itineris pro solatio sibi quendam sociaverit. Namque hoc factum meretur veniam, nec latere poterit explorantes[g]; illud poena superius dicta plectendum est. Super qua re proconsules, rectores provinciarum[h], praefectos vehiculorum atque omnes, qui cursui publico praesunt, admoneri conveniet. *Dat. X. Kal. Iul. Constantino*[hh] *A. VII. et Constantio C. Coss.* (326.)

5. *Idem*[i] *A. ad Musonianum Pf. P.* Iam dudum nostrae clementiae iussa[k] exsistunt, ut rectoribus provinciarum evectionum faciendarum copia denegetur, quonlam cursui publico magna infertur pernicies, si haec licentia latius panderetur[l]. Ideoque hoc ipsum repetimus, quod ante placuerat, ac iubemus, eos auctoritatis tuae literis commoneri, ut iussis parere festinent. *Dat. VIII.*[m] *Kal. Aug. Constantio*[n] *A. VII. et Constantio C.*[o] *Coss.*[p] (354.)

6. *Idem A.*[q] *Magno Agenti vicariam praefecturam*[r]. Hoc interdicto prohibemus, ne quis agminales ac[s] paraveredos aestimet postulandos[t]; in eos enim, qui hoc temere praesumpserint, vindicari acrius oportebit, iussione nostra cunctis provincialibus intimata. *Dat. Kal. Aug. Constantino*[u] *A. VII. et Constantio*[v] *C. Coss.*[x] (354.)

7. *Imp. Constantius*[y] *A. Olybrio Proconsuli Africae.* Paraveredorum exactio patrimonia multorum evertit et pavit avaritiam nonnullorum. Ideoque praelata iussione nostra provinciarum rectores excellentia tua commoneat *), ut exceptis agentibus in rebus, qui ad movendum[z] militem mitti[a] consuerunt, quisquis alius paraveredum exegerit, non ei cedat impune, sed nec[b] illi, qui dederit. *Dat. III. Non. Aug. Antiochiae, Constantio*) A. VII. et Constantio C.*[c] *Coss.* (354.)

— c. 4 sec. Go. concordat cum c. 41 h. t. — c. 7 commemoratur a Cuiacio in Comm. ad c. 1 Cod. Iust. Ut armorum (XI, 46) l. c. p. 375. In hac c. incipit fol. XVIII. codicis 1, totius palimpsesti fol. XXII. Vid. infra not. *b.*

---

ferri vult ad v. *ratio*. Cod. Iust. suadet Go. cj. y) Codex *temporate*, sed corr. *temperate* et infra *conici*, ut Cui. 1, 2 — Ri*. z) In codice hic locus ita scriptus est: *enim potest* (additum autem supra vers. v. *mala*) *quod nostris* | *itinerib. provincialib.*, quae tamen a librario delentur, exceptis vv. *enim mala* et *nostris provincialib.* Apparet a libr. nonn. vv. ex sq. versu huc retracta esse. zz) Leg. *quae p. u. movet.* Codex *movet.* Edd. *monet.* *) Codex *magminalium*, sed deleta est a libr. litera *m* in syll. *mag.* a) Codex Lugd. *Jd A. MenandroCertis* etc. Deest igitur dignitas Menandri. Om. ea etiam in omnibus C. Th. legibus ad Menandrum datis. Vid. supra IV, 12, 2 et 3, infra XI, 27, 2 et XV, 1, 2, quare inter viros doctos de dignitate Menandri disceptatur. Vid. supra IV, 12, 2, not. *a.* b) Go. — Ri*. *petitas, angarias*, male. bb) Reinesius cj. *districti.* c) Hic incipit pag. secunda folii XCII. codicis Lugd. d) Codex *luiturius*, mendose. e) Go. cj. *viae*, prob. Bondam in Animadv. crit. ad loca quaedam i. civ. depravata (Oelrichs, Thes. nov. Dissertt. iurid. Vol. II. T. II. p. 221). Speciosa est Go. cj., sed nescio an recipienda. f) Go. annotat: „Forte *adimendum*: Sed nil temere muto." Bondam l. c. cj. *obeundum.* Nihil mutandum est. g) Codex *explorante*, sed appon. *s* supra *e.* h) Go. annotat: „Ita locus hic interpungendus. Nam error est viri docti qui *Provinciarum Praefectos*, pro Rectoribus hic somniat: Imo *Praefecti vehiculorum* hic alii sunt." hh) Reinesius corr. *Constantio.* i) Sec. Go. et Be. hic et in sq. c. inscr. est *Imp. Constantius.* Erroris caussam iam saepe indicavimus. Mirum autem est, quod in c. 7 imperatoris nomen plene scribitur, cum ex ratione Codicis Th. ibi ponendum fuisset *Id. A.* k) Hae Constantii constitutiones non habentur. Vid. Go. in not. l) Sec. Go. loco *pandatur.* m) Codex *III*, sed ponitur *V* supra *III.* n) Codex *Constantino*; Go. mendose *Constantinop.*, rell. edd. *Const.* Leg. *Constantio.* o) Be. et huic et sqq. duabus constt. recte vult addi *III.* p) Aur. Lugd. *Cons.* et hic et in sq. c. q) Vid. supra not. *i.* r) Be. ann.: *urbanam* scil. s) V. *ac* Go. accipit pro *vel.* t) Mendose Be. *postulando in eos enim.* u) Be. em. *Constantio.* Vid. supr. not. *n.* v) Vid. supr. not. *o.* Ap. Go. om. *C.* x) Vid. supr. not. *p.* Go. — Ri*. om. annum. Vid. not. *c* sq. y) Male Be. *Constantinus*; codex et edd. ante Be. *Constantius.* Ceterum vid. supr. not. *i.* *) Go. mendose *commoveat.* z) Aur. Lugd. *monendum*, err. typ., etsi hoc vult Reinesius. a) Hinc incipit fol. XCIII. codicis Lugd. b) Hinc incipit fol. XVIII. codicis 1, quod desinit in vv. *amputari oportere decernimus quem maxi* c. 16 h. t. *) Aur. Lugd. *Constantino.* c) Go., quem etiam vide in Chron. h. a. p. LII. annotat: „Huius loci (Antiochiae) adscriptio suadet, hanc *leg.* non tribuendam A. 354. quo Constantius vel in Galliis, vel in Italia fuit: verum potius ad A. D. 342 referendam: arg. subscriptionis *legis* 33, 34 *inf. de Decurionib.* (XII, 1) l. 6 inf. quorum appellat. (XI, 36) et sic ad Consulatum *Constantii et Constantis* 2." Hanc ob caussam videtur Go. annum huius c. omisisse. Neque vero potui eruere, cur idem fecerit in antec. c., in qua loci nulla fit mentio. Be. contra Go. recte monet: „Impp.

8. *Idem A.*[d] *et Iulianus C. ad Taurum Pf. P.* Evectiones ab omnibus postulentur, quacunque conspicui fuerint dignitate; non enim debet esse unquam[e] efficax usurpatio, quae possit animalibus publici[f] cursus inferre perniciem. Quod si*) quis putaverit[g] resistendum, et sine evectione iter facere detegitur*), ubi repertus fuerit, eundem iussimus detineri, ac de eius nomine ad prudentiam tuam et ad Musonium, clarissimum virum, comitem et magistrum officiorum referri. §. 1. Statuimus rhedae[h] mile pondo tantummodo superponi, birotae[i] ducenta, veredo triginta; non enim ampliora onera perpeti videntur. §. 2. Octo mulae[k] iungantur ad rhedam aestivo videlicet tempore, hiemali decem; birotis trinas[l] sufficere iudicavimus. Atque haec cuncta regionibus praestitutos curare praecepimus, poena cis proposita*). *Dat. VIII. Kal. Iul.*[m] *Mediolano, Constantio A. IX.*[n] *et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

9. *Idem A. et C.*[o] *ad Taurum Pf. P.* Miranda sublimitas tua nullos evectioni dies addendos esse cognoscat, nec passim rhedarum tractorias vel evectiones birotûm[p] faciat. §. 1. Et agentibus in rebus a tua sublimitate[q] tribui[r] vel fieri evectionem vetamus; sufficere namque posse confidimus, quae iisdem[s] a nobis vel magistris officiorum, comitatus nostri iussis necessaria habita ratione praebentur. *Dat. VIII. Id. Dec.*[t] *Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II.*[u] *Coss.* (357.)

10. *Idem A. et C.*[v] *ad Flavianum Proconsulem*[x] *Africae.* Nulli de cetero subiunctorio privato animalia publica praebeantur; nec rei huius modi[y] facultas mulionibus[z] relinquatur, sed penitus conquiescat. *Dat. VI. Kal. Nov. Sirmio*[a], *post consulatum*[b] *Constantii*[c] *A. IX. et Iuliani Caes. II.* (358.)

11. *Idem A. Elpidio*[d] *Pf. P.* Ne qua posthac legio amplius[e] quam duas angarias, et hoc eorum, si[f] qui aegri sunt, caussa usurpare conetur, cum ad destinata proficiscitur; ita tamen, ut pro singulis angariis bina tantum boum paria consequantur[g]. Si qui post hanc legem amplius moverit, in maximam se reprehensionem sciat esse venturum. *Dat. XVI.*[h] *Kal. Dec. indictione IV.*[i] (360.)

12. *Imp. Iulianus A.*[k] *ad Mamertinum*[l] *Pf. P.* Quoniam cursum publicum[m] fatigavit quorundam immoderata praesumptio et evectionum frequentia, quas vicaria potestas et praesidum atque consularium officia prorogare non desinunt, curam ac sollicitudinem huius rei nos*) subire compulsi, faciendarum evectionum licentiam[n] cunctis abduximus. Exceptis igitur vobis nulli

— c. 8. Cod. Iust. XII, 51, 3 mut. Bas. LVII, 17, 3. H. c. commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 1 Cod. Iust. de Tractoriis (XII, 52) l. c. p. 507.

Constantio et Constanti, iisque III. et II. Coss. hanc const. male tribuit Gfr. quod et Olyb. proc. Afr. mentio satis indicat." Olybrius enim ann. 353, 354 proconsul Africae fuit et c. 7 post c. 6 quoad aetatem data fuerit necesse est. Sine dubio *Dat.* pro *Redd.* scriptum est. Ceterum vid. supr. not. *o* antec. d) Ita cod. 1, probb. P. W.; recte igitur Go. addi voluerat vv. *et Iulianus C.*, quae des. in cod. Lugd. et in edd.; Cod. Iust. *Imp. Constantius* (Cui. *Constantinus*) *A. Tauro PP.* e) Cod. Lugd. *eumquam*, mendose. f) Cod. Lugd. *publicis*, sed corr. a libr. *publici.* *) Cod. Iust. *Evectiones ab o. p. et tam iudices, quam custodes publici cursus minime transire patiantur antequam seriem evectionis aspexerint. Quod si.* g) Edd. add. *esse* (*putaverit esse resistendum*), pro quo v. in cod. Lugd. add. *se.* Utrumque om. in cod. 1 et in Cod. Iust., quos secutus sum. *) In Cod. Iust. add. *vel ultra tempus quod evectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit.* h) Ita interpungunt Go. et Be.; rell. edd. male *referri statuimus, redae.* i) Cod. Lugd. *birote.* Cod. 1 *biroti.* Dicitur et *birota* et *birotum.* k) Ri. Ri*. mendose *multae*, impr. Be. Ad hunc err. referenda est nota P., qui ex cod. 1 leg. esse putat *octo mulae.* l) Cod. Lugd. *trina* et mox *praetitutos.* *) Cod. Iust. *ibidem iubemus retineri: et si quidem dignitate praeditus sit, de eius nom. ad providentiam* (Cui. ut C. Th.), *tuam, et ad illustrem virum — referri: adversus* (quae sequuntur, desumpta sunt ex c. 22 h. t.) *vero ceteros protinus indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco graduque militiae ibidem coerceri posse crediderit.* m) Cod. 1 *Iun.* n) Cod. 1 *VIII*, mendose. o) *et C* probb. P. W. cod. 1, i. e. *et Iulianus C*, quod Go. addendum esse censuit. Edd. om. *et C.* Vid. supr. not. *d.* p) *birotum* cod. 1, ut cod. Lugd. et edd. Cui. 1 — Ri*. Itaque Go. in notis et Reinesius em. *birotarum*, ut etiam Gutherius de Off. dom. Aug. III, 15, p. 647 ed. Lips. q) Ita cod. 1, quod iusserat Go. et prob. P.; perperam antea edd. ex cod. Lugd. *in rebus tua sublimitas.* r) Cod. Lugd. *ribui*, mendose. s) Cod. Lugd. edd. *hisdem.* t) Aur. Lugd. *Deeemb.* u) Cod. 1 *Iuliano c̄ V.* v) Codex 1 *et C*, prob. P. In cod. Lugd. et in superioribus edd. om. *et C.* Vid. supr. not. *o* et *d*; sed hic Go. nihil monet de addendo Iuliano Caesare. x) Cod. 1 *p̄p̄o*, mendose et impr. W. y) Cum v. *modi* incipit secunda pagina folii XCIII. codicis. z) Cod. Lugd. *molionibus.* a) Be. *Sirmii*; rell. ut nos. b) Codd. et edd. *conss.*, sed Be. *cons.* c) Codd. edd. ante Be. *Constanti*, sed Go. *Coostanti.* Mox cod. Lugd. *Iuliani*, sed em. *Iuliano.* d) Cod. 1 *Elpidio.* Edd. *Helpidio* ex cod. Lugd. Vid. Go. in not. *b* h. c. e) Cod. Lugd. *Ne qua post hac legi amplius.* Cod. 1 *Ne qua post legio amplius*, quod probat P., modo *posthac* legatur. Edd. *Ne quis post hanc legem amplius*, quae scriptura est mera Cuiacii coniectura, et nititur extremis h. c. vv.: *Si quis post hanc legem amplius* Go. ad v. *quis* in not. intelligendum esse *militem* suspicatur. W. ad h. l. sagacissime annotat: „Et sane militibus de loco in locum transferendis adhibitas esse angarias, praeter alia docet L. 22 Cod. Iust. *h. t.* (XII, 51). Quumque singulis angariis mille quingenta pondo liceret imponere (L. 28. 30. C. Th. h. t.), omnino duae sufficere poterant aegrotis cuiusque legionis transferendis. Egregie igitur nexui huius const. congruit Taurin. lectio." Equidem non dubitavi ex utroque codice veram scripturam restituere. Etenim v. *qua* ab utroque codice defenditur. In vv. autem *posthac legio* codices mutuo inter se corrigunt. Vid. etiam not. *g* sq. f) Go. — Ri*. *hoc, eorum si.* In Cui. 1 — Cui. 2* non interpungitur. g) Cod. Lugd. *paria oosequantur.* Fortasse librarius voluit literam *o* addere v. *legi* (vid. not. *e*), sed errore ductus incidit in inferiorem versum. Non opus est monere, nos non offendere in plurali. h) Cod. 1 *VI.* i) De hac indictione cf. Go. in comm. h. c. k) Cui. 1 — Cui. 2* om. *A.* l) Cui. 1 — Lugd. *Mamertium.* m) Cod. Lugd. *pl'ublicum*, sed del. a libr *l'.* *) Ri*. male *non* pro *nos.* n) Cod. Lugd. *licentie.*

evectionem licebit facere de cetero. Sed ut necessitates publicae impleantur, vicariis denas vel duodenas evectiones manu mea perscriptas [o] ipse permittam, praesidibus vero binas annuas faciat vestra sublimitas, quibus ad separatas provinciarum secretasque partes necessariis ex caussis officiales suos dirigere possint. Sed his quoque nostra etiam mansuetudo evectiones singulas dabit, ut ad nos referre possint, cum id fieri necessitas quaedam exegerit. *Acc. VIII. Kal. Mart. Syracusis, Mamertino* et *Nevitta* *) *Coss.* (362.)

13. *Idem A. ad Mamertinum Pf. P.* Ad suggestionem comitis atque eorum, qui largitionibus praesunt, illationi specierum largitionalium [p] competentes evectiones rectores provinciarum, cum absit vicarius, facere debent [q]. Quod universis rectoribus tua sublimitas indicare non differat [r]. *Acc. XII. Kal. Iul. Mamertino* et *Nevitta Coss.* [s] (362.)

14. *Idem A. ad Mamertinum* *) *Pf. P.* Qui contra annotationem manus nostrae **) plures, *quam* [t] evectio [u] continebit, veredos crediderit usurpandos, capitalem rem fecisse videbitur, et si instantis necessitatis gratia non retineatur, quis tamen ille sit, ad censurae tuae, tum ad [v] serenitatis nostrae conscientiam referendum est. §. 1. Et quamquam, quid sit parhippus, et intelligere et discernere sit proclive, tamen, ne forte interpretatio depravata aliter hoc significet, sublimitas tua noscat, parhippum [x] eum videri et habendum esse, si quis [y] usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat. §. 2. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, utrum agens in rebus suo, anne mulionis itineri subiugando, modo evectionis datae formam et licentiam non excedat [z]. *Dat. V. Id. Sept. Mamertino* et *Nevitta Coss.* (362 [a].)

15. *Idem* [b] *A. ad Avitianum Vicarium Africae.* Mancipium [c] cursus publici dispositio proconsulis forma teneatur [d]. Neque tamen sit cuiusquam tam insignis audacia, qui parangarias aut paraveredos in civitatibus ad canalem [e] audeat commovere, quo minus [f] marmora privatorum vehiculis provincialium transferantur, ne otiosis aedium cultibus provincialium patrimonia fortunaeque lacerentur. *Dat. VII.* [g] *Kal. Nov. Antiochiae* [h], *Iuliano A. IV.* et *Sallustio Coss.* (363.)

16. *Idem A.* [i] *ad Mamertinum Pf. P.* In pro-

— c. 13 commemoratur in c. 20 C. Th. h. t. — c. 14. Cod. Iust. XII, 51, 4 om. pr. — 15 commemoratur ap. Cui. in Comm. c. 2 Cod. Iust. h. t. l. c. p. 502 et c. 18 cod. l. c. p. 505. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28), c. 2 C. Th. de Itin. mun. (XV, 3) et c. 7 Cod. Iust. de Aedif. priv. (VIII, 10). — c. 16 fortasse coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Off. iud. omn. (I, 19). Vid. infr. not. **.

o) Cod. 1 *pracscribtas.* Vid. c. 26 antec. tit., not. *c.* *) Ri. mendose *Nevirta.* p) Cum literis *gitionalium* incipit fol. XCIV. codicis Lugd. q) Cod. Lugd. *debet.* r) Cod. 1 *Cum univ.* — *indicare differat*, impr. W. s) Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Iust. *Imp. Iulianus A. Mamertino.* **) Cf. Zirardin. l. c. p. 241. t) *quam* deest in Cui. 1 — Lugd. ibique ad m.: „γρ. *pedagogam* (Aur. Lugd. *pedagogā* sine γρ.)", recte impr. Go.: deest etiam v. *quam* in cod. Lugd.; primum affertur in Cui. 2, 2*, ex quibus rec. a Be.; in edd. Go. — Ri*. includitur uncis. Videtur h. v. legi in cod. 1, cum Peyronus, qui ed. Ri*. usus est, de huius v. omissione nihil dicat. u) Cui. 2, 2* *evictio*, mendose, quod iam a Reinesio em. est. v) Ita codex 1. Cod. Lugd. *cum ad.* Cui. 1 — Cui. 2* *gratia non retineatur quis, tamen ille sit ad censurae tuae cum ad.* Go. — Ri*. *gratia, non retineatur quis, tamen ille sit ad censurae tuae cum ad.* Be. *gratia, non retineatur quis, tamen ille sit ad censurae tuae, cum ad.* Locum scriptura cod. Lugd. difficillimum Go. in comm. hunc in modum sanare aggressus est: *et si instantis necessitatis gratia movet* (ut infra *commoveat*) *retineatur*; *et quisquis tandem ille sit, ad censuram tuam, non ad Serenitatis* etc.;" ut sententia loci sit: licet instantis necessitatis gratia quis proficiscatur, quamlibet dignitatem praeferat, retineri eum oportere et sistendum censurae praefecti praetorio, non vero ad principem referendum. Ut commendaret hanc emendationem haec addit: „concordat, quod Constantius *l. 2. sup. de curiosis*, voluit demonstrari Iudicibus vel Curiosis evectionem, etsi quis Principe iubente festinare se memoret in obsequium necessarium, nec praevaleat contumacia, vel dignitas." W., codicis 1 scriptura fultus, Go. moliminibus non opus esse, sed potius distinguendis verbis locum in superioribus edd. impeditum ita restituendum esse existimat: *et si instantis necessitatis gratia non retineatur, quis tamen ille sit? ad censurae tuae, tum ad serenitatis nostrae conscientiam referendum est*, quae restitutio partim cum Go. interpretatione congruens mea sententia admittenda est, modo signum interrogandi in comma, quemadmodum feci, mutetur et cum Go. *quisquis* pro *quis* legatur. Similiter infra in c. 22 h. t. dicitur: *Sane cuiuscunque fuerit dignitatis, qui nostra interdicta calcaverit, retentetur* etc. Reinesius cj. *tamen ille sit addictus* vel *subsit censurae tuae.* x) Hinc inc. c. 4 Cod. Iust. cit. y) Cod. Iust. *esse, qui*, sed Cui. *esse, si quis.* Deinde codex Lugd. *solus.* z) Cod. Iust. *suo itineri, an* (Hal. Cui. *anne*) *mulionis subiugando, modo evectionis datae formae licentiam* (Cui. ut C. Th.) *non excedat.* Cod. 1 *mulionis itineris subiugando* (W. falso affert *subiungando*) *ut evectionis.* Locus difficilis et sec. W. non facile sanabilis. Go. et in C. Th. et in Cod. Iust. em. *subiungat*, (scilicet veredum) *dommodo* (*dummodo*) etc. et dicit in comm. h. c.: „Nempe cum Iulianus cursui et veredorum quidem usurpationi arctissimum modum impositum iret, merito dubitari potuit, utrumne saltem alius adscisci comes itineris ab Agente posset, et sic hoc casu ab alio quam cui is concessus esset usurpari. Id quod affirmat." Certum est, hoc dici debuisse. Valde verisimilis igitur est Go. em. aut facta ex Go. em. cj. *subiungat modo.* a) Go. 361, err. b) Reinesius, Be. prop. *Imp. Iovianus.* Sed vid. not. *h.* Ferunt praeterea omnes leges cum hac c. coniungendae, imo c. 7 Cod. Iust. in inscriptione nomen Iuliani, de qua re disputavi supra VIII, 1, 8, not. *q.* c) Go. Be. recte em. *Mancipum.* d) Cui. 1 — Cui. 2* *M. c. publici, d. proconsulis, forma ten.* Go. — Ri*. *M. c. p. dispositio, Pr. f. t.* e) Cod. 1 *canale.* Vid. Ri. in not. *f* h. c. f) Go. Reinesius em. *Quo nimirum.* g) Cod. 1 *VI* et ita etiam c. 7 Cod. Iust. cit. h) Add. cum Go. ex c. 1 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28) *Acc. XV. Kal. Apr. Karthag.* Est igitur h. c. superiore anno 362 vivo Iuliano data, neque quicquam mutandum in inscr. i) Go. Be. em. *Imp.*

vincia Sardinia, in qua[k] nulli paene*) discursus veredorum seu paraveredorum necessarii esse noscuntur, ne provincialium status subruatur, memoratum cursum penitus amputari oportere decernimus, quem maxime[l] rustica plebs, id est pagi, contra publicum decus tolerarunt. Excellens igitur auctoritas tua officio praesidali necessitatem tolerandae huius modi exhibitionis imponat; aut certe, si hoc existimant onerosum, suis animalibus uti debebunt, quoties eos*) commeare per provinciam necessitas publica persuaserit. §. 1. Sane angariarum cursum summoveri non oportet propter publicas species, quae ad diversos portus deferuntur. Proinde considerata rerum necessitate, pro locorum situ atque itineris qualitate, tantum numerum angariarum collocari oportere decernas, quantum necessarium esse adhibitae plenissimae deliberationes suaserint. *Dat. VII.* **) *Kal. Dec. Antiochiae*[m], *Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

17. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[n] *ad Menandrum*[o]. Vehiculis nihil ultra mile librarum mensuram patiemur imponi; ita ut veredariis, ut habeant[p], quod his triginta libras equis vehere concessimus. Quicquid igitur supra mensuram exsuperare constiterit, ad dispendium eius, qui in legem commiserit, fisco conveniet[q] adscribi. §. 1. Illud sane, ut penitus enormium vehiculorum usus intercidat, sanciendum esse decernimus, ut, quisquis opificum ultra hanc, quam perscripsimus[r], normam vehiculum crediderit esse faciendum, non ambigat sibi, si liber sit, exilii poenam[s], si servus, metalli perpetua supplicia subeunda. *Dat. prid.*[t] *Id. Mart. Med.*[u], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

18. [v] *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Si quando praepositus largitionum species transmittendas necessarias*) esse suggesserit, ac brevem diversarum[x] specierum, cui subvectio[y] vehiculorum poscitur, designaverit, a praesidibus[z] diversorum officiorum evectio competens praebeatur. §. 1. Illud etiam sublimitas tua observari omni cautione praecipiat, ne amplius in[a] singulis quibusque carpentis, quam bini aut, ut[b] summum, terni homines invehantur, quos tamen directarum rerum custodes vel prosecutores esse constiterit. *Dat. III. Id. Maii*[c] *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

19. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Magnifica[d] sedes tua evectionum faciendarum arbitrium in publicis tantum caussis usurpet. Verum ingenti procurabitur cautione, ne parum considerata facilitas ita publicis incipiat visceribus imminere, ut fatigatione nimia poenitentiam huius concessionis[e] suscipere cogamur. *Dat. IX. Kal. Iul.*[f] *Philippopoli*[g], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

20. *Iidem AA. ad Florianum Comitem R. P.* Iuxta divi Iuliani consultissimam legem[h] ad transferendas largitionum res necessarias competentia indices evectionum subsidia perferant. §. 1. Illud quoque adiectum*) est, ne quicquam oneris vehiculis publicis cumulatius[i], quam ratio fiscalis posceret, superponeretur; si quidem non amplius in singulis quibusque vehiculis, quam binos aut,

— c. 17 legitur ap. Bou. l. c. p. 748. Go. eam indicari putat in c. 28 et 30 h. t. — c. 18 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 58 C. Th. de Decur. (XII, 1) et sec. Go. fortasse cum c. 5 C. Th. de Re mil. (VII, 1), ubi vid. not. sup. et not. *s*. Ceterum h. legem cum c. 20 h. t. concordare iam Go. dixit. Eodem die data est c. 9 C. Th. de Exact. (XI, 7). — c. 19. Go. dubitat, sitne haec c. coniungenda cum c. 11 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Ri. has leges inter se coassandas esse existimat. Vid. infra not. *g*. — c. 20. Vid. c. 18 h. t., not. sup. Eodem die datae sunt aliae constt. Vid. infra not. *l*.

Iovianus A., sed vid. supra VIII, 1, 8, not. *q* et c. 15 h. t., not. *b*. k) Hinc incipit pag. secunda folii XCIV. codicis Lugd. In ima pagina est numerus quatern. XLIV. *) Ri*. perperam *poenae*. l) Cum literis *maxi* desinit fol. XVIII. cod. 1. Vid. c. 7 h. t., not. *b*. *) Noli sollicitare v. *eos*. **) Fortasse scrib. *XI.* aut in c. 3 cit. *VII.*, ut hae constt. inter se coniungantur. m) Cod. Lugd. *satus* — *exhibitiones* — *Anthiochiae*, sed corr. haec menda a librario. Ibidem *Kal. Kal.* n) Be. auct. Go. soli Valentiniano h. c. tribuit, sed ipse Go. (prob. Ri. in notis) in Chron. a. 364 subscr. ita corr.: *Dat. pr. Id. Maii Nicomediae*, qua emendatione admissa nihil mutandum est. Vid. supra V, 14, 3, not. *o*. o) Go. Be. in not. add. *Pf. P.* p) Go. em. *Ut vehiculis* — *mensuram patimur imponi ita et Veredarii sat habeant*, speciose quidem, sed haud scio an probabiliter. Deesse hic aliquid opinati sunt nonnulli, ut refert Go. Si c. 8, 28 et 30 h. t. respiciuntur, quae de eodem argumento agunt, omnino aliquid excidisse existimandum est. Bou. *Vehiculi*. q) In codice errore add. *et*. r) Codex *perscripsimus*. Edd. *praescripsimus*. Vid. c. 12 h. t., not. *o*. s) Codex *poena*. t) Codex *pirid*. u) Vid. not. *n* antec. Vv. *Varroniano oss.* in codice infra versum posita sunt. v) Cum c. 18 incipit fol. XCV. codicis. *) Ri*. mend. *necessaria*. x) In m. Cui. 1 — 2* ann.: „γρ. *directarum*“, recte impr. Go. y) In m. Cui. 1 — 2* ann.: „γρ. *directorum*.“ Be. hoc annotatum esse falso dicit post *vehiculorum*. Nisi me fallit, v. *directorum* Cui. addi voluit. z) Go. ann.: „An, *ab officiis* (Ri. err. *officio*) *diversorum Praesidum*? an vero, *a Praesidibus diversarum provinciarum*? Ego nil mutem: *Praesides diversorum officiorum*. Iidem recte dicti, qui et praesides provinciarum: praesidebant enim *officiis*.“ a) In codice add. *e*, sed del. a librario. b) Go. ad c. 20 h. t. em. *ad*. Non assentimur Go. c) Recte Go. ex c. 8 et 58 citt. add. vult *Hadrianopoli*. d) Codex *Magnificas*, sed corr. *Magnifica*. e) Codex *concessiones*. f) Go. in Chron. h. a. *Iun.*, ut c. 11 C. Th. de Oper. publ. cit. Ri. falsam esse iudicat subscr. c. 11 cit., ibique em. *Dat. VIIII. Iul.* Sine dubio in alterutra subscr. latet mendum, quod potius in c. 11 quam in hac lege inesse videtur. Vid. not. sq. g) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Philippopolim*. Be. iub. Go. ed. *Philippopoli*. Go. autem in not. add.: „Nisi mavis, ut in d. l. 11. inf. de operib. publ. *Philippis*. „Sed Ri. validis argumentis in notis h. c. demonstrat, legendum esse et hic et in dicta c. 11 *Philippopoli*. h) Intelligit c. 13 h. t. *) Go. c. 18 potius h. t. quam c. 13 existimat significari. i) Codex *cumulatiu*, sed poni

ut[k] summum, ternos sedere praeceptum sit. *Dat. prid. Id. Sept.*[l] *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

21. *Iidem AA. ad Arthemium*[m]. Competenti ratione prohibemus, ne hi, qui familiae praesunt, novum rapinarum aut fraudium[n] genus exerceant, ut pro rotarum tritura ac ministeriis pecuniam ab[o] angariarum praebitoribus[p] poscant. Pro rotis[q] igitur et pro angariis[r] praebitores dispendia nulla patiantur. *Dat. III.*[s] *Kal. Oct. Aquileia*[t], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

22. *Iidem AA. ad Volusianum Pf. U.* Cunctos iudices laudanda tua sinceritas[u] monebit, ut minime quosque transire patiantur, antequam seriem evectionis adspexerint, et congrua subnotatione dimiserint. Sane cuiuscunque fuerit dignitatis, qui nostra interdicta calcaverit, retentetur, dum super ipsius nomine ad mansuetudinem nostram querela dirigatur, cui vindicta non deerit. In eos autem protinus ultio competens exserenda est, quos sinceritas tua pro loco graduque militiae ibidem coerceri[v] posse crediderit[x]. §. 1. Praeterea illud adiungimus, ut parhippum vel avertarium nullus accipiat, nullus impune praesumat, nisi cum nostrae serenitatis arbitrio, aliqua necessitate cogente, vir illustris magister officiorum textui evectionis addiderit. *Prolata*[y] *literis sub die XII. Kal. Mart. Romae. Acc. IV. Kal. April. Venabri*[z], *consulatu Valentiniani et Valentis AA.*[a] (365.)

23. *Iidem AA. Mamertino Pf. P.* Ad procurationem clabularii cursus eligendi sunt ex eo hominum genere, qui in provinciis codicillis[b] comitivae et praesidatus, aut rationum epistolis honorariis nixi ab omnium[c] se civilium[d] et publicorum officiorum ministerio removerunt. His tamen ab hac molestia segregatis, qui legationum reverentia, principalium beneficiorum iudiciis honorem, ipsis principibus tradentibus, sunt adepti, vel qui emeritis officiis palatinis missione[e] donati sunt. §. 1. Locandi autem erunt per singulas mansiones vel longius, *ut*[f] sinceritas tua procurationem eorum existimaverit porrigendam. In quo negotio si quid neglectum secusve gestum fuerit, ad eorum, quicquid peccatum erit, crimen invidiamque referetur. §. 2. Quanto autem tempore unusquisque iniuncti officii sarcinam debeat sustinere, celsitudinis tuae arbitriis relinquimus sanciendum. §. 3. Qui viri et evectiones commeantium exactissima cura inspicere debebunt, et animalibus alimenta, quae fiscus noster suggerit, ministrare. *Dat. VI. Id. Mart. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365)

24. *Iidem AA. ad Buleforum Consularem Campaniae.* Nonnullos[g] id agere compertum est, ut, si forte defecta[h] fuerint animalia, quae vehiculis deputata sunt, veredorum numerum, qui alteri[i] serviunt necessitati, ad rhedas, quibus utuntur, usurpent. Hanc licentiam per mancipes locorum omnifariam prohiberi conveniet, ut, si quis exstiterit, qui formam nostrae sanctionis excedat, cuiuscunque fuerit dignitatis, tam diu resistere[k] ac residere cogatur, quam diu animalia, quibus iter peragat, revertantur. *Dat. IX. Kal. April. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

25. *Iidem AA. ad Symmachum Correctorem Lu-*

— c. 21 sec. Go. coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), c. 6 C. Th. de Priv. eor. (VI, 35), c. un. C. Th. de Priv. appar. (VIII, 3). Vid. infra not. *s.* — c. 22. Particula h. c. transiit in Cod. Iust. XII, 51, 3. Vid. infra not. *x.* — c. 23. Hanc legem in c. 26 h. t. memorari iam Go. dixit. — c. 24 ap. Go. insignita est num. *XIV.*, err. — c. 25. Cod. Iust. XII, 51, 5 (non 3, ut ap. Be. est) nonn. om.

---

tur *s* supra *u.* k) Go. em. *ad summum.* Vid. not. *b* antec. l) Go. addi vult *Aquileiae* ex c. 9 C. Th. de Petitt. (X, 10), c. 3 C. Th. de Coll. fund. patrim. (XI, 19), c. 60 C. Th. de Decur. (XII, 1). Add. supra V, 13, 16, quae omnes leges hoc die ad provinciales Byzacenos datae sunt, ut et c. 33 C. Th. de Appellationibus (XI, 30) ad Dracontium. m) Codex *aRartemium*, sed ponitur *d* supra *a* et del. *R.* Edd. *Artemium.* Pleniorem inscr. habent constitutiones cum hac c. coniungendae, quas vid. et ibidem ann. nostras. n) Pag. secunda folii XCV. codicis incipit cum vv. *aut fraudium.* Antiquitus in codice scriptum erat *faudium*, sed add. *r* supra *a.* o) Be. *ac*, err. typ. p) Go. in comm. dicit: „Obscurum videatur, quinam illi sint *Praebitores*? Et substituenda videatur alia vox: qua indicentur, iter agentes, cursu publico agentes forte *praebitores*, aut *praesumptores*? Ego accipiam Provinciales, qui angarias et vehicula praebebant.“ q) Val. in m. *redis*, impr. Go. r) Go. em. *angaris*, i. e. ministris, quo facile caremus. Aur. Lugd. *angariiis.* s) An *XIII.*? Et hunc num. postulat Go. Vid. c. 9 de Off. rect. prov. cit., not. sup. et not. *u.* t) Pleniorem subscriptionem habet c. un. C. Th. (VIII, 3) cit. Edd. *Aquileiae.* u) Codex *sinceritis*, sed corr. *sinceritas.* v) Codex *cohercere*, sed corr. *coherceri.* x) Vv. *protinus — crediderit*, sed paullo mutata transierunt in Cod. Iust. XII, 51, 3. Vid. supra c. 8 h. t., not. *. Paullo infra cod. Lugd. *cogente viri inl.* y) Go. placet *Praelata*, sed ipse in comm. h. c. et in Chron. tueri videtur *Prolata.* z) Go. em. *Venafri.* a) Go. — Ri*. om. ann. Go. enim in not. monet: „Forte III. id est A. D. 373.“ Quod non quadrat cum hoc anno, cui inscr. *Valentiniano et Valente IIII. AA. Coss.*; sed ita turbatur ordo constitutionum, quod inprimis grave est hoc in loco, ubi septem constitutiones eiusdem anni continuo proferuntur. b) Hoc v., quod optimam sententiam praebet, manifestis literis scriptum est in codice. Cur desit in edd., ignoro. c) Ita codex; edd. *omni.* d) Codex *culium*, sed corr. *civilium.* e) Hinc incipit folium XCVI. codicis. f) *ut* deest in codice et in Cui. 1 — Lugd.; primum apparet in Cui. 2, 2* de cj. Cui., quare ap. Go. — Ri*. uncis includitur; sine uncis receptum est apud Be.; recte. Codex *singalas mansionis.* g) Cod. Lugd. *Nonnullus.* h) In m. Cui. 1 — Cui. 2* *defecta.* Go. ann.: „Quod equidem probo. An autem *defecta fuerint*, pro deficiant? An eo sensu, quo alias *defecta praedia* pro desertis foeneis et inutilibus, l. 3. 12. de censitor. (XIII, 11) l. 3. de indulg. debitor. (XI, 23) l. 31. de Annon. et tribut. (XI, 1) l. 11. §. 1. D. de Usur. (XXII, 1) *defecta nomina*, et *urbes defectae*, Salviano. Similiter igitur *defecta*, id est, iam cursui inutilia. Prior interpretatio videatur cui amplectenda, propter ea quae fin. leg. dicuntur.“ Quid si legitur *deducta* vel *devecta fuerint.* Fortasse etiam exc. *non.* i) Cod. *alteriu* cum puncto supra *u.* k) Sec.

caniae et Brittiorum *). Compertum est, usurpatione quorundam in publici cursus damna grassante ab itinere solito deviari. Proinde[l] si quis iter faciens, cuiuscunque dignitatis fuerit militans, ab itinere recto deverterit[ll] quingentis passibus, poena in eum competens proferatur, et ad nostram scientiam referatur. *Dat. VIII. Kal. April. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

26.[m] *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Cursus mancipes clabularii*) ex quo genere hominum debeant ordinari, apertissima lege[n] decrevimus. Quorum si praedictae numerus functioni non potuerit occurrere, curiales ad hoc munus[o] sunt vocandi. *Dat. VI. Kal. Maii Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

27. *Iidem AA. ad Fortunatum Consularem Pannoniae secundae.* Neque plures parhippos dimittendos, nec emensis evectionibus dandam commeandi cuiquam facultatem, gravitas tua cognoscat. In eo autem ne admonitionem quidem adhibendam putamus, ut a nullo omnino cursus publicus sine*) evectionis auctoritate moveatur. *Dat. V. Kal. Iun.*[p] *Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

28. *Iidem AA. ad Probum Pf. P.* Quod iam Gallis[q] prodest, ad Illyricum etiam Italiaeque regiones convenit redundare, ut non amplius rheda quam mile pondo subvectet[r], et angariae mile quingenta sufficiat[s], veredo ultra triginta nullus imponat. *Directa V. Kal. Ian. Sirmio*[t], *Valentiniano et Valente*[u] *AA. Coss.* (365.[v])

29. *Iidem AA.*[x] *ad Domnum Consularem Siciliae*[y]. Hi tantum parhippum praesumant, quibus nos ipsi in evectione, quam facimus, veredum cum parhippo[z] tribui iusserimus. Si quis vero citra nostrae annotationis indultum id licenter exegerit, severissimae subiaceat ultioni. *Dat. IV. Non. Dec. Treviris*[a], *post*[b] *consulatum Lupicini et Iovini VV. CC.* (368.)

30. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium Pf. P.*[c] Perspicue*) sanxeramus[d], ut in carpentis rhedarum mensuram subditam*) nullus excederet, nemo[e] amplius rhedae quam mile pondo, angariae quam mile quingenta, veredo quam triginta[f] auderet imponere[g]. Ideoque ad illustres magistros equitum et peditum scripta porreximus, ut per[h] loca, quae huiusce modi observationis excubiis munienda sunt, sollicitos protectores diligentesque constituant, quo iidem[i] et mensuram vehiculorum et vim onerum semper inspiciant, nihilque fieri contra haec iura patiantur. Quin etiam, quotiescunque aliquis fuerit inventus excessisse legem vel vehiculi enormitate[k] vel ponderis, quemlibet[l] locum, quamcunque ille protulerit[m] dignitatem, quicquid ultra mensuram esse constiterit, apud se protector, qui insolentiam deprehenderit, retentabit, donec super eo, qui interdicta contempserit, ad clementiam nostram relatio dirigatur. *Dat. IX. Kal. Oct. Valentiniano et Valente II. AA. Coss.*[n] (368.)

31. *Iidem AAA.* *) *ad Catafronium Vicarium Italiae.* Nec mulionibus, nec carpentariis, nec mulomedicis cursui publico deputatis mercedem a quoquam sinceritas tua fuerit[o] ministrari, cum iuxta publicam dispositionem annonas et vestem, quam iisdem[p] credimus posse sufficere, consequantur etc. *Dat. XVIII. Kal. Sept. Treviris*[q], *Valentiniano et Valente III. AA. Coss.*[r] (370.)

32. *Iidem AAA. ad Ampelium*[s]. Evectionum co-

— c. 30 exstat ap. Bou. l. c. p. 752. — c. 31 coniungenda est cum c. 2 C. Th. Ne operae a collat. (XI, 10). — c. 32 sec. Go. cum c. 10 C. Th. de Maleficis (IX, 16) coniungenda est, alterutrubi tamen mutato die. Vid. infra not. *u* et Go. in Chron. p. XCI. Cod. Iust. XII, 51, 6 mut.

Go. *resistere* pro *residere*, ut supra in c. 28 de Erog. mil. ann. (VII, 4). *) Go., sine dubio err. typ., om. *et Brittiorum.* l) Prior h. c. particula resecta est in Cod. Iust. Seqq. ibidem ita leguntur: *Si quis per publicum cursum iter faciens c. d., vel militiae ab i. r. diverterit* (om. *quingentis passibus*), *poena — proferatur* et des. rel. ll) Reinesius abesse putat *amplius.* m) Cum c. 26 incipit pag. secunda folii XCVI. codicis. *) Cod. Lugd. *clabulariis.* n) Go. c. 23 h. t. intelligi putat, recte. o) Codex *functio — curialis ad hoc minus.* *) Codex *fine evectionis.* p) Eodem die datae sunt c. un. C. Th. de Nupt. gent. (III, 14) et c. 65 C. Th. de Decur. (XII, 1). q) Go. prob. Be. vult *GallIS*, id est *Galliis* et c. 17 h. t. significari opinatur. r) Aur. Lugd. mendose *Illiricum — subnectet.* s) Go. Be. recte em. *sufficiant.* t) Be. *Sirmii.* u) Go. addi vult *II.*, id est ann. 368, quo anno Probus Pf. P. fuerit. Vid. Go. in not. h. c. et in Chron. h. ann. et Reland. l. c. p. 414. Sed tunc h. c. recentior fieret sqq. const. (vid. etiam infra not. *b*) et mutanda esset inscr. legis. v) Go. — Ri*. om. ann. x) Go. et Be. in not. add. *et Grat. A.*, sine necessitate. y) Aur. Lugd. *Sciliciae.* z) Codex *Hii — parhippum.* a) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Triveris.* b) Go. deleri hoc v. vult et legem ad ann. 367 revocari. Annotat enim: „Vel quid deest, vel quid superest in hac subscriptione; vel inquam intercidit dies Acceptae *huius leg.* vel sane tollendum *Post.* Nam cur IV. Nonas Decembr. anni 368 (quo sane Valentinianus et Valens II. Coss. fuerunt) adsignaretur ita Consulatus, *Post Coss. Lupicini et Iovini.*“ A Go. etiam in Chron. (p. LXXXV.) ad annum superiorem hanc c. revocari Ri. observavit. c) Edd. ante Be. *PPŌ.*, *p̄p̄ō.*, *PP. O.*, *PPō.*, Bou. pro *PP. O.*, quod sigl. Go. habet mavult *Pf. P.* Falso enim illud habet pro *Praef. Praet. Or.*, de qua re iam saepe diximus. *) Cod. Lugd. *perspue*, mendose, sed rep. *perspicuae.* d) Sec. Go. in c. 17 et 28 h. t. *) Codex *sumditam*, sed em. *subditam.* e) Edd. *et nemo*, sed in codice om. *et*, multo rectius. f) Salmasius in Hist. Aug. ad Lamprid. Sever. c. 39 *trecenta*, impr. Go. g) In literis *nere* incipit folium XCVII. codicis. h) Codex *pe*, sed em. *per.* i) Codex, edd. ante Be. *idem.* Iussu Go. ed. Be. *iidem.* k) Codex, edd. ante Be. et Bou. l. c. *inormitate.* Go. utrumque, *inorme* et *enorme* promiscue dici observat. l) Codex, Bou. *quamlibet.* Reinesius vult *horum* pro *locum.* m) Go. em. *praetulerit*, quod haud scio an non praeferendum sit. Reinesius add. *et* post *dignitatem.* n) Go. in Chron.: „male refertur ad ann. 365.“ Bou. requirit ann. 364, male. *) Cui. 2, 2* *Iidem AA.* o) Cui. 1 — 2* in m. cj. *faciat*, sed Go. prop. *siverit.* Emendari etiam potest *fecerit.* p) Codex, edd. ante Be. *hisdem.* q) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Triveris.* r) Aur. Lugd. *Cons.* s) Dignitas Ampelii om. etiam

piam senatui, cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est[t]. Nam si acclamationibus populi Romani nostri aliisque antiquis et solennibus*) rebus concessa iugitas illibata servatur, provincialibus etiam, quando e re esse censerent, evectionum copia non negata est, ut ad nos sumpta evectione contendant: quanto magis huius arbitrii his facultas est deferenda, quos collegii merito videre frequentius cupimus? *Dat. III.*[u] *Id. Dec. Treviris*[v], *Gratiano A. II. et Probo Coss.*[x] (371.)

33. *Iidem AAA. ad Constantium*[y]. Evectionum emittendarum[z], etiam per ceteras provincias, duntaxat in translationem vestium tua sinceritas habeat facultatem, ut, si forte in itinere vicarius non fuerit, cum vestes eaedem transferuntur, [zz]tarditas nulla generetur: certe, ubi idem vicarius forte morabitur, aut dimittet tuas, aut alias ipse renovabit[a]. Et hoc quidem eo*) constituitur exemplo, quo aurum argentumque transfertur, in quo[b] utique nullum evectionibus tuis affertur obstaculum, quominus id, quod transmissum fuerit, ad loca statuta perveniat. §. 1. Eaedem[c] autem vestes militares usque ad ea loca sunt transferendae, ubi ipsi milites sunt constituti. Neque enim paullo deverticulo[d] abducendi sunt ab excubiis sibi pro publica utilitate commissis. §. 2. Tales igitur vestes[dd] a provinciis dirigantur, quae, priusquam moventur, inspectione gravitatis tuae displicere non possint. *Dat. VI. Id. Iul. Roborc,* *) *Gratiano A. III. et Equitio V. C.*[e] *Coss.* (374.)

34. *Iidem*[f] *AAA. ad Hesperium Pf. P.*[g] Quia in omnibus aliis provinciis veredorum pars quarta reparatur, in proconsulari provincia tantum detur, quantum necessitas postulaverit, et quicquid absumptum[h] non fuerit, hoc nec *) pro debito habeatur, nec a provincialibus postuletur. Non dubitamus autem, plus quam quartam ad reparationem necessariam non esse iumentorum. §. 1. Praeterea in singulis mutationibus arbitramur, ternis veredis muliones[hh] singulos posse sufficere. §. 2. Nam ut stabula impensis publicis exstruantur, contra rationem est, cum provincialium[i] sumptu citius arbitremur et utilius apparanda[k]. §. 3. Iam vero mancipum[l] non ab ordine, nec a magistratibus accipienda videntur obsequia, sed ab officio proconsulari, qui missione donantur, vel ex aliis officiis, quos idoneos atque emeritos[ll] esse constiterit. Non enim improbabilis haec dispositio est, cum et[m] in suburbicariis[n] regionibus haec consuetudo servetur[o]. *Dat. III.*

— c. 33. In hac c. incipit fol. V. cod. I. (aut totius palimpsesti Taur. fol. XXIII.) Vid. not. *zz.* — c. 34. Cod. Iust. XII, 51, 7 mut. Sec. Go. ad c. 46 h. t. concordat cum c. 42 et 46 h. t.

in Cod. Iust., sed Cui. in Cod. Iust. l. c. recte add. *P. V.* Vid. c. 10 C. Th. cit. Ceterum Cod. Iust. *Iidem AA. et Gratianus A.* t) Sqq. ita mutata sunt in Cod. Iust.: *ita tamen, cum aut a nobis evocatur, aut a clementiae nostrae veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate praesumpserit, motum in se nostrae mansuetudinis excitabit.* *) Cod. Lugd. *solemninibus*, mendose. u) Aut hic scrib. *VIII.* (ut est ap. Go. in Chron. l. c.) aut in c. 10 cit. *III.*, ut utraque lex in eundem diem incidat. v) Cum h. v. incipit pag. secunda folii XCVII. codicis, qui ut Cod. Iust. et edd. ante Be. *Triver.*, exc. Cui. 1, in qua *Trivĕr.* x) Aur. Lugd. *Cons.* y) Dignitas deest, sed in c. 7 C. Th. de Vectig. (IV, 12) Constantius appellatur Proconsul Africae. Go. propter formulas: *Tua sinceritas, Tua gravitas*, quibus Impp. hic utuntur, Constantium Rectorem provinciae et quidem per Gallias fuisse existimat. z) Codex *Evectionum et mittendarum*, minus recte. zz) Hinc (*tarditas nulla*) incipit fol. V. cod. I. (s. codicis I fol. XXIII.) a clar. Vesmio inventum et pergitur in eo usque ad vv. *et Syagrio Oss.* c. 39 h. t. Diversitatem scripturae ex eo annotatam debeo benevolentiae Vesmii. Cod. Lugd. *eadem transferuntur.* a) Ita I. et Be. auct. Go.; codex Lugd. et edd. ante Be. *renovavit*, frequenti err. *) Go. om. *eo*, mendose. Cod. Lugd. *constititur.* b) Vv. *quo aurum a. tr. in quo* antiquitus deerant in codice Lugd., sed add. sunt a librario supra lin. c) Codex I. et Lugd. *eadem*, falso. Mox Cod. I. *ferendae* pro *transferendae.* d) Reposui *deverticulo* ex codice Lugd. et Cui. 1 — Cui. 2*; Go. — Be. *diverticulo*, sed praestat *deverticulo.* Etiam Go. in Gloss. Nom. *deverticulo* habet, non *diverticulo.* Congruit nobiscum etiam cod. I. dd) In cod. I. videtur excidisse v. *vestes.* *) De h. l. vid. Go. comment. e) In Cod. Iust. om. *V. C.* et ap. Go. *C.* f) Ita etiam Cod. Iust., sed Go. et Be. in not. rep. *Imppp. Valens, Grat. et Valent.*, recte quidem habita temporis ratione, deinde autem scribendum fuisset C. Th. conditoribus in c. sq. *Iidem AAA.*, quod cum non factum sit, non dubito, quin h. c. alio tempore scripta sit, alio data, praesertim cum c. 8 C. Th. de Off. Vic. (I, 15) ad eundem Hesperium Pf. P. eodem anno datae praefixa sit inscriptio illa a Go. et Be. h. l. proposita. g) Sec. Go. vir doctus (quem ego ignoro) hic reponendum esse putat *P. C. Afr.*, quomodo vocatur anno superiore 376 in c. 3 C. Th. de Scenicis (XV, 7), propter Proconsularis provinciae et officii mentionem in hac lege. Sed etiam c. 8 cit. ante hac c. data habet *Pf. P.* Consentit nobiscum Cod. Iust. et habent idem codd. I. et Lugd. h) Cui. 1 — 2* *adsumptum* (sed Go. ex MS. recte repos. *absumptum*, quod v. rec. Ri. — Be.) et cod. Lugd. Cui. 1 — Be. *non habuerit.* Locum corruptum Go. ita em. tentaverat: „*et quidquid ad sumptum non opus erit*; ad *sumptum*, id est, ad reparationis cursus publici expensas.“ Ipsi conieceramus *quicquid assumptum non opus erit*, i. e. si quid assumptum fuerit, quod non opus est, aut potius *quicquid absumptum non fuerit.* — Ecce! Nostra coniectura confirmatur cod. I., ubi distincte scriptum est *absumptum non fuerit*, quae lectio praeclara videtur Vesmio. *) Go. err. *ne* pro *nec.* hh) Cod. I. *mulionis in sing.* Paullo ante codex Lugd. *in sinsingulis.* i) Hinc inc. fol. XCVIII. codicis Lugd. k) Aur. Lugd. *ad paranda.* Go. *adaptanda*, mendose quidem, neque tamen inepte. l) Cod. Lugd. *Pancipum non obordine.* Go. *mancipium*, mendose. ll) Cod. I. *adq. meritos.* m) Ap. Go. deest *et.* n) Cod. Lugd. et edd. *cubicularis*, sed Val. in m. Guther. em. *suburbicariis*, recte. Pro vulg. scr. aliquis prop. *urbicariis.* Utramque cj. reprehendit Go. Ipse proponit *clabiculariis*, de qua re vid. eum in comm. h. c. Valesii cj. confirmat cod. I., qui *subur* | .. *cariis*, quare eam non dubitavi recipere. o) In Cod. Iust. h. c. in hanc formam mutata est: *In omnibus provinciis veredorum quarta pars reparetur: stabula autem ut impensis publicis extruantur, contra*

Kal. Mart. Treviris[p], *Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)

35.[q] *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA.*[r] *ad Ausonium Pf. P.* A nullo unquam oppido aut frequenti civitate, mansione denique atque vico uno die ultra quinque veredorum numerus moveatur[s], ac si quis eorum, qui praepositi vocantur aut mancipes, publico denique cursui nomine aliquo praesunt, hunc, quem praescripsimus, modum patiatur excedi, severissime[t] sinceritatis tuae auctoritate compescetur, aut militans exauctorationem[u] subibit, aut decurio vel manceps[v] relegatione annua plectetur. Hi autem, qui suprascriptum numerum supergredi molientur, cuiuscunque sint honoris aut nominis, quinque argenti libris in unius veredi usurpatione mulctentur. §. 1. Si tamen necessitas maior coegerit[vv], super solennem numerum iubemus admitti, quos aut sacras literas ferre constiterit, aut habere in evectionibus aunotatum: ut aliqua de caussa instantius ire iubeantur, quod vel spectabilis *) viri officiorum magistri vel sinceritatis tuae literis oportebit adscribi, ut exsistct[x] evidens caussa, quae praescriptum legis excedat. §. 2. In vehiculis etiam hac volumus[y] ratione moderari, ne *) supra assium numero[z] rheda moveatur. Quod facinus[a] sublimis auctoritas tua si contra vetitum cernat admitti, pro motu[b] suo severitate cohibebit. *Dat. XII. Kal. Maii Treviris*[c], *Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.* (378.)

36. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium Pf. P.* Mancipibus supra lustrale[d] tempus cura non immineat mancipatus: nec intra triginta dies[e] amplius cuiquam liceat ex mutatione discedere. Quod si quis supra praescriptum numerum dierum ab statione[f], quam receperit, excesserit, capitali animadversione puniatur. Idcirco enim quinquennio[g] devoluto eos honorem perfectissimatus manere praecipimus, omniumque aliarum necessitatum immunitate fovemus, ut tempus procurationis impositae[h] solerti fide et integritate succedant. *Dat. III. Kal. Mart.*[i] *Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

37. *Iidem AAA. ad Palladium Pf. Augustalem.* Eum, qui sagum hippocomorum notabili populatione voluerit[k] usurpare vel scindere, cuiuslibet fuerit dignitatis, sine aliqua exceptione iubeas detineri, ut cum de eius nomine relatio fuerit destinata[kk], quid super eius contumacia statuendum[l] sit, opportunius aestimemus. *Dat. prid. Id. Maii*[m] *Constantinopoli*[n], *Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

38. *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Proficiscente vicario triginta asini, veredi decem tantummodo[nn] moveantur; quinquaginta *) librarum auri dispendio eius officio, si haec fuerint contempta, non immerito subiugando. Illud etiam similiter observetur, ne quis faciendae evectionis sibi vindicet facultatem. *Dat. VIII. Kal. Maii*[o] *Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*[p] (382.)

39.[q] *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Quisquis seu ci-

— c. 35 exstat ap. Bou. l. c. p. 759. Vid. infr. not. *q*. — c. 37 sec. Go. concordat cum c. 50 h. t. Vid. infra not. *m*. — c. 38. Vid. infra not. *o*. — c. 39. Desinit in hac c. folium quintum codicis I. Vid. infra not. *u*.

rationem est: cum provincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, et utilius sit, tam publico, quam his, quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus. p) Codices, edd. ante Be. *Triveris*. Cod. Iust. *Triver.* q) Go. ann.: „Abest haec *lex* a *Cod. Iustin.* Nisi quod ex hac partim, partim ex *l.* 40. *in fin. inf. lex* 8. *Cod. Iust. eod. tit.* interpolata et conflata est.“ Idem Be. existimat in not. h. c. et c. 40 cit. Mihi videtur praeter poenam quinque librarum nihil transiisse in c. 8 Cod. Iust. cit., quae non Ausonio, sed Floro Com. R. P. in vulg. edd. inscripta est, etsi Cui. in Comm. c. 8 cit. pag. 503 affirmat, in nonn. libris esse inscriptionem *ad Ausonium PP.*, prob. Spangenb. r) Go. *AA.* s) Ri*. perperam *moneatur.* t) Ita I.; rell. *severissimae.* Go. mavult *severissima.* u) Ita I. Edd. et cod. Lugd. *exauctoritatem*, pro quo v. iam Reinesius cj. *exauctorationem.* Mox Ri*. *ut*, male. v) Go. cj. *municeps.* vv) Cod. I. *cogerit.* *) Cod. I. *specta .. lib.* (spectab*i*libus). x) Go. cj. *existat* s. *exstet.* Illud rep. vult Be. et nos quoque volumus. Cod. I. *exisset.* y) Hinc incipit pag. secunda fol. XCVIII. codicis Lugd. *) In cod. I. videtur excidisse *ne.* z) Go. cj. *supra duûm numerum*, vel *supra adscriptum* (utramque cj. prob. Bon. l. c.), vel *assignatum numerum.* Putat enim in comm., cum Ms. *Supra Assium* habeat, seribendum esse *SUPRASIGN.* Ita enim ex notis Magnonis et ex mente ipsius Go., ut ait, corr. Ri., nam in Go. comm. pro *SUPRASIGN.* scriptum est *SUPRA ASSIVM*, err. typ. Rittero ipsi locus videtur esse desperatus et in defectu Mss. librorum vix restituendus. Si ex c. 40 h. t. auxilii aliquid peti potest, non spernenda est prima Go. cj. Certe in v. *assium* numerum latere, verisimile est. Similiter sentit Reinesius, a quo em. *ne supra adscriptum numerum.* Ceterum Cui. 1 — Cui. 2* *redamoveatur.* a) Cod. Lugd. *ficinus*, mendose. b) Codex Lugd. *moto.* Cave ne suspiceris *modo.* Cod. I. *severitatem.* c) Codex Lugd. Go. *Triveri.* Bou. *Triviri.* Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Triver.* et ita videtur habere cod. I. d) Cod. Lugd. *M. supra inlustrale*, sed rest. nostra scriptura. Cod. I. *super.* e) Ita etiam cod. I. Go. probabiliter add. vult *die.* Vid. eum in comm. h. c. Minus probabiliter aliquis coniiceret *interea.* f) Cod. Lugd. *dierum enim ad statione.* g) Cod. Lugd. *quenquennio*, sed em. *quinquennio.* h) Go. *impositi*, sed in comm. recte est *impositae.* Supra codex Lugd. *immutate* pro *immunitate.* i) An add. *Mediolani?* k) Cod. I. *volueris* et mox *dignitates.* kk) Cod. I. *destinari.* l) Cod. Lugd. *statuendoum*, sed corr. *statuendum.* m) Go. ann.: „Praeposteratio hic admissa ab *huius Codicis* Conditoribus: nam sequens lex, quae data est *VIII. Kal. Maii* hanc tempore anteverterat.“ Fortasse scrib. *Mart.* pro *Maii*, quod tamen codd. habent. n) Reposui et hic et in sqq. c. *Constantinopoli.* Cod. Lugd. *Ostp.*; edd. *CP.*; in cod. I. om. urbis nomen. nn) Cod. I. *verediXtant . . | modo.* *) In cod. I. om. *quinquaginta.* o) In hac c. dies non mutandus est legis antecedentia caussa, sed si corr. in c. 8 C. Th. de Div. rescr. (I, 2) *Maii* pro *Mart.*, haec c. coniungenda est cum c. 8 cit. p) Aur. Lugd. *Cons.* q) Cum h. c. incipit fol. XCIX. codicis Lugd.

vili seu militari deposita dignitate aget otium, non prius usquam[qq] fiducia evectionum prodeat, quam editis[r] caussis, nostra maiestate consulta, utendi itidem cursus publici[rr] acceperit potestatem. Reliquos vero, etiamsi expresserint tali tenore copiam latius evagandi[s], a fructu furtivae[t] impetrationis arcemus. *Dat. XVII. Kal. Aug. Constantinopoli, Antonio*[u] *et Syagrio Coss.* (382.)

40. *Iidem AAA. Floro Pf. P.*[v] Iudicibus[x] faciendae evectionis copiam denegamus, cum id nostro numini et vestris tantum sit potestatibus reservandum[y]. His enim tantum ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio praebituri sunt, quos in transmissione largitionalium titulorum prosecutores[z] viderint constitutos; scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem viginti quinque auri libris, officium *) vero quinquaginta esse multandos. §. 1. Sane[a] ut etiam[b] agendi itineris possit*) esse moderatio, seni[c] veredi, singulae etiam rhedae[d] per dies singulos[e] dimittantur[f]. *Dat. X. Kal. Aug. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*[g] (382.)

41. *Iidem AAA. Philagrio*[h] *Comiti Orientis.* Capitalis periculi acerbitate proposita evectionum contractus asinorumque merces et ementis et distrahentis poena prohibemus[i]. *PP. Beryto*[k]. *Dat. XII.*[l] *Kal. Oct. Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

42. *Iidem AAA. Constantiano*[m] *Vicario dioeceseos Ponticae.* Reparationis collatione ab officialium persona summota, idoneos mancipes constitutos quinquennii tempus implere praecipimus. *Dat. III. Kal. Ian. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

43. *Iidem*[n] *AAA. ad Neoterium Pf. P.* Quibus ius ante non fuit evectionum, abstinentia, quibus fuit, faciendarum moderatione rei publicae prosciant[o]. Illustres

— c. 40. Cod. Iust. XII, 51, 9 et 8. Vid. supra c. 35 h. t., not. *q*. — c. 41. Cod. Iust. XII, 51, 10. Sec. Go. h. c. concordat cum c. 4 h. t. — c. 42 sec. Go. ad c. 46 h. t. concordat cum c. 34 et c. 46 h. t. — c. 43 sec. Go. concordat cum c. 56 h. t.

qq) Cod. I. *priusquam.* Idem mox *evictionum.* r) Ita cod. I. Cod. Lugd. et edd. *edictis*, pro quo iam Go. mavult *editis.* rr) Cod. I. *publicus.* s) Cod. Lugd. *evangandi — aremus*, sed emend.; cod. I. *evandi.* t) Cod. Lugd. *fructivae*, err. nato ex antec. v. u) Cod. I. habet *XVIII. — Anthonio* et finitur in vv. *Syagrio oss.* folium quintum huius codicis. Vid. c. 33 h. t., not. *zz.* v) In Cod. Iust. c. 8 cit. ita inscr. est: *Imppp. Valent. Grat. et Valens AAA. Floro Com. R. P.* (vid. supra not. *q*), sed c. 9 sic: *Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. Floro P. P.* x) Hoc v. deest in Cui. 1 — Cui. 2*, recte autem ex MS. rest. a Go. Exstat etiam in Cod. Iust. y) Cod. Iust. *id tantum nostro numini et tuae sedi nec non viro illustri magistro officiorum sit reservandum, cum neque praefecto urbi, nec magistris militum, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alii praeter memoratas duas potestates a nobis hoc concessum sit.* z) Cod. Iust. *transmissionem publicarum functionum persecutores* (Cui. *prosecutores*). Mox cod. Lugd. *constitutus.* *) Cod. Iust. *officia.* Noli offendere in v. *mulctandos*, quod sequitur. a) Hinc Go. c. 8 Cod. Iust. incipere dicit, sed om. *sane.* b) *etiam* om. in Cod. Iust. *) Cod. Lugd. *possint*, sed corr. *possit.* c) Cod. Iust. *deni.* d) In Cod. Iust. om. *sing. e. rhedae.* e) In Cod. Iust. add. *ex utraque parte.* f) In Cod. Iust. add. *poena quinque librarum auri minime defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint* et deest subscr. Vid. c. 35 h. t., not. *z.* g) Aur. Lugd. *Cons.* h) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Filagrio.* Cod. Iust. *Philagio Com. Ord.*, male et impr. Ri., sed Cui. veram inscr. rest. ex C. Th. iam Ri. dixit. i) Cod. Iust. *Gravissimae poenae acerb. — contractus, animalium quoque publicorum merces — distr. coërcitione pr.* k) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Byrito*, sed Go. in comm. *Berythi.* In Cod. Iust. leg. *PP. Byato*, male et impr. Ri.; sed Cui. recte rec. scripturam C. Th. Be. *Beryti.* l) Cod. Iust. *XV.*, sed Cui. ut nos. m) Vid. supra c. 7 de Desert. (VII, 18), not. *u.* Go. *Constantino.* Codex *dioceseos.* n) Go. Be. in hac et duabus seqq. ll. rep. volunt *Imppp. Val. Th. et Arcad.* Sed in c. sq. 44 etiam Cod. Iust. ut C. Th. o) Locus corruptus. Etenim in Cui. 1 — Ri*. *non fuit evectionum* (des. vv. *abstinentia — fuit*) *faciendarum* (Go. — Ri*. hic comma ponunt) *moderatione Reipub. prosciant.* In m. Cui. 1 — 2* legitur: ἴσως *prorsus sciant abstinendum.* Go. in comm. h. c. de h. l. ita disputat: „Quod (h. c. in m. Cui. 1 — Cui. 2*) prorsus et nimis recedit a vulgata scriptura, neque satis cohaeret superioribus illis, *moderatione Reipublica* (scr. *Reipublicae*). Itaque hic malim: vel *moderatione sua Reipublicae prospiciant*, ut *infr.* cum *et amantes Reipublicae sint*: vel (quod malo) *Moderationem Reipublicae porro servent. Porro* ait lex, ut mox *in posterum patientius abstinebunt*: *Moderationem* ait lex, *Moderatio* pro abstinentia, itaque et mox, abstinebunt: *Reipublicae*, ait lex. Ita quoque: l. 44. *inf. Reipublicae providerunt.* Et haec quidem hactenus antequam MS. vidissem, qui ita habet: *Quibus ius ante non fuit evectionum abstinent iam quibus fuit faciendarum moderatione Reipublicae prociant*, ubi tamen litera *S* superius superscripta, ut sit *prosciant.* Male. Ego locum ita restituo: *Quibus ius ante non fuit evectionum, abstineant: cum iam ii quibus fuit faciendarum moderatione reipublicae proficiant.* Nempe huius loci idem sensus est qui *d. legis* 56. in eodem argumento, ubi Arcadius filius Theodosii pariter: *Tunc namque metu praeceptum custodire oportet, Iudices inferiores, cum cognoverint a Potioribus custodiri.* — Sensus igitur huius quoque loci est; ut maxime Magistrorum militum caeteroquin culmen summum sit — et pompam Magistri Equitum et Peditum — Splendorem — attamen hac parte *moderationem Reipublicae debitam porro servare* seu eorum moderationem Reipublicae proficere, imo tanto patientius hac facultate abstinere oportere, quod et amantes ipsi Reipublicae sint et Principis moribus vivendum sibi sciant circa communes utilitates.“ Be. igitur ed. *Quibus — fuit evectionum, abstinent, iam quibus fuit faciendarum, moderatione reipub. prosciant.* Sed in codice hic locus ita scriptus est: *Quib. — fuit evectio* | *num abtinentiam* (sed rep. *s* supr. *t* et deletur *m* puncto supra addito, ut leg. sit *abstinentia*, quod miror Go. non vidisse) *quib. fuit faciendarum moderatione* | *reipublicae prociant* (sed ponitur *s* supra *c*, quod iam Go. dixit). Quae scriptura si restituitur, ut a nobis factum est, aptissimam sententiam praebet, modo legatur *prosint* (aut *proficiant*, quod tamen nimis a codice recedit) pro *prociant* s. *prosciant.* Imperatores

enim viri[p] militiae equestris ac pedestris magistri, qui hac usurpatione caruerunt[q], multo in posterum patientius abstinebunt, cum et amantes rei publicae[r] sint, et circa communes utilitates nostris sibi animadvertant moribus[s] esse vivendum. *Dat. Kal. Febr. Richomere et Clearcho*[t] *Coss.* (384.)

44. *Iidem AAA.*[t] *Cynegio Pf. P.* Nullus evectione utatur privatus, tametsi valuerit impetrare[u], exceptis his, quos sublimissimae administrationis illustravit indeptio, et quos magistri equitum ac peditum pompa sublimat, qui tamen omnes in actu ipso positi rei publicae providerunt, non hi, quos honorarii tantum nominis suffragia prosequuntur; sub hac videlicet definitione, ut, cum semel ad propria vel optata pervenerint, utendae eiusdem evectionis[v] non habeant facultatem, nisi consulta iterum clementia nostra geminae iisdem[x] beneficium detulerit largitatis, etiamsi*) administratione deposita ad larem proprium revertuntur. *Dat. VI. Non. Mart. Constantinopoli, Richomere et Clearcho*[y] *Coss.* (384.)

45. *Iidem**) *AAA. Cynegio Pf. P.* Nullus numerum[z] amplius quam singulas vel binas angarias secundum prius nostrae praeceptum[a] serenitatis usurpet. *Dat. IV. Id. April. Constantinopoli, Richomere et Clearcho*[b] *Coss.* (384.)

46. *Imppp. Valentinianus**), *Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio*[c] *Pf. P.* Diversorum officiorum veterani mancipatum debitum cursui publico repraesentent, etiamsi post, contra vim legis[d], aliquam indepti sint dignitatem, aut per suffragium ad curiarum honorarium patronatum, aut ad societatem consortiumque laurentum[e], aut ad[f] decuriae herculeae suffragium adspirasse doceantur. In his vero, qui non terrena, sed coelestia privilegia quaesiverunt, hoc custodiendum esse sancimus, ut, si quemquam ex huiusmodi genere hominum iam tenet religio sacrosancta, eiusque[g] operam non potest accipere[h] mancipatus, facultates memorati cursus publicus consequatur. *Dat. V. Id. April. Mediolano, Arcadio A. I. et Baulone V. C. Coss.* (385.)

47. *Iidem AAA. Cynegio Pf. P.* Rhedae mile librarum onus imponi debet, carro sexcentarum[i], nec amplius; addito eo, ut aurum ceteraeque species largitionales non ad libidinem prosecutorum[k] vel susceptorum, sed aptis oneri ac ponderi vehiculis deferantur. Quibus utique non licebit, sub capitalis exitii minis, quicquam oneris privati secus quam lex nostra[l] praescribit imponere, neque alios mercede subvehendos, velut*) proposita licitatione, conducere, exceptis his, quos necessitas **) prosecutionis adiunxerit. §. 1. Et[m] quoniam veredorum quoque cura pari ratione tractanda[n] est, sexaginta libras sella cum frenis, triginta quinque vero averta[o] non transeat; ea conditione, ut, si quis praescripta moderaminis imperatorii libramenta transscenderit, eius sella in frusta caedatur[p], averta vero fisci viribus[q] deputetur[r]. *Dat. XV. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[s] (385.)

48. *Iidem AAA. Cynegio Pf. P.* Si aurum sacrarum largitionum vel argentum ad comitatum nostrum destinatur, una rheda quingentis[t] auri libris, mile vero argenti, si vero privatarum, auri trecentis[u], quingentis vero argenti libris oneretur. Sint praeterea duo palatini

---

— c. 44. Cod. Iust. XII, 51, 11 mult. om. Vid. infra not. *u.* — c. 45 coniungenda est cum c. 12 C. Th. de Re mil. (VII, 1). Sec. Go. indigitatur in c. sq. — c. 46 sec. Go. concordat cum c. 34 et 42 h. t. — c. 47. Cod. Iust. XII, 51, 12 om. pr. Bas. LVII, 17, 12. — c. 48. Vid. supra VI, 26, 4, not. sup.

---

enim utilitati publicae consulentes hoc constituunt, ut ii, quibus non sit ius evectionum, eas non usurpent, ab iis abstineant, ii vero, quibus sit illud ius, iure suo non abutantur. Nam contra utrumque statutum saepe a diversae dignitatis hominibus actum esse, aliae h. t. leges comprobant. Consonat etiam cum hac interpretatione c. 56 h. t. a Go. adducta. Quod autem pronomen deest, hoc non offendit. Ceterum pagina secunda folii XCIX. codicis incipit cum v. *reipublicae.* p) Go. in not.: „Pro, *Quare illustres*: vel *Illustres enim vero.*" q) Go. cj. *claruerunt*, quo non opus. r) Ita codex et hic et in c. sq.; edd. *reip.* s. *reipub.* s) Go. ann.: *Et motibus*, sine caussa. s) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Ricomere et Clearco.* t) Vid. supra not. *n.* In Cod. Iust. om. dignitas Cynegii, est vero repos. ap. Cui. u) Sqq. des. in Cod. Iust. v) Codex *evectiones*, sed em. x) Codex, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* *) Codex *etiā | quadministratione.* y) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Clearco.* *) Vid. supra not. *n.* z) Go. ann.: „Sustineri quis istud posse putet: nisi malit quis, *Nullus numerus*: vel *numerûm* pro *numerorum*: numerus scilicet militaris, *arg. d. l.* 12. *sup. de re militari*" (VII, 1). Addit his cj. in comment: *Nullus Tribunus numeri*, vel *Nullus numero amplius*, vel *Nullus Numerariorum*? Quid si *numero*? a) Deest sec. Go. haec Theodosii constitutio. b) Codex, Cui. 1. Cui. 2, 2* *Clearco.* *) Go. err. *Valentiniaus.* c) Go. in Chron. nomen Cynegii mutandum esse in *Neotherii* existimat. Ri. rem dubiam esse fatetur. Cynegius enim Pf. P. Orientis fuit et haec lex data dicitur *Mediolani.* Si recte hic habet subscriptio, et *Valentiniano* haec lex tribuenda et ad *Neoterium* dari debuit, qui *PP. in Occidente* fuit. Vid. Ri. not. *b* h. c. d) Hoc est legis 45 h. t. sec. Go.; codex *lelis* pro *legis.* e) Codex *laurentium.* f) Hinc incipit folium C. codicis. g) Codex *sacrosancteiusq.*, mendose. h) Codex *accepere*, sed corr. *accipere.* i) Codex et edd. ante Be. *sescentarum.* k) Codex *lividinē prosecutorum*, mendose. l) An c. 40 h. t.? Sed puto significari deperditam aliquam Theodosii legem. *) Ita codex; edd. *veluti.* **) Aur. Lugd. mend. *necessitats.* m) Hinc inc. c. 12 Cod. Iust. cit. n) Codex *trctanda*, sed em. *tractanda.* o) Cod. Iust. *libras auri* (v. *auri* deest ap. Cui.) *sella cum frenis, sexaginta itidem averta.* p) Cui. 1 — Ri*. *cedatur*; Be. ed. *caedatur*, recte et ita habet codex et Cod. Iust. q) Cod. Iust. (Cui. ut Cod. Th.) *fisci iuribus*, recte impr. Go. r) In Cod. Iust. add. *exceptis auri centenariis, quae necessarium est ab hippocomis in solitis sacculis reportari.* Vid. Dirksen ad h. l. p. 524. s) Aur. Lugd. *Cons.* t) Codex *quinquentis*, sed praeter literam *g*, quae ibi supr. *u* addita est, corrigendi caussa ponuntur duo puncta supra *q*, ut leg. sit *quingentis.* u) Cui. 2, 2* *tricentis.* v) Hinc

prosecutores singularum rhedarum cum tribus servis, [v] habentes quinquagenarum librarum avertas et saga, quibus par erit eos pro itineris necessitate muniri, ita ut, si quid ultra perscriptum [x] nostrae serenitatis inventum fuerit, ad comitatum nostrum protinus dirigatur. §. 1. Lineae vel amictoria, quibus hactenus onerari rhedae solebant, nec [y] ulterius rhedis, sed angariis vel navibus dirigantur, et si alicubi repertae fuerint huius modi species, thesauris [z] eius urbis, in qua deprehensae fuerint, deputentur, per angarias, ubi facultas fuerit, destinandae; reliquae vero delicatae vestes, sed et linteamen amictorium nostrorum usibus *) necessarium, rhedis sub mile librarum ponderatione mittantur. *Dat. IV. Non. Mart. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio V. C.* [a] *Coss.* [b] (386.)

49. *Iidem AAA. Caesario Magistro officiorum.* Hi [c], qui provinciis praesunt, inspectis evectionibus ex quacunque parte *) venientium, ad vehiculorum vicem comites quattuor veredos cum parhippo, tribunos militum ternos **) movere permittant; ceteros domesticos, protectores et agentes in rebus binis uti tantummodo patiantur. *Dat. III. Non. Sept. Valentiae* [d], *Timasio et Promoto Coss.* (389.)

50. *Iidem AAA. Pf. P.* [e] Non patimur hippocomos per eos, qui veredis uterentur [f], indigna spoliatione vexari, si quidem nonnulli [g] veredarii saga eorundem dicantur auferre [h]. Quo circa per omnes iudices et curiosos miserabilis removeatur iniuria, scientibus cunctis, quod, si observata non fuerit nostra *) sanctio, non solum damna resarcire, verum [i] etiam notam et mulctam, qui neglexerit, subire cogetur [k], ut his retentis *), qui fuerint detecti hippocomis saga abstulisse, super eorum nominibus [l] ad nostram clementiam referatur. *PP.* [m] *XV. Kal. Iul. Treviris* [n], *Valentiniano A. IV. et Neoterio* [o] *Coss.* (390.)

51. *Iidem AAA.* [p] *Potamio Pf. Augustali.* Publici cursus exhibitio, antiqua ex consuetudine [pp] inducta, curialibus viritim per curias debet pensata locorum, hominum, facultatum qualitate distribui [q]. *Dat. III. Kal. Aug. Constantinopoli* *), *Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

52. *Iidem AAA.* [r] *Rufino Pf. P.* Faciendarum evectionum licentiam in excidium publici cursus a comitibus Aegyptiaci limitis usurpatam sublimis magnitudo tua auctoritate huius legis inhibebit. *Dat. VII. Kal. Aug.* [rr] *Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.* (393.)

53. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Dextro Pf. P.*

— c. 49. Incipit in hac c. folium sextum codicis I. Vid. infra not. **. Go. h. c. coniungendam esse putat cum c. 113 C. Th. de Decur. (XII, 1) et cum c. 22 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). — c. 50. Cod. Iust. XII, 51, 13 mut. et om. fin. Bou. l. c. p. 761. Sec. Go. concordat c. 37 h. t. — c. 51. Cod. Iust. XII, 51, 14 mut. — c. 52 coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Medicis (XIII, 3). Vid. infra not. *rr.* — c. 53. Cod. Iust. XII, 51, 15 om. pr. Bas. LVII, 17, 15. Ceterum dubito, an ad legum, quae sequuntur, aliquam referendum sit Arcadii de cursu publico statutum, quod Iohannes Lydus de Magistr. reipubl. rom. II, 10 et III, 23 et 40 memorat, de quo loco pluribus loquar in praefatione.

---

incipit pag. secunda folii C. codicis. x) Go. em. *praescriptum.* Vid. c. antec. y) Go. vult *ne.* Recte se habet *nec* propter sq. *et.* z) Codex *huiusmodis species thensauris,* sed em. *huiusmodi* puncto supra *s* addito. Etiam Cui. 1. Cui. 2 — Go. *thensauris.* *) Codex *ub.*, sed em. *usib.* a) Cui. 1 — Cui. 2* om. *V. C.* b) Aur. Lugd. *Cons.* c) Codex Lugd. *Hii.* *) Hinc Go. videtur mutuatus esse Tribonianus vv. *ex utraque parte* in c. 8 Cod. Iust. eod. **) In literis *itumter nosmovere* incipit fol. VI. codicis I. (s. XXIV. cod. Taurinensis) industria clar. Vesmii inventum, in quo seqq. habentur usque ad vv. *propublicafact* c. 59 h. t. Diversitatem scripturae Vesmius humanissime mecum communicavit. Idem ille codex paullo infra *vinis* pro *binis.* d) Codex Lugd. *Valentinae*, sed corr. *Valentiae.* Go. in Chron. h. a. p. CXXX. hanc legem fortasse coniungendam esse existimat cum legibus in not. sup. nominatis, quae eodem die et loco (sed ann. 386) datae sunt. Ipsum sibi esse contrarium in Chron. ann. 386, iam Ri. monuit, cum in legg. commemoratis pro *Valentiae* legere malit *Melantiae.* Vid. infr. c. 22 cit., not. *s.* e) Codd. Lugd. et I. *Id AAA PPO*, uterque nullo lacunae signo. Videtur nomen magistratus, h. e. praefecti praetorio Galliarum, ad quem h. lex missa est, hac de caussa excidisse, quod nescirent constitutionarii, quo praefecto praet. Galliarum lex proposita esset. Neque praefectus praetorio Galliarum h. a. noscitur. Edd. asteriscum ponunt post *AAA.* Cod. Iust. *Iidem AAA. Floro PP.*, sed Florus h. a. praefectus pr. Gall. non commemoratur. Go. igitur in Prosop. v. *Constantianus* supplet *Constantianus*, etsi dubitanter propter Cod. Iust. Be. tamen in notis prob. *Constantianus.* Ceterum Bou. *Imp̄p̄. PP. O.*, male. Male etiam et hic et in multis aliis locis nonn. edd. ut Ri. habent *PP. ō.* pro *ppō.* f) Restitui *uterentur* ex codd. Lugd. et I. et ex edd. ante Be., qui ex Cod. Iust. ed. *utentur.* g) Codex I. et Cod. Iust. *nonnulli veredarii.* Editiones ex cod. Lugd. *nonnullis veredarii.* Vid. ad h. l. Go. in not. h. c. h) Cod. Iust. *eorum dicuntur auf. vel praecidere.* *) Cod. Lugd. *nostri.* i) Cod. Lugd. *verum verum etiam*, err. k) Cod. I. *cogatur.* Non facile dixeris, utrum *cogetur* praeferendum sit an *cogatur.* Seqq. des. in Cod. Iust. *) Go. *retenti*, err. l) In literis *minibus* incipit fol. CI. codicis Lugd. m) Cod. I. *defertur.* A Go. in Chron. *PP.* pro *reddita* accipitur. n) Codex I., arbitror, cod. Lugd. edd. ante Be. *Triveris.* Cod. Iust. *Triver.* Bou. *Triviris.* o) Cod. I. *Neotherio* et ita semper, prob. Vesmio. Cod. Iust. *et Neobario Conss.* 387., male. p) Go. Be. solis *Impp. Theod. et Arcad. AA.* h. c. tribuunt, Valentiniano iam Id. Maii hic coss. in Galliis interfecto. Sed cum ne Cod. Iust. quidem differat a C. Th., hanc legem statuo vivo adhuc Valentiniano scriptam, defuncto datam esse, nec quicquam muto. pp) Cod. I. *ex | … ıductione.* Vesmius suppl. *conductione.* q) In Cod. Iust. h. c. forma haec est: *P. c. e. secundum locorum consuetudinem, vel curialibus, vel cohortalibus debet committi, vel his, qui suo periculo ab eminentissima praefectura sub competenti cautela excipiunt.* *) *Constantinopoli* deest in cod. I. r) Go. et Be. rep. volunt *Imppp. Theod. Arc. et Honor. AAA.*, cum Honorius his coss. a patre Theodosio Augustus creatus sit IV. Id. Ian. Codex I. Cui. 1 — 2*. Ri. — Be. *AA.* rr) Ita codex I., qua scriptura recepta congruit subscriptio cum c. 15 C. Th. de Medicis (XIII, 3), quae cum hac lege coniungenda est. Cod. Lugd. et edd. *Kal. April. Ostp.*

Quia comperimus[s], quosdam animalia publica subtraxisse, ea per inquisitionem mulionum et mancipum volumus redhiberi; atque ideo per muliones et mancipes, nisi animalia perducta[t] fuerint, diligenti inquisitione et plenae cognitioni locus non negetur, et cum manifesta ratione deprehenderit[u], illicita usurpatione cursum publicum fuisse vexatum[v], in quadruplum superductorum[x] animalium pretium inferri censemus. Et ne[xx] idem etiam in futurum admittatur, praecipimus, ut, si qui vel per[y] unam mutationem veredum mulamve aut[z] bovem superducendum esse crediderit, memoratam fisci viribus mulctam inferat. *Dat. XV. Kal. April. Mediolano*[a], *Olybrio et Probino Coss.* (395.)

54. *Iidem AA. Dextro Pf. P.* Meminimus, evectiones illustribus viris[aa] honori potius quam usui detulisse. *) Ne igitur[b] cursus publicus pereat, hac lege sancimus, ne quis sibi deinceps cursum publicum privatus[c] usurpet, nisi cum[d] aut a nobis[e] evocatur, aut a clementiae nostrae veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate praesumpserit, motum in se nostrae mansuetudinis excitabit etc. *Dat. VI. Kal. Maii Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

55. *Iidem AA. Florentino Pf. U.**) Duorum veredorum evectiones te praesumpsisse, propria relatione signasti. Cuius facti veniam indulgemus, sed nihil tale posthac nec usurpari volumus, nec licere. *Dat. XII. Kal. Mart. Mediolano*[f], *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

56. *Iidem AA. Simplicio*[ff] *Magistro militum.* Sufficiunt iudicum potestatibus evectiones, quas a nostra serenitate vel sede illustrium praefectorum necessitatibus publicis accipiunt servituras*). Insignis igitur auctoritas tua statutis nostrae clementiae sibi faciendarum evectionum usurpatam licentiam negatam fuisse cognoscat. Tunc namque metu praeceptum custodire oportet iudices inferiores, cum cognoverint a potioribus custodiri. Si vero[g] posthac eadem culpa permanserit, in officium auctoritatis tuae gravi supplicio vindicabitur. *Dat. XV. Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

57. *Iidem AA. Remistheo**) *Duci Armeniae.* Repetita lege[h] sancimus, ne experientiae[i] tuae post hoc[k] prorsus sit licentia aut evectiones facere, aut sine evectionibus nostris facultatem cursus publici vindicare. Cuius rei temeritatem si posthac laudabilitas tua crediderit[l] esse repetendam, scias a te X libras auri, X etiam[ll] ab officio, quod tuis iussionibus obsecundat, protinus exigendas; his*) tantummodo utendi cursus publici facultate concessa**), qui legati de diversis gentibus[m] ad nostram clementiam properare festinant. *Dat. V.*[mm] *Kal. Mart. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

58. *Iidem AA.**) *Vincentio Pf. P.* Si quis mulionem mutationibus deputatum[n] vel sollicitatione vel receptione subtraxerit, per singula capita humana X libras argenti inferre cogatur[nn]. Et ne sollicitatoribus et occultatoribus sit ullum in aliqua excusatione perfu-

— c. 55. Scripsit clar. Vesmius: „*Cum hac lege incipit pagina aversa, et sequentes leges inscribuntur numeris LIIII — LVIII; unde ex incuria librarii videtur una lex omissa in folio quod fuit inter XXIII, et hoc XXIV.*“ — c. 56. Cod. I. c. 55. Cf. c. 55, not. sup. Fortasse coniungenda est cum c. 28 C. Th. de Praetor. (VI, 4), quam vid. not. **. Eodem die data est c. 4 C. Th. Unde vi (IV, 22). Sec. Go. h. c. concordat cum c. 43 h. t. — c. 57. Cod. I. c. 56. Cf. c. 55, not. sup. Cod. Iust. XII, 51, 16 om. pr. — c. 58. Cod. I. c. 57. Cf. c. 55, not. sup. Cod. Iust. XII, 51, 17 multis om. et mutt. Coniungenda est cum c. un. C. Th. de Burgariis (VII, 14), in qua etiam commemoratur. Vid. c. un. cit., not. super. et not. *t* et *u*. Exstat ap. Bou. l. c. p. 763.

(edd. *CP.*) *DN. Theod.* etc. s) Cod. Lugd. *nonperimus*, sed corr. *conperimus.* t) Pro *reducta* sec. Go. u) Go. addi vult *magnitudo tua*; sed tamen ipse praefert *deprehenderit*, h. e. *inquisitio et cognitio.* Be. prop. *deprehenderint*, quo non opus; recte enim Go. h. v. coniungit cum antec. vv. *diligenti inquisitioni et plenae cognitioni locus non negetur.* Consentiunt etiam codices. Cod. I. *licita.* v) Hinc, sed transversis vv. desumpta est c. 15 Cod. Iust. *Si quis vel pro una mutatione veredum* (om. *mulamve aut bovem*) *superducendum esse crediderit, in quadruplum superductorum ani māliunı pretium fisci iuribus* (sed Cui. l. c. *viribus*) *inferat.* x) Codex Lugd. *superdictorum*, sed corr. *superductorum.* xx) Cod. I. om. *ne.* y) Codex Lugd. *qui per*, sed app. *vel* supra *per.* Mox cod. I. *notationem* pro *mutationem.* z) Cod. Lugd. *mulamveat*, mendose. a) Ita codex Lugd. et edd. ante Be., qui *Mediolani.* Cod. I. *med.* et mox *prouino.* aa) Cod. I. om. *viris.* Ibidem *honeri.* *) Go. ann.: „Nos scilicet. Hoc vero indultum non exstat.“ b) Hinc incipit pag. secunda folii CI. codicis Lugd. c) Cod. Lugd. *privatos.* d) Cui. 2, 2* *eum*, err. typ. e) Go. Be. em. *a nobis* et ita habet cod. I.; edd. et cod. Lugd. om. *a.* Ceterum cod. I. *altanobis.* Ibidem mox *beneratione discendit — excitavit.* *) Cod. I. *Florentio ppo — evectioneis.* f) Go. *Medioiani*, err. typ. Codices *med.* Rell. *Mediolani.* ff) Cod. I. *simulicio*, et paullo infra om. *a* post *quas.* *) Codex Lugd. err. *servitaras* et infra *evectionu.* g) Codex Lugd. *potiorib. cos | dirinvero*, mendose. Cod. I. *usurpata lic. — tum namque — cognoverit a p. c. Sint vero.* Utriusque codicis scriptura verisimile est legendum esse *Sin vero.* *) Cod. Iust. *Remitheo.* h) Haec lex periit sec. Go. i) Aur. Lugd. *experimentiae*, mendose. k) Codd. I. et Lugd. *posthoc*; edd. *posthac.* Cod. I. *prossus*, mendose. l) In literis *derit* incipit folium CII. codicis Lugd. Ceterum cod. Lugd. et edd. *lib.* ll) Cod. I. *iam.* *) Cum v. *his* inc. c. 16 Cod. Iust. cit. Ceterum Go. ex codice Lugd. male *exigenda.* **) Cod. Iust. *facultas concessa est.* m) Cod. I. *legib.* Cod. Lugd. edd. ante Be. *generibus.* Cod. Iust. *gentibus*, prob. Go. et hoc primum a Be. rec. est. mm) Cod. I. habet *VI.* *) Bou. *Iidem Impp. Vincentio PP.* Cod. Iust. *Lucentio*, sed recte Cui. ut nos. n) Aur. Lugd. *de putatum* et infra *infuturum.* nn) c. 17 Cod. Iust. in hunc modum mutata est: *Nemo mulionem m. d. vel per solicitationem, vel per receptionem subtrahere audeat, decem libras argenti poenae nomine inferre reformidans* et des. rell. Mox cod. I. *inaliquainexcusat. — simulationis.*

gium, nec mutari quemquam per compensationis simulationem, vel absolvi sub aetatis aut debilitatis[o] alicuius obtentu licebit. Ideoque iudex, qui sibi hoc vindicaverit, ut servum publicum liberet, unam[oo] libram auri per homines singulos, officium quoque eius, si legem*) supprimendo consenserit, simili poena mulctetur. Haec in futurum mansuetudo nostra constituit. In praeteritum autem hoc statuisse sufficiat, ut, si muliones publici reperti fuerint, licet senes aut debiles, cum uxoribus suis et omni peculio atque agnatione retrahantur etc.[p] *Dat. XII.*[pp] *Kal. Mart.*[q] *Mediolano*, *Honorio A. IV. et Eutychiano*[r] *Coss.* (398.)

59. *Iidem*[s] *AA. Messalae Pf. P.* Si quispiam paraveredum*) aut parangariam[t] non ostensa evectione[u], quae tamen pro[v] publica facta[vv] sit necessitate, praesumpserit[x], periculo curatoris[y] sive defensoris et[z] principalium[a] civitatum ad ordinarium iudicem dirigatur[b], singulas libras auri per singulos paraveredos[c] vel parangarias fisci viribus illaturus. Qua[d] in parte si rector provinciae atque officium eius colludium praebere*) voluerit, duplum ex suis[e] bonis noverit exigendum*). *Dat. XV.*[f] *Kal. Dec.*[g] *Stilicone*[h] *et Aureliano*[i] *Coss.* (400.)

Haec lex *interpretatione non indiget*[k].

60. *Iidem AA. Messalae Pf. P.* Animalia publica dum longe maiore ac periniquo pretio pabula aestimantur per mancipes atque apparitores aperte vexantur. Ne id contingat, sublimitas tua disponat, ut neque*) pabula mutationibus desint, neque provinciales ultra, quam iustitiae sinit ratio, praegraventur. *Dat. V.*[l] *Kal. Dec. Mediolano, Stilicone*[m] *et Aureliano*[n] *Coss.* (400.)

61. *Iidem AA.* *) *Vincentio Pf. P.* Macrobium illicita praesumptione evectiones fecisse constitit, cum necessitas publica non flagitaret, quique mulctam temeritatis excepit. Ne autem idem in futurum contingat, sublimitas tua vicarios admonebit atque eorum officia, interminatione**) proposita, ut ab huius modi usurpatione noverint abstinendum. *Dat. V. Id. Dec. Mediolano, Stilicone*[o] *et Aureliano Coss.* (400.)

62. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Usurpationem cursus publici penitus iussimus amputari, scilicet ut, excepta magnitudine tua, praesumendi velocis et clabu-

— c. 59. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 59. Cod. I. *c.* 58. Cf. c. 55, not. sup. Br. Al., eius codd. Sich. Til. *c.* 1, i. e. *un.* Particula tantum legis est in codice I. (vid. infra not. *vv*); tota c. habetur in cod. Lugd., sed om. vv. interpretis. Integra exstat in codd. 6—10, 12—21, 27, 29, 31, 33—35, 37, 42; inscr. deest in codd. 24, 30; subscr. in codd. 25, 26, 28, 32, 36, 39, 40, 41, 43, 44; inscr. et subscr. om. sunt in cod. 46; omnia mutata sunt in codd. 38, 49. Similiter textus pro interpr. habetur in codd. 24—26, 43, 44. Fortasse coniungenda est cum c. 13 C. Th. de Off. praef. pr. (I, 5), c. un. C. Th. de His, qui pot. nom. (II, 14) et c. sq. h. t., c. 5 C. Th. de Loc. fund. (X, 3), c. 2 C. Th. de Discuss. (XI, 26). Vid. c. un. cit., not. sup. et not. *r*; c. 13 cit., not. sup. et not. *q*. — c. 60. Vid. c. 59 h. t., not. sup. Cod. Iust. XII, 51, 18. Vid. etiam infra c. 9 de Ann. et trib. (XI, 1), Symmach. II, 27. — c. 61 exstat ap. Bou. l. c. p. 765. — c. 62. In h. c. incipit fol. XIX. codicis 1 (s. totius palimpsesti fol. XXV.). Vid. infra not. *q*.

o) Codex Lugd. mendose *autdebitatis*. oo) Be. em. *una*. Nostram scripturam tuetur cod. I.; edd. et cod. Lugd. *lib.* *) In cod. I. add. *gesserit*. p) Ad v. *etc.* Reinesius annotat: „quae constituunt legem de burgariis unicam, sup.“ pp) *XI.* c. un. cit. Vid. ibidem. q) Bou. mavult *Mai.* r) Cod. Iust. *Eutychio* et Cui. *Eutychia*. Cod. I. *hon aa IIII* (om. *et*) *eucherio* et om. *Coss.* s) Nonn. codd., veluti 6, 7, 10, 12, 13, 21, 40, 42, Sich. Til. *Imp. Constant.* s. *Constantinus A.*, male. Rell. codd. Br. Al. *Impp. Arcad. et Honor. AA.* et ita etiam Sich. in m. Mox nonn. codd. *Missale*. *) 6, 7 et alii codd. *veredum*. t) Multi codd. et inter eos cod. I. *perangariam*. u) Discrepant codd. in his vv., nam pro *evectione* alii habent *evectionem*, alii *vectione*, alii *effectione*; praeterea in nonn. scr. est *ostense*, *ostendat*. v) 15 om. *tamen pro*; mox nonn. codd. *sint necessitatem*. vv) In literis *propublicafact* desinit folium sextum codicis I. ab ill. Vesmio inventum. Vid. supra c. 49 h. t., not. **. x) 20 add. *id.* y) 10, 12, 18 *procuratoris*. Vv. *sive defensoris* bis sunt in codice Lugd., sed altero loco tolluntur punctis supra additis. z) 19, 20 om. *et*. Cod. Lugd. *principaliumcipalium civitatum*. a) 21, 32 *provincialium*, sed in 21 *principalium*. b) 32 om. *dirigatur*. c) Multi codd. *veredos* (ita etiam 21 et Sich., sed 21 in m. *paraveredos*) et mox *perangarias* (Sich. *per angarias*) *fisci virib. inlaturos* (et ita etiam codex Lugd.) — *voluerint* (et ita Sich. Til.) — *noverint*. d) 10, 18 *Quia*. Cum v. *Qua* incipit secunda pagina folii CII. codicis Lugdunensis. In ima pagina est numerus quatern. XLV. *) 21 in m. *prohibere*. e) 20, 25 *bonis suis*. Cod. Lugd. *exegendum*, sed em. *exigendum*. In cod. 38 h. c. ita scripta est: *Si q̄ veredum aut paravendum aut angariū non hostensa publica evectione praesumpserit singulas libras auri per singulos veredos et angarias detenendus a principalibus vel defensoribus et a iudici civitatis fisci viribus cogatur exsolvere. Si iudex ille defensor vel principalis a quo conludio que s̄ praecepta implere vel exegere fortasse ne descrint de suo proprio que ex ere praesumptore noluerit duplū fisci viribus reddant.* In cod. 15 ad m. ann. *Paraveredi sunt publici equi angarii et parangarii publici cursores.* f) Scrib. *V.* Vid. c. un. cit., not. *r* et c. sq. h. t., not. *l*. Idem numerus est in subscr. c. 2 C. Th. de Discuss. cit. et in codd. Phill. 1735, Par. 4403b. 12, 15 et alii *XIIII*. L. R. U. *XIII*. g) Add. *Mediolano*. Vid. c. sq. h. t. et c. un. cit. h) 21, Sich. *Stillicone*. Plerique codd. Til. Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *Stilichone*, et ita etiam cod. Lugd. In nonn. codd. om. *Stil. et.* i) Multi codd. *Auriliano*, ut cod. Lugd. et Go. Male vero 21, Sich. Til. *Aureliano II. Coss.* k) Nonn. codd. *Ista — indiget*, alii *eget*, ut Sich. Ri. vituperat, quod in edd., praeter Sich., h. vv. om. sunt, sed tamen excusandus est Til., qui interpr. omnino non edidit. *) Cod. Iust. *nec — nec*. l) Ita cod. Lugd. et edd.; solus Be. suadente Ri. ex Cod. Iust. ed. *XV.*, propter anteced. legem. Sed vid. supra not. *f*. m) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *Stilichone*. n) Cod. Lugd. et Go. *Auriliano*. *) Bou. l. c. *Iidem Impp.* **) Aur. Lugd. err. *interminatione*. o) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Stilichone*. Mox Go. *Auriliano*. p) MS. sec. Go. *clabulariis* et ita habet. Fortasse scriptum erat *clabuluris*, quod vide-

larii[p] cursus nullus habeat potestatem. Quod si quis iudicum vel contemptus vel ignorantiae vitio scita nostri numinis temeranda censuerit, eius quoque officium[q], quod ei paret *), sciat se **) triginta libris auri esse mulctandum. *Dat. III. Non. Febr. Constantinopoli*[r], *Vincentio et Fravitta*[s] *Coss.*[t] (401.)

63. *Iidem AA. Provincialibus provinciae proconsularis.* Quoniam multos perspeximus illicita praesumptione paraveredos vel parangarias postulare, hac lege sancimus, ut nulli deinceps usurpandi licentia concedatur, nisi in caussa[u] publica vel manifestis evectionibus destinato. Si quis contra fecerit, una libra auri mulctetur etc. *Dat. prid. Kal. April. Mediolano, Vincentio*[v] *et Fravitta*[x] *Coss.* (401.)

64. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius*[y] *AAA. Septimino*[z] *Proconsuli*[a] *Africae.* Comperimus, provinciales et pabula et pecuniam pro equorum[b] cursualium solenni ratione conferre, et[c] extrinsecus *) paraveredorum onere praegravari. Provinciarum **) igitur rectores procurent, ne unquam cursus publicus veniat in querelam, et occasio deceptionis[d] curiales[e] animalia indebita praestare compellat. *Dat. VII. Kal. April. Ravenna, D. N.* *) *Theodosio A. I. et Rumorido Coss.* (403.)

65. *Iidem AAA. Hadriano Pf. P.* Per[f] stationes singulas idoneos mancipes volumus collocari, amotis ne[g] deinceps usurpantium praesumptionibus*) atteratur[h]. *Dat. IV. Kal. Mart. Romae, Honorio A. VI. et Aristaeneto*[i] *Coss.* (404.)

66. *Iidem AAA. Anthemio Pf. P.* Nemo ducum ingressus semel provinciam suam postmodum itineribus[k] faciendis cursu atque angariis ipse sive suum[l] utatur officium, sed expeditionem militarem iumentis propriis exsequantur[m]. §. 1. De cohortalinis etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per provinciam suam discurrens veredo uti conetur in posterum, cum sacra prohibitum[n] sanctione cognoscant[o]. §. 2. Quod si quis ducum vel apparitorum[p] vel cohortalium[q] temerario animo ea, quae decernimus, contemnenda putaverit, per singula animalia, quibus usus fuerit, singularum librarum auri illatione*) mulctabitur. *Dat. IV. Non. Aug. Constantinopoli, DD. NN. Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.* (407.)

[r]TIT. VI. DE TRACTORIIS ET STATIVIS.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA.* *) *ad Rufinum Pf. P.* Nemini ex his, qui ex castrensibus muniis absoluti ad domum redeunt post labores, tractoria praebeatur a sacro separata iudicio, sed unusquisque in epistolis nostris, quibus ad aevi reliqui testimonium singulos sequimur, viaticum conficiendi itineris consequatur. Hanc igitur sanctionem sinceritas tua congrua auctoritate custodiat, ac, si quando aliquis ex hoc genere hominum annonas poposcerit, imperialibus literis**) sua subscriptione subiecta modum debitae[s] praebitionis impertiat. Sed ne quis, ut hactenus factum est, quas superfluas impetraverit, largiatur aut vendat, ne[t] quis ad quaestum de hac erogatione capiendum ulterius[u] nomen

— c. 63 coniungenda est cum c. 26 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4) et c. 29 C. Th. de Ann. et trib. (XI 1) et sec. Go. cum c. 1 C. Th. de Indictionibus (XI, 5), fortasse etiam cum c. 28 C. Th. de Suscept. (XII, 6), quod equidem non puto. Intelligit sine dubio Go. c. 29 eod., ut cum c. sq. h. t. coniungatur. Vid. etiam c. 1 cit., not. sup. — c. 64. Cod. Iust. XII, 51, 19. Coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1). Commemoratur apud Cuiacium in Comm. c. 19 Cod. Iust. cit. l. c. p. 505. Cf. Cramer in libro, cui inscribitur Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, T. I, p. 298. — c. 66. Cod. Iust. XII, 51, 20. Bas. LVII, 17, 20. Tit. VI. Cod. Iust. XII, 52.

tur Go. velle. Infra codex *ignorantie.* q) Ms. sec. Go. habet *unium quoq. officium*, recte, quare Go. em. *unumquodque off.* Hinc quoque inc. (*quodei*) fol. XIX. cod. 1 dimidiatum, cuius recta pag. desinit in verbis c. 65 h. t. *deincepsusurpantiumpraesumptionib.*, aversa pag. inc. a verbis c. 1 sq. tit. *literissuasubscribtione*, desinit in vv. c. 1 tit. VII. h. libri *ordocustodiendusestutpr....* *) Cod. 1 male *parit.* **) Go. om. *se.* Edd. *lib.* r) Loci non fit mentio in cod. 1. s) Codex 1 et cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. *Fravito.* Go. *Fravit.* t) Aur. Lugd. *Cons.* u) Hinc incipit fol. CIII. codicis Lugd. v) Codex Lugd. *Vicentio*, sed ponitur *n* supra *c.* x) Cui. 1 — Lugd. Ri. *Fravitto.* Codex 1, cod. Lugd. Go. *Fravito.* y) Codex Lugd. post *Arcadius* add. *et.* Cod. Iust. *Iidem AA. et Theodosius A.* z) Cod. Iust. *Septimio*, impr. Go. a) Cod. Iust. *Procur.* b) Cod. Lugd. *eoquorum.* Cod. Iust. *pro cursu equorum curs.*, impr. Go. c) Ita cod. 1 et (prob. Go.) Cod. Iust. In cod. Lugd. et in edd. om. h. particula. Reinesius pro *extrinsecus* cj. *et non secus* id e. nihilominus, etsi tolerandam esse dicit scripturam vulg. *) In Cod. Iust. add. *etiam.* **) Go. *provinciarium.* d) Cod. 1 *decepotiones*, mendose. e) Cod. Lugd. et edd. *curialis*, sed cod. 1 congrue cum Cod. Iust. *curiales*, quam script. W. probatam restituere non dubitavi. Vid. Cui. in Comm. c. 19 h. t. et Go. in comm. h. c. Cod. Iust. add. *vel provinciales.* *) Cui. 2, 2* *D. V.* errore. f) Codex Lugd. *praestationes* mendose. Non recte igitur MS. habere affirmat Go. *praestationes.* g) Ita codex 1, neque, ut W. recte monuit, cum P. ita transponenda sunt vv. *ne amotis deinceps*, quod iam Be. prop. In cod. Lugd. et in edd. om. *ne.* Go. igitur cj. *ut amotis.* Vid. not. sq. *) Vid. c. 62 h. t., not. *q.* h) Ita etiam cod. 1, recte; modo intelligatur cursus publicus. Neque igitur opus est cj. Go., qui prop. *haud atterantur* (*ut amotis — haud atterantur stationes*) vel *ad te referatur*, neque Be. cj., qui em. *atterantur* (*ne amotis — atterantur* sc. *stationes*). i) Codex 1, cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *Aristeneto.* k) Cod. Iust. *suam postmodum in* (Cui. om. *in*) *itiner.* l) Cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. *suam*, mendose. m) Cod. Iust. *exequatur*, cod. Lugd. *exequantur*, sed ponitur *s* supra *e.* n) Cui. 2, 2* *prohibitu*, err. typ. o) Cod. Iust. *cognoscat.* p) Go. in not.: „*Ducis.*" q) Cod. Iust. add. *officiorum.* *) Go. err. *illatiove.* r) Cum hoc tit. incipit pag. secunda folii CIII. codicis Lugd. *) Cj. Go. (vid. infra not. *v*) et Reinesii add. est *Grat. A.* **) Vid. c. 62 tit. antec., not. *q.* s) Codex Lugd. *debetae*, sed corr. *debitae.* t) Go. mavult *nec*, quo non opus est. u) Hanc scripturam

opponat *). *Missa sub* **) *die VIII. Kal. Febr. Roma, Valentiniano et Valente AA.*[v] *Coss.* (365.)

2. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*[x] *Rufino Pf. P.* Tractoriae cum stativis solitis[y] bidui tantummodo tempus[z] accipiant. Nulli vero penitus cum necessariis[a] praebeantur, nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro[b] usui necessarios prosequuntur; ita tamen, ut his dimissis in tractoriarum corpore praefinitus[c] quinque dierum numerus adscribatur, ut nullus ultra[d] hoc temporis spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. *Dat. VII.*[e] *Kal. Sept.* *) *Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

[f]TIT. VII. DE DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBUS[ff] ET PROBATORIIS EORUM.

1. *Imp. Constantinus A.*[g] *ad Versennium Fortunatum Consularem aquarum*[h]. Promotionis ordo custodiendus est, ut primus[i] in officio[k] sit, qui prior fuerit in consequendo beneficio principali. *Dat. VIII. Id. Mart.* *) *Thessalonica*[l], *Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.) *)

2. *Idem A.*[m] *ad Philippum Pf. P.* Officiales, quos ex diversis officiis ex-protectoribus epistolas impetrasse constiterit, pristinae reddi iubemus militiae. *Dat. III. Non. Nov. Arelato*[n], *Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.* (326.)[o]

3. *Imp. Constantius A.*[p] *ad Silvanum*[q] *Comitem et Magistrum militiae. Post alia:* Universi officiales diversorum officiorum, qui ex-protectoribus epistolas meruerunt, officiis pristinis militiaeque reddantur, nec opponant quaesitae sibi vocabulum dignitatis. *Dat. VI. Kal. Iun. Sirmii*[r], *Limenio et Catulino*[s] *Coss.* (349.)

4. *Idem A. ad VV. CC. Pff. P.*[t] *Post alia:* De

— c. 2. Cod. Iust. XII, 52, 1. De Bas. vid. Cui. in Comm. ad c. 1 cit. l. c. p. 507. Symmachi Ep. IX, 25.

Tit. VII. Cod. Iust. XII, 60. Conferri cum h. t. Go. vult titulos quattuor priores h. libri et 52—56 libri XII. Cod. Iust. Cf. etiam L. R. B. tit. XXX. — c. 1 sec. Go. concordat cum c. 1 et 2 C. Th. de Numer. (VIII, 1). In hac c. incipit fol. XX. cod. 1 (s. totius palimpsesti fol. XXVI.). Vid. infra not. *k*. — c. 2 sec. Go. concordat cum c. 3 h. t. — c. 3 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Re mil. (VII, 1). Vid. c. 2 h. t. Exstat ap. Bou. l. c. p. 748. — c. 4. Go., etsi diversitatem scripturae in subscriptionibus agnoscit, tamen hanc c. coniungendam esse existimat non solum cum c. 5 et 6 h. t., sed etiam cum c. 1 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27) et c. 5 C. Th. de Cohort. (VIII, 4).

ex cod. Lugd. in edd. translatam tuetur cod. 1; in m. Cui. 1 — Cui. 2* em. *alterius*. Idem prop. Go. Suspectum esse videtur v. *ulterius* etiam P., neque nos dubitamus, quin *alterius* scrib. sit. *) An *apponat*? **) Cod. 1 *Emissa sud*, mendose. v) Quia Rufinus Pf. P. Italiae his consulibus ignoratur, (vid. Amm. Marc. XXVII, 7) fuit enim Mamertinus Pf. P., Go. add. esse censet *II.* (368.), Gratiano in imperium cooptato; ideoque in edd. Go. — Ri*. annus deest. Sed obstat cod. 1, qui vulgatam scripturam tuetur; obstant etiam supra V, 15, 8, c. 2 C. Th. de Pascuis (VII, 7), c. 11 C. Th. de Numer. (VIII, 1), c. 3 C. Th. Quib. equor. us. (IX, 30), ubi vid. not. *f*, c. 66 C. Th. de Decur. (XII, 1), in quibus legibus omnibus, etsi his coss. datis, Rufinus Pf. pr. appellatur. Consultius igitur est in re lubrica abstinere ab emendandi ardore. Cum Go. consentit Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 9, n. XXXII. etsi mavult coss. anni 370 reponi, et Reinesius et hic et ad VII, 7, 2. Ceterum c. 5 C. Th. de Off. vic. (I, 15) eodem die data est. Aur. Lugd. *Aae* pro *AA*. x) Sec. Ri. in inscr. abundat Honorii nomen; cum is anno sequenti demum, IV. Id. Ian. a Theodosio patre Augustus creatus sit. Be. consentit cum Ri. Sed hic quoque praeter cod. Lugd., ex quo vulgata scriptura C. Th. desumpta est, cod. 1 et Cod. Iust. contra Ri. et Be. faciunt. y) Go. ann.: „Forte *solis*, sed nihil muto.“ z) Cod. Iust. *tantummodo biduum* (Cui. *bidui*) *tempus*. a) In Cod. Iust. add. *sibi personis*, impr. Go. in comm., quem vid. b) Cod. 1 *sacros*, recte impr. W. c) In Cod. Iust. om. *praefinitus*. d) Cod. 1 *intra*, quod contra sententiam legis esse W. recte contendit. *Intra* habetur etiam in nonn. codd. et edd. Cod. Iust. e) Cod. 1 *VI.* *) Go. in Chron. em. vult *Octobr.*, impr. Ri.

f) Hinc incipit fol. CIV. codicis Lugd. ff) Cod. Iust. app. *Iudicum*. g) Cod. Lugd. *AA*. h) Sec. Go. in Chronol. add. *Romae*. i) In literis *pr* h. v. desinit fol. XIX. cod. 1. k) Cum literis *ficio* incipit fol. XX. cod. 1, quod desinit in vv. c. 12 h. t. *officiiinquoparentvocabulocense* ..... *) Go. in Chron. cj. *Mai*. l) Cod. Lugd. *Thessalt'*. Edd. *Thessalonicae*. *) Go. in Chron. p. X.: „Forte etiam recte referatur ad A. 319.“ m) Go., prob. Bou. l. c., not. *c* Constantio hanc legem tribuit. Sed cum ap. P. nulla sit diversitas scripturae indicata, etiam cod. 1 videtur cum impressis convenire. Convenienter cum mutata inscr. subscriptionem quoque Go em. in Chron. annorum 326 et 353 (p. XXVII. et LI.) et in comm. c. 3 h. t. Verba eius in comm. l. c. haec sunt: „Constantii, eadem mens, est, *l.* 2. Is enim eius Auctor est, tum argumento *Philippi Praefecti Praetorio* in Inscriptione, tum subscripti loci, *Arelato*; sic quidem ut ea referenda videatur ad *Constantium VI. et Constantem Caes. II. Coss.* id est, ad A. D. 353, quo sane tempore Constantius Arelate fuit, ut testatur Athanas. ad *solit. vit. ag.* p. 641. et Am. Marcell. *lib.* 14. *p.* 9 *et* 25. Nisi potius eam referendam putemus ad A. D. 346. In id enim ferme tempus incidit *Philippi* Praefectura: certe eo anno 346 data ad eum *lex* 1. *infr. ne conlationis translatio*: Cui tamen obstaret subscriptio, *Dat. Arelato*: nam eo anno 346. Constantius Imper. non in Gallia fuit, verum in Oriente: Et sic, ut dixi, referenda fuerit ad A. D. 353.“ Vid. Go. in Prosopogr. v. Philippus. Be. sana omnia putat, cui assentiri hac de caussa non dubito, quia cod. 1 cum vulg. scr. concinit. Certe h. c. ad ann. 353 referre non licet, recentior enim esset sq. c. 3 contra rationem C. Th. n) Ita cod. Lugd. et edd. ante Be., qui *Arelati*. Videtur cod. 1 cum nostra scr. consentire. o) Go. haesitans, quemnam ad annum h. c. referenda sit (vid. not. *m*), om. annum; omissus est etiam ap. Ri. Ri*. p) Go. prob. Be. *Constanti* soli h. c. tribuit, in qua re aliquantulum a cj. ad inscr. c. 2 de Re mil. cit. proposita recedit, ubi non a *Constante* solo, sed a duobus impp.: *Constantio et Constante*, et hoc quidem assentiente Be. hanc legem datam esse putat. Vid. c. 2, not. *x*. Sed etiam cod. 1 cum nostra scriptura facit, quare ego nihil muto. q) Go. — Ri*. *Sylvanum*. r) Codd. 1, Lugd. Cui. 1 — Ri*. Bou. *Sirmi*. s) Codex Lugd. Cui. 1 — Cui. 2*. Be. *Catullino*. Vid. supra II, 1, 1, not. *o*. t) Id est viros clarissimos praefectos praetorio, ut in c. sqq. Cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. *ppō*,

cohortalibus atque magistrorum equitum et peditum officialibus iubemus, ut minime de cetero ad[u] adorandam purpuram nostram veniant, nisi si[v] sub armis militiam toleraverint, et omnibus expeditionibus adfuerint. *Dat. prid. Id. Maii Constantio A. VII. et Constante II.*[x] *Caes. Coss.* (354.)

5. *Idem A. ad Pff. P.*[y] *Post alia:* De chartulariis magistrorum[z] equitum et peditum si quis post viginti quinque annos obnoxius curiae fuerit repertus, habeat privilegium militiae. Omnes autem, qui probati fuerint quacunque ratione vel quocunque tempore, perseverent[a] in militia, duntaxat qui ministeriales et paedagogiani[b] et silentiarii et decuriones exsistunt, ita ut post quindecim annos minime ab aliquo inquietentur etc. *Dat. XV. Kal. Iun. Constantio A. VII. et Constante*[*]) *Caes. II.*[c] *Coss.*[d] (354.)

6. *Idem A. ad Pff. P.*[e] *Post alia:* De largitionalibus comitatensibus et officialibus[*]) rationales[f] rerum privatarum custodiri praecipimus[*]), ut[g] post viginti et quinque annos ad curiam minime revocentur. Hoc idem de officialibus praefectorum vicariorum observari sanximus. De primipilaribus vero, quia[h] cursum exhibent, anni decem observandi sunt. Officiales enim praefecti urbi[i] propterea, quod non exhibent primipili pastionem, post viginti quinque annos minime persequantur[*]). Quod sane ad logographos[k] pertinet, prius promulgatam legem[*]) firmam esse volumus. *Dat. prid. Non. Oct. Constantio A. VII.*[l] *et Constante Caes. II.*[m] *Coss.* (354.)

7. *Impp. Constantius et Constans AA.*[n] *ad Taurum Pf. P.* Instaurata necessaria sanctione, id volumus de cetero custodiri, ne ullus quemquam iudicum probare audeat vel provehere. Excipimus tamen officia cursus publici sollicitudinem sustinentia; nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica[o] permittit utilitas. Quae cum ita sint, ceteris officiis universis, eique, quod paret laudabili prudentiae tuae, nullus, nisi nostro exsistente statuto, debebit adscribi. *Dat.*[*]) *VI. Kal. Iun.*[p] *Med.*[q] *Acc. VIII. Id. Iul. Datiano et Cereale Coss.* (358.)

[r]8. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum*[s] *Pf. P.* Praefecturae cornicularios, qui annis singulis ex numero deputatorum[t] exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus: quo honore perfunctis, cum iam missionem tenuerint, liberum otium damus, ut ad susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officium, qui ex-corniculario[u] adoraverint[v], minime devocentur[x]. Haec igitur missio ea habeat privilegia, quae veterum principum[y] sanctiones habere constiterit. *Dat. III. Kal. Febr. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)[z]

9. *Iidem AA. ad Germanianum*[*]) *Pf. P.* Qui

— c. 5. Vid. c. 4, not. sup. — c. 6. Vid. c. 4 h. t., not. sup. — c. 8. Cod. Iust. XII, 53, 1 nonn. om. Coniungenda est cum c. 70 C. Th. de Decur. (XII, 1). Symmachi Ep. X, 56.

Cui. 2 — Ri*. *Pf. P.* Ita etiam in c. sqq. u) Cui. 2, 2* om. *ad.* v) Cod. 1 om. *si.* x) Be. rep. vult *III.* et hic et in sqq. duabus legibus. In cod. 1 om. numerus. Vid. tamen c. sq., not. *c*, ubi scriptura cod. 1 cum hac vulg. scr. convenit. Pu. male *Constate.* y) Vid. not. *t* antec. z) Hinc incipit pag. secunda folii CIV. codicis Lugd. a) Restitui h. l. in edd. corruptissimum codicis Taurinensis ope. Antea ex cod. Lugd. legebatur *privilegium militiae; et* (Cui. 1 — Ri*. *militiae. Et*) *omnes autem, qui probaverint in militia hi* (cod. Lugd. et edd. ante Be. *hii*) *duntaxat.* Go. igitur em. *Ex omnibus autem qui militaverint in Palatio* etc. vel *qui perduraverint in Palatio*, vel *qui se probaverint in militia*, quae ultima cj. paullum recedit a scr. cod. 1, ex quo apparet, unum versum in cod. Lugd. excidisse. Locus enim in cod. 1 ita scriptus est: *militiae omnes autem qui probati fuerint quacumq. ratione vel quocumq. tempore perseverent .. militiam dumtaxat.* P. suppl. *in* post *perseverent* et em. *militiu*, recte prob. W., nam utramque cj. tuetur scriptura cod. Lugd. V. *duntaxat* W. habet pro veluti, potissimum. b) Cod. Lugd. edd. *dagogiani*, male. In m. Cui. 1 — Cui. 2* em. *paedagogiani*, quam em. etiam Go. probatam confirmat cod. 1; is enim habet *pedagogiani.* *) In cod. 1 recte add. *Constante*, quod nomen deest in cod. Lugd. et in edd. Cui. 1 — Be. c) Ita cod. 1. In cod. Lugd. et in super. edd. om. numerus. Vid. supra not. *x.* d) Aur. Lugd. *Cons.* e) Vid. c. 4, not. *t.* *) In cod. 1 add. *et.* f) Reposui *rationales.* Be. auct. Go. *rationalis*, sed codd. 1 et Lugd. congruunt in v. *rationales.* *) Cod. Lugd. et edd. anteriores *praecepimus*; sed cod. 1 *praecipimus*, ut cj. Go. g) In cod. 1 add. *si quis.* h) Cod. 1 *qui*; rectius *quia.* i) Aur. Lugd. *officiales .n. P. V.* *) Go. ann.: „*Curiae* scilicet, nisi hoc passive accipias.“ Praestat *curiae* s. *curiales.* k) Codd. Cui. 1 — Ri*. *logografos.* *) Hanc legem periisse Go. dicit. l) Recte Go. Be. em. *VII.*, et ita habet cod. 1 pro *VIII.*, quod ex cod. Lugd. antea editum erat. In Chron. h. a. Go. hanc legem fortasse ad ann. 326 retrahendam esse opinatur. Qua ratione, equidem ignoro. m) Vid. c. 4, not. *x.* n) Be. soli Constantio h. c. tribuit, Reinesius *Constantio Aug. et Iuliano Caes.* Cod. 1 *constūnus et grūt*, mendose. o) Cod. 1 *publici*, male. *) Sec. Go. in Chron. h. a. pro *Reddita.* p) Cod. Lugd. edd. *Ian.*, pro quo Go. in Chron. h. a. em. *Iun.*, et ita habet cod. 1. Quod autem Go. dicit, etiam in Cod. Iust. esse *Ian.*, non intelligo; nam haec lex non transiit in Cod. Iust.; Ri. cj. *Iun.* (non *Iul.*, quod Be. dicit) q) Edd. *Mediol.* Ri. em. *Sirmii* et post *Id. Iul.* add. iubet *Mediolan.*, non recte, nam *VI. Kal. Iun.*, quae est vera lectio, Constantius nondum regressus erat Sirmium. Est autem in cod. Lugd., quocum concinere videtur cod. 1, non *Mediol.* scriptum, sed *Med.*, quod siglum nonnunquam significat *Medianam*, suburbanum Naissi. Constitit fortasse imperator in hac urbe, cum in expeditione esset adversus Sarmatas et Quados. Ita etiam supra in c. 7 de Off. praef. praet. (I, 5) scribendum est cum codd. 1, 5 *Med.*, non *Mediolani*, quod falso edidi. r) Cum h. c. incipit fol. CV. cod. Lugd. s) Cod. Iust. *AA. Mamertino.* t) In Cod. Iust. om. *ex numero dep.* u) Cui. 1 — Cui. 2* *ex corniculario.* Ri. Ri*. *ex Corniculario.* v) Vv. *qui — adoraverint* des. in Cod. Iust. Cod. 1 *adoraverunt.* x) Seqq. des. in Cod. Iust. y) Cod. Lugd. *principium.* z) Ap. Go. deest annus. *) Go. *Geminianum*, etsi Go. ipse testatur, hunc magi-

de ordinariorum[a] officiis iudicum vel amplitudinis tuae (exceptis his, qui cornicularii honore perfuncti sunt vel his, qui secundum legem purpuram nostram adorarunt)[b] inter protectores[c] domesticos vel scholares militant, ad eius, quod declinare tentarunt[d], muneris functionem et ad necessitates[e] constringantur mancipatus. *Dat. VII. Id. April. Remis, Gratiano et Dagalaipho*[f] *Coss.* (366.)

10. *Iidem AA.*[g] *ad Viventium Pf. P.* Probabile et celebrandum tuae sinceritatis examen lege firmamus, quod ex officio tui culminis iners vulgus eiecisti, et indignos militia diversis iussisti inhaerere muneribus. Ideoque nulli eorum, quos illustris praestantia tua propositis publicavit edictis, habendi vel adipiscendi gradum alterum sit facultas. Quin etiam, si quis de his unquam interdictam affectaverit dignitatem, iniecta manu a quocunque rectore retrahantur[h], ut a conditione sententiae non recedant. *Dat. XVI. Kal. Iun.*[i] *Compluti*[k], *Valentiniano NB. P. et Victore Coss.*[l] (369.)

11. [m] *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.* *) *Severo Magistro militum.* Si quando praefectus praetorio vel vicarius aut rector provinciae significaverit, eum, qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius, ad praepositurам[n] castri[nn] ac militum transiisse, retractus[o] illi assignetur officio, a quo ad *) necessitatem praestandi ratiocinii devocatur; tamen[p] in reiecti vero locum[q] is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulentur[r] insignia. *Dat. X. Kal. Ian. Gratiano A. II.* *) *et Probo Coss.*[s] (371.) *Emissa*[t] *ad magistros militum et comites et duces omnes.*

12. *Iidem AAA. ad Iulianum Proconsulem Africae.* Nullum militem a quolibet numero ad stationes agendas per consulares Byzacenam et Tripolitanam provincias destinari iubemus, sed probati in obsequiis praesidalibus[u], eius officii, in quo parent, vocabulo censeantur[v], nec quicquam his sit cum armatae militiae nuncupatione commune. Sed et[x] si quis forte ex his, qui in legionibus vel in numeris deputentur[y], gestandis armis idoneus sit, qui tamen pastui primipili neutiquam obnoxius[z] detegatur, ei, cui adscriptus est, militiae indubitanter iungatur *). *Dat. III. Kal. Iun.*[a] *Nasonaci*[b]. *Acc. VI. Kal. Dec. Modesto et Arintheo Coss.* (372[c].)

13. *Iidem AAA. ad Romanum Comitem Africae.* Nunquam officiales iudicum in quolibet militum numero deputentur; probatos enim eius officii, in quo parent[d], appellatione congruit nominari. Si qui sane in quolibet numero ex apparitoribus praesidentium nunc reperientur adscripti, neque pastui primipili deteguntur obnoxii, hique[dd] armis gestandis pro statura ac robore[e] corporis idonei sunt, revocentur ad numeros, quibus de more hactenus[ee] deputati sunt. *Dat. III. Kal. Iul.*[f] *Modesto et Arintheo Coss.*[g] (372.)

14. *Iidem*[h] *AAA. Titiano Comiti S. L.* Nullus

— c. 10 exstat ap. Bou. l. c. p. 753. — c. 11. Cod. Iust. XII, 60, 1. Exstat ap. Bou. l. c. p. 755. — c. 12 et 13 Go. inter se coniungendas esse dicit. Vid. not. *a.* In v. *necquicquam* c. 12 incipit fol. VII. codicis I. s. totius palimpsesti folium XXVII. Vid. infra not. *v.* — c. 14. Cod. Iust. XII, 24, 2 om. fin. Bas. VI, 31, 3.

stratum in MS. *Germanianum* appellari. a) Cod. Lugd. *ornariorum*, sed ponitur *di* supra *or.* b) Cui. 2, 2* add. *et.* Cod. 1 *adoraverunt.* c) Cod. Lugd. *protectoros*, sed em. a librario. d) Cod. 1 *temptaverunt*, pro quo Pu. *temptraverunt*, err. e) Cod. 1 *necessitatem.* f) Codd. Cui. 1 — 2*. Ri. Ri*. *Dagalaifo.* Go. *Digalaifo*, err. et impr. Relando l. c. p. 416. g) Go. et Be. in annot. add. *et Grat. A.* Bou. *ad Viventium PP. Ō.*, et em. *Pf. P.* Vid. de hac re supra VIII, 5, 30, not. *c.* h) Vv. *dignitatem — retrahantur* in codice 1 exciderunt. i) Cod. 1 *XV K̄ Iūn.* k) Cod. Lugd. Cui. 1 — Cui. 2* *Conplati.* Cod. 1. *Constp* i. e. Constantinopoli. Itaque sec. cod. 1 haec c. in Oriente data est. Sed Viventius Pf. praet. Galliarum fuit et Valentinianus constitit hoc tempore in Gallia: quocirca sine dubio Complati nomine locus aliquis in Gallia indigitatur. l) Cod. 1 *Valentiniano et Valente ā . .* (W. tria puncta habet) *Ↄss.*, ut haec lex referatur ad ann. 368. Vid. not. antec. Ap. Go. err. appositus est annus 396. m) Cum h. c. incipit pag. secunda folii CV. codicis Lugd. *) Bou. *Iidem Impp. Severo.* n) Cod. Iust. *praepositum*, sed Cui. ut Cod. Th. In cod. Lugd. vv. *tiociniis — praepositu* antea omissa a librario posita sunt supra versum. nn) Go. ed. *castris.* Ita etiam est ap. Bou. o) Falso cod. 1 et Cui. in Cod. Iust. *retractatus.* Pu. *rctractatus*, mendose. *) Perperam om. Go. *ad.* Mox cod. Lugd. *praetandi*, sed em. *praestandi.* p) In Cod. Iust. om. *tamen.* q) Ita cod. 1 et prob. Go. Cod. Iust.; cod. Lugd. et edd. *loco.* Totus locus sec. Go. corruptus est, qui eum ita emendare tentat: *devocatur, ut tamen:* vel *devocatur et examen: In reiecti vero loco*, aut si hae em. improb., *viri* pro *vero.* r) Cod. Iust. *adstipulantur.* *) Cod. 1 *V*, male. s) Aur. Lugd. *Cons.* t) Cod. Lugd. et edd. perperam *Emensa*; sed v. *Emissa*, quod iam Go. Reinesius et Be. rep. iusserant et Val. in m. habet, id nunc a me ex cod. 1, ubi clare ita scribitur, restitutum est. Probat etiam W. v. *Emissa.* Ceterum vv. *Emissa — omnes* des. in Cod. Iust. et ap. Bou. u) Go. *praesidialibus*, nescio utrum consilio an errore. Codex Lugd. *obsequis.* v) In literis *cense ....* desinit fol. XX. cod. 1. Cum vv. *necquicquam* incipit fol. VII. cod. I. et pergitur usque ad vv. *sed pari diligen ...* c. 21 h. t. Diversitatem scripturae debeo humanissimo et doctissimo Vesmio. x) *et* ex Go. sententia supervacuum est. y) Go. in not. *deputantur.* z) Codex Lugd. et edd. *obnoxium.* Go. Rein. et Be. recte em. *obnoxius* et ita habet cod. I. Quod autem in eodem scribitur *detegitur*, id minus quadrat ad totius loci scripturam, quam *detegatur* cod. Lugd. et edd. *) Cod. Lugd. *uingatur*, sed em. a librario. Cod. I. *indubitantur.* a) Go. aut hic *Iul.* aut in sq. c. scribi vult *Iun.*, ut utraque c. in eundem diem incidat, quas etsi ad diversos magistratus datas, tamen propter similitudinem argumenti inter se coniungendas esse putat. Errare Go. clarum est. b) Cod. Lugd. Go. in Chron. h. l. *Nassonaci.* Cod. I. *iūnonnaci* pro *Iun. Nason.* c) Ri. Ri*. Be. 371, err. typ. d) Sec. Go. pro *apparent.* dd) Cod. I. *hiiquae.* e) Hinc incipit fol. CVI. codicis Lugd. ee) Cod. I. *moriactenus.* f) Vid. supra not. *a.* g) Aur. Lugd. *Cons.* h) Go. Be. in not. rep. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus*, id est Valentinianus iun., quia Valentinianus sen. Gratiano A. III. et Equitio V. C. Coss. (375.) defunctus est; sed cum praeter cod. Lugd. etiam

thesaurensis[i] vel*) officialis comitis thesaurorum semel deprehensus eversor quocunque **) pacto aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel sese transferat ad aliam quamcunque militiam. §. 1.[k] Sed neque hi, qui nuper thesaurorum custodiam susceperunt, scriniarii etiam comitum thesaurorum vel ceteri thesaurenses alterius militiae sperent se occasione defendi vel ad honores aliquos dignitatesve transire, sed ea perpetuo tenendos esse[l] militia, qua sunt a principio*) mancipati. *Dat. VIII. Kal. Febr. Antiochiae*[m], *Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)

15. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Syagrium Pf. U.*[n] Qui abhinc quinquennio, desertis propriae apparitionis obsequiis, in ordines indebitos evolarunt, pristinis officiis reddantur etc. *Dat. VII. Id. Oct. Syagrio*[o] *et Eucherio Coss.* (381.)

16. *Iidem*[p] *AA. et Arcadius A. ad Principium*[q] *Pf. P.* Praeter eos, qui de officio eminentium potestatum numero stipendiorum et curriculis evolutis, urbique praefecti[r], vicariae etiam potestatis[s] serenitatis nostrae annis singulis attingere purpuram venerarique*) praecepti sunt, nulli prorsus vel ex eo[t] numero vel illorum certe[tt], qui provincialia officia peregerunt*), tranquillitatis nostrae muricem adorare[u] sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. §. 1.[v] Adeo autem unumquemque ea, quibus[x] vel sponte initiatus est vel suorum retinetur consortio maiorum, non sinimus civilium officiorum sacramenta defugere, ut etiam ad palatina*) hos atque agentum in rebus transire vetemus officia, nisi omnibus expeditis, quae eorum peragi poscit**) ordo militiae. §. 2. Si quis igitur ea, quae sunt salubriter cauta, violarit[y], non solum se illico sciat esse retrahendum, verum etiam bonorum media parte multandum, ac mancipatus statim muneri subiugandum, ita ut per hoc tempus, quod hac lege praescriptum est, istius[z] functionis muneri se norit esse*) subdendum. §. 3. Omnes itaque iudices civiles arbitrii[a] tua magnificentia moneat, curam his oportere inesse quam maximam[aa], ne quis apparitionis propriae desertorem ad indebitam adspirare patiatur. Retrahi enim oportet contumacem, ac legis*) laqueis implicari. *Dat. XIV.*[b] *Kal. Oct. Aquileia, Arcadio A. I.*[c] *et Bautone V. C. Coss.* (385.)

17. *Iidem AAA.*[d] *ad Principium Pf. P.* Exceptores omnes iudicibus obsequentes, qui nec militiam sustinent[e], neque a fisco ullas consequuntur annonas, absque metu navare[f] coeptis operam, etiamsi decuriones sint[ff], minime prohibemus, dummodo munia[g] propriae civitatis agnoscant, et peracto secundum morem exceptionis officio ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. *Dat. IV.*[gg] *Id. Dec. Aquileia, Arcadio A. I.*[h] *et Bautone Coss.* (385.)

— c. 16. L. R. B. tit. XXX. Cod. Iust. XII, 54, 1 complur. om. Fortasse coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Div. rescr. (I, 2) et c. 20 C. Th. de Annon. (XI, 1). Vid. c. 9 cit., not. *m.* — c. 17. Cod. Iust. XII, 50, 5. Bas. VI, 35, 5. Coniungenda est cum c. 17 C. Th. de Extraord. s. s. mun. (XI, 16). Vid. not. *gg.*

cod. I. et Cod. Iust. habeant *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus*, errorem ipsi C. Th. insidere probabile fit. Cod. I. *Tatianus*, sed del. *s* (*Tatianu*). i) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *thensaurensis*, *thensaurorum*, *thensaurenses.* Mox cod. I. *comites.* *) Go. ann.: „Recte Cuiacius hic monuit, *vel* hoc loco esse διασαφητικόν." **) Cod. Lugd. *quacumque*, sed em. *quoc.* k) Cod. I. *quamcumq. pac | militiam.* Ibidem paullo infra *cetheri* et *defensi* pro *defendi.* Seqq. des. in Cod. Iust. l) Go. corr. *sese*, Be. *se sciunt.* Prorsus nulla est mutandi caussa. *) Perperam Go. *a proprio.* m) Codex Lugd. *Anthiociae.* Ceterum Go. in Chron. *Oct.* pro *Feb.* n) Go. Be. em. *Pf. P.*, recte. o) Aur. Lugd. *Siagrio.* p) Ita cod. I., nisi quod habet *AAA.* Vid. infra inscr. c. 18. Cod. Lugd. et edd. *Iidem AAA. ad.* Recte igitur Go. Reinesius et Be. em. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius* in hac lege et in proximis duabus legibus. Mirum quod neque hic neque in sqq. legibus Cod. Iust. dissentit a cod. Lugd. q) Cod. Iust. *AAA. Principio.* Go. *Principum*, err. r) Cod. Iust. *urbisque praefecturae.* s) *vicariae etiam pot.* om. in Cod. Iust. *) Cod. Lugd. *verariq.*, sed em. *venerariq.* Cod. I. *venerariquae.* t) Cod. Lugd. edd. om. v. *eo*, quod est in cod. I. tt) In Cod. Iust. *prorsus* (om. *vel — certe*) *eorum, qui.* *) Cod. Iust. *peregerint.* Cod. Lugd. *tranquillitates.* u) Aur. Lugd. *addorare*, err. typ. v) Seqq. des. in Cod. Iust. Cod. I. *A. a. unumquemquem.* x) Hinc incipit pag. secunda folii CVI. cod. Lugd. *) Aur. Lugd. *ad pulatinos ADque.* **) Cod. I. *expeditisq. eorum peragi pascit.* y) Cod. I. *ea | ea quae.* Cod. Lugd *violaret.* z) Edd. *iustius*, corrupte. Go. em. *istius*, optime et convenienter cum cod. Lugd. et cod. I. Mox cod. I. *numeri se.* *) Cui. 1 *se esse noverit esse subd.* Cod. Lugd. *norit*; edd. *noverit*, ut cod. I. a) Go. add. iubet *tui*, probabiliter quidem, sed contra codd. I. et Lugd. auctor. Cod. I. *civilis.* aa) Cod. I. *quam maxime.* *) Cod. Lugd. *leges*, sed em. *legis* et mox cod. I. *inpleri* pro *implicari.* b) Go. et in not. h. c. et in Chron.: „Al. *XVIII.*", quod non intelligo. Fortasse referendum est ad Cod. Iust., ut in libro aliquo Cod. Iust. ms. hic numerus a Go. inventus sit, cum alio Th. C. libro ms. usum eum esse quam Lugdunensi, id est Stephani Charpini, plane non sit verisimile et altum hac de re ap. Go. silentium. An rep. *VIII.*? Vid. supra c. 9 C. Th. de Div. rescr. cit., not. *m.* Et hunc quidem numerum Go. sine dubio in mente habuit; err. autem calami scripsit *XVIII.* pro *VIII.* c) In Cod. Iust. deest *I.* d) Vid. supr. not. *p.* Ceterum Cod. Iust. *AAA. Principio.* Go. *Idem AA.* et Ri. Ri*. *Principum*, male. e) Cod. Iust. *iudicibus provincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur.* f) Cod. Iust. *dare.* ff) Cod. I. *sunt.* g) Cod. Iust. *munera*, sed Cui. *munia.* gg) c. 17 C. Th. cit. *III.* Nisi igitur hic subditur *III.*, in c. 17 scrib. *IIII.*, ut eod. die data sit utraque const. Puto in c. 17 scrib. esse *IIII.*, quem numerum h. l. etiam cod. I. habet. h) Cod. Iust. om. *I.* i) Ita habetur etiam in Cod. Iust., qui sic: *Impppp. Grat. Valent. Theod. et Arcad. AAAA.*, impr. Go., qui quattuor imperatores contra historiae fidem nominari dicit. Puto Go. recte dicere, etsi cod. I. cum vulg. scr. faciat et iam supra in c. 16 eandem inscriptionem exhibeat. Aur. Lugd.

18. *Iidem AAA. et Arcadius A.*[i] *ad Eusignium*[k] *Pf. P.* Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos[l], indebita denuo sacramenta*) suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri multetur incommodo. *Dat. prid. Id. Iul. Mediolano, Honorio NB. P. et Evodio***) *Coss.* (386.)

19.[m] *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino*[n] *Pf. U. Post alia:*[o] Cuiuslibet iudicis[oo] apparitores, inter quos etiam praefectianos locamus, ad quamcunque aliam militiam vel palatinam vel militarem ambiendo transierint*), retrahendi hos copiam illis[p], quos deseruere, tribuimus, ita ut vilissima quaelibet officia ac mancipatus quoque, si modo ab his cui nati sunt ordo exegerit, administrent. §. 1. In quorum idem servandum, quod[q] in curialium, successione decernimus, ut etiam si patres haec fugerint*), teneatur agnatio etc. *Dat. XII. Kal. Ian.*[r] *Mediolano, Caesario et Attico Coss.*[s] (397.)

20. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Gracchot*[t] *Pf. U.* Quicunque apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicato discincti*), ad nullam militiam adspirandi habeant facultatem[u]; nec ex rescripto his ullus aditus reseretur, quos congruit poenae gravissimae[v] subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis*) adspirare praesumpserint[x]. *Dat. VIII. Kal. Aug. Ravenna, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.**) (415)

21. *Impp. Theodosius et Valentinianus*[y] *AA. Hierio Pf. P.* *) Nemo aliter ad tuae sublimitatis admittatur officium, nisi cum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit. Quod et in ceteris officiis, quibus similis erat consuetudo*) militiae, diverso quidem modo, sed pari diligentia[z] sublimitas tua iubeat custodiri; sed[zz] in his quoque, id est virorum spectabilium, proconsulis Asiae, comitis Orientis, praefecti augustalis et vicariorum, quos etiam monuimus sub viginti[a] interminatione librarum auri. Irenarchas[b] quoque et actuarios[c], et cornicularios tam classium urbis Constantinopolitanae, quam thymelae equorumque curulium civitatum diversarum non aliter, nisi, ut consueverat, manus sanxerit*) principalis, praecipiat ordinari. Quin si quis talis sub tua fuerit iudicatione[d] convictus, profecto irritis his, quae vetita contrectavit*), etiam congruam indignationem incurret, his retentis in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercunque ad praesentem diem admissi sunt etc. *Dat. X.*[e] *Kal. Iul. Nicomediae, DD. NN.**) *Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

22. *Iidem AA. Theophilo*[f] *Pf. U.* Nemo aliter ad tuae sublimitatis in postero[ff] admittatur officium, nisi cum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit. Actuarios quoque thymelae et equorum curulium, suarios[g] etiam et optiones per omnes regiones urbis Con-

---

— c. 18. Cod. Iust. XII, 60, 2. — c. 19. Cod. Iust. X, 31, 48 multis om. Coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Senat. (VI, 2), c. 2 C. Th. de Com. rei mil. (VI, 14), c. 153 — 156 C. Th. de Decur. (XII, 1. Vid. c. 15 cit., not. *k*) et c. 1 Cod. Iust. Ubi quis de Curial. (III, 23). Vid. Ri. ad h. c. in annot. *a.* — c. 20. Cod. Iust. XII, 60, 5. — c. 21. Cod. Iust. XII, 60, 6 mut. (vid. not. *zz*) et XII, 50, 7 (vid. not. *c*). Desinit in hac c. folium septimum codicis I. a Vesmio inventum. Vid. infra not. *z*. Go. h. c. cum c. 22 et 23 h. t. coniungendam esse putat, etsi illae ad diversos magistratus datae sunt. Certe similes sunt et fortasse eiusdem legis diversa exempla. Commemoratur h. c. simul cum c. 22 h. t. in Comm. Cui. ad c. 7 Cod. Iust. de Numer. (XII, 50) l. c. p. 499. Vid. de his legg. Zirardin. l. c. p. 488, not. *N.* — c. 22 et 23. Vid. c. 21 h. t., not. sup.

---

om. *et.* k) Cod. Iust. *Eusignio.* Mox cod. I *hiis.* l) Ita cod. I. Cod. Lugd. et edd. ante Be. *militure, solutus indebita*, quod aeque defendi potest et prob. Go. Be. retinuit quidem priorum editionum scripturam, sed addidit *militia* post *solutus* ex Cod. Iust., qui sic: *quos claruerit militia resolutos.* Id igitur tulit auxilii codex I., ut Codicem Iustinianeum consentire cum C. Th. videremus. *) In Cod. Iust. add. *sine Augusti affatibus.* **) Cod. Lugd. Go. *Euvodio.* m) Hinc incipit fol. CVII. codicis Lugd. n) Cod. Lugd. *Florentio*, sed ponitur *n* supra *o.* o) Cod. Iust. om. *Post alia.* oo) Cod. I. *iudices.* *) Go. *transirint.* Mox cod. Lugd. *ho*, sed em. *hos.* p) Go. *illi*, err. q) Hinc incipit Cod. Iust.: *In successione curialium decem.* Codex Lugd. *inacurialium*, mendose. *) Cod. Iust. *patres decesserint*, contra mentem Honorii, ut ait Go. Mox om. *etc.* in Cod. Iust. r) Ri. Ri*. Be. *Iun.*, mendose. s) Aur. Lugd. *Cons.* t) Cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *Gracco.* Ut nos, etiam cod. I. *) Go. *fuerint, iudicato discincti.* u) Cod. Iust. *discincti, iam* (Cui. om. *iam*) *ad n. m. habeant facultatem adspirandi.* Go. mendose *nee.* Mox cod. I. *hiis.* v) Cod. Lugd. *poena gravissimae.* Cui. 1, 2, 2* *gravissime.* *) Go. ann.: „veluti *l.* 14. *sup. h. t.*" x) Cod. Iust. *contempserint*, impr. Go. Iam Cui. in Comm. c. 5 cit. *praesumpserint* legendum esse dixerat. *) Aur. Lugd. Ri. *Cons.* y) Aur. Lugd. *Valentintanus*, err. *) c. 7 Cod. Iust. *P. U.*, sed Cui. *P. P.* **) Codex Lugd. *consetudo*, quod tamen em. z) In literis *sedpuridiligen...* desinit folium septimum codicis I. Vid. supra c. 12 h. t., not. *v* et not. sup. zz) Go. in not. add. *et.* Hinc incipit c. 6 Cod. Iust. cit.: *In his officiis, id est — librarum auri, nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinii probatoria consecraverit* (quae in c. 6 nunc desunt, leguntur in c. 7 cit.). *Quod* (ita etiam c. 7 cit. pro *quin*) *si quis talis* etc. a) Vulg. edd. Cod. Iust. *triginta*, sed Cui. et alii, ut C. Th. b) Codex, Go. — Ri*. *Hirenarchas.* c) Hinc incipit pag. secunda folii CVII. codicis et c. 7 Cod. Iust. cit., quae sic: *Actuarios tam classium.* Vv. *Actuarios — diversarum* proferuntur ap. Cui. in Comm. ad c. 7 Cod. Iust. cit. Mox cod. Lugd. *civitatum*, sed corr. *civitatium.* *) Aur. Lugd. *consueverat manus, sancxerit.* c. 7 Cod. Iust. *principalis sublimitas tua praecipiat ord.* c) Cod. Iust. in c. 6 cit. *abdicatione*, sed Cui. et c. 7 Cod. Iust. ut C. Th. *) c. 6 et 7 Cod. Iust. *contrectaverit*, sed Cui. in c. 6 *contrectavit.* Mox c. 7 cit. *incurret*, et des. sqq. in utraque Cod. Iust. lege. e) Go. Be. del. volunt *X.*, ut coniungatur h. c. cum duabus sqq., quo non opus est; sunt enim hae constitutiones similes tantum leges ex eodem exemplo eodem quidem fere tempore, sed tamen diversis diebus, mutatis mutandis descriptae et ad diversos magistratus datae. Etiam in utraque Cod. Iust. lege servatus est hic numerus. *) *DD. NN.* om. in c. 7 Cod. Iust. f) Codex et edd. ante Be. *Theofilo.* ff) Go. in not. *in posterum.*

stantinopolitanae, et alia omnia, quae vel in militia vel gradibus actibusque nutum pro solennitate priscae institutionis desiderant principalem, non aliter, nisi ut consueverat, manus*) sanxerit principalis, praecipiat ordinari. Quin si quis talis sub tua fuerit iudicatione convictus, profecto irritis his, quae vetita contrectavit, etiam congruam indignationem incurret[gg]: his retentis videlicet*) in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercunque ad praesentem diem videntur admissi. *Dat. Kal. Iul. Nicomediae, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

23. *Iidem AA. Acacio Comiti S. L.* Comitum thesaurorum[h] dioeceseos provectiones, et ipsos thesaurenses vetus observatio principali dexterae reservavit, nec aliter[i] voluit eos vel in iudicum suorum obedientiam, vel*) in committendis publicis necessitatibus habere progressum, nisi militiam eis emissa ex sacris scriniis probatoria **) condonasset. Quod ita esse decretum, ad notitiam eorum, quibus hoc videtur esse conveniens, pervenire tua magnitudo constituet, non absque indignatione arbitrium principale passura quorundam temeraria usurpatione diminui; his retentis videlicet in suo ordine et gradu militiae, qui[k] qualitercunque ad praesentem diem videntur admissi. *Dat. Kal. Iul. Nicomediae, DD. NN. Theodosio**) *XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.[l])

TIT. VIII. DE EXSECUTORIBUS *) ET EXACTIONIBUS[ll].

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Florianum Consularem Venetiae*[m]. Die solis, qui dudum faustus habetur, neminem Christianum[n] ab exactoribus volumus conveniri; contra eos, qui id facere ausi sint, hoc nostri statuti interdicto[o] periculum sancientes. *Dat. XI. Kal. Maii Treviris*[oo], *Valentiniano et Valente AA. Coss.*[p] (365.)

2. [q] *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Potitum Vicarium.*[r] Quisquis fuerit exhibitus, usque ad negotii terminum ab eo, cui primum traditus fuerat, observari eum apparitore decernimus[s]; si qua praesumptione fuerit haec mansuetudinis nostrae posthabita praeceptio, primiscrinio, qui iussa*) temeraverit, quinque librarum auri condemnatione mulctando. *Dat. VIII. Kal. Nov.*[t] *Ausonio*[u] *et Olybrio Coss.* (379.)

3. *Iidem AAA.*[v] *ad Principium*[x] *Pf. P.* Solis die, quem dominicum rite dixere[y] maiores, omnium omnino

Tit. VIII. C. Th., codex Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VIII.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—47, Sich. Til. L. Utin. Aeg. *Tit. III.* (et est ibi una tantum, id est 3 h. t. c.); sed ap. Til. in ind. rubr. est *Tit. IV.* Similiter Sich. in ind. rubric. Vid. supra tit. I. huius libri, not. *b*. Cod. Iust. XII, 61. Vid. infr. XI, 7, not. super. — c. 1 iisdem vv. repetitur infra XI, 7, 10. Concordat sec. Go. cum c. 3 h. t. — c. 2. Cod. Iust. III, 2, 1. Bas. VII, 6, 17. Go. h. c. fugitivam esse putat et transponendam in tit. de Custodia reorum vel in tit. de Exhibendis reis. — c. 3. Cf. c. 18 C. Th. de Feriis (II, 8), not. super. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 3. Br. Al., eius codd. Sich. Til. *c.* 1, i. e. *un.* Cod. Iust. III, 12, 7 mut., sed vid. c. 18, 19 C. Th. de Feriis (II, 8), not. sup. et Herm. not. *h* ad c. 7 Cod. Iust. cit. Similis est c. 1 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45—47; inscr. et textus om. in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37, 43; solus textus deest in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 44.

g) Rein. em. *cornicularios.* Codex *currulium.* *) Aur. Lugd. *consueverat manus, sanxerit.* Mox Ri*. male *indicatione* et Aur. Lugd. *verita* pro *vetita.* gg) Codex *incurrat*, sed additur *e* supra *a.* *) Delevi v. *et*, quod in edd. quidem, neque tamen in codice legitur. Eodem modo c. 21 et c. 23 h. t. h) Edd. ante Be. *thensaurorum — thensaurenses.* Vid. c. 14 h. t., quam scripturam in sqq. commemorare supersedebo. Ita etiam codex, etsi is *thensaurerenses.* Mox codex *reervavit*, sed em. *reservavit.* i) Hinc incipit fol. CVIII. codicis Lugd. *) V. *vel* bis est in codice. **) Ap. Go. err. om. *probatoria.* k) Go. — Ri*. *cui*, mendose et paullo infra Cui. 2, 2* *admissis.* *) Cod. edd. add. *A.* Be. mendose *DN. NN.* l) Annus deest ap. Go.

*) 14 in ind. rubr. *de Excusatoribus.* 42 *actionibus* et del. est syll. *ex.* ll) Multi codd. Sich. in m. (ut 21 in m.) et Cod. Iust. *Exactoribus.* 37 *et actionibus.* In nonn. codd. add.: *hoc est, ut die dominico actio conquiescat*, ex interpr. titt., de qua in editione Br. Al., quam paro. m) Codex *cō | sularem Venetiae.* Florianus *Cons.* appellatur etiam in c. 10 cit., sed *Com. rei priv.* in c. 11 eod., quare Go. prop. *Comitem rei privatae.* n) Codex *cristhianum.* Mox Aur. Lugd. *actoribus* et *quid id* pro *qui id.* o) In c. 10 om. *interdicto.* oo) Codex, edd. ante Be. *Triveris.* p) Ap. Go. — Ri*. om. annus. Go. enim, prob. Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 2, not. VIII., addito *Gratiano A.* in inscr., rep. vult consules anni 368, quo anno Valentinianus Treviris constitit. Addit praeterea Go.: „Possis quoque referre ad *III. Coss.* id est A. D. 370. vel *IV.* i. e. 373.“; c. 10 cit. eosdem impp. habet atque haec c. q) Hinc incipit pagina secunda folii CVIII. codicis Lugd.; in ima pagina est numerus quatern. XLVI. r) Id e. urb. Rom. Vid. Go. not. *b.* s) Cod. Iust. *ab eo apparitore cui — fuit obs. eum dec.*, prob. Go. Aur. Lugd. *cum* pro *eum.* *) Codex *iusta*, sed em. *iussa.* t) Cod. Iust. *Dat. Kal. Iul. Mediolani*, impr. Go. u) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Auxonio.* v) Sec. Go. Ri. (ad c. 4, ubi vid. not. *b*) et Be. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius* et hic et in sq. c. Ita etiam c. 7 Cod. Iust., quae tamen ex diversis C. Th. legibus conflata alium magistratum, alios etiam consules habet. In plerisque codicibus signati sunt imperatores c. 2 h. t.; sed tamen 6, (cuius scriptura falso indicata est ap. Ri.) 7, 13, 14, 21 et alii, Sich. (sed hic in m. *Gratian. et Theod.*) Til. *Impp. Valentinianus et Valens AA.* 16 *Impp. Valentinus et Valentius AA.* 40 *Imppp. Valent. Grat. et Theod. AA.* Vid. supra c. 18 de Feriis (II, 8), not. *x.* 15 *Id. A. Maximo ppō.* Cod. Iust. *Albino P. U.* x) Nonn. codd. *Principū.* Sich. Til. *Praecipuum*, impr. Ri. y) 6, 7, 8, 10, 13, 14, 16, 18 *merito* (nonn. *meritū*) *dixere* (16 *dixerim*). Sich. *merito edixere.* Sine dubio *merito* ex interpr. huc migravit. 20 *S.* (supr. lin. *per*) *diē q. d. recte diximus maior* (supr. lin. *qm̄.*) *est omnium.* 19 *S. diē q. rite dom.* 21 *e ritū edixere*, sed corr. *di-*

litium, negotiorum[z], conventionum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet[a]; ne[b] apud ipsos[c] quidem arbitros vel in[d] iudiciis flagitatos vel *) sponte delectos[e] ulla sit agnitio[f] iurgiorum. Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a[g] sanctae religionis instituto rituve deflexerit[h]. *PP.*[i] *III. Non. Nov. Aquileiae. Acc.*[k] *VIII.*[l] *Kal. Dec. Romae, Honorio NB. P.*[m] *et Evodio V. C.*[n] *Coss.*[o] (386.)

Interpretatio. *Die**) *solis, qui dominicus merito dicitur*[oo], *omnium hominum actio conquiescat, ut nec publicum nec privatum debitum requiratur**), *nulla iudicia neque publica neque privata fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur*[p].

4. *Iidem AAA.*[pp] *ad Eusignium Pf. P.* Nullus apparitor amplitudinis tuae vel de officiis palatinis ad eam provinciam, ex qua oriundus est, vel in qua collocaverit larem[q], obtentu publicae necessitatis vel exsecutor privati negotii dirigatur. Etenim officii celsitudinis tuae[r] primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persolvet, si statuta fuerint temerata; apparitor vero, qui huic se muneri passus est deputari, solutus militia, mancipum corpori sociabitur. Haec[s] vero poena etiam ceteris irrogata est, ut, si domesticus aut protector[t], strator vel agens in rebus vel palatinus utriusque officii vel ad eam[u] provinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua collocarit larem *), cum huius modi usurpatione perrexerit, matriculis quidem exemptus ipse, qui se voluit[v] mitti, auri libram unam fisci viribus[x] inferre cogatur[y], adiutores vero officiorum palatinorum[z] ac numerarii comitum illustrium virorum sive actuarii libram fisci viribus solvant, nisi statuta fuerint custodita. *Dat. III.*[a] *Non. Dec. Mediolano, Honorio NB. P. et Evodio V. C.*[b] *Coss.* (386.)

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Dextro Pf. P.* Sive a palatinis petantur, quae sunt sacris largitionibus inferenda, sive quid res privata nostra desideret, vel si quod[bb] subsidium publicarum necessitatum magnificentia tua per apparitionem suam arcae nomine deposcit, remota exigentium permixtione per rectorem provinciae, instantibus officiis memoratis, exactionem celebrari*) de-

— c. 4. Cod. Iust. XII, 60, 3. Commemoratur ap. Cui. in Comm. ad c. 3 Cod. Iust. de Divers. off. (XII, 60) l. c. p. 515. Sec. Go. in Chron. h. a. coniungenda est cum c. 114 C. Th. de Decur. (XII, 1) et fortasse cum c. 4 Cod. Iust. de Metallariis (XI, 6). — c. 5. Vid. c. 6 h. t., not. sup. Incipit in h. c. folium octavum codicis I. (s. totius palimpsesti Taurinensis folium XXVIII.) inventum a clar. Vesmio. Vid. infra not. *.

xere. Til. *dixerunt.* z) c. 13 cit. *et negotiorum* et om. *conventionum.* 19, 20 *conventionumque.* Ri. Ri*. mendose *conventionem.* a) Nonn. codd. *efflagitatus.* b) Ita codd. Lugd. 20, Cui. 1 — Ri*. ut infra XI, 7, 13 cod. 4, Til. — Ri*. Rell. *nec.* 10, 18 om. *ne — flagitatos.* c) 20 *istos.* d) 6, 7, 16, 17, 21, Sich. Til. c. 13 cit. *e*; 9 *velle iud.* et om. *in*, quae praepositio deest etiam in c. 18 cit., in codd. 14, 15 et in 20, qui *vel iudices flagitatos.* 13 *a iud.*, ut Cod. Iust. Mox cod. Lugd. *ponte*, sed ponitur *s* supra *p.* *) 6 sec. Ri. *nec* pro *vel.* e) 10, 18 *delectus*; 12, 19, 20 *electos.* Go. *deluctos.* f) Nonn. codd., ut 7, 14, 17, 20 *agnatio* s. *agnacio.* Cod. Lugd. *adgnitio*, sed em. *agnitio.* g) 7, 8, 13, 14, 17, Til. om. *a.* 20 *quia.* h) Multi codd. *institu.ū ritūve* (s. *vel.* 20 *que*). Similiter Til.; 21, Sich. *instincto ritu vel def.* c. 18 et 13 citt. *instinctu rituve.* Vid. c. 18, not. *d.* In 15 add. *se* post *rituve.* In c. 7 Cod. Iust. cit., cui haec lex infarta est, vv. legis hunc in modum mutata sunt: *In eadem observatione numeramus et dies Solis, quos Dominicos rite dixere maiores, qui repetito in sese calculo revolvuntur: in quibus parem necesse est habere reverentiam; ut nec apud ipsos arbitros vel a iudicibus flagitatos, vel sponte electos, ulla sit cognitio iurgiorum.* i) Nonn. codd. *Dat.* et ita *PP.* accipitur a Go. In codd. 15, 40, 42 om. *III. — Acc.* et 28 *PP. — Aquil.* 24 *PP. IIII.* Similiter 20, ubi *PP. data IIII Kal. Nov.*, sed supra *PP.* add. *poplo*, impr. Ri. 39 *PP. K̄ Nov.* Epit. Mon. (Phil. 1735 *III*) L. R. U. *Dat. IIII. Non. Nov.* Ceterum nonn. codd. *Aquileia.* 20 *Aquilegia.* k) Permulti codd. *Dat.* pro *Acc.*; in aliis deest *Acc.* l) Nonn. codd. *IX.* In cod. 8 om. *VIII. — V. C.* et in c. 13 cit. *Acc. — Romae;* in 20 deest *Dec.* m) Nonn. codd. *Honorio IX* aut *Honorio Nep.*, ut Sich. 20 om. *NB. P.* n) Multi codices *Euvodio* (ita etiam cod. Lugd. et Go.) *v̄v̄ c̄c̄ Coss.* 20 *Evocio*; in aliis om. *V. C.*, ut ap. Sich. Til. et in c. 13 cit.; in aliis est *c̄c̄s̄s̄.* 32 *Honorio IX et Theod. āā Coss.* Cod. Iust. *Dat. VII. Id. Aug. Romae, Timasio et Promoto Coss.* (389.) Quare memorabilis est subscr. in cod. 38, qui eosdem hic consules profert: is enim sic habet: *Dat. IIII Kal. Mai Mediol. Timasio et Promoto Coss.* Sed errore librarius haec vv. transtulit ex subscr. c. 5 C. Th. Ne quid publ. laet. (VIII, 11), quae in Br. Al. hanc const. sequitur. Vid. c. 5 cit., not. sup. o) Ap. Go. deest annus. *) 20 *Diem*; alii *solius*; in 20 supr. *Diem* add. *p.* oo) Nonn. codd. *dicitur merito.* *) Permulti codd. *conquiescat* (Cui. 1 *conqueiscat*) *ita ut nec privatum nec publicum debitum* (in 21 h. v. in m. additur) *requiratur.* Similiter 20; is vero *ita veniet nec pr.* etc. Sich. mendose *privarum.* p) Aur. Lugd. add. *quod est violator legis* ex Aeg. pp) Vid. supra c. 3 h. t., not. *v.* Cod. Iust. *Iidem AAA. Eusignio*, sed antec. ibi in c. 2 *Impppp. Gratian. Valent. Theod. et Arcad. AAAA.* q) In Cod. Iust. add. *vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus*, sec. Cui. et Go. ex c. 8 Cod. Iust. eod. de Offic. rect. prov. (I, 40). Cui. 2, 2*. Go. Ri. *obtemptu.* r) Cod. Iust. *tuae cels.* s) Cod. Iust. *deputari, militia spoliabitur. Haec*, neglectis illis de mancipatu. t) In Cod. Iust. *protector aut stator.* u) Cod. Iust. *eandem.* *) Codex *conlocaritolatriculisquidemcum* et ponitur *r* supra *e*, sed punctis corrigendi caussa adhibitis supra o (quae tamen litera non absimilis est siglo syllabae *con*) post *conlocarit* et supra literas *triculis quid* rest. est scriptura *conlocarit larem.* Ceterum in vv. *utriusq. officii* incipit fol. CIX. codicis Lugd. v) Cod. Iust. *voluerit.* Go. *qui voluit* et om. *se.* x) Cod. Iust. et hic et infra *iuribus*, crebro err., sed Cui. ut Cod. Th. y) Ita Be. ex Cod. Iust. recte; cod. Lugd. edd. ante Be. et Cui. in Cod. Iust. *cogetur.* z) Cod. Iust. *et pal.*, impr. Go. a) Cod. Iust. *II.* b) Codex Lugd. Go. *Euvodio.* In Cod. Iust. om. *V. C.* bb) Cod. Lugd. *desiderit — quo*, sed em. *quod.* *) In v. *decernimus* incipit fol. octavum cod. I. (s. XXVIII. totius cod. Taur.) et pergitur in eo usque ad vv. *transire permittant Dat III* c. 2 de Concussionibus tit. decimi huius libri. Diversitatem scripturae in usum meum, qua est urbanitate, enotavit doctis-

cernimus, qui ad se intelligit vel desidiae invidiam vel industriae gloriam pertinere. *Dat. XVII.* **) *Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

6. *Iidem AA. ad Provinciales et ad Proconsules.* Ne per diversas provinciarum[c] partes aut palatinus exactor accederet, aut illustrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem, hac lege sancimus, ut omnis memoratis intentio[cc] ad provinciae rectorem sit, cum eo[d] agant, illo insistente *), disponente atque agnoscente suo periculo rem peragendam compleant universa[e]. *Dat. XVII. Kal. Iul. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

7. *Iidem AA. Andromacho Pf. U.*[f] Quicunque e palatio nostro cuiuslibet tituli ad provinciam commearit[g] compulsor *), exactor, admonitor portitorve praecepti, agens in rebus vel palatinus vel apparitor **) illustrium potestatum, hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curae[h] suae specialiter approbatur, nec, quod iniunctum alteri fuit[i], collegii iure praesumat, ne, dum hoc sibi invicem[ii], mutui officii licentia, partiuntur *), agant cuncti, quod singulis credebatur etc. *Dat. prid. Id. Iul.*[k] *Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

8. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni*[l] *Pf. P. Post alia:*[m] Die Sabbato[n] ac reliquis sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant, neminem[o] aut facere aliquid aut[p] ulla ex parte conveniri debere praecipimus[q]: cum fiscalibus commodis et litigiis privatorum constet[r] reliquos dies posse sufficere etc. *Dat. VII. Kal. Aug. Ravenna*[s], *Honorio VIII. et Theodosio III. AA.*[t] *Coss.* (409.)

9. *Iidem AA.*[u] *Palladio Pf. P.* Sive ex praetoriano officio, sive illustris comitivae sedis largitionum[v], nec non et rei privatae nostrae[x], vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat, intra[y] anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare, eique suam efficaciam *) ostendere, quid eius[z] instantia exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, vel penes quos[a] resederit, vel cuius culpa aut[b] caussa in eadem provincia *) fuerit derelictum. Quod si exacto spatio anni eius[c] regionis visceribus praedator insidens[d] deprehensus fuerit remorari, tunc absolutus cingulo militia[e] abiicietur, primoribus eiusdem[f] militiae decem librarum auri mulcta proposita. Sin redire dissimulet, ligatus[g] ferreis nexibus cura provincialis officii sub elogio[h] ad debitum mittatur examen, nec ei liberum sit, ut hoc se privilegio[i] aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium vel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur, cum iisdem[k] licentiam auferamus, in eadem provincia iterare[l] exactionem etc. *Dat. X. Kal. Oct. Ravenna*[m], *D. N. Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

10. *Iidem AA. Ioanni*[n] *Pf. P. Post alia:* Nul-

— c. 6. Cod. Iust. XII, 61, 1. Secundum Go. huic c. iungenda est c. 5 h. t., sed neque mensis, neque personae, ad quas leges datae sunt, inter se concinunt. — c. 7. Cod. Iust. XII, 61, 2. Bas. LVI, 17, 2 (ap. Fabr. T. VI, p. 741). Leuncl. Not. II, 237 (in Thes. Otton. T. III, 1552). Sec. Go. coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Cognitoribus (II, 12) et cum c. ult. C. Th. de Commeatu (VII, 12). Vid. infra not. *k.* — c. 8 iisdem fere verbis legitur supra in tit. de Feriis (II, 8), cuius est c. 26. Fortasse coniungenda est cum c. 20 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8). Vid. c. 26 cit., not. *k.* Cod. Iust. I, 9, 13. Bas. I, 1, 43. — c. 9. Cod. Iust. XII, 61, 3. Bas. LVI, 17, 3. Commemoratur h. c. a Cuiacio in Comm. c. 3 Cod. Iust. h. t. (XII, 61) l. c. p. 519. — c. 10. Cod. Iust. XII, 61, 4. Coniungenda est h. c. cum c. un. C. Th. de Act. ad pot. transl. (II, 13), c. un. C. Th. de Pec. seq. proh. (II, 28), c. 2 C. Th. de Pignor. (II, 30), c. un. C. Th. Quod iussu (II, 31), c. un. C. Th. de Peculio (II, 32) et sec. Go. cum c. 17 Cod. Iust. de Agricolis (XI, 47).

simus Vesmius. Mox codd. *intellegit.* **) Cod. I. *XII.* Aur. Lugd. *Cos.* c) Cod. I. *provincias.* cc) Cod. Iust. *ut omnes memorati intenti sint*, sed Go. C. Th. h. l. sanum esse recte contendit. d) Cod. Iust. *rectorem et cum eo.* Cui. om. *et.* Cod. I. *sint* pro *sit.* *) Codex Lugd. *insisten*, et exc. *te.* e) Cod. Iust. *et agnoscente et suo periculo rem peragant et impleant universa.* Cod. I. *compleantur* et mox *prouino.* Cui. 1 *peragendam. compl.* Annus legis deest in Go. edit. f) Go. mavult *PP.*, recte. Vid. c. 6 C. Th. cit., not. *g.* g) Cod. I. *provinciamearit.* Cod. Iust. *ad provincias commeaverit.* *) In codice Lugd. supra literas *pulsor e* scriptae sunt literae *mearit con.* **) Cod. I. *apparitio* et paullo infra *in hoc.* In vv. *vel apparitor* incipit pag. secunda folii CIX. codicis Lugd. h) Cod. Iust. *curiae*, recte impr. Ri.; Cui. ut nos. i) Cod. I. *nequod.* Cod. Iust. *fuerit.* ii) Cod. I. om. *invicem.* *) Cui. in Cod. Iust. *patiuntur*, impr. Go. Mox in Cod. Iust. om. *etc.* k) c. 6 cit. *Non.* et c. ult. cit. *Non. Iun.*, sed ibi vid. not. *k.* Cum Go. igitur huius legis subscriptio falsa putanda est et scrib. *Non.*, ut Go. in Chron. edidit. l) Vid. c. 26 cit., not. *k.* Cod. Lugd. Cui. 1 — Lugd. *Iohanni.* Cod. Iust. et Be. *Iovio.* m) Vid. c. 26 cit., not. *l.* n) Be. ex Cod. Iust. *sabbati.* Codd. I. et Lugd. *sabbata.* Vid. c. 26 cit., not. *m.* o) Cod. Lugd. *nemineminem.* Cod. I. *quod Iudaei c. rei rever.* p) In codice Lugd. et in edd. ante Be. om. *aut*; rest. ap. Be. auct. Go. et ex Cod. Iust. et est in c. 26 cit. Scriptum etiam h. l. in codice I. *aut ulla.* q) Vid. c. 26 cit., not. *q.* r) Vid. c. 26 cit., not. *s.* s) Vid. c. 26 cit., not. *v.* t) Go. *Honor. VII. et Theodosio IV.* et om. ap. Go. — Ri*. annus. Vid. c. 26 cit., not. *x* et *k.* Ceterum Till. T. V, Notes, p. 82, n. XXXIV. omnes h. anni constitutiones Ioanni inscriptas transferri vult in annum 413 (an 412?). Cod. Iust. *Theod. Aug. III.* u) In Cod. Iust. ponuntur Impp. *Honorius et Theodosius.* v) Cod. Iust. *com. sacrarum largitionum.* x) In Cod. Iust. add. *militiae.* y) Cod. Iust. *sciat se intra.* *) Cf. Cuiacius l. c. z) Cod. Iust. *et quid in* (Cui. om. *in*) *eius.* a) Cod. Lugd. et edd. ante Be. *habetur.* Cod. Iust. *in debitis habeatur* (*habeatur* etiam cod. I.) *et penes quos.* Cod. I. *quidvae — paenes quos.* b) Cod. Iust. *aut qua.* *) Ri*. mend. *proviacia.* c) Cod. Iust. *anni in eius.* d) Cod. Iust. *insidians*, quo non opus est sec. Go. e) Cod. I. *absolutos.* Cod. Iust. *cingulo militiae*, sed Cui. ut C. Th. f) Cod. Iust. *eius.* g) Cod. Iust. *proposita, si redire dissimulet: et per vices officiorum legatus.* Aur. Lugd. *legatus.* h) *sub elogio* om. in Cod. Iust. i) Hinc incipit fol. CX. codicis Lugd. k) Cod. I., cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. Cod. Iust. *hisdem.* l) Cod. Iust. *continuare* et paullo post om. *etc.* m) *Rav.* deest in Cod. Iust. et in cod. I. *D. N.* n) Codex Lugd. Cui. 1

lam possessionem alterius pro alienis debitis, publicis sive[o] privatis, praecipimus conveniri etc. *Dat. V.* *) *Id. Iul. Ravennae, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

TIT. IX. DE LUCRIS OFFICIORUM[p].

1. *Imp. Constantinus A. ad Pacatianum*[pp]. Ordines[r] decuriarum scribarum, librariorum[s] et lictoriae consularis oblatis precibus meruerunt, ut in civilibus caussis et editionibus libellorum, officiorum solennitate fungantur, ita ut vetusta aetate servatum est; eo usque[t] praerogativa veniente, ut militares[u] intercessiones procul usque a liberalibus caussis sese contineant. Rectores itaque, quae iussimus, observabunt[v]. *Dat. XV. Kal. Maii Constantinopoli, Constantio et Albino Coss.* (335.)

2. *) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Severum Pf. U.*[x] Emolumenta[y] ceteraque compendia, quibus magnitudinis tuae apparitio sustinetur, neque his auferri sancimus, quibus[z] pro eiusdem officii liberalitate collata sunt, neque in eos, veluti ex necessitate, transferri futura aetate permittimus, quos huius modi largitate vel praemio opinantur *) indignos; modo ut nihil ab eo necessarii moris aut ordinis pandat[a] antiquitas, sed volentium potius fuisse doceatur, quam principatus[b] ipsius atque administrationis[c] officium. *Dat. Kal. Aug.*[d] *Antonio et Syagrio Coss.* *) (382.)

TIT. X. DE CONCUSSIONIBUS ADVOCATORUM SIVE APPARITORUM[e].

1. *Imp. Constantinus A. Aeliano*[f] *Proconsuli Africae* *). Si quis se a ducenariis vel centenariis, ac praecipue fisci advocatis laesum esse[g] cognoscit, adire iudicia[h], ac probare iniuriam non moretur, ut in eum, qui convictus fuerit, competenti *) severitate vindicetur. *Dat. VI. Id. Nov.*[hh] *Treviris*[i]. *Acc. XV. Kal. Mart. Karthagine*[k], *Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315 ?)

2. *Imp. Constantius A.*[l] *Eubolidae, V. C. Vicario Africae.* Praeter solennes et canonicas pensitationes multa a provincialibus[m] Afris indignissime postulantur[n] ab officialibus et scholasticis, non modo in civitatibus singulis, sed et *) mansionibus, dum ipsis et animalibus eorundem alimoniae sine pretio ministrantur **). Nec latet mansuetudinem nostram, saepissime scholasticos, ultra modum acceptis honorariis, in defensione caussarum omnium et annonas et sumptus accipere consuesse, quibus tantis commodis fulti itinere[o] suam avaritiam explere nequeunt[p]. Provinciales itaque cuncti iudices tueantur, nec iniurias inultas *) transire permittant. *Dat. III.*[pp] *Kal. Iul. Leontio et Sallustio Coss.* (344.)

Tit. IX. — c. 1. Haec lex sec. Go. in comm. fugitiva est et transferenda in tit. de Decuriis (XIV, 1).

Tit. X. Cod. Iust. XII, 62. Concordant sec. Go. tituli C. Th. de Superexactionibus (XI, 8) et Ne damna provincialibus infligantur (XI, 11). — c. 1. Cod. Iust. XII, 62, 1. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Advocato fisci (X, 15). Putat Go., etiam coniungendam esse cum c. 2 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) et c. 1 C. Th. de Exact. (XI, 7), et cum his quidem propter argumentum, nam dies diversus est. Sed vid. not. *hh.* — c. 2. Cod. Iust. XII, 62, 2. Commemoratur haec c. in Comm. Cuiacii ad c. 2 Cod. Iust. cit. l. c. p. 521. Desinit in subscriptione h. c. folium octavum codicis I. Vid. infra not. *pp.*

— Lugd. *Iohanni.* In Cod. Iust. om. *Post alia* et in extr. c. *etc.* o) Cod. Iust. *vel.* *) Vid. c. un. C. Th. de Act. ad pot. transl. cit., not. sup. Cod. I. *Rau. ddnn hon.*

p) Vid. tit. sq., not. *e.* pp) Go. Reinesius, Be. in not. add. *Pf. P.* r) Cod. Lugd. *Ordinis.* Cui. 1 — 2*. Ri*. *decuriarum, scribarum.* Cod. I. *Scr.* | *batur.* s) Cod. Lugd. *librarorum*, em. *librariorum.* Mox cod. I. *consolaris.* t) Codex Lugd. *utusq.* Edd. *hucusque.* Recepi ex cod. I. *eo usque.* Mox om. cod. I. *a* post *usque.* u) Cod. Lugd. *umilitares*, et posita est *t* supra *u.* Infra idem codex *contineat.* v) Cod. Lugd. *oservabunt*, add. *b* supra *o.* *) Hinc incipit pag. secunda fol. CX. codicis Lugd. Cui. 2, 2* *Impp.* x) Go. prop. siglum praefecti praetorio. Vid. supra VI, 6, 1, not. *a.* y) Cod. Lugd. *Emolummentu*, sed del. prior lit. *m* puncto supra add. z) Cod. Lugd. *qub.*, et add. *i* supra *u.* *) Go. ann.: „Officiales scilicet admissa ἐναλλαγὴ numeri sup. *officii liberalitate.*“ An scrib. *opinamur*? a) Go. em. *perdat.* b) Cod. Lugd. *principiatus*, sed corr. *principatus.* c) Cui. 1 — Lugd. *administrationi.* In codice Lugd. est *administrationis.* d) An add. *Patavi*? *) Ri*. *Siagrio Conss.* (582.)

e) Cod. Iust. *De Lucris advoc. et concussionibus officiorum seu appar.*, rubrica ex hoc et antec. C. Th. titulo composita. f) *Aeliano* deest in codicibus et in edd. ante Be. nullo lacunae signo; rep. ap. Be. suad. Go. ex c. 1 C. Th. de Adv. fisci cit. et ex Cod. Iust., qui tamen *ad Aelianum Proconsulem Afr.* *) In c. 1 C. Th. de Adv. fisci add. *Post alia.* g) Cod. Iust. *Si quis a d. v. cent. vel fisci a. l. se esse.* Cod. Lugd. *fisi advocatus.* Cod. I. *praecipuae.* h) Aur. Lugd. *adiri.* Exemplar meum Cui. 1 *iudi ia.* Cod. Iust. *iud. et probare.* *) Codex Lugd. *conpetensti*, em. autem *conpetenti.* Cod. I. *conpetente saeveritate.* hh) Cod. Iust. (sed Cui. ut C. Th.) *Dat. Kal. Nov.*, congruenter cum c. 2 C. Th. de Ann. et trib. et c. 1 C. Th. de Exact. citt. Vid. not. sup. Vult Go. in Chron. p. VII. consules anni 313 reponi. Vid. c. 1 C. Th. de Off. proc. (I, 12), not. *i* et c. 1 C. Th. de Advoc. fisci cit., not. *m.* i) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*., cod. I. ut videtur, *Triveris.* Cod. Iust. *Treveris.* k) *Acc.* — *Karthag.* om. in c. 1 C. Th. cit. et in Cod. Iust., excepto Cui.; Ri*. *Constantio.* l) Go. Be. in not. add. *et Constans A.* Male cod. I. *Constantinus* et Cod. Iust. *Idem A.* (h. e. Constantinus) *Eubulidae* et om. *V. C.* Ceterum codex Lugd. *VC Vic. o Afriē.* m) Cum syllabis *vincialib.* incipit fol. CXI. codicis Lugd. Cod. I. *multa e pr.* In Cod. Iust. deest *Afris.* n) Aur. Lugd. *postulatur.* *) Cod. Iust. *sed etiam m.* **) Cod. Iust. *ministrentur.* Cui. ut nos. Paullo infra cod. I. *consuisse.* o) Go. tentat *interim.* Recte se habet vulg. scriptura. p) In Cod. Iust. des. *Nec latet* — *nequeunt.* Ap. Cui. l. c. proferuntur vv. *non latet scholasticos — in defensionem caussarum* (om. *omnium et*) *annos — consuesse.* *) Go. *multas*, err. typ. pp) In vv. *transirepermittant Dat III* desinit folium octavum

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Quoties compulsor arguitur in depraedatione convictus [q], non consulta clementia nostra poenam subeat legibus competentem. *Dat. prid. Kal. Ian.* [r] *Mediolano, Stilicone et Aureliano* [s] *Coss.* (400.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Euchario Proconsuli Africae.* Universa compulsorum genera ex Africanis provinciis constituimus esse pellenda, his videlicet restitutis, quae forsitan per temeritatem sustulerant. *Dat. VI. Id. Aug. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

TIT. XI. NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT[t].

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Eugrammimum* [u]. Cum anni exordia certis inchoanda consulibus nuntiantur, a tenuioribus sportulae specie*) collationis necessitas separetur, ne scilicet, descriptione facta, pro capitatione aut iugatione quicquam iisdem [v] veluti legitimi muneris exprimatur [x]. §. 1. Iubemus tamen [y], ut viri per provincias emerito iam honore pollentes, praeterea curiales, quos his gradus honore, et in collationibus honestate functionis convenit esse finitimos, arbitratu suo tribuant, quantum putaverint largiendum; porro tenuioribus ab hac sorte iniuriosae necessitatis alienis. §. 2. Quod quidem interdicti severitate fieri vetamus in posterum, ut rectores provinciarum vicenis auri libris, porro [z] officia quadragenis constituamus esse mulctanda, si quicquam pauperes hac*) adscriptione praebuerint, vel his extorqueri quicquam passi fuerint, aut aeque, quos contra vetitum fecisse cognoverint, taciturnitate alicuius dissimulationis aboleverint. *Dat. XVII. Kal. Ian. Constantinopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

2. *Iidem AA. Provincialibus salutem dicunt.* Si quando victoriae, si quando laetitiae publicae nuntiantur, vel novorum consulum nomina perferuntur, collationi nullus locus, nulla sit licentia; nihil quisquam exigat, nihil audeat postulare. Si quis vero honoratorum **) sponte quid offerre voluerit, id tantum recte dandum iudicamus. Ceterum quicquid expostulatum, quicquid fuerit indictum, rector quidem provinciae eius, in qua res ita gesta erit, duplum, quod indixerit, quodve dare [a] coegerit, ex suo fisci viribus pendet, officium autem quadrupli summam pro eadem necessitate persolvet. *Dat. III. Id. Ian. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.**) (365.)

3. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Mamertinum Pf. P.* [b] Si quando faustorum nuntiorum gaudia provincialibus intimantur, quotiescunque*) quid per terrarum orbem [c] disseminatur, seu militum il-

— c. 3. Cod. Iust. XII, 62, 3. Bas. LVI, 17, 3. Coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Off. proc. (I, 12), c. 28 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 27 C. Th. de Suscept. (XII, 6) et sec. Go. cum c. 2 C. Th. ad L. Iul. de Ambitu (IX, 26), c. 60 C. Th. de Appell. (XI, 30), c. 166 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 18 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1). Vid. infra not. *r*.

Tit. XI. C. Th., codex Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XI.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 47, Sich. Til. L. Utin. Aeg. *Tit. IV.* (cum una tantum huius tituli c., id e. 5), sed ap. Til. in indice rubric. est *Tit. V.* Similiter Sich. in indice rubr. Vid. supra tit. I. huius libri, not. *b.* Cod. Iust. XII, 64.

codicis I. a Vesmio inventum. Vid. supra VIII, 8, 5, not. * et not. sup. q) In Cod. Iust. add. *etiam.* r) c. 166 C. Th. de Decur. et c. 18 C. Th. de Lustr. coll. citt. *Iul.*; c. 2 C. Th. ad L. Iul. de Ambitu, c. 60 C. Th. de Appell. cit. *Iun.* Aut leg. *Ian.* pro *Iun.*, ut c. 2 et 60 citt. coniungantur cum rell. legibus in not. sup. citt., aut *Iul.* pro *Iun.*, ut coniungantur cum dictis c. 166 et c. 18, aut denique scribendum in omnibus memoratis legibus *Iun.*, ut cunctae in eundem diem incidant, quam quidem Go. opinionem videtur Cod. Iust. confirmare, ubi excepta Cui. ed. hic *Iun.* pro *Ian.* habetur. Id enim nego *Ian.* pro *Iul.* emendandum esse, cum saepe quidem *Ian.* et *Iun.* aut *Iun.* et *Iul.* a librariis inter se confundantur, *Ian.* et *Iul.* non confundantur. Scribendum igitur est in omnibus illis legibus *Iun.* s) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Stilichone et Auriliano.* Etiam Cod. Iust. *Stilichone.* Go. em. *Aureliano.*

t) Cod. Iust. *Publicae laetitiae vel consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionum, et aliarum sacrarum vel iudicialium literarum ex descriptione, vel ab invitis ne quid accipiant immodicum.* Codices Breviarii discrepant, nam nonnulli habent *De* pro *Ne*, alii *nuntiis*, alii *discretione* vel *discriptione* pro *descriptione*, 10 *publicae laetitia* et 15 *excipiant.* Porro sunt codices, in quibus des. vv. *vel ab inv. acc.* et in codice 31 des. omnia post v. *publicae.* Quod autem in permultis codd. add. *hoc ē nihil invitis per* (nonn. *pro*) *gaudia publica* (s. *publicae*) *exsequatur,* id ex interpretatione titulorum desumptum est. In hoc titulo incipit pagina secunda folii CXI. codicis. u) Ita codex et Go. Nomen huius magistratus nusquam commemoratur, qua de caussa non dubitavi scripturam codicis reponere pro *Eugramminum*, quod edd. praeter Go. habent. Dignitas deest, latet autem, ni fallor, in ultima huius nom. syllaba. Go. Eugrammimum, quem in not. *Eugrammimii*, in Chron. *Eugrammii* nomine appellat, praefectum praetorio fuisse opinatur, Be. praefectum pr. vel certe Vicarium. *) Cod. Lugd. *speciae*, sed em. v) Codex et edd. ante Be. *hisdem.* x) Ita Be. auct. Go.; codex, edd. ante Be. *exprimitur*; Go. probabiliter em. *nec liceat — exprimi:* probare non possum, quod *ab hisdem* scribi vult. y) Go. in notis: „*Indulgentes tamen* vel *Non inhibentes tamen*," quo facile caremus. z) Go. cj. *horum*, non male. *) Go. in not.: „Non est haec vox, quod censebat nonnemo (quis?) inducenda." In fin. legis ap. Go. om. annus. **) Hinc incipit folium CXII. codicis. a) Ap. Go. pro vv. *ve dare*, nescio cur, sunt septem puncta. *) Aur. Lugd. *Cons.* b) *Mamertinum* his consulibus Pf. P. non fuisse Valesius in m. notat et Go. in Chron. h. a. et in notis h. c., cum Mamertino Rufinus successerit iam anno 365 (? Vid. Go. in comm. III, 250). Vult igitur Go. *Probi PP.* nomen substitui. Ceterum in codice et in Cui. 1 — Lugd. scrib. *praefectum praetorio.* *) Codex *quotiensque.* c) Codex *urbē.* d) Recte Go. em. *victoriae*, non *victo-*

lustres victorias[d] seu strages hostium aut[e] nostri triumphi perferuntur, vel hi, quos geremus, aut deferimus consulatus, nulli publica distributione et arbitrio iudicis munera, quae vocant sportulas, deputentur. Ceterum si quis iudicum vim decretorum nostrorum violaverit, eius rei, quae viritim distributa fuerit et coacta, duplicem poenam subibit, aut officium quoque, quod ei[f] paruerit, in quattuor partibus mulcta exaggerata constringat. Honorati vero et urbibus suis eminentes*) ex arbitrio suo, quantum mens tulerit, largiantur. *Missa a Pf. P.*[g] *die Id. Febr. Mediolano, Valentiniano NB. P. et Victore V. C.**) *Coss.* (369.)

4. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.*[h] *Floro Pf. P.* Quicquid nostrorum unquam nuntiari coeperit prosperorum[i], bella si desinent, si oriuntur victoriae, fastis si honor datus fuerit regalium[k] trabearum, compositae pacis si erit efferenda tranquillitas, sacros vultus inhiantibus si forte populis[l] inferemus, haec sine pretio nuntiari excipique sancimus. Gerulum iubemus esse castissimum, indices[m] nummarios esse prohibemus[n], iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi colludio quaeratur ex miseris pretium gaudiorum. Quod si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum, et accipientem*) pudoris**) fortunarumque manebit excidium, et cogentem par poena mulctabit, et officium triginta librarum auri vexatione quatietur[o]. *Dat. IV. Non. Febr. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

5. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Have Tatiane, karissime nobis.*[p] Legem nostram[q], qua[r] nihil ab invitis provincialibus gratulationis nomine exigendum esse decrevimus, volumus custodiri. *Dat. IV.*[s] *Kal. Maii Mediolano, Timasio*[t] *et Promoto Coss.* (389.)

Interpretatio. *Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.*

TIT. XII. *) DE DONATIONIBUS.

1.[u] *Imp. Constantinus A.*[v] *ad Maximum Pf. U.*[x]

— c. 4. Cod. Iust. XII, 64, 1 mut. Bas. LVI, 17, 1. Commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 1 Cod. Iust. cit. l. c. p. 523. Hanc legem in c. 5 h. t. indicari Go. opinatur, etsi in c. 5 non sibi constat. Vid. infra not. *q*. — c. 5. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 5. Br. Al. eiusque codd., Sich. Til. *c.* 1, i. e. *c. un.* Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21, 27, 35; omnia praeter interpr. des. in codd. 38 (vid. VIII, 8, 3, not. *n*), 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 31; textus et subscr. in codd. 26, 30, 37, 43; solus textus om. in codd. 28, 29, 32—34, 36, 39, 40, 42, 44; sola subscr. in cod. 25; sola interpr. in cod. 15. Coniungenda est h. c. cum c. 13 C. Th. de Off. vicarii (I, 15).

Tit. XII. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XII.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 47, 49, Sich. Til. L. Utin. Aeg. *Tit. V.* (cum duabus tantum h. tit. constt., id e. 1 et 9), sed ap. Til. in ind. rubric. est *Tit. VI.* Similiter Sich. in ind. rubric. Vid. supr. tit. I. huius libri, not. *b*. Cod. Iust. VIII, 54. Nov. Th. de Theod. Cod. Auct. §. 1. C. Gr. XIII, 2. C. Herm. tit. VI. L. R. B. tit. XXII. Ed. Athal. §. VIII. Marini, i papiri diplomatici N. LXXXII.—LXXXV. — c. 1. Vat. fr. §. 249. C. Th., cod. Lugd., Br. Al., edd. codd. *c.* 1. Ed. Th. cap. LI, LII. L. R. B. tit. XXII. Cod. Iust. VIII, 54, 25 et V, 37, 21. Bas. XLVII, 1, 58 et XXXVIII, 9, 35. L. Vis. V, 2, 6. Form. Sirmond. II. et III., XVII. Docum. Francic. var. saec. XI. s. XII. Marculf. II, 37. 38 et ad Interpr. cf. Docum. Francic. ann. 804. Coniungenda est haec c. cum c. 2 C. Th. de Admin. et per. tut. (III, 30) hic repetita et cum const. cap. IX. Consultationis, quae sunt fragmenta maioris constitutionis in Vat. fr. §. 249 servatae. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. Memorabilis est interpr., quae ex incognitis iuris fontibus hausta est. Videtur haec lex indigitari in c. 5, 6, 7 h. t.

ria, ut est in not. utr. Ritterianae edit. Vid. c. 2 et 4 h. t. e) Codex *autem.* f) Locus in edd. corruptus, ubi *officium quoque ei paruerit* et om. *quod*. Go. cj. *ot officium quod* vel *quoque quod* et hoc fere accedit ad codicis scripturam, qui: *quoq.* | *quae ei paruerit*; scrib. igitur erat *quod*, cum *quae* manifestus esset error librarii et pro *aut* malo *et* s. *at*. *) Codex *suise* | *eminentes*, sed emend. g) Codex, Cui. 1 — Lugd. *ppo.* Go. annotat: „Notanda haec subscriptio, quae indicat, acceptam antea a Praefecto Praetorio constitutionem, et ab eo hoc die ex urbe Mediolanensi (ubi Praefectus P. erat) missam per provincias. Ita scilicet solitae mitti a Principe, sed emitti Principum constitutiones et edicta a Praefectis Praetorio. Quare non est viri docti emendatio admittenda, qui voculam *a* expungebat.“ An *Missa ad praefectum praet. die Id. Febr. Mediolano?* *) Go. *Victore CV.* h) Be. in not. add. *et Arcad. A.*, sed tamen Cod. Iust. consentit cum Cod. Theod. i) Cod. Iust. *ut bella*, impr. Go. k) Hinc incipit pagina secunda folii CXII. codicis. l) Codex *populls*, quod a libr. em. Ibidem paullo infra *cipientem* (sed em. a libr. *accipientem*) et *trigenta.* m) Aur. Lugd. *iudices*, impr. Go., hic vero om. v. *nummarios.* n) Cod. Iust. *Quicquid — prosperorum, ut bella si desinunt, si or. victoriae fastus, si h. d. f. regalium vel consulum vel trabearum* (Cui. ut C. Th., prob. Go. Vid. Cui. in Comm. c. 1), *compositaeve pacis erit offerenda tr., si sacros v. inh. forte p. inferimus* (cf. Cui. in Comm. l. c.): *hoc* (Cui. *haec*) *sine immodico pretio — sancimus: actum esse iubemus castissimum, indigentibus non numerariis esse praebendum* (Cui. ut C. Th. Vid. Cui. in Comm. l. c.): *iudices* etc. *) In nonn. edd. Cod. Iust. add. *in*, impr. Go. **) A Go. in not. reprehenditur *coniventem*, quod videtur aliquis cj. o) Be. ex Cod. Iust. recte rest. *quatietur*. Edd. ante Be. *quatiatur*, ut codex. p) Codex Lugd. et multi alii codd., Cui. 1 — Ri*. *Habe.* Cf. Cuiacii Obs. I, 15. Sich. Til. 21 et nonn. codd. ap. Cui. l. c. *Hobetatiano*. 15 *Tatiano* et om. *Have, kar. nob.*; praeterea multi codd. *Taciane* s. *Daciane*; in aliis est *novb.* pro *kar. nob.*; in aliis des. vv. *Have* etc. et in 40 *et Arc.* q) Go. ann.: „An intelligit *legem* 4 *sup.* Non puto.“ r) Nonn. codd. *quam* et paullo infra *custodire.* s) 8, 10, 13, 19, 42, Phil. 1735 *III.* t) Codd. *Timasio, Timatio, Thimasio.* 20 *Timotheo.*

*) Hinc incipit fol. CXIII. cod. Lugd. Rubricae et prioris primae constitutionis partis imaginem e codice Lugd. in lapide depictam offert Catalogus bibliothecae Rosniensis (Paris. 1837, 8.) p. 210, in qua id tantum reprehendo, quod num. tit. XII., non tam accurate expressus est, quam est in codice. u) Est haec c. pars maioris Constantini M. constitutionis de Donationibus (vid.

Donatio[y], sive directa sit, sive mortis caussa instituta, sive conditionibus faciendi ac non faciendi[z] suspensa, sive ex aliquo[a] notato[b] tempore promissa[c], sive[d] animo dantium[e] accipientiumve[f] sententiis, quantum ius sinit[g], cognominata, sub hac*) fieri debet observatione[h], ut, quas leges indulgent, actiones[i], conditiones pactionesque contineat[k], hisque penitus cognitis[l] vel recipiantur, si complacitae sunt[m], vel reiiciantur, si sunt molestae[n]; ita ut minorum defensores, si per eos donationum conditio[o] neglecta est, rei amissae[p] periculum praestent. §. 1. In conscribendis autem donationibus nomen donatoris[q], ius[r] ac rem notari oportet, neque id occulte[s] aut per imperitos[t] aut privatim, sed aut tabula[u], aut quodcunque aliud materiae tempus[v] dabit, vel ab ipso vel ab eo, quem sors[x] ministraverit, scientibus plurimis[y] perscribatur[z]. §. 2. Et corporalis[a] traditio subsequatur ad excludendam vim atque irreptionem[b] advocata vicinitate, omnibusque[c] arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur, donatam rem, si est mobilis, ex voluntate[d] traditam donatoris, vel, si immobilis, abscessu[e] donantis novo domino patefactam,

---

supra tit. de Pactis II, 9, not. * et c. 2 de Admin. tut. III, 30, not. sup.), cuius exordium ex rec. Hollwegii hoc est: §. 249. *Constantinus et Caess. Multas saepe natas ex donatione causas cognovimus, in quibus vel adumbrata pro expressis, vel inchoata pro perfectis, vel plurima pro omnibus controversiam faciant, cum agentium visa ex ingenio ac facultate dicendi aut perfecta deformarent aut inchoata perficerent. inde ius anceps ac pro dicentium inpulsu vaccilans sententiarum decreta differebat, Maxime carissime ac iucundissime. hinc enim nuper exceptis personis dicta lex est, in quibus summum ius et voluntas omnibus libera, solemnitate more perfecta, ortus suos praesenti munere opulentat; tempestiva dehinc communium donationum cura successit. absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, circumacto animo ad universum donationum genus conspeximus omnes earum species signis ac nominibus inprimendas, ut in hominum contractibus differentiam sui nuncupationum proprietate secernant. Itaque sive illa.* v) Vat. fr. *Constantinus et Caess.* et om. magistratus. x) 19 *praepositum urbis.* Nonn. codd. *ppo*; similiter Sich. *Pf. P.* et utroque in loco Cod. Iust. *P. P.* Maximum hoc tempore Praef. simul U. et Pr. fuisse suspicatur Be. Vid. supra tit. de Pactis (II, 9), not. *. y) Vat. fr. *Itaque sive illa d. dir. sit.* z) Vat. fr. *faciendi non faciendive.* Cod. Iust. *conditione f. aut non f.* a) Ita etiam Vat. fr.; quare Sich. Til. et nonn. codd., ut 19 — 21, male habent *alio*, sed in 20 supr. lin. rep. *aliquo.* Ceterum cod. Lugd. *ve*, sed pon. *si* supra *ve.* b) 6, 7, 8, 10, 16 — 18 add. *ius*, quod sensu caret et deest in Vat. fr. Ceterum nonn. codd. *notata.* c) Plerique codd., etiam codd. Lugd. 6, 7, Cui. 1 — Ri*. male *permissa*, sed Go. in not. ex Cod. Iust. cj. *promissa.* In 20 supr. lin. add. *est.* d) In Vat. fr. add. *ex.* e) 9, 20 *donantium.* f) 20 *don. et accipientium sent.* g) Nonn. codd. *sinet* et paullo infra *legis.* *) Litera *c* in codice abscissa est. h) Vat. fr. *cognita* (C. Th. *cognominata*); *eius haec prima observatio est.* i) In Vat. fr. om. *actiones.* k) Vat. fr. *pactionesque promantur*, sed taceri non potest, in palimpsesto Vat. deesse *p* (*actionesque*); quare memorabile est, quod, etsi falso, in codd. Lugd. et 15 scriptum est *fuctionesque.* In cod. 16 deest *pactiones.* Go. in comm. *pactionesve contineant.* l) Sich. *in hiisque p. cognitae.* Etiam 21 add. *in.* m) 20 *Sicut placitae sunt.* In Vat. fr. om. *sunt* et in cod. 14 *si — reiiciantur.* n) 20 *molestae sunt.* Vat. fr. *molestae. Sed iuri* (V. Mai *iure*) *rectius parendum erit, nec denegabitur officium, quin simul spes abiciatur adipiscendi. In ceteris sane condicionibus indefensos minores, quando ... ta re promissa difficile est, non .. it, quorum tamen defensores.* De seqq. h. c. vv. usque ad v. *praestent*, quae des. in c. 25 Cod. Iust. cit., vid. supra III, 30, 2, ubi haec vv. repetuntur, ibique not. sup. et not. *c.* o) 10, 18 *conditione electa.* 14 *conditione elicita.* 17 *conditione negl.* p) Multi codd., etiam 6, 7, Til. Cui. 1 — Lugd. *admissae*, male. q) Vat. fr. *praestabunt. Ita familiaris dispendii metus etiam segniores ad ea conficienda ex tarditate incitabit. Post in iisdem conscribendis praecipue nomen donatoris.* r) 6, 7, 12 — 14, 16 — 18 *eius.* 19 *huius.* s) Vat. fr. *ius ac rem notans proscribatur; tum ab utroque iure conpleatur, neque id occulto.* 20 *donatoris prius prenotari oportet.* t) *aut per imperitos* om. in Cod. Iust. u) Vat. fr. *privatim . his enim rebus saepe claudestina fraus, et quae facta sunt infecta, et inducta quae scripta sunt simulans, aliisque ac dehinc aliis largiendo ac donando, ac saepe vel dondo multos habendi spe allectos concurrere in expugnanda sibi proprietate impulit. Tabulae igitur.* 12, Cod. Iust. *aut tabula*, prob. Go., quod Be. primum in contextum recte recepit. Consentiunt Vat. fr., ubi vero pluralis ponitur: *tabulae perscribantur.* Rell. codd. Br. Al. cod. Lugd. et edd. ante Be. *ut tabulae*, etsi Sich. in m. habet *aut*, ut cod. 19 et interpretatio. Fortasse *ut* ortum est ex siglo particulae *vel.* Ferri etiam potest Br. Al. scriptura, modo pro *perscribatur* pon. *perscribantur*, facili medela. Interpres, qui falsam scripturam *perscribatur* in exemplo, quo usus est, C. Th. invenit, *tabulae* pro dativo accepit. Mox nonn. codd. *quocumque*, alii *quoscunque.* v) 20 *aliquod* (sec. Ri. *aliquid*) *materiae ad tempus.* Cod. Iust. *mat. genus temp.* x) Vat. fr. *fors summiuistraverit.* 20 supr. lin. *instituerit.* y) In Cod. Iust. om. *scient. plur.* z) Sich. *praescribatur* (ita etiam 21), *et — subsequatur. Ad.* Vat. fr. *perscribantur, eaeque, ut supra conpraehensum est, rebus, nominibus, personisque distinctae sint; ac tum corporalis.* a) In Cod. Iust. om. *et corporalis — patefactam.* b) Ita (etsi ipse se revocat) cj. Go., recte et consentientibus codd. 12, 19 et Vat. fr., ubi *inrepentes.* Rell. *irruptionem.* 20 *advocatam vicinitatem* et mox *arbitriis.* Vat. fr. *corporalis traditio, in quam saepe multi talia simulando inrepentes, aut veluti corpora capientes, sollemne illud ius ac voluntarium inconcessa usurpatione praeripiunt. Ea igitur ipsa rerum traditio praesentium advocata vicinitate.* c) Go. prop. *plurimis*, ut in interpretatione. Vat. fr. in sqq. ita: *omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conventu plurimorum celebretur. non enim aliter vacua iure dantis res erit, quam ea vel eius voluntate, si est mobilis, tradatur, vel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid eiusdem generis erit, sedem novo domino patefecerit. Quae omnia consignare actis iudicis praestat, ut res multorum mentibus, oculis, auribus testata, nullum effugiat, cuius aut scientiam capiat aut dissimulationem tegat. Quodsi iudex aberit, cui summa provinciae commissa est, mandetur istud magistratuum actis.* d) 8, 9, 10, 18 om. *ex voluntate — immobilis.* Cod. Lugd. *inmobiles*, sed em. *inmobilis.* e) Ita recte cod. Lugd. plerique Br. Al. codd. et edd. praeter Til., qui *abcensu* (non *adcensu*, ut ap. Be. in not. est). 16 *abscensu.* 12 *abscessio.* 20 *addissessū.* Be. cj. *adsensu.* Sed vulg. script. defenditur interpr., ubi: *ut inde donator abscedat*, et confirmatur nunc Vat. fr. Vid. supra not. *c.* Neque est, cur corrigatur.

actis[f] etiam annectendis, quae[g] apud iudicem vel magistratus[h] conficienda sunt[i]. *Dat.*[k] *III.*[l] *Non. Febr.*[m] *Roma*[n], *Sabino*[o] *et Rufino Coss.* (316.)

Interpretatio. *Donatio aut*[p] *directa est, aut*[q] *mortis caussa conscribitur. Directa donatio*[r] *est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis caussa donatio est, ubi donator dum advivit*[s], *rem, quam donat*[t], *sibi reservat, scribens: si prius mortuus fuero quam tu*), res mea ad te perveniat, ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donatoris*[u] *res donata perveniat. Quod si prius moriatur*[v], *cui res mortis caussa donata est, res in*) iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator*[x] *obligat illum, cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod impossibile iudicetur, aut quod*[y] *honestati contrarium videatur; aut si id ordinet fieri, quod honestum est et possit*[z] *impleri: quia tunc infirmatur donatio, quando conditiones honestatis possibilis*[a] *impletae non fuerint. Nam si inhonestae*[b] *et impossibiles conditiones ponantur*[c], *remotis conditionibus firma donatio est. Est item et*[d] *alia, in qua sibi donator certum tempus possessionis*[e] *reservat*[f]. *Quae*[g] *tamen omnes donationes superius comprehensae si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certae personae de immodica*[h] *donatione proponere, hoc est si quartum sibi facultatis suae donator non reservaverit, non valebunt. Sed praeterea illa donatio contra legem est, si quis rem in lite positam, quae repetitur*[i], *aut*[k] *recto ordine donet aut conditionem contra bonos mores, hoc est caussam cuiuslibet criminis, donator in donatione conscribat. Minoribus vero si quid fuerit per donationem a quocunque*[l] *oblatum sive collatum, tutores vel curatores eorum debent studere, ne quid firmitati donationis*[m] *desit. Quod si eorum negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quicquid minores de donatione perdiderint, curatores vel tutores illis*[n] *de propria facultate restituant. In conscribendis autem*[o] *donationibus hic ordo servandus est, ut donatio nomen prius contineat*[p] *donatoris vel illius, cui donatur: deinde res*[q], *quae donantur, sive in agris*[r], *sive in mancipiis, sive in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione*[s] *conscribendae sunt, non occulte, sed publice, non privatim vel secrete*), sed aut in*

---

f) 20 *vel actis.* Go. *factis*, err. Nonn. codd. *patefacta* et mox alii *annectendum* et *iudicium* pro *iudicem.* g) 20 add. *ea.* h) Sich. *magistratum.* i) In Cod. Iust. add. *ubi hoc leges expostulant.* In Vat. fr. multa add.: *atque ut nullus sit subiciendi aut surripiendi locus, cum alterutri commodum sit verum, exemplis idem magistratus adscribant. sic enim conscientia multorum, monumentis iudiciorum ac populorum praescribtis, aut litium causa pervulgatis omnibus, fides abstrusior non erit. Talia enim esse oportet dominiorum initia, quorum diuturna possessio saepe legitima proprietatum iura perfringit; talis liberalitatum honestas, quae locis clamata omnibus accipientium donantiumque familiis, liberalitatis et gratiae praedicatione conpleat. Simul cum sit eximium cuiusque donum promerendo cepisse, eius iucunditas nulla litium tristitudine minuatur. Quodsi expectanda causa dicendaque sententia, orba publico testimonio liberalitas caecam gratiam obscurosque coetus prodiderit, quoniam sola fraus cognita est, eorum, quae donata dicuntur, temere non erit fides acci|pienda, sed ea alienatione . . .*
uorum reiecta vel su . . .
versis studiis recte r . . .
iure quod quibusque rebus donatis . . .
ea perfectione faciend . . . . verborum deinde esse quicquam . . .
lege commutata verborum . . .
faciendis neque ullam . . .
flare cum futuris ius p . . .
quae ut omnes cognosc . . .
ti tuo praeferenda est. k) Vat. fr. *PP.* l) 20, 30, 32—34 *IIII.* Nonn. codd. om. *III.* c. 21 Cod. Iust. cit. *Kal.* m) 28, 36, 38, 40, Sich. in m. *Novembr.*, ut nonn. codd. in c. 2 C. Th. cit. n) Codd. *Roma* s. *Rom.*, ut Sich. Rell. edd. et Cod. Iust. *Romae.* In nonn. codd. et Vat. fr. om. *Roma.* o) *Severo* Til. et rest. Be. auct. Go. ex c. 25 Cod. Iust. id e. ann. 323, in qua re sibi non constat: nam in c. 2 C. Th. cit. (III, 30) habet consules anni 316. Vid. de hoc loco et de tota subscr. supra tit. de Pactis (II, 9), not. * et c. 2 cit. not. *d*—*f.* Assentiri videtur Wenckio Unterholznerus (Rhein. Mus. f. Iurispr. III, p. 169), consentit etiam, praeter cod. Lugd., Hal. in Cod. Iust., ubi *Sabino.* Ceterum 28, 36, 40 *Saturnino*, ut Sich. in m. 20 *Saviro.* p) Nonn. codd. om. *aut.* q) 20 supra lin. add. *sibi reservat.* r) 6, 7, 20 et alii *Donatio directa*, sed praestat nostrum propter antithesin. s) 6, 7 *adviveret.* t) 20 et alii *donavit* et mox *ad illum cui donata est.* *) Locus in codd. corrupte scriptus: *quantum* aut *quam tunc.* u) 20, 43, 44 et alii codd. Sich. *donantis*, sed Sich. in m. *donatoris.* v) 21, 26, 42 et multi alii codd. *moritur.* *) 20 *donata est ea quae donata est res in.* x) 20 *don. quae donatur.* y) *quod* om. in multis codd. z) Ita permulti codd.; minus recte edd. *posset.* 21 om. *et.* a) Multi codd. *possibiles.* 20 sec. Ri. *honestates possibiles*, prob. Ri. Alii codd. *honestate.* Sich. in m. add. *et* post *hon.* 21 *conditionis honestatis et possibiles.* b) 20 *honestae*, sed sec. Ri. *honesta*, impr. Ri. 21 *inhonestatem.* c) Nonn. codd. *donaciones pon.* Sich. *componutur*, sed in m. *ponantur.* d) *Est* deest in multis codd., ut in 20, et *et* ap. Sich. Cui. 1 — Lugd. 21 *aestimet*, sed in m. *Item est.* e) 20 supr. lin., 43 et alii codd. *donacionis.* f) Sich. Cui. 1 — Lugd. *servat.* Nonn. codd. *reservet.* g) Haec interpres sec. Go. de suo addit. h) 21 *modica*, sed in m. *immodica.* Haec interpres sec. Go. de suo addit. i) Aur. Lugd. *reperitur*, err. k) Go. vult *haud*, male, nec ullus codex habet *haud.* Multi codd. *directo* pro *recto*, quod non improbandum est. Mox Go. *conscribet* et 20 *in donationem.* l) *a quocunque* deest in codd. 6, 7. Mox 21 *tutores sive.* m) 6, 7 *firmitatis donationis derogent*; alii codd. *firmitatis donationi.* n) 20, 21 *tutores vel curatores illorum* (21 *illis*). o) In 20 add. *eorum* et paullo infra *donationis* post *contineat.* p) Aur. Lugd. *continuat.* Sich. add. *ac.* Ceterum in 20 vv. *donatio nomen prius* bis scripta sunt, sed linea supposita semel videntur esse deleta. q) 6, 7 *deinde de his.* Mox ex aliis codd. *donantur* recepi, ubi vulgo *donatur.* r) 21 *integris*, sed em. in m. *in agris.* s) Go. em. *nominatim donationes*, contra libr. mss. auct. Vid. not. *q.* *) Aur. Lugd. *secreto.*

tabulis[t] *aut in chartis aut ubicunque legatur facta donatio. Quam*[u] *tamen donationem, si literas novit*[v], *donator ipse subscribat: si vero ignorat, praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat: et*[x] *hanc ipsam donationem*[y] *gestorum solennitas et corporalis traditio subsequatur, ita ut si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur: si vero ager vel domus donatur, quod moveri non potest, ut*[z] *inde donator abscedat et novo domino pateat res donata, si*) tamen sibi de his rebus usumfructum donator non*[a] *reservaverit. Gesta vero donationum aut apud iudicem aut apud curiam alleganda sunt.*

2. *Idem A. Aconio*[b] *Catulino*[c] *Proconsuli Africae.* Si quis in emancipatum minorem prius, quam fari possit, aut habere rei, quae sibi donatur, affectum, italicum sive stipendiarium[d] fundum crediderit conferendum, omne ius compleat instrumentis ante praemissis, et inductione corporaliter impleta. Quod propter attestationem fidei per eum[e] servum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit[f], qui eo usque in statu suo permanebit, donec is, cuius facultatibus cesserit, annos Laetoriae[g] legis egressus, legitimam compleverit aetatem, quo tunc demum, si eius integritas ac fides fuerit comprobata, si ita sederit possidentibus, libertatis praemium consequatur. *Dat. XII. Kal. Maii Serdicae, Sabino et Rufino Coss.*[h] (316.)

3. *Idem A. ad Cassium Pf. U.*[i] Promulgatum dudum est[k], donationes nullo alio modo firmas posse[l] detineri, nisi apud actorum contestationem confectae[m] fuerint. Sed quia multi aliena, vel non pleno iure ad se pertinentia donantes, extra patriam et provinciam, in qua possident, acta conficiunt, placet, ut nulli liceat extra provinciam laremque suum donationum instrumenta*) apud acta allegare, sed in quo domicilium habuerit, atque possessiones constitutae sunt apud suum ordinarium iudicem vel, si eum abesse contigerit, apud curatorem municipalesve eiusdem civitatis. Nam si hoc praetermissum fuerit, nullam firmitatem habere donationes sancimus. *Dat. Kal. Maii **) Roma*[n], *Sabino et Rufino Coss.* (316.)

4. *Idem A. ad Bassum Pf. U.*[o] Iuxta[p] divi Pii, consultissimi principis, instituta[q] valere donationes placet inter liberos et parentes, in quocunque solo et cuiuslibet rei liberalitas probabitur exstitisse, licet*) neque mancipatio dicatur, neque traditio subsecuta, sed nuda tantum voluntas claruerit, quae non dubium consilium teneat, nec incertum, sed iudicium animi tale proferat, ut nulla quaestio voluntatis**) possit irrepere: et[r], collata inter ceteras exceptas Cinciae legi personas, obtinere propriam firmitatem, sive mancipationis decursa fuerit solennitas, vel certe res tradita doceatur. Quam legem

— c. 2. Cod. Iust. VIII, 54, 26 nonn. omm. Bas. XLVII, 1, 59. Significatur in c. 7 h. t. Go. coniungendam esse putat cum c. 1 C. Th. ad L. Iul. de vi (IX, 10). Vid. infra not. *h.* — c. 3. L. R. B. tit. XXII. — c. 4. L. R. B. tit. XXII. Sec. Go. h. c. indigitatur in c. 7 h. t.; alii eam in Vat. fr. §. 249 commemorari putant. Vid. infra not. *p.* Fortasse coniungenda est cum c. 3 C. Th. ad L. Iul. de Vi publ. (IX, 10). Vid. infra not. *rr.*

t) 9, 44 et alii codd. Cui. 1 — Lugd. *ut in tabulis.* 20 *ut aut tabulis.* 6, 7, 21 *ut aut in tabulis.* u) 6, 7 *In quam.* v) 21 *cognovit*, in m. *novit.* x) In nonn. codd. add. *in.* y) 9, 20, 21, 44 *et gestorum.* z) Sich. *et.* *) Haec sec. Go. interpres de suo add. 20 mutato ordine *tamen usumfr. s. de his rebus.* Ibidem supra *donator quod — dominio pateat.* 9 *si* pro *sibi.* Paullo post Go. *de his rebis usumfrumctum.* a) In 21 et ap. Sich. in m. om. *non* et paullo infra *vero.* Ceterum in 20 vv. *aut ap. iudicem* add. a man. sec. b) Cod. Iust. om. *Aconio.* c) Codex, edd. *Catullino.* Vid. c. 1 C. Th. de Iurisd. (II, 1), not. *o.* d) Hinc incip. pag. secunda folii CXIII. codicis. In Cod. Iust. om. *ital. sive stip.* e) Cod. Iust. *praemissis* (om. *et — impleta*). *Quod ius* (om. *propter att. fidei*) *per eum.* f) Cod. Iust. *placuit, ut per eum infanti acquiratur* et des. rell. g) Leg. *Pluetoriae.* Cf. Zimmern l. c. T. I, p. 432, not. 3, 4 et Hugo l. c. p. 394 (XI. ed.). h) Go. in Chron. h. a. p. XII. h. c. ad ann. sq. refert, eandemque coniungit cum c. 1 C. Th. ad Leg. Iul. de vi (IX, 10), sed Cod. Iust. consentit cum C. Th. Eodem l. Go. perstringit Morinum in historia Constant. p. 361 hanc c. Licinio tribuentem. i) His consulibus Vettium Rufinum Pf. U. adhuc fuisse, huic Ovinium Gallicanum successisse et anno demum 318 Iulium Cassium vice Bassi Pf. U. cognovisse, Go. in Chron. p. XII. dicit: vult igitur in annot. h. c. scribi *PPV.*, id est *pro praefecto urbi*, impr. Be., qui a Corsinio hunc Cassium inter Pff. U. recenseri affirmat. k) Buchh. l. c. p. 200, 226 legem ante decem certe annos a Constantino Chloro latam significari putat; W. legem, quae Vat. fr. §. 249 contineatur. Wenckii sententiam Buchh. oppugnat propter v. *dudum*, quo imperator hic utitur. Probabilius est illud, quod W. imperatorem de lege aliqua deperdita loqui existimat, cuius mentio fiat in c. 1 C. Th. de Sponsalibus (III, 5). Cf. Hauboldi Opp. Tom. I. praef. p. LIII. et Francke, Civilistische Abh. p. 42, not. 24 et praeterea Rudorff, diss. de Lege Cincia. Berol. 1825. 8. p. 44. l) Cod. Lugd. *possi.* m) Cod. Lugd. *confaectae*, sed del. *a* post *f.* Ibidem paullo post *prounciam*, sed rep. *i* supra *n.* *) Cui. 2, 2* err. *instumenta.* **) Go. in Chron. p. XII. cj. *Mart.* n) Codex *Rom̄.* Edd. *Romae.* Quia Constantinus hoc tempore in Galliis constitit, Go. in Chron. l. c. ann.: „Vel *data*, pro reddita aut proposita accipiendum: vel loco *Rom.* rescribam *Rem.* id est Remis.“ o) Be. ex Go. ann.: „Quum notitia Pff. U. Bassum ad Kal. tantum Sept. Pf. urb. functum testetur, haec lex Non. Oct. data sit, alterutro loco mendum haerere oportet.“ Sed vid. c. 1 C. Th. de Tutor. (III, 17), not. *y.* p) Buchh. l. c. p. 200, Hollw. l. c. p. 72, not. 9 hanc legem significari putant in Vat. fr. §. 249, vv.: *nuper exceptis personis dicta lex est*, sed tamen cum subscr. in §. 249 a Maio restituta aperte falsa sit et potius reponendi consules anni 316 (vid. c. 1 h. t.), vv. illa pertineant necesse est ad legem aliquam incognitam. q) Haec D. Pii instituta non habentur in fontibus. Vid. Wenck. Opp. p. 189, not. *. Cf. Vat. fr. §. 314 et Hasse, Rhein. Museum f. Iurispr. I, 220. *) Hinc incipit fol. CXIV. codicis. **) Aur. Lugd. om. *voluntatis.* r) Go. em. *at.* Marcilius ad tit. Inst. de Donat. p. 224 cj. *et collatis inter ceteras — firmitatem sicut mancipationis* etc., quae quid sibi velint, nescire se Go. confitetur. Racconerus (sic Go.; Ri. *Racconetus*) legebat *inter exceptas Cincia lege personas.* Ceterum Marcilii verba ab antiqua manu adscripta sunt in m. edi-

ad lites volumus pertinere, quocunque tempore iussionis nostrae inveniuntur esse suspensae, et quae post futurae sunt, ne transacta negotia refricentur. *Dat.*[rr] *Non. Oct. Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

5. *Idem A. ad Severum Comitem Hispaniarum.* Data iam pridem lege statuimus[s], ut donationes interveniente actorum testificatione conficiantur *). Quod vel maxime inter necessarias coniunctissimasque[t] personas convenit custodiri, si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi potest, vel id, quod vere gestum est, aboleri. Cum igitur ne[u] liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat, id, quod necessario super donationibus apud acta conficiendis iam pridem statuimus, universos teneat[v], salvo tamen iuris privilegio, quod liberis et parentibus suffragatur, scilicet ne traditionis vel mancipationis[x] solennitas sit necessaria. *Dat. IV.*[y] *Non. Maii Constantinopoli* *), *Dalmatio et Zenophilo*[z] *Coss.* (333.)

6.[a] *Impp. Constantius et Constans AA. ad Celsinum*[b]. A venerabili parente nostro statutum est *), irritas donationes esse, quae actorum indicia non haberent, nec segnius etiam lenitudinis nostrae cura succedit. *Dat. IX. Kal. Ian. Marcellino et Probino* **) *Coss.* (341.)

7. *Iidem AA.*[c] *ad Orfitum Pf. U.* Cum genitoris *) mei scitis[d] evidenter expressum sit, nullam donationem inter extraneos firmam esse, si ei traditionis videatur deesse solennitas, et idem huius modi necessitatem liberis tantum ac parentibus relaxavit *), in omnibus deinceps observari negotiis oportebit, ut donatio inter extraneos minus firma iudicetur, si iure mancipatio et traditio non fuerit impleta. *Dat. VIII. Kal. Maii Arbetione*[e] *et Lolliano Coss.* (355.)

8. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano Pf. P.* Donationes debere sortiri perpetuam firmitatem, quas corporalis traditio fuerit subsecuta, sancimus, ne[f] ususfructus exceptio pro traditione possit intelligi. Qui enim post liberalitatem re donata perfrui concupiscit, hoc sibi, quo voluerit modo, consignata videlicet possessione, debet praecipuum custodire, ne imperfecta vacillet donatio. §. 1. Gestorum quoque confectionem sive ante traditionem sive post traditionem fieri oportebit, ut instrumentum, quo continetur munificentia, apud acta publicetur, in hac quidem urbe apud magistrum census, in provinciis vero apud provinciarum rectores vel, si praesto non fuerint, apud magistratus[g] municipales, vel si civitas ea vel oppidum, in quo donatio celebratur[h], non habeat magistratus, apud defensorem plebis, in qualibet civitate fuerit repertus: curatores enim civitatum ab huiuscemodi negotio temperare debebunt, ne tanta res eorum concidat vilitate. Sed iam allegatas apud curatores donationes et gesta confecta valere necesse est; in posterum omnibus, quae statuta sunt, observandis, quoniam, si quid fuerit praetermissum, nullius momenti videbitur esse donatio §. 2. Gesta autem confici super rebus etiam alibi collocatis ubicunque sufficiet[i], ita ut traditio corporalis in locis, ubi res donata consistit, omni modo celebretur. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, DD. NN. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.*[k] (415.)

9. *Iidem AA.*[l] *Monaxio*[m] *Pf. P.* Legis[n] a nobis paullo ante latae cetera quidem cautio necessaria nobis admodum visa est, sublata vero in[o] donationibus species[p] traditionis, quam olim retentio[q] ususfructus induxerat[r],

— c. 5. Cod. Iust. VIII, 54, 27 om. fin. Bas. XLVII, 1, 60. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Fide testium (XI, 39). Significatur in c. 6 h. t. — c. 8. Cod. Iust. VIII, 54, 27, ult. sent. rec. (vid. c. 5 h. t., not. *v*) Bas. XLVII, 1, 60. L. R. B. tit. XXII. Ed. Th. cap. LII. et LIII. L. Burg. tit. LX. Marculf. II, 37 et 38. Abrogavit h. c. Theodosius ipse biennio post lege sq. h. t. — c. 9. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 9. Br. Al. eiusque codd. Aeg. L. R. U. Sich. Til. *c.* 2. L. R. B. tit. XXII. Cod. Iust. VIII, 54, 28 om. princ. Bas. XLVII, 1, 61. Integra cum interpr. exstat in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 44; subscr. et textus in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 43; sola interpr. in cod. 15.

tionis Cui 2*, qua utor. rr) Aut hic scrib. *PP. prid. Non.* pro *Dat. Non.* aut in c. 3 C. Th. ad L. Iul. de Vi publ. cit. *Dat. Non.* Vid. c. 3 cit., not. *r.* s) Go. *Legem*, err. typ. Go. dubitat, utrum intelligenda sit c. 1 an c. 3 h. t., etsi potius hanc intelligi opinatur. Equidem puto c. 1 significari, ad quam, cum prior sit, imperator ipse provocat in c. 3 h. t. *) Cf. Dirksen l. c. p. 483. t) Cod. Iust. *coniunctasque.* u) Cod. Iust. *nec.* v) Seqq. des. in Cod. Iust., pro quibus extrema c. 8 h. t. pars eo translata est: *gesta autem confici super rebus etiam alibi collatis, ubicunque sufficit.* x) Cui. 1 Cui. 2, 2* *mancipantionis.* y) Cod. Iust. *III.*, impr. Ri. *) In Cod. Iust. om. *Constantinop.* z) Codex, Cui. 1. Ri*. *Zenofilo.* a) Hinc incipit pagina secunda folii CXIV. codicis Lugd. Aur. Lugd. *Imp.* b) Dignitas deest in codice et in edd.; Go. Be. suppl. *Pf. U.* *) Go. conf. iubet c. 1, 3, 5 h. t. et c. 1 C. Th. de Sponsal. (III, 5). Mox cod. *signius.* **) Scrib. *Probiano.* Vid. supra V, 14, 2, not. *l.* c) Go. Be. soli Constantio hanc legem tribuunt, haud scio an non recte propter vv. legis: *Cum genitoris mei.* Ceterum vid. c. 5 C. Th. de Off. pr. pr. (I, 5), not. *h.* *) Codex, Cui. 1. Cui. 2, 2* *genetoris.* d) Sec. Go. c. 1, 2, 4, 5 h. t. *) Sec. Go. c. 4 h. t. e) Codex, Cui. 1 — Ri*. *Arbitione*, ex Itacismo. f) Go. cj. *nec.* g) Codex, Cui. 1 *magistratos*, sed em. in cod. Supra codex *voluirit* — *vaccillet.* h) Fol. CXV. codicis Lugd. i) Vid. supra not. *v.* k) Aur. Lugd. *Cons.* l) Codd. Br. Al. Sich. Til. Cod. Iust. *Impp. Honorius et Theodosius AA.* m) 8—10, 17, 19, 20, 32, 39 *Maximo* s. *ad Maximum* et nonn. codd. *pfū* et *pū* pro *ppō*. Sed vid. c. 2 C. Th. Ne comitibus et trib. (VII, 11), c. 2 C. Th. de Venat. fer. (XV, 11), c. 4 C. Th. Ne christ. manc. (XVI, 9). 33 *Simaco.* 28, 34, 36, 40 om. *Monaxio Pf. P.* n) 6, 7, 20, 21, Sich. Til. *Leges*, male. De c. 8 h. t. sermo est. o) 8 om. *in.* p) In 10, 18 add. *quo.* q) 6, 7, 13, 14, 16, 17, Til. *retentatio.* Aur. Lugd. *retentio*, err. r) 19, 20 *indulserat.* s) 10, 18 *desiderastis enim cum.* 20 *des. est ergo cum.* t) 8,

non sine magna ratione desiderata est, cum[s] observationem[t] iuris contrahere potius quam propagare debeamus[u]. Ideoque ius pristinum renovamus, ut*), quisquis rem aliquam donando vel in dotem dando[v] usumfructum eius retinuerit, etiamsi*) stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec**) quid amplius requiratur, quo magis videatur facta[x] traditio, sed omni modo idem sit in his caussis usumfructum retinere, quod[y] tradere. *Dat. prid.*[z] *Id. Mart.*[a] *Constantinopoli*[b], *D. N. Honorio A. XI.*[c] *et Constantio*[d] *V. C. II.*[e] Coss. (417.)

Interpretatio. *Quicunque de rebus propriis servato usufructu*[f] *cuilibet aliquid quacunque donatione contulerit, vel in dotem dederit, et sibi*[g] *usumfructum reservet, rem tradidisse cognoscitur; quia reservatio*[h] *ususfructus, etiam si stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habetur*[i].

TIT. XIII. [k]DE REVOCANDIS DONATIONIBUS.

1. *Impp. Constantius et Constans AA. ad Philippum Pf. P.* Liceat matribus, si impios filios probare se posse confidunt, publice adire iudicia. Matrem autem ingenuam, liberam *), libertam, libertinam, cui scilicet civitatis Romanae iura quaesita sunt, ita ut queri[l] antiquo iure poterant, accipi audirique decernimus; itemque filios filias, ingenuos ingenuas[m], libertos libertas, libertinos libertinas, cives pari conditione Romanos[n]. Secludimus mulierem, quae in secundi matrimonii foedus innupserit, et unius tantum matrimonii mulieribus revocandarum donationum pro dimidia parte decernimus facultatem. Hic autem, qui a matre impietatis arguitur, quicquid ex eo, quod titulo donationis tenet, eo die, quo controversiae qualecunque principium iussu iudicantis datur, habere reperitur, huius dimidium victo[o] eripiatur. Ceterum quae ante, adhuc matre pacifica, iure perfecta sunt, et ante inchoatum coeptumque iurgium vendita, donata *), mutata[p], in dotem data ceterisque caussis legitime alienata, minime revocamus. §. 1. Actionem vero matris ita personalem esse volumus, ut vindicationis tantum habeat effectum, nec in heredem detur, nec tribuatur heredi. Quare de ceteris[q] vel alterius status vel portentosae[r] vilitatis abiectaeque pudicitiae *) satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse, cum etiam illis, quae iure, secundas tamen[s], contraxerunt nuptias, nihil ex his privilegiis tributum esse velimus?[t] *Dat. XII. Kal. Oct. Limenio et Catulino*[u] Coss. (349.)

2. *Iidem AA.*[v] *ad Philippum Pf. P.* Avi[x] nostri

Tit. XIII. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XIII.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—47, 49, Sich. Til. Aeg. L. R. U. *Tit. VI.*; sed ap. Til. in ind. titul. est *Tit. VII.* Similiter Sich. in ind. titul. Vid. supra tit. I. h. libri, not. *b.* Cod. Greg. XIII, 4. Cod. Iust. VIII, 56. — c. 1. Cod. Iust. VIII, 56, 7 mut. et om. pr. Bas. XLVII, 2, 7. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Dotibus (III, 13) et cum c. 2 h. t. Derogatur simul et confirmatur h. c. in c. 4 h. t. — c. 2. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 2. Br. Al. eiusque codd. Sich. Til. *c.* 1. L. R. B. tit. I. Interpret. est in Capit. (Ben. Lev.) VII, 330. Coniungenda est h. c. cum c. 1 C. Th. de Dotibus (III, 13) et cum c. 1 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 47, 49; inscr. et textus des. in codd. 24, 30, 31, 35, 44; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 43; sola interpretatio deest in cod. 15. In cod. 28 subscr. translata est in c. 3 h. t. et huc subscr. c. 3 cit. Similiter in codd. 36, 40 interpretationes c. 2 et 3 inter se commutatae sunt.

---

20 *observatione.* u) 12 *debebimus.* Apud Go. in comm. vir doctus, nescio quis, em.: *Cum observ. i. potius quam contrahere, propagare deb.*, impr. Go., quem vid. *) Hinc inc. c. 28 Cod. Iust. cit. 20 *revocamus*, sed supr. lin. *renovamus.* v) Cod. Lugd. *usufructum.* In Cod. Iust. add. *vel vendendo.* Cf. Meyerfeld, die Lehre von den Schenkungen. Marburg 1835. 8 T. I, p. 98 sq. et not. *a.* *) Cod. 21 *etiam.* **) Omnes codd. et edd. ante Be. *ne.* Be. rest. *nec* ex Cod. Iust. x) 15 *facta videatur.* Mox 20 *id est* pro *idem*, impr. Ri. y) 19, 20 *quam.* 21 *quo traditae.* z) Multi codd. et Cod. Iust. *II.* pro *prid.*, quod idem est. 31 *Dat. III. K̄ M. K̄* add. etiam in codd. 33, 34, 39. Ceterum in nonn. codd. om. *D. N.* aut *A.* aut *XI.* aut *V. C.* aut *V. C. II.* aut *II.*; in aliis *D. N.* — *Const.* aut *Const. D. N.* et ita etiam Cod. Iust. Ap. Sich. om. *D. N.* et *V. C.* et in Cod. Iust. *V.* a) Sich. in m. *Maii* et ita habent 36, 40. b) 10, 18 add. *Daciano.* c) 24, 32 *X*; 31, 33, 34 *V.* 35 *XV.* d) Nonn. codd. *Constantino.* 36 *Const. III.* e) 16, Til. *II. VC. Coss.* 27 *v̄c̄. ā. coss.* 31 *Constantio ā Coss.* f) 20 *proximis.* Vv. *servato usufructu* om. in cod. 40 et ap. Sich. Cui. 1 — Lugd. g) 21 *et si sibi.* h) 40, Sich. *reservationes.* 20 *reservato usufructu.* 7 *usufructu* et mox *insecuta* pro *inserta.* i) Ita corr. permultorum codd. auctor. pro *habeatur*, quod in edd. est.

k) Hinc inc. pag. secunda folii CXV. Cod. Iust. in inscr. c. 4 *Constantinus et Constantius*, impr. Spangenb. *) Go.: „Videtur hic superesse vox *liberam* nam et cum de filiis mox agitur, abest.“ l) Codex *quaeri* et paullo infra *liberos* — *unus*, em. autem a libr. *libertos* et *unius.* m) Ri. *ingenas*, err. typ. n) Go. *Romanas*, simili err. o) Hoc v. primum rest. Go. ex cod.; apud Ri. — Be. uncis incl. est, sed nihil aptius hoc verbo et hoc quidem loco. Ceterum cod. Lugd. *eripatur.* *) Cod. Lugd. *donanata.* p) In Cod. Iust. prior pars legis ita mutata est: *His solis matribus, quae non in secundi matrimonii foedus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, revocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quicquid igitur is, qui a m. imp. arguitur, ex tit. don.* — *datur, matri cogatur reddere. Ceterum ea, quae adhuc* (om. *ante*) — *permutata.* In codice inter vv. *secludimus mulierem*, deinde *fucultatem hic*, porro *revocamus actionem* et *heredi quare* positum est siglum ·]. q) Cod. Iust. *De ceteris autem quae port.* et des. vv. *vel* — *vel.* r) Ita Be. iub. Go. ed. ex Cod. Iust. Cod. Lugd. et rell. edd. *portentuosae.* *) In Cod. Iust. add. *sunt.* Mox Cui. 2, 2* *trribuendum.* s) Hinc inc. fol. CXVI. codicis. Cod. Iust. *tantum*, impr. Go. t) Ita Be. ex Cod. Iust., ut voluerat Go. Codex Lugd. et rell. edd. *vellemus.* u) Cod. Lugd. et edd. *Catullino.* Vid. supra c. 1 de Iurisd. (II, 1), not. *o.* Paullo ante cod. Lugd. *Liminio.* v) Sich. Til. et plerique Br. Al. codd. *Impp. Constantius*

pro patribus firma lege sanxerunt[y], ut, si quid patres in liberos munificentiae titulo contulissent, si eos impios in iudicio declarassent, omne id esset[z] revocandum, ne[a] pietatis praemium apud scelestos[b] et flagitiosos animos permaneret[c]. *Dat. XII.*[d] *Kal. Oct. Limenio*[e] *et Catulino Coss.* (349.)

Interpretatio. *Donatio in emancipatum filium*[f] *a patre facta, si laesum pater se esse*[g] *probaverit, revocatur*[h]. *Hic de iure requirendum de revocandis donationibus.*

3. *Iidem AA.*[i] *ad Orfitum Pf. U.*[k] Si unquam[l] libertis patronus[m] filios non habens bona omnia[n] vel partem aliquam facultatum[o] fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos, totum, quicquid largitus fuerit[p], revertatur[q] in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione[r] mansurum. *Dat. V.*[s] *Kal. April.*[t] *Arbetione et Lolliano*[u] *Coss.* (355.)

Interpretatio. *Si quis filios non habens bona sua vel partem bonorum libertis donaverit, et is*[v], *qui donaverat*[x], *filios postea habuerit, donationes in libertis*) factae**) ad integrum vacuantur*[y].

4. *Iidem*[z] *AA. ad Orfitum Pf. U.* Si quis forsitan filiorum maternam munificentiam consecutus in matrem[a] impius detegitur[b], non iam dimidiam portionem, ut ante fuerat iussum*), rei donatae, sed omnem substantiam proprietatis amittat. Matres vero, quae in secundas convenerint[c] nuptias, reposcere vetamus a filiis, quae earum perceperint[d] largitate. Quin etiam identidem commonemus, alia omnia iuxta prioris[dd] legis tenorem debere servari. *Dat. IX.*) Kal. Iul. Sirmio**), Datiano et Cereale Coss.* (358.)

Interpretatio. *Si quis filius donatione matris aliquid fuerit*[e] *consecutus et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis caussis, donationem mater,*

— c. 3. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 3. Br. Al. eiusque codd. Sich. Til. *c.* 2. Cod. Iust. VIII, 56, 8. Bas. XLVII, 2, 8. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 44; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 43; sola interpr. deest in cod. 15. In codd. 33, 34 interpr. pro ipsa lege habetur. De codd. 28, 36, 40 vid. c. 2, not. sup. In edd. Go. — Ri*. duplex invenitur h. c. interpr. Vid. infra not. *y*. — c. 4. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 4. Br. Al. eiusque codd. Sich. Til. *c.* 3. L. R. B. tit. I. Interpr. transiit in Capit. (Ben. Lev.) VII, 329, ubi vero ad patrem refertur. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37, 45—47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 35; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15 et ap. Go.

et Constans, sed nonn. codd., ut 8, 9, 15, 16, 20, 25, 38 *Constantinus et*, impr. Ri. et alii, ut 10, 18, 26 *et Constantius*. 20 *pfū*, impr. Ri. Ceterum codd. *Filippum*, *fylippum* aut *filippo*. x) 13 *Hoc*. 20 *Avii*. y) 8—10, 14, 17, 18, Go. — Ri*. *sancxerant*. 25 *sancirunt*. Non exstat sec. Go. h. lex. z) Be. ex Sich. Til. rep. *esset*, et ita est in cod. Lugd. et in codd. 9, 14, 21. Rell. *esse*, perperam, nisi ante deletur v. *ut*. a) 20 *nec*. b) Antiqua manus in cod. 7 et codd. 13, 17, 19, 20 *sceleratos*; utrumque recte. c) 25 *permaneat*. d) 39 *XI*. e) Fere omnes codd. Sich. Til. *Liminio*. Mox codd. *Catullino*, ut cod. Lugd. et Cui. 1 — Be., *Catolino*, *Catelino*. Vid. not. *u* antec. 40 *Calcolino*. f) Multi codd. Sich. *in emancipato filio*. g) 21, Sich. *laesus pater sese prob.*, sed rep. in m. Sich. *esse* pro v. *sese*. 20 *laesum se pater*. h) Nonn. codd. *revocetur*. 6, 7 *hinc*. Seqq. des. in codd. 20, 25, 39, 42, 45. i) Be. auct. Go. et hic et in sq. c. inscr. esse putat *Imp. Constantius A.*, recte. Vid. c. 5 C. Th. de Off. pr. praet. (I, 5), not. *h*. Sed in eo differt Go. a Be., quod ille in c. sq. rescr. esse existimat *Impp. Constantius et Iulianus C.* Cod. Iust. *Iidem AA.* (vid. c. 1 h. t., not. *k*), recte impr. Go. k) Cod Iust. *Orphitum P. P.*, impr. Go. 10, 18 *Orphitum*. 15 *Orfito*. 19 *Orfidum*. 25 *Rufinum*. 29, 42 *Orfetum*. 33 *Orfitium*. Multi codd. *ppo*. l) 19, 20 *quisquam*. m) 20 *paternos*. Cod. Lugd. *filius*. n) 15 *Si patr. f. n. habens libertis bona omnia* et om. *unquam*. o) 6, 7, 10, 12, 14, 16—18 *facultatis*. p) 21, Cod. Iust. *fuerat*. q) Ita cod. Lugd. et convenienter cum eo codd. 9, 15, 19 (qui codd. saepe cum vero C. Th. concinunt), 20, 21, edd. et Cod. Iust.; rell. *revocatur* aut *revocetur*, sine dubio glossema ex titulo desumptum, nam in cod. 9 hoc v. annotatur supra v. *revertatur*. Aliud autem est *revocari*, aliud *reverti*. Hoc ex mente imperatoris reapse fit, si liberi post donationem suscipiuntur, illud expressa demum donantis declaratione. r) 6—8, 16 *hac dictione*. 25 *arb. condicione*. 6, 7 *arbitro*. s) 19, Sich. in m. *VI*. 29 *IX*. Ri*. om. *Kal*. t) Go. add. vult *Mediolani*. u) 6, 7, 10, 12—14, 16, 18 *arbutione* (6 sec. Ri. *arbatione*) *et Iuliano*. Rell. codd. fere omnes (inter eos Lugd.), edd. ante Be. et Cod. Iust. *Arbitione*. Nonn. codd. *Loliano*, *Lollione*, *Lulliano*. v) 6, 7, 20 et nonn. alii codd. *si is*. Sich. Cui. 1 — Lugd. *et si is*. x) Sich. Cui. 1 — Lugd. *donavit*. *) Go. recte em. *in libertos* sive *libertis*, om. praepositione. **) Ita 20, 42 ex corr., alii codd. Edd. male *factas*, impr. Go. y) 20 *in integro* (sed supr. lin. rest. *ad integrum*) *evacuantur* (ita etiam 6, 7). Nonn. codd. *vacuatur*. Sequitur hoc loco in edd. Go. Ri. Ri*. alia etiam interpr.: *Alia. Si patronus filios non habens, et aliquid liberis* (leg. *libertis*) *dederit et postea susceperit liberos, quicquid largitus fuerit revertatur in eiusdem donationis* (leg. *donatoris*) *arbitrium*. Est autem haec interpr. ex epit. Aeg. desumpta. z) Vid. c. 3 h. t., not. *i*. Etiam hic varie scribitur nomen *Orfiti*. Vid. not. *k* antec. Ceterum Aur. Lugd. om. *ad*. a) 20 *fortasse f. materna munificentia c. et matri*. 19 *et matri*. 25 *matris*. b) Reposui *detegitur* ex codd. Lugd. 6, 7, 10, 12—20, 25, Cui. 1 — Ri*.; Be. ex Til., ut ait *detegatur*, sed ap. Til. est *detegetur*, ut in codd. 8, 9, 21 et Sich. Mox nonn. codd. *non tam d. portione*. *) Vid. c. 1 h. t. Go. *iustum*, err. c) 6—8, 10, 12—14, 16—18 *venerint*. 15 *nuptias convenerint*. d) 8 om. *perceperint*. Mox nonn. codd. *largitatem*, *iditidem*. 20 *idem conmoneamus*, *eaque omnia*, sed *alia* est supra lin. dd) Est dicta c. 1 h. t. *) 20, 21, 30, 31, 33—36, 38—40, Go. in Chron. *VIII*. 24 *XIX*. **) Multi codd. *Sermio*. Sich. Til. *Syrmio*. Be. *Sirmii*. 20, 24 *Donatiano*, impr. Ri. e) Ita

si voluerit, in integrum revocabit. Quod si mater[f] *haec, quae filio* *) *donavit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcunque occasionem veniendi nullam habeat potestatem, servatis*[g] *de reliquo legibus, quae sub titulo De secundis nuptiis continentur*[h].

5. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Victorio Proconsuli Asiae.* Maritus donationes, quas instabiles esse testatur, formata legibus[i] repetat actione. *Dat. V.* *) *Kal. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

6. *Impp. Theodosius et Valentinianus*[k] *AA. ad Senatum.*[l] *Post alia:* Donationem circa filium filiamve[m], nepotem neptemve, pronepotem proneptemve *) emancipationis tempore celebratam[n] pater seu avus vel proavus[o] revocare *) non poterit[p], nisi edoctis[q] manifestissimis caussis, quibus eam personam, in quam[r] collata donatio est[s], contra ipsam venire pietatem, et ex[t] caussis, quae legibus continentur, fuisse constabit ingratam[u] Quas tamen caussas in cognitione discuti oportebit, et nostro[v] admitti iudicio, cum hoc inter partes competenti visum fuerit cognitori[x]. Alias iubemus non audiri parentis[y] querelas etc. *) *Dat. VIII.*[z] *Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

Interpretatio. *Si quis filio filiae, nepoti ex filio*[a], *vel pronepoti ex nepote*[b] *emancipationis*[c] *tempore aliquid donaverit, id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum caussis*[d] *revocare non poterit.*

TIT. XIV. DE INGRATIS LIBERIS *).

1. *Imppp.* **) *Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Praetextatum Pf. U.*[e] Filios[f] contumaces, qui patres[g] vel acerbitate[h] convicii vel cuiuscunque atrocis iniuriae dolore pulsassent[i], leges[k], emancipatione[l] re-

— c. 5 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Cognit. (II, 12) et sec. Go. cum c. 50 C. Th. de Appell. (XI, 30). — c. 6. C. Th., cod. Lugd. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 6. Br. Al. eiusque codd. Sich. Til. *c.* 4. Cod. Iust. VIII, 56, 9 om. f. Bas. XLVII, 2, 9. L. R. B. tit. I. Interpr. transiit in Capit. (Ben. Lev.) VII, 330. Coniungenda est haec c. cum c. 3 C. Th. de Respons. prud. (I, 4), c. un. C. Th. de Cret. vel b. p. (IV, 1), c. 8 C. Th. de Legit. hered. (V, 1), c. 9 et 10 C. Th. de Mat. bonis (VIII, 18), c. un. C. Th. de Bonis, quae filiis (VIII, 19), c. 3 Cod. Iust. de Legg. (I, 14), c. 7 Cod. Iust. de Prec. imp. off. (I, 19), c. 5 Cod. Iust. Si contra ius (I, 22), c. 18 Cod. Iust. de Iure delib. (VI, 30). Vid. c. 3 C. Th. de Resp. prud. cit., not. sup. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

Tit. XIV. C. Th., cod. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XIV.* Cui. 1. Aur. Lugd. *Tit. XIII.*, err.; est enim sec. seriem titt. *Tit. XIV.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46—49, Aeg. L. R. U. Sich. Til. *Tit. VII.*, sed ap. Til. in ind. titul. est *Tit. VIII.* Similiter Sich. in ind. titul. Vid. supra tit. I. h. libri, not. *b.* Cod. Iust. VIII, 50. — c. 1. C. Th., cod. Lugd. *c.* 1. Br. Al. eiusque codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.* Vid. infra not. *s.* Cod. Iust. VIII, 50, 1. Bas. XXXI, 3, 1. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46—49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44.

plerique codd.; edd. *fuerit aliquid.* Mox nonn. codd. *laesionum* et *revocavit.* f) 6, 7 add. *cum.* *) Nonn. codd. *filiis.* g) 6, 7 *servatur.* h) Go. interpretem erroris accusat, cum Constantius non respiciat leges tituli de secundis nuptiis, sed potius c. 1 h. t. i) Cod. Lugd. *ligib.* Sec. Go. *lege Iulia et Papia.* *) Vid. c. 4 C. Th. de Cogn. cit., not. *u.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* k) 10, 16 *Valentinus.* 15 *Val. et Theod.* l) Add. *urbis Romae.* Vid. c. 3 C. Th. de Resp. pr., c. 8 C. Th. de Legit. her., c. 9 C. Th. de Mat. bon. citt. Cum v. *Post* incipit pag. secunda folii CXVI. codicis Lugd., in ima pagina est numerus quatern. XLVII. In multis codd. om. *Post alia.* In codice Lugd. *post* bis scriptum est, sed emend. m) Multi codd. et hic et in sqq. *vel* pro *ve* et praeterea paullo infra *mancipationis.* Codex Lugd. *potem* pro *nepotem.* *) In nonnullis lib. mss. om. *proneptem*, in aliis *pronepotem.* 20 *proneptem et mancipationis.* 21 *filiamve, neptem, nepotem vel pronepotem emanc.* n) 6—8, 10, 12—14, 18, 20, Til. *deliberatam.* Sich. *celebrata*, impr. Ri. 21 *celebratus.* Cod. Iust. *celebratas.* o) In cod. 21 om. ut ap. Sich. *vel proavus.* 19 *sive avus.* Cod. Iust. *Donationes — neptemve vel pron. — emancipatos celebratas p. vel avus* etc. *) Go. *recuperare*, tacens unde sumptum sit. p) 6, 7, 12, 14, 16, 17 et Go. in not. *poterunt.* 15 *poterī.* 10, 18 *potuerint.* q) 6—8, 10, 12, 13, 17, 18 *doctis.* 14 *doctissima.* 16 *ductis.* 25 *edocti.* r) Multi codd. *in qua.* s) 10, 18 *donata cognatio est.* Ap. Go. err. om. *donatio.* t) In 8, 12 deest *ex.* u) Nonn. codd. *ingrata.* 15 om. *ingratam* et paullo post *in cognitione.* Seqq. des. in Cod. Iust. v) Sich. Til. *vestro.* 8, 20 *amitti.* x) 15 *partes competere.* 21, Sich. Til. *inter patres conpetentes visum fuerit* (21 *fuerit visum*) *cogn.* 10, 18 om. *cognitori.* Sich. *aliàs.* Til. Aur. Lugd. *aliàs*, (adverb.) y) 10, 18, 21 *parentes.* 20 *parentum.* *) Sich. et Cod. Iust. om. *etc.* z) Plerique codd. *VIII*, cod. Lugd. Epit. Mon. edd. *VII.* Cod. Iust. *V.*, impr. Go. 20 *VI.* In nonn. codd. et in Cod. Iust. om. *DD. NN.* aut alter numerus consulatus et sigl. *AA.* (Aur. Lugd. *A.*), in 21 et ap. Sich. *et.* Epit. Mon. *Theod. XI.* Vid. c. 3 C. Th. de Resp. prud. cit., not. sup. et *x.* In Cod. Iust. habetur consulatus anni 430, impr. Go. Ibidem *Ravennae.* a) 6 sec. Ri. *et filio.* In aliis codicibus om. *ex filio.* b) 20 *vel nepoti ex nepte* et infra *revocari.* 21 in m. *nepte.* c) Ita restitui ex optimis codd., veluti 6—8, 20, aliis; edd. *mancipationis.* d) Aur. Lugd. in m. *culpis* ex Aeg.

*) Sich. et Til. in ind. titul. *libertis.* **) Aur. Lugd. *Impp.* e) Nonn. codd. *ppo* et Cod. Iust. *P. P.*, impr. Go. f) In Cod. Iust. add. *et filias ceterosque liberos.* g) Nonn. codd. *patris.* 18 *partes.* Cod. Iust. *parentes.* h) Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *acervitate.* Ita etiam multi Br. Al. codd. more scribendi veterum. Nonn. codd. *acerbitatem.* i) 6, 7 *dolorē puls.* 19 *pulsarent.* 20 *pulsaverint*, impr. Ri. Cui. 1 — Lugd. *dolo repulsassent.* k) Multi codd., etiam cod. Lugd. Sich. Til. *legis*, impr. Ri. l) Cod. Lugd. et multi Br. Al.

scissa[m], damno libertatis immeritae[n] mulctare voluerunt. *Dat. V.*[o] *Kal. Sept. Ambianis* *), *Lupicino et Iovino*[p] *Coss.* (367.)

INTERPRETATIO. *Filii emancipati, si iniuriam patri gravem*[q], *quae probari possit* *), *intulerint et convicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione in familiam revocentur*[r].

— — — — — — —

— — — — — — —

TIT. XV.[s] DE IIS[t], QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM[u] GERENTIBUS DISTRACTA[v] SUNT VEL DONATA[x].

c. 1. — — — — — — — —

...... [y] Agrippina d.:[z] *τῷ τόπῳ ἐκείνῳ οὐκ ἐπαγάρχει.*[a] Constantinus A. d.: Sed iure continetur, ne quis in administratione constitutus aliquid compararet, unde quidem nihil interest, an in suo pago an in alieno comparavit, cum constet, contra ius eundem comparasse. Et adiecit: ignoratis, fiscale effici totum, quicquid administrantes comparaverint? Agrippina dixit: *τοῦ τόπου ἐκείνου πραιπόσιτος οὐκ ἦν. ἐγὼ ἠγόρασα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἴδε αἱ ὠναί.*[b] Constantinus *) A. d.: recipient a venditore Codia[c] et Agrippina competens pretium.

2. *Idem A.* *) *ad Veronicianum*[d] *Vicarium Asiae.*

Tit. XV. C. Th., cod. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XV.* Cui. 1. Aur. Lugd. *Tit. XIIII.*, est autem sec. ord. titt. *XV.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, 47, Aeg. L. R. U. Sich. Til. *Tit. VIII.*, sed ap. Til. in ind. titul. est *Tit. IX.* Similiter Sich. in ind. titul. Vid. supra tit. I. h. libri, not. *b.* Vid. infra not. *s.* Cf. Cod. Iust. I, 53 et Nov. Valent. tit. XXXII. de Confirmandis his, quae administrantibus (ed. Berol. p. 1340), qua huic tit. abrogatur. — c. 1. C. Th., cod. Lugd. *c.*? Cui. 1 — Ri*. sin. num. Be. *c.* 1. Vid. not. *s.* — c. 2. C. Th., cod. Lugd. *c.*? Vid. supr. rubric. h. t., not. *s.* Similiter Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. sin. num., sed sec. ser. const. est secunda const. Be. *c.* 2. Br. Al. eiusque codd. Sich. Til. *c. 1*, id est *un.* Coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Numer. (VIII, 1). Integra cum interpretis vv. est in codd. 6—10, 12—21, 27, 30—35, 37—39, 42—44; inscr. deest in cod. 24; inscr. et subscr. om. in codd. 46, 47; subscr. et interpr. in codd. 25, 26; sola subscr. om. in codd. 28, 36, 40; solus textus in cod. 29. In codd. 28, 36, 40 h. c. aliquantulum mutata est, et ut in codd. 32, 34, 39 textus pro interpr. habetur. Vid. infr. not. *q.*

---

codd. Cui. 1 — Lugd. *mancipatione*, impr. Ri. m) 6, 7, 8, 10, 12, 14, 18 *exscissa.* 20 *recissa.* Cod. Lugd. *dano*, sed ponitur *m* supra *n.* n) 12 *immerito.* 18 *merito.* 19 *multa revolvantur.* 20 *immerito* et sec. Ri. *multa revolvantur.* 21 *multa revoluerunt.* Cod. Iust. *multari.* o) Ita corr. auct. codd. 9, 19, 20, 24, 32, 34, 39, 43, 44 et suad. Go. et Ri. pro *XV.*, quod in edd. et in nonn. codd., etiam Lugd. est. Gratianus enim, qui in inscr. nominatur *Aug.*, ad hanc dignitatem provectus est demum IX. Kal. Sept. Vid. Go. not. *m* et comm. h. c. et in Chron. p. LXXIX. L. R. U. *XI.* Cod. Iust. *XII.* *) Cod. Iust. *Mediolani*, impr. Go. p) Consules in codd. male scripti sunt, plerumque autem *Lopicino* et ut Sich. Til. *Iuvino.* Nonn. codd. *Lupino*, *Lubiciano*, *Lubicio.* 20 *taciano* pro *Iovino*, impr. Ri. Alii *Iuviano.* Aur. Lugd. *Cons.* q) Ita permulti et optimi Br. Al. codices. Edd. *gravem patri.* *) Sich. *potest.* r) Nonn. codd. *revocantur.*

s) In cod. Lugd. cum vv. *Lupicino et Iovino Conss.* (vid. subscr. c. un. antec. tit.) desinit pag. aversa folii CXVI., in cuius m. infer. scriptus est numerus membranae quadruplicatae XLVII. Proximum folium CXVII. incipit in vv. *Agrippina D.* Lacunam igitur hic esse necesse est. Et iam Go. in MS. unum folium deesse indicavit. Quantum hac iactura perierit aut quid, certo dici non potest. Equidem in prima folii avulsi pagina unam constitutionem antecedentis tituli, etsi is in Cod. Iust. ex una tantum lege constat, fuisse puto, sed ita ut haec non expleverit totam paginam; quare factum fuisse videtur ut folium excideret; in aversa autem pagina librarium pinxisse rubricam initiumque c. 1 h. t. scripsisse. Hoc certum est, titulum non integrum esse. In Cui. 1 — Cui. 2* lacuna tribus asteriscis indicatur, et post interpretationem tituli de Ingratis liberis est spatium duorum triumve versuum. Sequitur deinde rubrica h. t. ex Br. Al. petita, rubricam alia lacuna circiter trium quattuorve versuum, quorum in loco tres asterisci positi sunt et infra hos pro inscript. c. 1 unus solus asteriscus. Ap. Go., quem Ri. imitatus est, in extremo commentario superioris tituli, praemissis quinque (Ri. Ri*. sex) asteriscis annotatur: „*Hic Folium integrum deest in MS. ubi et Rubrica Tituli sequentis continebatur; simul et legis, quae ibi primo loco occurrebat, inscriptio.*" Sequitur deinde inscriptio h. t. eiusque paratitlon. Pro inscr. autem c. 1 habentur vv. *Constantini M. constitutio* et post haec tres asterisci. Be. denique omni lacunae signo intra superiorem et hunc titulum omisso ad primam h. t. const. apposuit inscriptionem: *Imp. Constantinus A.* * Ceterum sec. Go. (II, 642) in comm. c. ult. h. t. hic titulus etiam in fine mutilus est. Vid. c. ult. cit., not. *x.* t) Fere omnes codd. Sich. Til. *De His* aut ut Sich. in ind. titul. *Hiis.* u) Ita plerique et optimi codd. non solum hic, sed in Nov. quoque Val. cit., Sich. et Til. in ind. titul. Rell. *Officium publicum.* In 15 om. *Vel — Gerentibus.* In aliis, ut 26, 29 om. *Gerentibus*, in aliis *Publicum.* v) 6, 7, 10, 14, 16, 18, alii codd. Til. Cui. 1 — Lugd. et in ind. titul. Cui. 1 — Ri*. *tradita*, sed Aur. Lugd. in m. *distracta.* x) *Vel Donata* om. in multis codd. et ap. Sich. Til. in ind. titul. y) Vid. supra not. *s.* Go. in not. et in comm., quem vide, inscriptionem sic restituit: *Pars Actorum habitorum in Consistorio apud Constantinum*: quae vv. Be. de fonte tantum legis accipit. z) Hoc est *dixit.* Codex Lugd. *D* transversa linea et hic et paullo infra. a) Ita Be. iub. Go. ex cod. Lugd.; Cui. 1 — Ri*. *ἐπάρχει.* b) Ita Val. in m. Cod. Lugd. Cui. 1 — Ri*. *εἴδεαιωναὶ.* Ceterum Val. in m. *ἤδέ* aut potius *ἴδὲ αἱ ὠνάι.* Hoc mavult Reinesius. Codex *αδελφο* s. *αδεαφο*; non recordor scripturam codicis, utrum habeat *λ* an *α.* Go. ad h. l. in comm. annotat: „in *fine* scilicet *legis* legendum, vel *ἠγόρασα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, οὐκ εἰδέων, ναὶ*, vel *οὐκ εἰδήμων, ναὶ* id est *ignarus omnino.* Pro quo Doctissimus Valesius, literis ad me datis restituebat *ἰδοὺ αἱ ὠναί. Ecce tabulas venditionis*: vel minore mutatione *ἴδε αἱ ὠναὶ*: certe *cum* attente inspicio MS. post primam vocis Syllabam, *ει*, duas litteras desiderari video: Quare rescribendum potius fuerit ita *εἰσὶ δὲ αἱ ὠναὶ*: Sed prior nostra forte emendatio magis complacitura est." *) Go. *Constantius.* c) Go. cj. *Clodia.* *) Codd. Br. Al. Sich. Til. *Imp. Constantinus A.* d) 15 *Feronicianum.* 16 *Verocinum.* 20, 35, 43 *Verocianum.* 25 *Verotiano.* 26 *Vericianum.* 21, Sich. Til. *Veranicianum.* Aur. Lugd. *Veronicinianum.* 27 *Nicianum.* Similiter 10,

Post alia: *) Damus provincialibus facultatem [e], ut, quicunque sibi a numerariis [f], qui diversis rectoribus [g] obsequuntur, conquesti *) fuerint aliquas venditiones [h] extortas, irritas [i] inanesque efficiant [k], et male vendita ad venditoris dominium revertantur, amissione etiam pretii [l] illicitis ac detestandis emptoribus puniendis. *Dat. XIV.* [m] *Kal. Iun.* [n] *Optato* [o] *et Paulino* [p] *Coss.* (334.)

HAEC LEX *expositione non indiget* [q].

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Iovinum* [r] *Pf. U.* Princeps, cornicularius [s], commentariensis, numerarius et ordinarii per singula officia possessionum atque aedium, nec non etiam mancipiorum comparationem sciant sibi esse praeclusam. Sive igitur in ipsis provinciis, in quibus memorata officia sustinere noscuntur, constiterit eos [t] esse progenitos, seu in aliis, omni modo a praedictis comparationibus per provincias, in quibus militant, temperare debebunt. §. 1. Solas tamen res [u] paternas memoratos mercari posse praecepimus [v], ita ut apud rectorem *) provinciae non minoribus pretiis, quam ratio aequitatis exposcit, venditio celebretur. *Dat. III. Id. April. Constantinopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Iidem AA. Senecae* **). *Post alia:* Vim illius legis [x] adspicito, eique pareto, qua proxime constitutum est, ut publicum munus agitantes nihil in suscepto mercarentur officio. *Dat. V. Kal. Iul. Valentiniano et Valente AA. Coss.* [y] (365.)

5. *Iidem AA. ad Probum Pf. P.* Omnis se [z] turpibus nundinis administrator abstineat. Idem sibi altior iudex, idem mediae dignitatis, idem quicunque, vel minimus, putet esse praescriptum. §. 1. Nemo in provincia, quam tuetur, donec in eadem commorabitur, aliquid comparandi sumat affectum; similiter administrantium socii atque participes (quaedam enim uniuscuiusque portio videtur assessor). Patronis [a] etiam fisci ab his contractibus iubemus inhiberi, et qui principatum officiorum gerunt, seu corniculum, quique commentariensium nomine exosa miseris claustra custodiunt; tabularios quoque provinciarum et urbium singularum pari conditione constringimus; identidem [b] numerarii praefecturae vel vicariae potestatis observent. Praeterea officiales atque municipes, qui exactiones quascunque susceperint; eos etiam, quibus vel discussionis indago vel negotium censuale mandatur; insuper principales, a quibus distributionum omnium forma procedit [c]; curatores etiam lex ista contineat. §. 2. Verum si qui ex his

---

— c. 3. C. Th., cod. Lugd. *c.*? Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. sin. num., sed sec. ser. est *c.* 3. Be. *c.* 3. Vid. supra not. *s.* H. c. commemoratur in Comm. Cuiacii ad c. 7 Cod. Iust. de Cohort. (XII, 58) l. c. p. 512. — c. 4 et 5. C. Th., cod. Lugd. *c.*? Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. sin. num., sed sec. ser. sunt *c.* 4 et 5. Be. *c.* 4 et 5. Vid. supr. rubr. tit., not. *s.* Go. c. 4 coniungendam esse putat cum c. 1 Cod. Iust. de Defensor. civ. (I, 55), etsi haec alio die (*XV. Kal. Ian.*) data est, ibique pro *Terici* em. *Treverici* aut *Cyzici.* Iam vero haec c. 1 est c. 2 C. Th. de Defens. civ. a clar. Vesmio inventa, qua edita demum de Go. cj. iudicari poterit.

---

18 *ad Vero Nicianum.* 28 *Id. ag. ad Iulianum Constantinum.* 36 *Imp. aug. ad Iulianum Constantinum.* 40 *Imp. Theod. ad Iulianum Constantinum.* Vid. infra not. *q.* Nonn. codd. *Virum clarum* pro *Vicar.* In cod. 20 supra *Vic.* annotatur *Tusciae.* *) In multis codd. deest *Post alia.* e) 20 *potestatem.* Mox nonn. codd. *quaecunque.* f) Sich. Til. *nummularīis*, impr. Ri. 21 om. *a.* g) 10, 18 *raptoribus.* *) Codices Br. Al. *cumquaesti*, sed 20 corr. supr. lin. 6, 7 *conquaesiti.* h) 32 *donationes.* Nonn. codices *vend. exortas.* i) 10, 18 *infitas.* 15 *irrita.* 20 *immeritas*, sed em. k) 15, 20, 25, 27, 31, 33—35, 37, 39, 43, 44, Sich. *efficiantur*, impr. Ri. 21 *efficient.* Mox in nonn. codd. om. *et — revertantur.* l) Nonn. codd. *praeiudicii* pro *pretii* et *et* pro *ac.* m) 9, 27, 42, L. R. U. ap. Canc. (sed cod. Pip. *XVIII.* et S. Gall. ut nos) *XIII.* 17 *XVII.* 30 *IIII.* 10 *Dat. titul. XIV.* n) 10, 20, 39 *ian.* o) Nonn. codd. *Obtata*, alii *Obtoto.* p) 21 *Aquilinio.* Sich. *Aquilino.* q) Haec vv. interpretis des. in Cui. 1 — Cui. 2*; Go. Ri. Ri*. *interpretatione non indiget*, sed in ed. Go. interpr. negligentia typographi in mediam notam *a* interiecta est. 21, Sich. *Lex ista.* Post interpretationem ap. Sich. apparet novae legis vestigium: *Imp. Theod. A. ad Iulianum Constantinum* * *Interpretatio. Quicunque sibi a nummulariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas, inanesque efficiantur, et male vendita ad venditoris dominium revertantur: amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emptoribus puniendis.* In m. ed. Sich. annotatur: *In Codice Argentoratensi deprehendimus alterius legis initium, cui annexa erat haec interpretatio, quae tamen a lege superiore ne quidem verbum mutet.* Iam si quaeritur, an incognita lex his vv. lateat, id negandum esse contendo. Fons enim innotuit. Argentoratensis codex est Bernensis (40), in quo haec ipsa Sichardi vv. cum inscriptione inveni; sed ita ut non alterius legis in rell. exemplis omissae indicium faciant, verum pro ea ipsa lege, quae in Br. Al. recepta est, scripta sint. Similiter res se habet in codd. 28, 36. Est igitur hic locus nihil aliud nisi corrupta ipsius legis interpretatio cum mendosa inscriptione (Constantini nomen transpositum est, ut docent codd. 28, 36; eius in locum librarius cod. 40, qui lacunam post *Imp.* animadvertit, substituit *Theod.*; *Iulianum* ortum est ex v. *Veronicianum*). Iam vero Sich., qui non accurate inspexisset cod. 40, inscriptionem pro legis deperditae argumento habuit. r) Sec. Go. Be. alias *Iovius* vocatur, et Go. quidem in Chron. h. a. em. *Iovium.* Be. ann.: „Ceterum haec fortasse prima est Pf. U. Const. inscripta lex, quippe quem Pancir. in Comm. ad notit. dign. utr. imper. c. 25. ad Valent. et Valentem usque Consularem Byzantii appellatum notat." s) Codex Lugd. *corniculurus*, sed pon. *i* supra *r.* Go. *cornicularis.* Ap. Cui. l. c. adsunt vv. *Princeps — officia.* t) Go. om. *eos.* u) In literis *men res* incipit pag. secunda folii CXVII. cod. Lugd. Paullo ante codex *temporare.* v) Cod. Lugd. *praecepimus*; edd. *praecipimus.* *) Ri. Ri*. mend. *Rectorum.* **) Go. supplet *defensori* ex c. 1 Cod. Iust. x) Go. dubitat, an haec lex sit c. 3 h. t. Ego non dubito, quin sermo sit de c. 3 h. t., licet ibi singuli tantum officiales numerentur. Sed fortasse illud, quod de reliquis publicum munus agentibus statutum erat, hac de caussa hic omissum est, quia de his agitur in c. 5, quae sequitur. y) Go. om. ann. Vid. not. sup. h. c. Go. in not. h. c. ad a. 368 referri vult. z) Codex *e*, sed ponitur *s* supra *e.* a) Cum Go. et Be. em. *patronos.* Codex *patronus.* b) Sec. Go. pro *idem*, *itidem.* Sine du-

medio muneris sui[d] tempore vel privatim aliquid emisse vel publice detegetur, in irritum gesta revocentur, comparatores autem contra interdicta non modo his, quae per semet ipsos vel per aliam fuerint empta personam, sive agri *sint*, *sive domus*, *sive* mancipia, seu quaecunque mobilia, sed etiam *ea pecuniae* taxatione, quam dederint, exuantur. Nec ullus inquirat, utrum civiliter rem actam constet, an turbide[e]. Nec obsit propria reposcenti vel venditio interiecta vel largitas vel mentio ulla legati; nam utcunque in alterum res fuerit[f] a comparatore translata, quam emi in officio non oportuit, liberum corporis persequendi praestamus arbitrium. §. 3. Adiungimus autem, ut, si domini corporum venditorum, postquam emptores coeperint*) esse privati, quinquennio integro in repetitione cessaverint, continuo sibi fiscus usurpet, quae contra hoc vetitum vendita docebuntur. *Dat. III. Non. Aug. Sirmio*[g], *Valentiniano et Valente AA. Coss.*[h] (365.)

6. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro*[i] *Pf. P.* Quicunque administranti provinciam provinciasve atque indifferentes*) sub quoquo apice potestatis quid donaverit, repetendi usque ad quintum annum proximum, ex quo idem privatus esse coeperit, habeat facultatem. §. 1. Atque hoc scito nostro non unam iudicis personam comprehendimus, sed latius, studio provisionis[k], excurrimus. Sive igitur ei sive eius uxori, filio filiaeve, nepoti nepti[l], et deinceps in infinitum, indiffidenter[m] emancipato an in sacris[n] agenti, matri patri, fratri sorori, socero*) socrui, et qui in consilio erit domesticove, coacta[o] quis, seu palam vi adhibita, seu clam et latenter imposita, prompserit largitate, eam non secus repetere queat intra quae praescripsimus[p] tempora, ac si de iure ipsius nullo vel inchoatae alienationis titulo recessisset; ita ut ad repetendam[q] possessionem ne denuntiatione quidem opus sit, sed sufficiat, apud iudicem, cuius ea de re notio erit, docuisse tempus, quo liberalitas sit parata[r]; quo patefacto non secus ad eundem possessio cum fructibus revertatur, ac si ex eius nunquam iure migrasset. §. 2. Donatoris autem heredibus similem relinquimus actionem, si donator eo tempore obierit, quo adhuc in potestate is degerit, cuius obtentu videtur expressa donatio. Sin autem donator superstes fuit, quam diu is abierit potestate, tum heredum exstinguimus actionem, maxime cum donator non stantem[s] ab initio donationem taciturnitatis suae videatur firmasse consensu. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

7. *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Numerarii nihil emant, nihil contrahant[t] etc. *Dat. XVIII. Kal. Oct. Constantinopoli, Antonio et Syagrio*[u] *Coss.* (382.)

8. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario Pf. P.* Omnes, quos olim legum forma complectitur, amplissimae etiam potestatis[v], nihil administrationis suae tempore aut emptionis aut donationis titulo consequantur. *Dat. III. Id. Iul. Constantinopoli, Caesario et Attico VV. CC. Coss.* (397.)[x]

— c. 6. C. Th., cod. Lugd. *c.?* Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. sine num., sed sec. ser. constt. est *c.* 6. Be. *c.* 6. Vid. rubricam tituli, not. *s.* Go. h. c. coniungendam esse dicit cum nonn. aliis legibus, eodem quidem die, sed ad diversos magistratus datis, de qua re vid. c. 6 C. Th. de Spons. (III, 5), not. sup. — c. 7 et 8. C. Th., cod. Lugd. *c.?* Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. sin. num., sed secundum seriem ser. constt. *c.* 7 et 8. Be. *c.* 7 et 8. Vid. rubricam tit., not. *s.* Est autem c. 7 coniungenda cum c. 13 C. Th. de Numerariis (VIII, 1).

bio err. bis scriptum erat *idem*, ex quo librarius Lugd. fecit *identidem*. c) Codex *praecedit*, sed ponitur *o* supra *ae*. d) Cum syllabis *neris sui* incipit fol. CXVIII. codicis. In seqq. nonn. verba cod. Lugd. humore tale damnum fecerunt, ut supersint sola vestigia literarum. Inter ea est etiam v. *interdicta*, post quod videntur novem literae in codice fuisse, quae tamen a me, cum chemicum medicamentum adhibere non liceret, clare legi non poterant. Sed tamen ego legi *interdicta .... ma .... | non modo*. e) Ita codex Lugd., Reincsius et Go. in notis. Edd. *turpide*. f) Codex *fuit*, sed em. *fuerit*. *) Cui. 2 — Ri*. *ceperint*. g) Ita codex et edd. ante Be., qui *Sirmii*. h) Ap. Go. — Ri*. om. annus. Transfert enim Go. h. c. in annum 368, qua de re vid. Go. in Chron. p. LXXV. LXXXIV., in Prosop. v. Probus et Relandum l. c. p. 414. *Data* Go. pro *reddita* habet. i) Go. em. *Eutropio* propter illas leges, quas cum h. c. coniungendas esse existimat. Sed vid. not. sup. h. c. *) Go. em. *indifferenter*, probabiliter. k) Cui. 1 *pronisionis*, err. l) Codex *nepti nepoti*. m) Go. em. *indifferenter*, recte. n) Hinc incipit pag. secunda folii CXVIII. codicis. *) Go. *socere*, err. o) Go. em. *coactam — largitatem*, aut *coactus — largitatem*. Illud nullo pacto concedit Ri., hoc si quis velit legere, non vituperat quidem: optimum tamen esse arbitratur nihil mutare, quia recte *coacta largitate promere* s. *depromere* dicatur is, qui invitus dederit. Nos neutram Go. coniecturam reprehendimus. Post *domesticove* non interpungitur in Cui. 1 — Cui. 2* et Be. p) Codex *perscribsimus*, sed ponitur *r* supra *p* et deletur *r* puncto supra addito; em. igitur *prescribsimus*. q) Mendose Go. *reperendam* r) Go. ann.: *peracta* vel *patrata*. s) Codex *statem* et paullo post *taciturnitates — Thessall'*. t) Go. scrib. vult *comparent*, sine caussa. u) Go. *Syagrlo*, err. typ. Ri*. *Cons.* v) Go. prop. *potestates*; ita enim intelligo annotationem eius: „Sustineri potest: nisi malis *potestatis*, pro *potestates*." Neque tamen aliquid mutandum est. x) In edd. Go. — Ri*. sequitur inscriptio: *Honorii Constitutio. Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Palladium Pf. P.* et lacuna duplici asteriscorum ordine significata. Go. enim, etsi in codice Lugd. nullum lacunae indicium est, tamen h. l. Cod. Theodosianum mutilum esse censet et supplendum per legem illam, quae in Nov. Valentin. de Confirmandis his, quae administrantibus etc. (Nov. Valent. XXXII., ed. Berol. p. 1340) his vv. commemoratur: *Impp. Honorius et Theod. AA. ad Palladium Pf. P. Quae plerique legibus constituta dissimulant, necesse est, praesenti iussione sanciri, ut, omni ambiguitate submota, instauratione solidiora reddantur. In administratione enim et in militia positis emendi licentiam denegatam, superflua nonnullorum dicitur esse persuasio, cum lex divi Honorii ad Palladium Pf. P. missa, in Theodosianum redacta corpus, hanc copiam talibus legatur dedisse personis.* Sed cum de integritate Cod. Theodosiani in cod. Lugd. servati propter ambiguam et incertam legis

TIT. XVI. DE INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS ET ORBITATIS [y].

1. *Imp. Constantinus* [z] *A. ad Populum.* Qui iure veteri coelibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur, atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulcirentur, sitque omnibus aequa conditio capessendi, quod [a] quisque mereatur. Nec vero quisquam orbus habeatur: proposita [b] huic nomini damna non noceant. §. 1. Quam rem et circa feminas aestimamus*), earumque cervicibus imposita [c] iuris imperia, velut quaedam iuga solvimus promiscue omnibus. §. 2.*) Verum huius beneficii maritis et uxoribus inter se usurpatio non patebit, quorum fallaces plerumque blanditiae vix etiam opposito iuris rigore**) cohibentur, sed maneat inter istas personas legum prisca auctoritas. *Dat. prid. Kal. Febr. Serdica* [d]. *PP. Kal. April. Romae, Constantino A. VI. et Constantio* [e] *C. Coss.* (320.)

TIT. XVII. DE IURE LIBERORUM.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Caesarium Pf. P.* Sancimus, ut sit in petendo iure liberorum sine definitione temporis licentia supplicandi, nec implorantum preces aetas vel tempus impediat, sed sola miseris [f] ad poscendum auxilium sufficiat desperatio liberorum. *Dat. VIII. Id. Maii Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA.* [g] *Coss.* (396.)

2. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Isidoro Pf. U.* In perpetuum hac lege decernimus [h], inter virum et uxorem rationem cessare ex lege Papia decimarum, et quamvis non interveniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis, nisi forte lex alia imminuerit [i] derelicta*). Tantum igitur post haec [k] maritus vel uxor sibi invicem derelinquant*), quantum superstes [l] amor exegerit. *Dat. prid. Non. Sept. Varane V. C. Cos.* [m] (410.)

3. *Iidem AA. Isidoro Pf. U.* Nemo post haec [n] a nobis ius liberorum petat, quod simul hac lege detulimus etc.*) *Dat. prid. Non. Sept. Varane V. C. Coss.* [o] (410.)

4. *Iidem AA. Ioanni* [p] *Pf. P. Post alia:* Quod impetratum ius communium liberorum superstite Catulino*), clarissimo viro, minus allegatum esse cognoscitur, nec succedenti**) obesse permittimus, nec ulli unquam in simili caussa statuimus nociturum etc. *Dat. XIII. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* [q] (412.)

Tit. XVI. Cod. Iust. VIII, 58. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Commiss. resc. (III, 2) et cum c. 3 C. Th. de Exact. (XI, 7). Vid. c. 1 cit., not. sup. Cod. Iust. VIII, 58, 1 om. fin. H. c. memoratur ab auctore Vitae Constantini lib. IV, cap. 26 et ap. Sozomenum Hist. eccl. I, 9. Baron. ad ann. 320, n. 6.

Tit. XVII. Cod. Iust. VIII, 59. Sec. Go. huc pertinet tit. C. Th. de His, qui num. liber. (XII, 17). — c. 2 coniungenda est cum c. 3 h. t. Respicitur haec lex in c. ult. C. Th. de Legit. her. (V, 1). Go. de hac re sibi non constat. Nam in c. ult. cit. hanc legem intelligi vult, c. 3 h. t. in notis dict. legis 3. Sed tamen utrumque defendi potest, si meminimus tempore, quo data est c. ult., constitutionem illam, cuius particulae tantum a C. Th. conditoribus receptae sunt, integram fuisse, itaque Theodosium totam legem in mente habuisse. Cod. Iust. VIII, 58, 2. — c. 3. Vid. c. 2 h. t., not. sup. Cod. Iust. VIII, 59, 1. Meminit h. c. Iustinianus Nov. 78, c. 5. Vid. etiam Iuliani Epit. Nov. const. 72, cap. 262 (ed. Pith. p. 95). — c. 4 sec. Go. coniungenda est cum c. 12 C. Th. de Div. rescr. (I, 2), c. 6 C. Th. de Inoff. test. (II, 19), c. 19 Cod. Iust. de Test. (VI, 23). Vid. infra not. *q*.

---

alicuius in posterioribus fontibus commemorationem, nisi validiora argumenta accedunt, non sit dubitandum: potius haec Honorii lex videtur exstitisse in tit. C. Th. de Contrah. empt. (III, 1), a Visigothis epitomato, cuius ultimam fuisse inde coniicio, quia c. 9 eiusd. tit. anno 415 data de simili re tractat, haec autem lex, qua prioribus legibus non omnino, sed in emptionibus tantum abrogatur, anno 416 data est, ut Go. demonstrat, qui eam cum c. 4 C. Th. ad Legem Iuliam de Ambitu (IX, 26) coassandam esse existimat. Repetit opinionem infra Go. ad c. 4 C. Th. ad Legem Iuliam de Ambitu (IX, 26), annot. *a*.

y) Cum rubrica h. t. incipit fol. CXIX. cod. Lugd. In Cod. Iust. add. *et de decimariis sublatis.* z) Cod. Iust. *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.*, improbb. Go. et Heineccio ad Leg. Iul. et Pap. Popp. II, 21 (Amstel. 1731. 4. p. 345); sed add. Heineccius: *nisi suspicari mecum malis, filios illud patris edictum iisdem paene verbis, ut solet fieri, firmasse.* a) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; rell. cum cod. Lugd. *quo*, male. b) Cod. Iust. *et prop.* *) Cod. Iust. *existimamus*, impr. Go. c) Aur. Lugd. *INpositi*, err. *) Seqq. des. in Cod. Iust. **) Go. in comm. *vigore.* d) Ita Go.; rell. *Serdicae.* Go. in Chron. p. XVIII.: Vel, *Sardicae.* e) Sec. Be. rep. *Constantino*, recte; vid. c. 1 C. Th. cit., not. *e*. Cod. Iust. *Dat. Kal. Apr. Romae, Constantio II. et Constante AA. Coss.*, et err. ap. Spangenb. add. 239.

f) Cum v. *miseris* incipit pag. secunda folii CXIX. cod. Lugd. g) Cui. 1 — Lugd. *AAA.* h) In Cod. Iust. om. *In — decernimus.* i) Ita Be. ex Cod. Iust., a quo non multum distat scriptura codicis Lugd., qui sec. Go. *ALIAMINVENERIT*, recte. Edd. ante Be. *aliam invenerit.* Go. em. *alia minuerit* et praeterea add.: „Lex autem alia, puta *Falcidia, Glicia.*“ *) Cod. Iust. add. *decernimus.* k) Cod. Iust. *posthac* et hic et in sq. c. *) Aur. Lugd. *derelinquat.* l) Cod. Iust. *superstitis*, impr. Go. m) Cod. Iust. *Dat. PP. — Varana* (om. *V. C.*) *Cons.* Cui. 2 — Go. Ri*. *Conss.* Vid. supra VI, 26, 15, not. *k*. n) Vid. not. *k* antec. *) Cod. Iust. *lege omnibus concedimus* et om. *etc.* o) Aur. Lugd. Go. — Ri*. *Conss.* Vid. not. *m* antec. p) Codex, Cui. 1 — Lugd. *Iohanni.* *) Codex et edd. *Catullino.* **) Codex *succedendi.* q) Scrib. *Dat. XVI. — Ravenna, post consulatum Hon. IX. — Coss.* (413.), ut iub. Go.; nam omnes illae in annot. sup. nominatae leges argumento inter se cohaerent. Vid. Go. in comm. h. c. et c. 12 cit., not. *h*. Be. ad c. 12 cit. prop. aut *Ioanni PPf.* in inscr., aut in subscr. *post cons.* Hoc rectius illo.

TIT. XVIII. DE MATERNIS[r] BONIS ET[s] MATERNI[t] GENERIS ET[u] CRETIONE SUBLATA.

1. *Imp. Constantinus A.*[v] *Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis*[x], *Senatui*[y] *salutem dicit*[z]. Placuit, salva reverentia et pietate sacris nominibus debita[a], ut[b] potestas quidem et ius[c] fruendi rebus[d] liberorum suorum in sacris constitutorum[e], in maternis duntaxat facultatibus, penes patres maneat, destituendorum autem liberorum[f] eis licentia derogetur[g]. §. 1. Cesset itaque in maternis duntaxat successionibus commentum[h] cretionis, et[i] res, quae ex matris successione fuerint ad filios devolutae, ita sint in parentum potestate atque dominio[k], ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur. Nam maternum patrimonium, quod filiis[l] in potestate constitutis obvenerit[m], cum patre mortuo sui iuris fuerint[n], praecipuum habere eos et sine cuiusquam consortio placuit. §. 2. *) Quod si pater suum filium[o] patremfamilias videre desiderans, eum emancipaverit, repraesentare ei[p] maternam debebit[q] substantiam, ita ut filius accepto munere libertatis, reique suae dominus[r] effectus, ne videatur ingratus, tertiam partem custoditae sibi[s] rei muneris caussa parenti offerat, aestimatione, si res dividi coeperint[t], bonorum virorum[u] arbitrio permittenda, quam tertiam alienare quoque pater, si hoc maluerit, habebit[v] liberam potestatem. §. 3. Ante emancipationem[x] autem parentes[y], penes quos maternarum[z] rerum utendi fruendique*) potestas est, omnem debent tuendae[a] rei diligentiam adhibere et, quod iure filiis debetur, in examine poscere, et sumptus ex[b] fructibus impigre facere[c], et litem inferentibus resistere, atque ita omnia[d] agere, tanquam solidum perfectumque dominium[e] et personam gerant[f] legitimam; ita[g] ut, si quando rem alienare[h] voluerint, emptor vel is, cui res donatur[i], observet, ne quam[k] partem earum rerum, quas alienari[l] prohibitum est, sciens accipiat vel ignorans. Docere enim pater debet, proprii iuris eam rem esse, quam[m] donat aut distrahit; et[n] emptori, si velit, sponsorem aut[o] fideiussorem lice-

---

Tit. XVIII. C. Th., cod. Lugd., Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XVIII.* Br. Al., codd. 5—10, 12—21, 24—40, 42—44, 46, Aeg. L. R. U. Sich. Til. *Tit. IX.*, sed ap. Til. in ind. tit. est *Tit. X.* Similiter Sich. in ind. tit. Vid. supra tit. I. h. lib., not. *b.* Cod. Iust. VI, 60. L. R. B. tit. XXII. Nov. Th. XIV. de Pat. s. mat. bon. (ed. Berol. p. 1246). In Cons. cap. VII. errore hic tit. addicitur libro IX. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Cod. Iust. VI, 60, 1 mut. Bas. XLV, 4, 1. Meminit h. c. Valentinianus in c. 9 h. t. et Iust. in c. 6, §. 3 C. de Bonis, quae lib. (VI, 61). Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 37; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

---

r) Cum rubr. h. t. incipit fol. CXX. cod. Lugd. Nonn. codd. ut 31—33, 39 *paternis.* Cod. Iust. *De b. m.* s) 6, 7, 8, 16, alii codd. Til. add. *de.* t) Nonn. codd. *paternis.* Multi codd. *aut maternis aut paternis*; in cod. 15 om. vv. *et mat. gen.* u) In nonn. codd. add. *De.* Sich. *excretione* pro *et cretione.* Ap. Til. om. *et,* sed in ind. rubr. ut Sich. Nonn. codd. male *creatione.* Cod. Iust. om. *et cret. subl.* 20 *sublato.* v) *A.* deest ap. Sich. et *Consulibus* etc. in nonn. codd., in aliis *Senatui s. d.* x) 14 om. *plebis.* In cod. Lugd. syllabae *ribus*, *Tribunis ple* fere exstinctae sunt. y) 15, 33 add. *suo.* z) *dicit* om. in nonn. codd. et in Cod. Iust. 20 *salutem. Dici placuit.* a) 6—8 et alii codd. *debitam*, mendose. Ceterum 8 *pietate te sacris.* b) 20 *in*, sed corr. c) 21 *quidem eius.* Sich. *quidem omnis.* d) Corr. *rebus* ex codd. 15, 19 pro *res*, quod reliqui codd. (inter eos Lugd.) et edd. habent. e) 8 *constitutionum.* 10, 18 *constituti eorum.* Mox 8 *omnes patres* et 21 *penes patrias.* f) *liberorum* deest ap. Sich. 10, 18, 21 *ei.* g) 15 *denegetur*, non male. 19 *licentia eis d.* h) Male 6—8, 10, 12—14, 17, 18 *conventum. Commentum* enim fictionem significat. Vid. Go. in Gloss. Nom. et Dirksen., Man. lat. font. iur. civ. rom. v. *Commentum.* Ceterum 20 *facultatibus* super *successionibus.* i) Hinc inc. c. 1 Cod. Iust. cit., in qua §. 1, 2 et initium §. 3 h. c. ita in epitomen redacta sunt: *Res, quae ex matris successione, sive ex testamento, sive ab intestato fuerint ad filios devolutae, ita sint in parentum potestate, ut utendi fruendi duntaxat habeant in diem vitae facultatem, dominio videlicet earum ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos* etc. k) 19, 20 *par. voluntate atque potestate vel dom.* l) 10, 18 *quod in filiis.* m) 12 *subvenerit.* n) Mendose 14, 16, Go. *fuerit.* 10, 18 *fuer. principium.* 20 *precium*, sed corr. *praecipuam.* 9 *praecipuam.* Paullo post 21 *consortium.* *) H. l. memin. Valentinianus et Iustinianus ll. cc. o) 19 *filium suum*; in 20 om. v. *filium.* p) Ita codd. Sich. Til. et Be. iub. Go. et Ri.; Cui. 1 — Ri*. *repraes. et*, quod Go. explic. *etiam.* q) 9, 16, 19—21, Sich. *debet*, quod aeque ferri potest. 6—8, 12—14, 17 *habebit*, male. Ri. *debebebit.* r) 15 *lib. rei q̄site dn̄s.* Cod. Lugd. *dominos.* Mendose Go. *dominum.* s) 20 supr. lin. *custodiat ve* et mox *aestimationem*, ubi 9 *aestimatio nisi.* 6, 7 *muneres.* 12 *rei sibi numeris.* t) Recte Go. eos reprehendit, qui malunt *nequierint* vel *nescierint.* 19 *ceperit — permittendam.* u) 6, 7, 10, 18 *virorum bonorum.* v) 9, 19, 21, Sich. *habet.* x) Nonn. codd. ut 6, 7 *emancipatione.* 10, 18 *an emancipatione.* y) 19, 20 *patres*, sed in 20 appon. supr. lin. *parentes vel parentibus.* z) Cum literis *narum* inc. pag. secunda folii CXX. cod. Lugd. *) In Cod. Iust. add. *tantum.* a) 12 *debent vendere.* Mox 8 om. *adhibere.* b) 6—8, 10, 18, alii codd. *et.* Cod. Iust. *in examine vel per se vel per procuratorem poscere et s. ex.* c) 6—8, 12—14, 16—18 *facile*, recte impr. Ri. Similiter 10 *fale.* Supr. lin. 20 *integrare.* d) 19 *omnia ita.* e) Go. prop. *dominum* et ita habent 10, 18, 20, sed tamen nihil mutandum est. Ceterum in 20 rest. *dominium.* In Cod. Iust. add. *eis acquisitum fuisset.* f) 6—8, 13, 14, 17 *gerent.* 10, 18 *gerint.* g) 6—8, 13, 14, 17 om. *ita.* h) 20 *rem alienam emere*, sed supr. lin. a man. sec. *alienare vol.* Ap. Sich. in imo m. folii 55 pag. sec. recte est *voluerint*, sed primus folii 56 versus mendose inc. cum v. *voluerit.* In eiusdem pag. sup. marg. mendose habetur *Liber Quintus*; scrib. *Liber Octavus.* Mox nonn. codd. *emptori vel his.* i) 19, 20 *donantur.* k) Cod. Iust. *unquam.* l) 15, 21, Sich. *alienare.* m) 6—8, 10, 12—14, 16—18 *esse cum donat*, quod si de tempore, quo donatio fit, accipitur, ferri potest. n) 19, 20 om. *et.* o) In Cod. Iust. om. *spons. aut.* p) 10, 18 *perscriptio-*

bit accipere, quia nullam poterit praescriptionem[p] opponere filiis quandoque[q] rem suam vindicantibus. *Dat. XV.**) *Kal. Aug. Aquileia*[r]. *Recitata apud Vettium*[s] *Rufinum Pf. U. in Senatu Non.*[t] *Sept., Constantino A. V.*[u] *et Licinio C.*[v] *Coss.*[x] (319.)

Interpretatio. *Legis istius reliqua pars in aliis legibus continetur*[y]*; hoc tantum de reliquis legibus plus habet, ut putres, qui filiorum res gubernare**) *iussi sunt, negotia eorum summo studio et integritate agere*[z] *procurent, ut nihil per negligentiam eorum filiis pereat, sed fructus rerum maternarum**) *sine aliqua negligentia redigi vel vendi faciant, ut ex tempore competenti, sicut lex Novella***) *dicit*[a]*, portiones suas filii sine aliqua imminutione percipiant. Res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est nec*[aa] *vendere nec donare. Quod si fortasse praesumpserint, emptor, vel qui donator accesserit, grandi se sollicitudine et cura custodiant*[b]*, ne filiorum res a patre venditas*[c] *aut donatas accipiant, aut scientes aut etiam nescientes: sed compellant*[d] *patrem, qui venditor vel donator fuerit, et filiorum res in sua retinet potestate, ut probet suum esse, quod tradidit*[e]. *Etiam ut suspicionem suam possit abstergere, fideiussorem a patre venditore percipiat, qui*[f] *obligatione rerum suarum damnum emptori non faciat: quia*[g] *defuncto patre licet filiis res suas a*[h] *quibuscunque personis, sive venditae sive donatae a patre fuerint, in suum dominium revocare.*

2. *Idem A.*[i] *Iulio Severo*[k]. Cum ad patrem[l] aliquid ex materna successione interposita cretione*) pervenerit, et ad liberos maternarum rerum[m] successiones defluxerint, ita eas haberi[n] placet in parentum potestate, ut dominium tantum possessionis[o] usurpent, alienandi vero licentiam[p] facultatemque non habeant[q], ut cum aetates legitimae liberorum ad emancipationem parentes invitaverint[r], et patresfamilias videre liberos[s] suos voluerint, tertiam partem maternorum bonorum eis[t] filii[u] tanquam muneris caussa[v] offerant; quam si suscipiendam patres[x] putaverint, faciendae divisionis arbitrium permitti oportebit iustitiae bonorum virorum[y], per quos

— c. 2. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 25, 33, 34, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

nem. q) 9 *quandoquidem.* Cod. Iust. *quandocunque.* *) 20, 31, 33, 34, L. R. U. *V.* 32 *VI.* In 39, 43 om. *XV.*, in cod. 8 *Aquil.* — *Vettium* et in cod. 19 *Recitata.* r) Edd. et Cod. Iust. *Aquileiae.* 16, 21 *Aquilino.* In Cod. Iust. add. *Sabino et Rufino Coss.* (316.) Vid. infra not. *x.* s) Multi codd. Sich. Til. Cod. Iust. *Vectium.* Nonn. codd. *Vetitum, Vetium, Vitium, Vercium.* 20 *Aug. Recitata Aquileia scd̄m ap. Ricium Ruf.* De nomine vid. supra IV, 13, 1, not. *n.* Commemoratnr hic Vettius in Vat. fr. §. 273 in lege anni 315: „*quare Vettium Rufinum, clarissimum virum praefectum urbi, amicum nostrum.*“ In nonn. codd. om. siglum dignitatis, in aliis male ponitur *ppō.* Etiam Sich. *Pf. P.* 28, 40 *ap. X. in Senatu* et om. *Vett. R. Pf. U.* t) Sich. in m. *NN.* 32 (ubi om. *in Senatu*) *ppō VIII K. Sept.* In 8 des. vv. *in Senatu A. V.* 20 *in iudicanti natum Sept.* Ceterum *Non.* omnes codd. et edd., etsi ex Augusti instituto senatus solitus erat cogi Kalendis aut Idibus. Vid. c. 2 h. t. u) In multis codd., ap. Til. et in Cod. Iust. om. *V.* 19, 21, Sich. *II.*, sed Sich. in m. *V.* 15 *VI.* Nonn. codd. *Constantinop.* pro *Constantino.* v) Etiam *C.* om. in multis codd., ap. Go. — Ri*. et in Cod. Iust. Alii codd. habent *Viro Claro*, aut *Viro Clarissimo*, aut *V. C.* ut Til., aut *Vic.* x) Ap. Go. — Ri*. om. annus. Putat enim Go., quia Vettius Rufinus h. ann. Pf. U. non innotuit, sed ann. 315, 316 Pf. U. nominatur (vid. supra not. *r*, *s*), consules hic nominatos ex sq. lege errore irrepsisse, itaque ex Cod. Iust. reponendos esse consules anni 316, in qua re cum Valesio consentit. Be. accedens, ut videtur, ad Go. opinionem de Vettii Rufini praefectura em. *Cons. A. IV. et Lic. IV.* (315.), non male quidem, sed contra codd. auctoritatem, qua etiam Go. destituitur. Putavi igitur in re lubrica standum esse cum vulg. scriptura, quam omnes codd., si menda exceperis, tuentur. Ceterum de inscr. et subscr. h. c. et c. 12 C. Th. de Iurisd. (II, 1) cf. Zirardin. l. c. p. 379. y) 19, 20, alii codd. *habetur* et mox *plus habebit.* *) Aur. Lugd. *gubernari.* z) 20 supr. lin. *habere.* 6, 7, Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *agere* et 10 *eorum — procurent.* Deest *ut* in codd. 19—21, 42, aliis et ap. Sich. *) 6, 7 *paternarum*, male. **) Sc. Nov. Theod. XIV. de paternis sive maternis bonis (ed. Berol. p. 1246). a) Multi codd. *dicet.* In nonn. codd., veluti 10, 18 om. *lex.* aa) Nonn. codd. *ut nec.* Ceterum supra Sich. Cui. 1 — Lugd. *licet.* b) Multi codd. *praesumpserit — accesserint — custodiat.* Etiam Go. — Ri*. *accesserint.* Edidi ex Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *accesserit.* Sich. Cui. 1 — Lugd. paullo post *vel cura.* Ceterum 20 *donare nec alienare. Quod — praesumpserint et emptor vel cui res donatur accesserit.* c) Plerique codd. et inter eos 6—10, 20, 21, 42, 43, Sich. Cui. 1 — Lugd. *comparatas*, sed respondet in lege v. *emptor.* d) Sich. *compellent.* Paullo infra nonn. codd. *retineat.* e) 6, 7 *tradit.* 9, 42, 43 *tradet.* Mox nonn. codd. *posset.* f) 20 *suscipiant* (sed em. *percipiat*) *quia.* Alii codd. ut 9, 21, 43 *percipiant.* g) 20 *faciant et* (ita etiam 6) *quia.* h) In nonn. codd. om. *a.* i) *A* deest in nonn. codd. In cod. 40 om. *A.* et *Severo.* k) 38 *Revero.* Add. sec. Go. *Vic.* Vid. infra c. 9 de Appell. (XI, 30). Severus ille, qui nominatur in inscr. c. 2 C. Th. de Iure fisci (X, 1), alius esse videtur. l) 8, 12, 13, 19 male *Cum a patre.* *) 20 a sec. m. *creacione*, impr. Ri. m) 21, Sich. Til. om. *rerum.* n) Multi codd. *habere*, male. o) 20 *possessoris.* 10, 18 *usurpant.* p) Til. *lecentiam.* q) 21, Sich. *habent.* r) Omnes codd. *aetates* (aut *aetatis*, quod idem est) *legitimae — invitaverint*, et ita etiam Cui. 1 — Ri*. ex Lugd. Reposui igitur haec verba pro *aetas legitima — invitaverit*, quam scripturam Be. ex Sich. et Til. restituit: quamquam enim non modo non mala est, verum etiam concinnior quam nostra, tamen, cum ne unus quidem codex eam tueatur, ex cj. Sichardi videtur nata esse. s) 6—8, 10, 12, 14, 17, 18 *filios*, quod propter v. *filii*, quod sequitur et propter interpretationem recepissem, nisi cod. Lugd. et codd. 9, 15, 19, quos saepe cum veri C. Th. codicibus concinere dixi, haberent scripturam *liberos.* t) 19, 20 *eius.* 18 *et.* u) Male Cui. 2 — Ri*. *filiis.* v) 15 *muneris loco.* x) Cod. Lugd. *suscipiendum.* 19, 20 *partem*, non male quidem, sed aptior est vulg. scr. y) Haec vv. non minus quam illa c. 1: *bonorum virorum arbitrio* Ania-

facta divisione tertiam partem oblatam[z] parentes ita accipient[a], *ut alienandae quoque eius partis*[b] habeant facultatem, *si modo ullus potuerit inveniri*, cui placcat hanc *amplecti licentiam, cum omni* modo *) filios conducat[c] *adniti, ut pio sedulitatis affectu* mereantur accipere *) eam, quam *patribus dederint*, portionem. *Dat. VII.*[d] *Id. Sept. Mediolano*[e]. *Acc. Non. Oct.*[f] *Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

Interpretatio. *Materna bona filiorum defuncta uxore pater ita*[g] *possideat, ut usumfructum de his habeat: sed quantum aut *) quam diu habeat, lex Novella* **) *constituit: distrahendi tamen aut donandi ex his*[h] *nullam pater habeat potestatem. Sane si*[i] *filium mortua matre emancipaverit, de bonis maternis, id est de emancipati filii portione ipse filius*[k] *muneris caussa de maternis bonis tertiam offerat *) portionem: quae*[l] *tamen in ipsius proprietate*[m] *mansura est ita, ut eam pater bonis viris dividentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc adduci potuerit*[n], *ut rem filiorum impia cupiditate suscipiat, aut aliis derelinquat: studere*[o] *tamen filios decet, ut id, quod parentibus caussa emancipationis obtulerint, servitio et pietate*[p] *recipiant.*

3. *Idem A. ad Severum Comitem Hispaniarum.* Insinuatum est, quosdam patres principalis coniugii[q] copulatione destitutos in perniciem filiorum ultra misericordiam sanguinis properare, et receptis deinceps aliis matrimoniis maiorem sibi in rebus filiorum vindicare personam: qui, quoniam in his usufructuarii remansisse videntur, usurpare ea ac pervertere confidunt, ut per hoc his, qui in orbitate remanserunt, nulla nec possidendi, nec litigandi tribuatur occasio. Ideoque placet, ne quis pater receptis deinceps matrimoniis earum rerum, quae prioris coniugis fuerunt, sibi ius defendendum existimet, nisi tutelae vice[r], donec minores probata aetate esse videantur. His autem moderatio nostra cuncta iubet servari atque restitui. *PP.*[s] *III. Kal. April. Constantinopoli, Optato et Paullino Coss.* (334.)

4. *Imp. Constantius A.*[t] *ad Dionysium*[u]. Cretionis observantiam praecipimus removeri, per quam *filii patriae*[v] potestati subiecti res ex materna *hereditate* vel ex diversis successionibus ad se *devolutas ante* hac his, in quorum potestate fuerant, *acquirebant*; ut intra sextum[x] annum facultates *ad se pertinentes* [y]. . . . . liberis si quidem superstites

— c. 4 coniungenda est cum c. 8 Cod. Iust. Qui admitti ad bon. poss. (VI, 9). Indigitatur sine dubio h. c. in c. 7, §. 3 Cod. Iust. de Cur. fur. v. prod. (V, 70). Vid. Wenckii Opp. p. 209.

nismum sapere Go. affirmat. Quod miror a Go. dictum esse, cum veri Cod. Theod. exemplum, id est Lugdunense in hac scriptura non discrepet a Br. Al. codicibus. Ceterum 10, 12, 13, 16, 18 *iustitia*. z) Hinc incipit fol. CXXI. codicis Lugd., in superiore parte laceratum. Lacunae codicis, etsi in h. c. ex Br. Al. supplentur, literis inclinatis a me indicatae sunt. a) 10, 12, 18 — 20, Sich. Til. *accipiant*. b) Restitui hanc scripturam a Go. et Be. prop., sed iam a Sich. Til. editam, auctor. codd. 9 (ubi vero *partes*), 15, 19, 21, qui saepe cum vero C. Th. faciunt et hic quoque cum eo facere videntur; nam in cod. Lugd. licet hic truncato superest syll. *tis* (partis. Sec. Go. *til* scrib., sed corr. Ri.). Rell. *alienandi q. eius patres*, impedite. Antecedit enim *tertiam partem oblatam parentes ita accipient*. 20 supr. lin. *partes*. Ceterum 18 *alienandi* et 6, 7, 10, 14, 16 — 18 *ius* pro *eius*. In cod. 13 om. *ut — facultatem*. Paullo infra 21 *poterit invenire* et 15 *potēt* pro *potuerit*. *) 15 *modo omni*. c) 21, Sich. *condecet*. 15 *amitti*. 10, 18 *admitti*. *) Go. in not. *recipere*. d) 6 — 8, 12, 14, 16, 17, Til. *III*. 10, 18 *IIII*. 13, 32 *VI*. 21, 24, 27, 40, 43, Sich. *VIII*. 42 *VIIII*. 31, 35 om. *VII*. Numerum *II.*, quem Go. annotat, non inveni. e) Go. in Chron. transferri vult *Mediol.* post *Oct.* 8 om. *Med. — Oct.* et 15, 19 *Acc. Non. Oct.* f) Nonn. codd. *VIIII* pro *Non*. 21 *Constantinopoli A.* In sqq. codd. om. aut *A.* aut *V.* aut, ut ap. Sich. Til. factum est, *C.*, aut denique *C. Coss.* Scribitur etiam *Liciano* s. *Licynio* pro *Licinio*, et *Viro clarissimo* pro *V. C.*, quod in nonn. codd. habetur pro *C.* g) Ita plerique et optimi codd. Edd. *ita pater*. *) Sich. Cui. 1 — Lugd. *et* pro *aut*. **) Vid. interpr. c. 1 h. t., not. **. h) Multi codd. *Distrahendi tamen ex his aut donandi*. 21 *dominandi* (in m. *alienandi*) et om. *his*. In sqq. codd. plerique *mancipaverit*, *mancipati*, *mancipationis*. i) 21 in m. add. *si*. 10 *filium mortuum*. k) 19, 20, alii codd. Sich. Cui. 1 — Lugd. add. *superius emancipatus*. 21 *filius superius cā*, sed in m. ut Sich. *) 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *offeret*, sed 21 in m. *offerat*. l) 21 *aut*, sed in m. *quae*. 6, 7 *tam*. m) Sich. Cui. 1 — Lugd. *potestate*. Mox 20 *nomine*. n) Ita multi codd. et Sich. Rell. *poterit*. o) 6 — 9 et multi alii codd. *derelinquere studeat*. Sed vulg. scr. accedit ad ipsam legem. p) 20 *aut servitio aut gratia et pietate*. q) Cod. Lugd. *coniugi*, sed em. *coniugii*. Ibidem paullo infra *orbita*, sed rest. *orbitate*. r) Cod. Lugd. *vicem*. s) Go. em. *Cordubae* aut reponi vult *Dat.* pro *PP.* Ceterum codex et edd. *Paulino*. t) Be. em. *Imppp. Constantin. Constantius et Constans AAA.* Sed Cod. Iust. concinit cum C. Th. Deinde sq. c. inscr. est *Idem A.*, a qua inscr. non discrepat Cod. Iust., ubi in c. 15 de Iure delib. habetur *Imp. Constantius* et in c. 3 Unde liberi *Constantinus*, i. e. *Constantius*, crebro librariorum err.: quas ob caussas, etsi consules huius anni ii sint, quos Be. annotavit, ego tamen nihil mutavi. u) Dignitas deest etiam in Cod. Iust. Go. addi vult *Com.* Vid. Go. in comm. c. 5 h. t. et in Prosopogr. v. *Dionysius*. In omnibus legibus, quae ibi commemorantur, deest dignitas Dionysii, excepta sola c. 3 Cod. Iust. de Longi temp. praescr. (VII, 22) data *ad Dionysium, vicariam Praefecturam agentem*. Verumtamen haec lex consules anni 314 habet. v) In sqq. nonnulla desunt in cod. Lugd., quae videntur Cuiacii aetate superfuisse. Ea literis inclinatis a me indicata sunt. x) Codex *intra extum*. Go. aliquando visum erat reponi debere *septum*, i. e. septimum. Vid. comm. y) Hinc incipit pag. secunda lacerati in superiore parte folii CXXI. cod. Lugd. Sec. Go. in primo versu des. XIX vel XX literae, sic tamen, ut ante *si quidem* e vestigiis scripturae eliciantur literae *tinere*. Ego mihi videor legisse *liberis*. Go. igitur suppl. *ad patres noverint pertinere*, quae si quidem recte legi, non quadrant. In Cui. 1 — Cui. 2* lacuna asterisco indicatur et des. in Cui. 1 undecim literae, duodecim in Aur. et Lugd. edd., novem in Cui. 2, 2*; Go. duos asteriscos ponit pro sex literis, quae des. Ap. Ri.

[z]. intra praefinitum tempus [a]. . . . . ex materna hereditate vel gene-*re*[b] . . . . *ad ipsos* devoluta sunt, ad proximos [c]. . . . . . . *pertineant*, quoniam priorem nostram[cc] iussionem, quae sine temporis distinctione filiorum successiones ad patres iusserat pertinere, aequitatis ratio corrigi persuasit. Si quis vero ex paterno genere vel amicis paternis quacunque ratione reliquerit, id simili iustitiae moderamine ad patrem aut ad patris genus pertineat, ut ex utraque familia manantes facultates singulis quibuscunque cessisse potius quam adepta*) esse videantur. Post emensum**) vero sextum aetatis suae annum adaeque sine eiusdem cretionis necessitate delatas sibi qualicunque successionis genere facultates ad eos, in quorum potestate sunt, iure patrio transmittant. *PP. prid Id. Mart. Heliopoli, Constantio A. II. et Constante*[d] *Coss.* (339.)

5. *Idem A.*[dd] *ad Leontium Comitem Orientis.* Qui se patris negat heredem*), defuncti avi suscipere[e] facultates non potest, maxime emancipatus*), nisi per bonorum possessionem ad huius modi beneficium pervenerit[f]. Et quod maternus avus relinquit, patri acquiritur, et si legatum fideicom*missum*ve esset solutum, bonorum patris effectum est. *Q*uod si fideicommissi dies legative iam cesserat, *ad heredes* patris petitio devoluta est. Si vero filius*familias ab* avo suo materno heres ostenditur insti*tutus*, *patre* cernere iubente, filioque cernente, persona *filii media* hereditas pervenit*) ad patrem; dudum si [g]quidem placuisse[h]. . . . . gi temporis, in heredi[i] . . . .

— c. 5. Ex priore legis parte desumpta est c. 3 Cod. Iust. Unde liberi (VI, 14), ex extrema parte c. 15 Cod. Iust. de Iure delib. (VI, 30).

---

codd. om. *ad Provinciales.* 38 *aug ad consl.* Aur. Lugd. *Impp.* y) 12 *ad agros noctis* et om. *populator* — *frequentata.* Sich. *nocturnos.* 6 *populatur.* 9 *copulatur.* z) 9 om. *verit* (intraverit) — *insidiis* et 15 *aggressionis.* a) 21 *adsederit.* 20 *aggressione adsederit.* b) 15 *unicuique.* 20 *ubicunque.* c) 15 *digno i. s. subdatur* — *minabatur accipiat.* Sich. *digno se.* Etiam Cod. Iust. *digno.* d) 14 *subiungitur.* e) 6—8, 10, 12, 14, 16, 18 *ut mortem.* 9 *hanc mortem.* f) 6—8, 21, Sich. Cod. Iust. *Melius enim est.* 20 *incurrere.* 9 om. *in* post *occurrere.* Mox 20, Sich. Cod. Iust. *vindicare.* g) 15 *ut* et paullo infra *subiugemus.* 20 *ut* et infra *subiungamus.* Ceterum 18 *Vestram vobis igitur.* h) Ita Cod. Iust. Sich. omnes codd., etiam 1, quare haec scriptura W. l. c. p. 353 probata a me recepta est. Solus codex 4 et ex eo Til. — Be. *quos.* i) 9 *servum.* 6, 7, 10, 12, 14, 16 *verum.* k) 20, 21, Sich. *puniri* (21 *punire*) *iudicii* (20 *iudicis*). Til. — Lugd. *punire, iud. subi. ed.* Sich. Cui. 2, 2* non interpungunt. *) Fol. 20 a cod. 4. l) 15 *Nullus ergo p. m. c. o.* 21, Sich. *N. parceat.* Cod. Iust. *ut nullus* — *obviare.* 20 *ab eo*, supr. lin. *telo.* Sich. mendose *vel* pro *ut.* m) 27 add. *VIII* et 28, 43 *VII.* n) An add. *Vincentia?* o) Codd. *Datiuno, Daciano, Taciuno* (ita Sich.), *Ticiano, Simaco, Simmaco, Symmaco, Simmacho.* 8 om. *Tatiano.* Aur. Lugd. *Cons.* p) Multi codd. *spoliator* et *qui* pro *quae.* Ri*. *armiis.* q) Hic desinit fol. XXII. cod. 1. Mox Cod. Iust. *vel barbaris* et om. *etiam.* Paullo infra Cod. Iust. *sacramentum.* r) 4 om. *de*, sed add. a posteriori man. *) *etiam* explicat Go. per *simul, quin etiam, insuper, praeterea, nominatim, signate.* s) Cod. Iust. *sunt, vel cuiuslibet* — *cogitaverit.* Graeci h. l. male intellexerunt. Go. p. 110 ed. Ri. in comm. *cuiuscunque* err. pro *cuiuslibet.* t) 4 *voluntate.* *) Cui. 2, 2* *vita*, mendose. u) 4 *debent*, sed em. a poster. man. *deberent.* v) Cod. Iust. *metuuntur.* *) Fol. 20 b cod. 4. x) Cod. Iust. *ad nullos prorsus hon., ad nulla sacr. perv.* y) Cod. Iust. *solatium et vita supplicium*, impr. Go. z) Cod. Iust. *quotlibet.* a) Cod. Iust. *decesserit.* b) Cod. Iust. *mediocrem potius.* Go. praefert scripturam C. Th. c) 4 *integremolumentum*, sed ab ant. manu em. *emolumentum*; fortasse scriptum erat *integr̄ emolumentum*, in quo latet scriptura Cod. Iust., ubi est *integrum emol.* d) Cod. Iust. *emancipationes quoque quae* et mox *fuerint collatae, non valeant.* *) Fol. 21 a cod. 4. e) Emendandum est ex Cod. Iust. *recuperata dote.* Go. cj. *post recuperatas dotes.* f) Cod. Iust. *acceperunt.* *) Lacuna est h. l. in cod. 4 sex fere literarum erosarum. g) Ita 4 et Cod. Iust.; in edd. C. Th. deest *ea.* h) Cod. Iust. *deb. et Falcidia ex his etiam rebus* — *deputata videatur.* i) Cod. Iust. *eorumque filiis.* Go. ann.: „ἀσυνδέτως haec posita, pro *filiisque eorum:* ut mox subiicitur et habetur *C. Iust.*" Go. enim interpung. *praedictis, eorum filiis, cavimus.* An *praedictorum fi-*

litibus, consciis ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. §. 7. Sane si quis ex his in exordio initae factionis, studio verae laudis accensus, ipse[k] prodiderit*) factionem, et praemio a[l] nobis et honore donabitur. Is vero, qui usus fuerit factione, si vel sero, tamen incognita adhuc[m] consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac venia dignus habebitur. *Dat. prid. Non. Sept. Ancyrae, Caesario et Attico Coss.* (397.)

*) TIT. XV. DE PARRICIDIO[n].

1. *Imp. Constantinus A. ad Verinum[o] Vicarium Africae[p].* Si quis in[q] parentis aut filii aut omnino affectionis eius[r], quae nuncupatione parricidii continetur, fata[s] properaverit, sive clam sive palam id fuerit enisus[t], neque gladio, neque ignibus, neque ulla alia solenni poena[u] subiugetur, sed[v] insutus culeo[x] et inter eius[y] ferales angustias comprehensus serpentum[z] contuberniis misceatur, et ut[a] regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in[b] amnem proiiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ut[c] ei coelum superstiti, terra mortuo auferatur. *Dat. XVI.[d] Kal. Dec.[e] Licinio V. et Crispo C. Coss.[f]* (318.) *Acc. prid.[g] Id. Mart. Karthagine[h], Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

Interpretatio. *Si quis patrem matrem, fratrem[i] sororem, filium[k] filiam aut alios[l] propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis[m] sacco, qui culeus nominatur[n], in quo cum missus[o] fuerit, cum[p] ipso etiam serpentes claudantur: et si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.*

TIT. XVI. DE MALEFICIS[q] ET MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBUS[r].

1. *Imp. Constantinus A. ad Maximum[s].* Nullus haruspex limen alterius accedat, *)nec ob alteram caus-

Tit. XV. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XV.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—16, 18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—47, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XII.* Cod. Iust. IX, 17. L. Vis. VI, 5, 17, 18. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.* Cod. Iust. IX, 17, 1. De interpr. cf. Regino II, 57 et cod. Univ. Lips. Paul. 668. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45—47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 35, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

Tit. XVI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XVI.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—16, 18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—45, 47, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XIII.* C. Gr. XIV, 4. Cod. Iust. IX, 18. L. Vis. VI, 2, 1 et 3. — c. 1. Cod. Iust. IX, 18, 3 mut. et conflata ex c. 1 et 2 h. t. Bas. LX, 39, 29. Photii Nomocan. IX, 25. Baronius in Ann. a. 319, n. 29.

---

liis? Similiter §. 5 *Uxores sane praedictorum.* k) Cod. Iust. *accensus initam pr.* *) Ri*. mendose *providerit.* l) *a* deest in cod. 4, Til. — Ri*.; sed add. a Be. ex Cod. Iust., qui sic: *et praemio et honore a nobis donab.* m) Cod. Iust. *incognita tamen adhuc.*

*) Fol. 21[b] cod. 4. n) 4, Til. — Lugd. *De Parricidiis.* An *De Parricidis?* Recte Sich. *de Paricidio* et infra *paricidii.* Cui. 2, 2* *patricidii.* 15 *de Sicariis*, rubricis h. et antec. tituli a librario confusis. Vid. tit. antec. ad L. Cornel. de Sicariis, not. *h.* 21 *Parrhicidio.* 38 *Paracidio.* Cod. Iust. *de his, qui parentes, vel liberos occiderunt.* 37 om. rubricam. o) 15 *Verrinum.* 25 *Virum.* Complures codd. *Virinum.* p) 9, 42 om. *Africae.* 10, 18 *viro claro Africae.* q) Cod. Iust. om. *in.* r) 6—8, 10, 18 *parentes* (ita etiam 21) *aut* (8 om. *aut*) *filiis aut omni* (7 *omnia*) *adfectionis istius.* 12, 14 *omni aff. istius.* 20 *parentes aut filios.* s) 10, 12, 18, 20 *facta*, ut nonn. edd. Cod. Iust. Vid. Dirksen. l. c. p. 486. t) 6—8, 10, 14, 16, 18 *innisus.* Sich. *enixus.* Cod. Iust. *enisus fuerit* et add. *poena parricidii puniatur: et.* 10 *gladium.* u) Be. edid. *ulli alii s. poenae subiug.* ex Sich. et Cod. Iust., etsi h. l. Sich. videtur ex Cod. Iust. hausisse. Nos ex cod. 4, Br. Al. codd. Til. — Ri*. revocavimus *ulla alia sol. poena.* 15 *pompa* pro *poena* et 9 *ullā aliā*, err. Sich. om. *alia.* 14 *subiungitur.* 9, 16 *subiungetur.* 21 om. *sed.* v) Ad haec Sich. in m.: *Alias. insutus culeo cum cane et gallo gallinaceo, et vipera, et simia* ex Cod. Iust., ubi vv. *cum cane* etc. add. post *culeo.* x) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Be. *culleo.* Nonn. codd. *colleo.* 14 om. *et.* y) Sich. Cod. Iust. *eas.* Aur. Lugd. *feralas.* z) 20 *comprehensum serpentem.* a) 16 *ut et.* 20 *misc. ut se religionis.* 14 om. *et — proiiciatur.* b) 4, Til. — Ri*. om. *in*, sed add. in cod. 4 a post. man. Conferendus est hac de re Cic. pro Rosc. Amer. cap. XXVI. c) 15, Sich. Cod. Iust. *et ei.* 10, 18 *usui vivus — superstite.* 20 *usu elementorum — superstite.* d) 4, Til. — Lugd. Cod. Iust. *XI.* 9, 20, 29, 30, 32—34, 38, 42 *XV.* 13 *XIII.* Epit. Mon. X. L. R. U. *XVII.* e) 15, 44 *Sept.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* et deest in Cod. Iust. *C.* post *Crispo.* f) In codd. Br. Al. et ap. Sich. des. consules anni 318, in cod. 4 autem et ap. Til. — Lugd. om. *Acc. — Coss.* g) 6, 7, 10, 12, 14, 16, 18 *III.* h) Urbis nomen exc. in codd. 13, 20, pro quo nomine 28 habet *Grat.*, Cui. 2 — Ri*. *Cartagine.* In seqq. om. a librariis codicum aut *A.* aut *V.* aut *C.* aut *A. V.* aut *C. Coss.* Ceterum 21 *C. Licinio Coss.* 38 *Licinio comes cons.* 44 *Crispo* pro *Lic.* Nonn. codd. *Lycinio* aut *Licinnio.* i) *fratrem* deest in edd.; legitur autem in plerisque codd., probante ut videtur Ri. k) Multi codd. add. *vel.* l) Ita plerique codd. Nonn. codd. *aut aliquos* et mox *occidit.* Edd. *vel alios.* m) 20 *remotis omnium malorum generibus t. f. de coriis.* Edd. *coreis.* n) 6—8, alii codd. *appellatur.* o) Codd. *quo missus, commissus.* Turbant haec ordinem vv. Scrib. *cum in eum m. f.* p) *cum* deest in multis codd.

q) Multi codd. Til. — Ri*. *Maleficiis*, sed iam Go. prob. *maleficis.* In codd. 6, 7, 9, 10, 18, 21, 31, 39 et edd. Sich. (etiam in ind. tit.) Aur. Lugd. om. *et*, in cod. 15 *et — similibus* et in codd. 8, 37, aliis *et mathem.* r) 4, Til. — Lugd. et hic et in ind. titul. *et his similibus.* Sich. in ind. titul. *etc.* et om. *similibus.* Nonn. codd. *suprascr.* pro *et cet. sim.* s) Dignitas deest et hic et in Cod. Iust. Go. et Be. addi iub. *Pf. U.*
*) Fol. 22[a] cod. 4. **) 4 *se*, sed ab ant. man. rest.

sam, sed**) huius modi hominum, quamvis vetus[ss], amicitia repellatur; concremando illo haruspice, qui ad domum alienam accesserit et illo, qui[t] eum suasionibus vel praemiis evocaverit*), post ademptionem[u] bonorum in insulam detrudendo. Superstitioni enim suae servire cupientes poterunt publice ritum proprium exercere. Accusatorem autem huius criminis non delatorem esse, sed dignum magis praemio arbitramur. *PP. Kal. Febr.*[v] *Romae, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

2. *Idem A. ad Populum.* Haruspices et sacerdotes et eos, qui huic ritui assolent ministrare, ad privatam domum prohibemus accedere vel sub praetextu amicitiae limen alterius ingredi, poena contra eos proposita, si contempserint legem. Qui vero id vobis existimatis[x] conducere, adite aras publicas atque delubra et consuetudinis vestrae celebrate solennia: nec enim prohibemus, praeteritae usurpationis officia libera luce tractari[y]. *Dat. Id. Maii Constantino A.**) *V. et Licinio*[z] *Coss.* (319.)

3. *Idem A.*[a] *et C. ad Bassum Pf. P.*[b] Eorum est scientia punienda et severissimis[c] merito legibus vindicanda[d], qui magicis accincti artibus aut contra hominum moliti salutem[dd] aut pudicos ad libidinem deflexisse[e] animos[f] detegentur. Nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia[g] humanis[h] quaesita corporibus aut in agrestibus locis[i], ne maturis[k] vindemiis metuerentur imbres, aut ruentis[l] grandinis lapidatione quaterentur, innocenter[m] adhibita suffragia, quibus non cuiusque[n] salus aut existimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera et labores hominum sternerentur[o]. *Dat. X.*[p] *Kal. Iun.*[q] *Aquileia*[r], *Crispo*[s] *et Constantino*[t] *Caess. Coss.* (321.)

Interpretatio. *Malefici vel incantatores vel immissores tempestatum vel ii, qui per invocationem daemonum*

— c. 2. Vid. c. 1 h. t., cui similis est sec. Summaria C. Th. — c. 3. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. c. 3. Br. Al. eiusque codd. Sich. c. 1. Cod. Iust. IX, 18, 4. Bas. LX, 39, 30. Photii Nomocan. IX, 25. Baronius in Ann. a. 321, n. 16. Ad interpr. cf. Regino II, 353. Burch. XI, 28. Cod. Bibl. Univ. Lips. 668. Coll. Can. Ans. ded. VII. (ex Registro Gregorii Papae cap. 35.) Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

sed. ss) *quamvis vetus* uncis incl. est in edd. Til. — Lugd. t) Go. *illo et qui.* *) Ri*. mendose *evacuerit.* u) 4 *adeptionem*, err. v) Ita etiam Cod. Iust. Cum leges ad Maximum Pf. U. datae demum inde a XVII. Kal. Nov. h. a. reperiantur (vid. supra III, 17, 1, not. *y*), Go. pro *Febr.* em. *Sept.* vel *Nov.*, Be. *Nov.* vel *Dec.* Utrumque falsum est; nam ita foret haec c. recentior sequenti. Puto igitur maioris, qualem habuimus in c. 1 antec. tit., subscriptionis fragmenta tantum incuria constitutionariorum superesse. Erat fortasse h. c. data anno 319, proposita autem consulibus sq. anni. Iam dies, quo data erat lex, omissus est et retentus dies, quo proposita erat, servatis tamen consulibus superioris anni. Inde explicatur confusio subscriptionis. x) Correxi *existimatis* pro *extimatis*, quod 4 et Til. — Be. habent. Iam Go. et Be. prop. *aestimatis* vel *existimatis.* y) In Cod. Iust. c. 1 et 2 h. t. ita sunt conflatae: (ex c. 2 C. Th.) *Nullus aruspex, nullus sacerdos, nullus eorum qui h. r. a. m. ad* (ex c. 1 C. Th.) *limen ulterius accedat — hominum amicitia quamvis vetus repellatur — et illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum advocaverit suasionibus vel praemiis. Accusatorem autem huiusmodi — arbitramur*, et sequitur subscr. c. 1 C. Th. *) Fol. 22[b] cod. 4. z) Recte Be. add. vult *Caes.*, ut erat in super. c. Aur. Lugd. *Cons.* a) In Br. Al. codd. et ap. Sich. imperatoris nomen ponitur. 15, 40 om. *et C.* 10, 18 *et consul*, err. b) Siglum praefecti praet. habent codd. 8, 9, 14, 15, 27, 29, 38, 39, 42—44, voluerunt etiam Go. Be. Vid. III, 17, 1, not. *y*. Om. in codd. 26, 32. Rell. codd. edd. et Cod. Iust. *Pf. U.* c) 6, 8, 12, 14, 16 *Eorum licentiam puniendam* (16 *puniendum*) *esse verissimis* (6 *severissimis*). 7 *scientiam puniendam.* 10 *licentia.* 18 *licentiam puniendam.* d) 6—8, 10, 12, 16, 18 *vindicandam.* 14, 20 *vindicandum.* Supra 20 *marito.* dd) Cod. Iust. *contra s. h. m. a.* 20 *molesti sal. aut pudicus.* e) 4, 7, 9, 10, 13—15, 18, 21, Sich. — Lugd. Cod. Iust. *deflexisse.* 20 *defluxisse.* 8, 12, 16 *deflexis.* Cui. 2 — Be. *defixisse*, de cj. Cui. puto. Sed etiam Go. in comm. multis aliorum scriptorum locis defendit *defixisse*, quasi *defigendi* verbum sortilegorum proprium sit. Quod etsi verum est, tamen ego nolui discedere a codicibus, qui ad unam omnes *deflexisse* veram C. Th. scripturam fuisse indigitant. Accedit quod deflectere animos a pudicitia ad libidinem aeque bene dicitur. f) 6—8, 10, 12, 16 *animo.* 20 *animus.* 15 *deteguntur.* 20 *detegitur.* Mox nonn. codd. *Nullus.* Cod. Iust. *p. u. ad l. d. d.* g) 4 *remedi*, sed em. a post. manu. 21 *remedio.* h) 6—8, 10, 12, 14, 16, 18, 20, 21 *humanitatis*, sed supr. lin. 20 *humanis.* i) Seqq. ita habentur in Cod. Iust.: *locis innocenter adh. suffr., ne maturis — imbres aut ventis grandinisque — quaterentur, quibus non cuiusquam* etc. k) 15 *mature vindemiae imbris*, et om. *metuerentur*, pro quo v. in cod. 7 a rec. manu sup. lin. add. *paterentur.* Go. in not. *mitterentur.* l) 6—10, 12, 14, 18, 20 *rore.* 21 *rore ne gr.* 13 *imbr. obruere ne gr.* 16 *aurore gr.* Sich. *venti et.* De Cod. Iust. vid. not. *i.* m) 20 *lap. gr. quererentur innocentes.* 12, 21 *innocentes.* n) 6—8, 10, 14, 18 *cuiuscunque.* 20, Cod. Iust. *cuiusquam*, et ita vult Go. In seqq. nonn. codd. et Cod. Iust. *estimatio*, alii *profecerint*, *laboris.* o) 8 *tererentur.* p) 29, 42 *XI.* 32, 39, 43, codd. ap. Go. L. R. U. *XV.* 15, 24 om. *X.* q) 4, 9, 10, 12, 15, 16, 20, 21, 24, 29, 42, Sich. — Lugd. Cod. Iust. *Iun.*, sed Sich. in m. *Iul.* ut rell. r) Ita multi codd. Cui. 2 — Ri*.; 4, Til. — Lugd. *Aquilino*, male et impr. Go. 20 *aquilegia.* Be. Cod. Iust. *Aquileiae.* s) 6, 7, 10, 16, 18 *Crispino.* 8 *Crispiano.* t) Sich. — Ri*. Cod. Iust. *Constantio*, et ita habent 4, 10, 18, 21. Sed recte Be. auct. Go. et cod. 6, quocum plerique codd. consentiunt, rest. *Constantino.* Nonn. codd. *Const.*; alii, ut 8, 28, 36, 40 om. *et Const.*, multi autem codd. aut *Caess.* aut *Caess. Coss.* 21, Sich. *A.* pro *Caess.* 4, Til. — Ri*. *Caes.* Ceterum utrique consuli add. esse *II.*, iam Go. et Be. viderunt. n) Ita omnes fere codices. Edd. *omni genere poenae.*

mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur [u].

4. *Imp. Constantius* [v] *A. et Iulianus C.* [x] *ad Populum.* Nemo haruspicem consulat aut mathematicum [y], nemo hariolum. Augurum et vatum [z] prava confessio conticescat [a]. Chaldaei ac magi et [b] ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus *) appellat, nec [c] ad hanc partem aliquid moliantur [d]. Sileat omnibus perpetuo divinandi [e] curiositas. Etenim supplicium capitis feret [f] gladio ultore *) prostratus, quicunque iussis [g] obsequium denegaverit. *Dat. VIII.* [h] *Kal. Febr.* [i] *Mediolano, Constantio* [k] *A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

Interpretatio. *Quicunque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum* [l] *vel divinos, quos hariolos appellant, vel haruspicem, qui auguria colligit, consulucrit, capite punietur* [m].

5. *Idem A. et C.* [n] *ad Populum. Post alia:* Multi, magicis artibus ausi [o] elementa turbare, vitas [p] insontium labefactare non dubitant, et manibus [q] accitis audent ventilare [r], ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos [s]. Hos, quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat. *Dat. prid. Non. Dec. Mediolano, Constantio A.* [t] *IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

6. *Idem A. et C.* [u] *ad Taurum Pf. P.* Etsi excepta tormentis [uu] sunt corpora honoribus praeditorum, (praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur) etsi omnes magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt, tamen, quoniam [v], qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem, si quis magus *) vel magicis contaminibus [x] assuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut haruspex, aut hariolus, aut certe augur, vel et [y] mathematicus, aut narrandis [z] somniis occultans artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Caesaris fuerit deprehensus, praesidio dignitatis [zz] cruciatus et tormenta non fugiat. Si convictus ad proprium [a] facinus detegentibus repugnaverit pernegando, sit [b] eculeo deditus, ungulisque sulcantibus latera perferat poenas proprio dignas facinore. *Dat.* [c] *III. Non. Iul. Arimini, Datiano* [d] *et Cereale Coss.* (358.)

— c. 4. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 4. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2. Ed. Athal. cap. IX. Cod. Iust. IX, 18, 5. Bas. LX, 39, 31. Photii Nomocan. IX, 25. Baron. in Ann. a. 356, n. 1. Capit. ann. 789, cap. LXIII. Capit. I, 62. Ad interpr. cf. Regino II, 354. Burchard. Decr. XI, 30. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 45; textus et subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. Summaria C. Th.: „*Similis superiori.*" — c. 5. Cod. Iust. IX, 18, 6. Bas. LX, 39, 32. Photii Nomocan. IX, 25. L. Vis. VI, 2, 3. Burchard. Decr. X, 23. Capit. ann. 789, cap. LXIII. Capit. I, 62. Baron. in Ann. a. 357, n. 85. Summaria C. Th.: „*Similis superiori.*" — c. 6. Cod. Iust. IX, 18, 7. Bas. LX, 39, 33. Photius l. c. Baron. in Ann. a. 358, n. 28.

v) Nonn. codd. *Constantinus.* Sich. Cod. Iust. *Impp.* x) 4, 28, 36, 40, Til. — Lugd. om. *et I. C.*, 8, 13, multi alii codd. *C.* et Ri*. *et.* y) *aut math.* deest ap. Sich. Mox 4 *hauriolum*, sed em. atramento et rubro col. 9 *math. aut ariolum.* z) 10, 18 *augurium.* 20 *ariolum aut augurem aut vatem.* a) Multi codd. *conticiscat.* Non esse scrib. *professio* pro *confessio*, demonstrat Go. b) Sich. *et magi et.* 21 *ac.* 20 *caldei aut m. et ceteris* et om. paullo post *ob.* Idem *magnitudine.* *) Fol. 23 [a] cod. 4. c) 15 *ne.* d) 20 add. *sed.* 16 *moliatur.* e) 12 *perpetua.* 13 *divinando.* f) 4, Til. — Lugd. *facit.* 9 *supplicio c. ferre.* 6—8 *fere.* 10, 18 *ferat.* 14, 20 *ferre.* Sich. Cod. Iust. *supplicio c. ferietur.* Nostra tamen scriptura Go. legitima videtur. Recte. *) 4 *ultare*, em. *ultore* ab ant. man. g) In Cod. Iust. add. *nostris.* 12 *iussus.* 20 *iusso.* h) 12, 14, 16, 20 *VII.* 31, 32, 43 *VIIII.* i) Cui. 2, 2* *Sept.*, impr. Go. 20 *Ian.* et om. *Med.* k) In seqq. nonn. codd. habent *Constantino*, alii *VIII.* pro *IX.* et *III* pro *II.* Neque desunt, in quibus om. *A.* aut *IX.* aut *A. IX.* et *Caes.* post *Iuliano.* Deest etiam *II.* in codd. 9, 20, 28, 40 et in Cod. Iust. l) Nonn. codd. *invocatorum daemoniorum.* m) Nonn. codd. *puniatur* aut *punientur.* n) *et C.* om. in cod. 4 et in edd. Til. — Ri*. (vid. c. 4 h. t., not. *x*); add. Be. ex Cod. Iust. Male Be. et Cod. Iust. *Iidem A.* et hic et in sq. c. o) Cod. Iust. *usi.* Go. defendit *ausi.* p) Cod. Iust. *vitam.* q) Sec. Go. nonn. leg. *inanibus*, impr. Go. r) Reinesius cj. in notis *venditare*, sed vid. Go. de v. *ventilare* in comm., cui tamen adstipulari non possum in eo, quod v. *ventilare* referri posse dicit ad vv. *vitas insontium*, ut omisso commate post v. *dubitant*, sententia sit, periculo obiectare insontes vel *insontium vitas.* Potius v. *ventilare* significat id, quod patrio sermone dicimus: Gaucklerkünste machen. s) Aur. Lugd. *innimicos.* t) 4, Til. — Ri*. om. *A.* et paullo infra *II.* Add. Be. ex Cod. Iust. Aur. Lugd. *Cons.* u) *et C.* exc. in cod. 4 et in edd. Til. — Ri*.; add. Be. ex Cod. Iust. uu) Aur. Lugd. *tormenis.* v) Cod. Iust. *quoniam tamen.* *) Fol. 23 [b] cod. 4. x) Reinesius in notis, Roever ad loca quaedam iuris civilis depravata in Oelrichs. Thes. T. I, p. 147 em. *cantaminibus*, prob. Dirksenio in Manual. latinit. v. *Cantamen*, quae em. speciosa profecto est, et praeterquam quod levi mutatione commendatur, convenit cum Cod. Iust., qui *carminibus.* Go. tamen tueri studet v. *contaminibus.* y) Cod. Iust. om. *et*, impr. Go. Roever l. c. prop. *veluti.* z) Cod. Iust. *enarrandis*, quod sec. Go. clarius est. zz) In Cod. Iust. add. *exutus.* a) Cod. Iust. *Si vero convictus fuerit* (impr. Go.) *et ad proprium.* Go. pro vv. *Si convictus* em. *nam si convictus* aut *Igitur si convictus.* Dicit enim hanc sententiam superioris consequentem esse. Apta videtur similis particula. Deinde Go. pro *ad proprium* prop. *ad properum* vel *ad properium*, denique etiam *si convictus*, *at proprium*, quod Be. prob., nos probare non possumus. Reinesius cj. *et* pro *ad*, sine magna verisimilitudine. An scrib. *a* pro *ad*? b) *sit* deest in cod. 4, sed add. a rec. manu rubr. col. c) Go. *Dat.* pro *Reddita* accipit, aut *Aciminei* legendum esse putat pro *Arimini.* Valesius ad Ammian. Marcell. p. 173 h. legem transfert in annum sq., impr. Reinesio ep. XXVII. ad Rupertum. Ipse Reinesius in not. propter alias leges his consulibus Sirmii datas et propter concilium ibidem eodem tempore habitum *Sirmii* em. pro *Arimini*, quod verissimum est. Vid. Go. in comm. h. c., in Chron. h. a. p. LVIII. et Reland. l. c. p. 384. *Ari-*

7. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Secundum Pf. P.*[e] Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces[f] aut magicos apparatus aut sacrificia funesta celebrare conetur. Detectum[g] atque convictum competenti animadversione mactari[h], perenni auctoritate censemus. *Dat. V.*[i] *Id. Sept. divo Ioviano*[k] *A. et Varroniano*[l] *Coss.* (364.)

Interpretatio. *Quicunque nocturna sacrificia daemonum*[m] *celebraverit, vel incantationibus daemones invocaverit, capite puniatur.*

8. *) *Iidem AA.*[n] *ad Modestum Pf. P.* Cesset mathematicorum tractatus. Nam si qui[o] publice aut privatim in die noctuque deprehensus fuerit in cohibito[oo] errore versari, capitali sententia feriatur uterque[p]. Neque enim culpa[q] dissimilis est, prohibita discere quam docere. *Dat. prid.*[r] *Id. Dec. Constantinopoli*[s], *Valentiniano et Valente*[t] *AA. Coss.* (365?)

9. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Senatum.* Haruspicinam ego nullum cum maleficiorum caussis habere consortium iudico, neque ipsam aut aliquam praeterea concessam a maioribus religionem genus esse arbitror criminis. Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus unicuique, quod animo imbibisset[u], colendi libera facultas tributa est. Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. *Dat. IV.*[v] *Kal. Iun. Treviris*[x], *Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

10. *Iidem AAA. ad Ampelium Pf. U.* Quia nonnulli ex ordine senatorio maleficiorum *) insimulatione atque invidia stringebantur, idcirco huius modi negotia urbanae praefecturae discutienda permisimus. Quod si quando huius modi inciderit quaestio, quae iudicio memoratae sedis dirimi vel terminari posse non creditur, eos, quos negotii textus amplectitur, una cum gestis omnibus, praesentibus atque praeteritis, ad comitatum mansuetudinis nostrae solenni observationi[y] transmitti praecipimus. *Dat. VIII.*[z] *Id. Dec. Gratiano A. II. et Probo Coss.*[a] (371.)

11. *Imppp.*[aa] *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Albino Pf. U.*[b] Quicunque maleficiorum labe

— c. 7. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 7. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 3. Sec. Go. meminit h. c. Zosimus IV, 3. Baron. ad ann. 364, n. 19. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 45, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et, subscr. in codd. 25, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. — c. 8. Cod. Iust. IX, 18, 8, om. pr. Bas. LX, 39, 34. Photius l. c. Baron. ad ann. 370, n. 93. Vid. Pagium in Crit. ad Ann. Bar. ann. 370 (in Chron. Go. pag. XC. XCIII. sq.). Fortasse coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Repar. appell. (XI, 31). Vid. infra not. *t* et c. 6 cit., not. *y*, *a*, *b*. — c. 9 sec. Go. coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Indulg. crim. (IX, 38). Vid. infra not. *v*. Baron. ad ann. 371, n. 130. — c. 10 coniungenda est cum c. 32 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). — c. 11 coniungenda est cum c. un. C. Th. de Mancipibus (XII, 16). Fortasse etiam coniungenda est cum c. 5, 6 C. Th. de Suariis (XIV, 4) et c. 5 C. Th. de Aquaeductu (XV, 2), quae ad eundem Albinum datae, paucis tantum diebus (vid. infr. not. *h*) distant et c. 5 de Suariis quidem biduo solo, ut diversitas diei potius librariorum negligentiae tribuenda videatur, quam vera sit. Vid. infra XI, 30, not. sup. Cod. Iust. IX, 18, 9. Bas. LX, 39, 35. Photius l. c. Harmenopulus VI, 10. Baron. ad ann. 389, n. 61.

minum quidem urbem hac quoque de caussa falso positam esse Rein. suspicatur, quia praeter h. c. nulla in toto C. Th. lex Arimino perscripta est. d) Cod. Iust. *Titiano.* Aur. Lugd. *Cerealae.* e) 7, 8, 12, 14, 16, 20 supr. lin., 21, Sich. *pū.* s. *Pf. U.* In nonn. codd. om. sigl. dignitatis. 10, 18 *praepositum.* Ri*. *a Sec.* f) 10, 18 *nefarias species.* g) 12 *conatur et detestum.* 21 *deiectum.* Ita 4, Til. — Ri*. Be. add. *enim* ex Sich., quod etiam Ri. in Br. Al. codd. eleganter additum esse videtur. Non opus est v. *enim.* h) 4, Til. — Be. *mactare*, sed paene omnes Br. Al. codices, Sich. *mactari*, quod iam Go. Be. prob. 6 *animadvertione.* 20 *adversione aptari — censuimus.* i) 4 *prid.* 12, 16 *VI.* 28, 40 om. *V.* k) 6, 7, 10, 12, 14, 16, 18 *Datiano.* Multi codd. *Iuviano* aut *Ioviniano.* 28, 31, 36, 40, Sich. in m. *Iuliano.* l) 6, 7, 10, 12, 16, 18 *Varrone.* 9, 38, 42 *Barroniano.* 20 *Matroniano.* 21 *Varoniano.* 30 *Arboniano.* Epit. Mon. *Carboniano.* 28, 34 om. *A.* — *Coss.*, Sich. — Lugd. *A.* et Ri*. *divo.* m) A cod. 40 et Sich. ab. *celebraverit — daemones.* Nonn. codd. *celebraverint — invocaverint — puniantur.* *) Fol. 24[a] cod. 4. n) In Cod. Iust. ponuntur nomina imperatorum. o) Ita 4, Til. — Ri*.; Be. *quis.* Aur. Lugd. *pubice.* oo) Go. in not. *prohibito.* p) Seqq. una cum subscr. des. in Cui. 1 — Lugd. mera typothetae, qui Cuiacianam ed. curavit, socordia, quam Aurelianensis ille sive Lugdunensis stupide imitatus est. Desinit enim in Cuiaciana 1 p. 230 cum v. *feriatur*, sed ita ut infra v. *feriatur* positum sit v. *uterque*, quod primum esse debebat p. 231. Iam vero cum haec pagina incipiat cum c. 9 h. t., clarum est, negligentia typothetae extremam c. 8 partem in Cui. 1 excidisse. q) Ita 4, Til.; Cui. 2 — Be. *dissimilis culpa.* Hinc inc. c. 8 Cod. Iust. cit.: *Culpa similis est tam prohibita* etc. r) 4, Til. Cod. Iust. *prid.* Rell. *II.* s) Cui. 2, 2* *C. L.* pro *Constantinopoli*, impr. Rein. t) Cum nec Valens hoc tempore fuerit Constantinopoli, neque Modestus ante a. 370 praefecturam gesserit, Go. in Chron. suppl. *III.* (370.) vel *IV.* (373.) et ann. 373 vult etiam Reinesius in notis. Utrique anno assignatur a Go. in Chron., etsi in comm. ann. 370 accipit, contra in Chron. malle videtur a. 373, quod Pagius refutare studet. Nolo vero cum Pagio (ad ann. 373) *Dat.* intelligere *Accepta* vel *Proposita*, in qua re ipse se impugnat. Vid. eum in Chron. a. 370 l. c. p. XC. Satis est add. *III.*, qui numeros in cod. 4 facile poterat a librario omitti. Exeunte autem anno 370 Valens Constantinopolin rediit. Anno 373 hac de caussa lex non potest tribui, quia recentior esset sequenti. *AA.* deest in cod. 4 et in ed. Til.; ap. Go. — Ri*. om. annus. Mirum quod in aliis legibus (vid. infra XI, 30, 35, not. *b* et XI, 36, 17, not. *) similiter aut inscr. aut subscr. videtur mendosa esse, neque tamen in c. 17 mutanda, quia everteretur series chronologica legum. u) 4 *invivisset.* Til. — Lugd. *in vivis, set.* In m. Cui. 1 — Lugd. ann. *imbibisset.* Sec. Go. nonn. tent. *iuvisset* aut *libuisset*, recte impr. Go. v) Aut scrib. hic *XIV.* aut in c. 5 C. Th. de Indulg. crim. cit. *IV.*, ut utraque c. in eundem diem incidat. x) 4, *Triberos.* Til. — Lugd. *Tribero.* Cui. 2 — Ri*. *Trever.* *) Fol. 24[b] cod. 4. In ima pagina litera Δ indicatur numerus quatern. y) Ita 4, Til. — Lugd.; Cui. 2 — Be. *observatione.* z) Vid. c. 32 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), not. *u*, ex qua hic suppl. est *Treviris.* a) Aur. Lugd. *Cons.* aa) Go. *Impp.* b) Add. *Romae.* Vid. leges in not.

pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum protrahat, et iudiciorum[c] oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus[d] seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficae artis suppresserit[e], ultimum supplicium non evadat, geminae suspicionis[f] obnoxius, *) quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum et debitae subtraxerit quaestioni, aut proprium fortassis inimicum sub huius[g] vindictae nomine consilio atrociore confecerit. *Dat. XVII.*[h] *Kal. Sept. Roma, Timasio et Promoto Coss.*[i] (389.)

12. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano Pf. P.* Mathematicos, nisi parati sint[k], codicibus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis, catholicae religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem praeteritum redituri, non solum urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus pelli decernimus. Quod si hoc non fecerint[l], et contra clementiae nostrae salubre constitutum in civitatibus fuerint deprehensi[m], vel secreta erroris sui et professionis insinuaverint, deportationis poenam excipiant. *Dat. VIII.*[mm] *Kal.*[n] *Febr. Ravenna*[o], *Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[p] (409.)

TIT. XVII. DE SEPULCRIS VIOLATIS[q].

1. *Imp. Constantius A.*[r] *ad Titianum*[s] *Pf. U.* *) Si quis[t] in demoliendis sepulcris fuerit apprehensus[u], si id sine domini conscientia[v] faciat, metallo adiudicetur[x]; si vero domini auctoritate vel iussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum[y] aliquid de sepulcris[yy] ad domum eius villamque pervectum[z] post hanc legem reperietur[a], villa sive domus aut aedificium, quodcunque erit, fisci viribus[b] vindicetur. *Dat. VII. Kal. Iul.*[c] *Mediolano, Acyndino et Proculo Coss.*[d] (340.)

2. *Idem A. ad Limenium Pf. P.*[e] Factum solitum sanguine[f] vindicari mulctae inflictione corrigimus, atque ita supplicium statuimus in futurum, ut nec ille absit a poena, qui ante commisit. Universi itaque, qui de monumentis columnas vel marmora abstulerunt, vel coquendae calcis gratia lapides deiecerunt, ex consulatu scilicet Dalmatii et Zenophili, singulas libras auri per singula sepulcra fisci rationibus inferant, investigati per prudentiae tuae iudicium. Eadem etiam poena, qui dissiparunt vel ornatum minuerunt, teneantur, et qui posita *) in agris suis monumenta calcis coctoribus vendiderunt, una cum his, qui ausi sunt comparare, (quicquid enim attingi nefas est, non sine piaculo comparatur) sed ita, ut ab utroque una libra postuletur. Sed si et[g] praecepto iudicum monumenta deiecta sunt, ne sub specie publicae fabricationis poena vitetur, eosdem iudices iubemus hanc mulctam agnoscere; uam ex vectigalibus vel aliis titulis aedificare debuerunt. Quod si aliquis, mulctam metuens[h], sepulcri ruinas terrae con-

---

— c. 12 coniungenda est cum c. 5 et 6 C. Th. de Exhib. v. transm. reis (IX, 2), c. ult. C. Th. de Cust. reor. (IX, 3), c. un. C. Th. Ne past. dent. (IX, 31), c. 2 C. Th. Ut intra ann. (IX, 36), c. ult. C. Th. de Abolit. (IX, 37), c. 3 C. Th. de Superexact. (XI, 8), c. ult. C. Th. de Fide test. (XI, 39), c. 8 Cod. Iust. de Defens. civit. (I, 55). Vid. c. 5 C. Th. de Exhib. v. transm. reis cit., not. *q* et sup. Cod. Iust. I, 4, 10. Bas. I, 1, 21. Baronius ad ann. 409, n. 8.

Tit. XVII. Nov. Valent. tit. XXIII. (ed. Berol. p. 1326). Ed. Th. cap. CX. Cod. Iust. IX, 19. Stephani P. ep. 1 (Knust l. c. p. 56). — c. 1. Cod. Iust. IX, 19, 2. Bas. LX, 23, 12. Docum. Aretin. a. 752 l. c. (vid. supra IX, 10, 3) p. 460, 464. — c. 2. Cod. Iust. IX, 19, 3 max. part. om. Bas. LX, 23, 13. Docum. Aretin. a. 752 l. c. p. 459, 462. Indigitatur Concil. Toletano IV, cap. 46. Summaria C. Th.: „*Similis superiori.*"

---

sup. citt. Cod. Iust. *P. P.*, impr. Go. c) Cod. Iust. *pertrahat et iudicum.* Mendose Ri*. *potrahat.* d) In Cod. Iust. add. *id est aurigis*, quae vv. P. Faber ideo expungenda esse ibi dicit, quia des. in C. Th., contra Go. defendit. e) Cod. Iust. *maleficae artis oppresserit.* Non dubitabam ex Cod. Iust. restituere *maleficae* pro *maleficiae*, quod 4 et edd. habent. f) Cod. Iust. *suspicioni.* *) Fol. 25[a] cod. 4. g) Cod. Iust. *huiusmodi.* Be. err. *vidictae.* h) Go. in Chron. *XVI.*, err. c. 5 C. Th. de Suariis cit. *XV.*, c. 6 C. Th. eod. cit. *VIII.* et c. 5 C. Th. de Aquaeductu cit. *V.* Vid. not. sup. h. c. Mox Cod. Iust. *Romae.* i) Aur. Lugd. *Cons.* k) Cod. Iust. *Math. si non parati sunt.* l) 4 *fecerit*, sed em. ab ant. man. *fecerint.* m) Cod. Iust. *comprehensi.* mm) 4, Til. om. *VIII.* n) *Kal.* deest in Cui. 2, 2*, sed add. in Erratis. o) 4, edd. *Rav.* Cod. Iust. *Ravennae.* p) Til. *Cons.*

q) 4 *De Sepulchri violati*, sed em. a rec. manu *De Sepulchris violatis.* Cod. Iust. *De Sepulchro Violato.* Nov. Val. cit. *De Sepulcri Violatoribus.* r) Go. h. c. Constanti tribuit, unde Be. in h. et sq. c. legi vult *Impp. Constantius et Constans AA.*, Reland. autem l. c. p. 347 Constantio. s) Ita Be. auct. Go.; *Titianum* prop. etiam Reinesius in notis. Ex Anonymi enim notitia Praefectorum Urb. et ex inscriptionibus apparet, scribendum esse *Titianum*, non *Tatianum*, quem ad modum legitur in cod. 4 et in edd. Til. — Ri*. Cod. Iust. Vid. Corsinium l. c. p. 197 sq. *) Fol. 25[b] cod. 4. t) Cod. Iust. *Si servus.* u) Cod. Iust. *deprehensus.* v) Cod. Iust. *scientia.* x) Cod. Iust. *addicatur: sinvero.* y) 4, Til. — Lugd. *detractatum*, sed in cod. 4 a librario ipso em. *detractum*, punctis supra *ta* positis. yy) Cod. Iust. *sepulchro.* z) Cod. Iust. *provectum.* Docum. Aret. *vectum.* a) Cod. Iust. *reperitur*, impr. Wittio l. c. p. 464. Vv. *post hanc legem* des. in Cod. Iust. b) Cod. Iust. Docum. Aret. *iuribus*, prob. Wittio. Sed an Be. iure a Wittio h. l. vituperetur, dubito. Vid. supra IV, 12, 4, VII, 18, 7; infra XII, 1, 6, XVI, 5, 58 et al. loc. in Gloss. Nom. In Antiquis Summariis Codicis Theodosiani a me editis Lips. 1834. 8. p. 4 nonn. add., quae hic non sunt, et Heidelbergensi censori desumpta esse videntur ex Nov. Valent. de Sepulcri viol. c) Cod. Iust. *Id. Iul.* et om. *Med.* Mox 4 *Aquindino.* d) Aur. Lugd. *Cons.* e) Idem simul Pf. U. fuit. Vid. Go. not. *b.* Vid. supra not. *r.* f) 4 *sanguinem*, sed em. ab ant. man. *sanguine.* *) Fol. 26[a] cod. 4. g) Go. cj. *sed et si*, sed mavult *sed si ex.* h) 4 *etuens*, ed.

gestione celaverit et non intra statutum ab excellentia tua[hh] tempus confessus sit, ab alio proditus duas auri libras cogatur inferre. Qui vero libellis datis a pontificibus impetrarunt, ut reparationis gratia labentia sepulcra deponerent, si vera docuerunt, ab illatione multae separentur: at[i] si in usum alium depositis abusi sunt, teneantur poena praescripta. §. 1. Hoc in posterum observando, ut in provinciis locorum iudices, in urbe Roma cum pontificibus tua celsitudo inspiciat, si per sarturas*) succurrendum sit alicui monumento; ut ita demum data licentia tempus etiam consummando operi statuatur. §. 2. Quod si aliquis contra sanctionem clementiae nostrae[k] sepulcrum laesurus attigerit, viginti libras auri largitionibus nostris cogatur inferre. Locorum autem iudices si haec observare neglexerint, non minus nota[l] quam statuta in sepulcrorum violatores poena grassetur. *Dat. V. Kal. April.*[m] *Limenio et Catulino*[n] *Coss.* (349.)

3. *Idem A. et Iulianus C. ad Orfitum*[o]. Quosdam comperimus lucri nimium cupidos sepulcra subvertere et substantiam fabricandi ad proprias aedes transferre. Hi[p], detecto scelere, animadversionem priscis legibus definitam subire debebunt*). *PP. in foro Traiani, Constantio A. VIII. et Iuliano C. Coss.*[q] (356.)

4. *Idem A. ad Populum.* Qui aedificia manium violant, domus[r], ut ita dixerim, defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare; nam et sepultos spoliant destruendo, et vivos polluunt fabricando. *) Si quis igitur de sepulcro abstulerit saxa vel marmora vel columnas aliamve quamcunque materiam, fabricae gratia[s], sive id fecerit venditurus, decem*) pondo auri cogatur inferre fisco, sive quis propria sepulcra defendens hanc in iudicium querelam detulerit, sive quicunque alius accusaverit vel officium[t] nuntiaverit. Quae poena priscae severitati accedit[u]; nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulcra[v] violantibus videtur impositum. Huic autem poenae subiacebunt, et qui corpora sepulta aut reliquias contrectaverint. *Dat. Id. Iun.*[x] *Mediolano, Constantio*[y] *A. IX. et Iuliano Caes. II.*[z] *Coss.* (357.)

5. *Imp. Iulianus A. ad Populum.* Pergit audacia ad busta diem functorum[a] et aggeres consecratos, cum et lapidem hinc movere, terram sollicitare[b] et cespitem vellere[c] proximum[d] sacrilegio maiores[dd] semper habuerint. Sed et[e] ornamenta quidam tricliniis aut porticibus auferunt[f] de sepulcris. Quibus primis[g] consulentes, ne in piaculum incidant contaminata*) religione bustorum[h], hoc fieri prohibemus, poena manium vindice cohibentes[i]. §. 1. Secundum illud est, quod efferri[k] cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam, et per maximam insistentium densitatem; quod quidem oculos[l] hominum infaustis incestat adspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus a funere? Aut quomodo ad Deos et templa venietur? Ideoque quoniam et dolor in exsequiis secretum amat, et diem functis nihil interest, utrum per noctes an per dies efferantur, liberari convenit populi totius adspectus, ut[m] dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum nec ostentatio videatur. *Dat. prid. Id. Febr. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*[n] (363.)

— c. 4 fortasse in eundem diem incidit atque c. 1 C. Th. Qui petant (III, 18). Vid. infra not. *x*. Cod. Iust. IX, 19, 4. Bas. LX, 23, 14. Summaria C. Th.: „*Similis secundae.*" — c. 5. Cod. Iust. IX, 19, 5 om. altera part. Bas. LX, 23, 15. Baron. ad ann. 363, n. 21. Sec. Go. partim fugitiva est. Vid. infr. not. *i*.

rubro colore corr. *metuens*. hh) Aur. Lugd. *sua*. i) 4 *aut*, sed rubro colore corr. *at*. *) Fol. 26[b] cod. 4. k) Hinc inc. c. 3 Cod. Iust.: *Si quis sepulchrum violaturus* (nonn. codd. et Docum. Aretin. *laesurus*: vid. Witt. l. c. p. 462) *attigerit, locorum iudices, si hoc vindicare neglexerint, non minus quam viginti librarum auri in sepulchrorum violatores statuta poena multentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur.* l) Docum. Aret. *nota infamiae, quam XX librarum auri in sepulchrorum violatores statuta poena damnari.* Witt. l. c. m) Locus deest etiam in Cod. Iust. An add. *Sirmio*? n) 4, edd. *Catullino*. Vid. II, 1, 1, not. *o*. o) Add. *Pf. U.* p) 4, Til. — Ri*. *hii*. *) Antiq. Summaria C. Th. l. c. p. 4: „*Plus hic fieri iussit, ut non mulctam, sed poenam animae patiantur.*" Huiusmodi rei hic nihil est. q) Go. vult *VIIII. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.), quare annus deest ap. Go. — Ri*. r) Cod. Iust. *Qui sepulchra violant, domos.* *) Fol. 27[a] cod. 4. s) Cod. Iust. *fabricandi gratia* et mox *fisco inferre.* *) Basil. l. c. Cui. ad c. 4 Cod. Iust. cit. *viginti*, impr. Go. Vid. supra not. *l*. t) Cod. Iust. *ad officium*, impr. Go. Bas. conveniunt cum C. Th. u) 4, Til. — Ri*. *accidit*. Be., auct. Go., recte rest. *accedit* ex Cod. Iust., neque aliter habent Bas. v) Cod. Iust. *sepulchrum.* x) Go. vult *Iul.* Contra Ri. *IV. Kal. Ian.* (scrib. *Iun.*) Constantium h. a. Roma iam discessisse et Mediolanum abiisse dicit, ideoque nihil mutandum. Movit fortasse Go. haec res, quod paucis diebus, qui intersunt inter IV. Kal. Iun. et Id. Iun., Constantium iter Roma Mediolanum fecisse et Mediolani leges dedisse non verisimile est; movit eum fortasse etiam c. 1 C. Th. Qui petant (III, 18), quae, si Go. cj. vera est, cum h. c. non coniungenda quidem est, sed tamen in eundem diem incidit. y) Ex Cod Iust. et Reinesii not.; 4, Til. — Be. *Constantino*, impr. Ri. et Be. z) *II.* deest in Cod. Iust. Aur. Lugd. *Cons.* a) Cod. Iust. *busta defunctorum.* Carolus Neapolis ad IV. Fastorum Ovid. v. 750 p. 290 ed. Burmanni h. l. ita restringit: *Pergit audacia, ut quidam in busta diem functorum et aggeres consecratos saeviant*, impr. Go. b) Cod. Iust. *movere et terram evertere.* c) Cod. Iust. *evellere.* d) 4, Til. — Lugd. *proximam*, sed in Til. — Lugd. est comma post *proximam* (*proximam, sacrilegio*). Cuiacius tacite restituit veram scripturam ex Cod. Iust. dd) In Cod. Iust. add. *nostri.* e) Ita recte Be., auct. Go., ex Cod. Iust.; in cod. 4 et in edd. ante Be. deest *et*. f) Cod. Iust. *ornamenta quaedam tr. a. p. auferre.* Car. Neapol. l. c. em. *sed ornamenta tricliniis aut porticibus auferant*, impr. Go. Vid. not. *a*. g) Cod. Iust. *primo*, impr. Go. *) In literis *nata* inc. fol. 27[b] cod. 4. h) Cod. Iust. *incidat contaminata religio defunctorum*, impr. Go. i) Cod. Iust. *poena sacrilegii cohibentes*, et des. rell., quae ab h. tit. Go. fugitiva esse videntur. k) 4, Til. — Lugd. *eferri.* l) Aur. Lugd. *oculo.* m) Go. mavult *et*, sed *ut* signi-

6. *Imppp.*) Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio Pf. U.* Omnia, quae supra terram urnis clausa vel sarcophagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur, ut et humanitatis instar exhibeant, et relinquant incolarum domicilio sanctitatem[nn]. Quisquis autem huius *) praecepti negligens fuerit, atque aliquid tale ab huius interminatione praecepti ausus fuerit moliri, tertia in futurum patrimonii parte mulctetur; officium quoque, quod tibi[o] paret, quinquaginta librarum auri affectum dispoliatione moerebitur[p]. Ac ne alicuius fallax et arguta solertia ab huius se praecepti intentione subducat, atque[q] apostolorum vel martyrum sedem humandis corporibus aestimet esse concessam, ab his quoque, ita ut a reliquo civitatis, noverint se atque intelligant esse summotos. *Dat. III.*[r] *Kal. Aug. Heracleae, Eucherio et Syagrio*[s] *Coss.* (381.)

7. *Iidem AAA.*[t] *Cynegio Pf. P.* Humatum[u] corpus nemo ad alterum locum transferat; [v]nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Habeant[x] vero in potestate, si quolibet in loco sanctorum est aliquis conditus, pro eius[y] veneratione, quod martyrium vocandum sit, addant, quod[z] voluerint fabricarum. *Dat. IV.*[zz] *Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

TIT. XVIII. AD LEGEM FABIAM.

1. [a] *Imp. Constantinus A. ad Domitium Celsum*[b] *Vicarium Africae.* Plagiarii[bb], qui viventium[c] filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis[d] suppliciis tenebantur[e]. Si quis tamen eiusmodi[f] reus fuerit oblatus, posteaquam[g] super crimine patuerit[h], servus quidem vel libertate donatus bestiis primo quoque[i] munere obiiciatur[k], liber autem sub hac forma[l] in ludum detur gladiatorium[m],

— c. 6. Ed. Th. cap. CXI. Cod. Iust. I, 2, 2 max. part. om. Bas. V, 1, 2. Concil. Triburiens. can. 17. In eundem diem inc. c. 87 C. Th. de Decur. (XII, 1) et c. 3 C. Th. de Fide cath. (XVI, 1). Vid. infra not. *r.* Haec et sq. c. quodammodo fugitivae sunt. — c. 7. Cod. Iust. III, 44, 14, I, 2, 3 om. fin. Bas. LIX, 1, 14, V, 1, 3. Vid. supra c. 4 de Proximis (VI, 26), not. super. Exstat haec c. ap. Labat. l. c. p. 761 et ap. Baron. ad ann. 386, n. 42.

Tit. XVIII. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XVIII.* Cui. 2, 2* *Tit. XVIIII.*, err., quem Rein. em. Br. Al. eiusque codd. 5 — 10, 12 — 16, 18, 20, 21, 24 — 34, 36 — 40, 42 — 47, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XIV.* Cod. Iust. IX, 20. L. Vis. VII, 3. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.* Ed. Th. cap. LXXVIII. L. R. B. tit. IV. (vid. etiam tit. XX.) Cod. Iust. IX, 20, 16 om. et mut. fin. Bas. LX, 48, 21 in f. et ad h. c. Leunclavius Notat. II, 221 (in Thes. Otton. III, 1549). L. Vis. VII, 3, 3. Interpr. Regino II, 345. Integra cum interpr. est in codd. 6 — 10, 12 — 14, 16, 18, 20, 21, 27; omnia praeter interpr. des. in codd. 45 — 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 28, 29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

ficantius est. n) Cod. Iust. *Salustio.* Aur. Lugd. *Cons.* Go. — Ri*. add. ann. 383, mendose. *) Aur. — Cui. 2* *Impp.* nn) Sec. Go. est qui tentat *sanitatem*, impr. Go. *) Fol. 28[a] cod. 4. o) Ita 4, et ita iam voluit Go. pro *sibi*, quod in edd. est; recte; nam Theodosius praefectum urb. alloquitur, de cuius officio nunc agit. Orta est vulg. scriptura ex eo, quod in cod. 4 rubro col. correctum est *sibi.* p) Ita recte Be. ex Til., etsi 4, Til. *maerebitur*, quae differentia solius orthographiae est. Cui. 1 — Ri*. *merebitur*, male. Go. em. *moerebit*, neque tamen impr. *moerebitur.* q) Hinc inc. c. 2 Cod. Iust.: *Nemo apostolorum v. m. s. humandis* (vulgo *humanis*, recte impr. Go. Bas. μηδεὶς — θαπτέτω νεκρόν. Vid. c. 7 h. t., not. *u*) *c. existimet esse concessam*, et des. seqq. r) 4, Til. — Lugd. *IIII.* Cui. ex Cod. Iust. rest. *III.*; recte; nam ita haec c. in eundem diem incidit, quo c. 87 C. Th. de Decur. (XII, 1) et c. 3 C. Th. de Fide cath. (XVI, 1) datae sunt. s) Aur. Lugd. *Siagrio.* t) Be. auct. Go. em. *Imppp. Val. Th. et Arcadius*, quocum utraque c. congruit Cod. Iust.; Lab. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius.* u) Cod. Iust. *humanum*, impr. Go.; contra Glück. l. c. T. XI, p. 406, not. 67 propter sqq.: *sine Augusti aff.* v. *humatum* de consilio Triboniani mutatum esse dicit. Etiam Dirksen. l. c. p. 433 propter librorum et Bas. (ubi μηδεὶς ἀνθρώπινον σῶμα χωρὶς — μεταφερέτω) consonantiam tuetur Cod. Iust. scripturam. Vid. c. 6 h. t., not. *q.* Ceterum hinc inc. c. 14 Cod. Iust. cit., quae sic: *Nemo humanum c. ad alium locum sine Augusti affatibus transferat*, et des. rell. v) Hinc inc. c. 3 Cod. Iust. cit., quae sic: *Nemo martyres distrahat, nemo mercetur*, et des. rell. x) 4, Til. — Lugd. *habeat*, mendose. y) Lab. de cj. Go. *ut pro eius*, probabiliter. z) Go. *quod* pro *quodcunque* habet. Be. cj. *quodque*, quo facile caremus. Commatis signum post *addant* abest a Cui. 2 — Ri*. zz) c. 14 Cod. Iust. cit. *Dat. III.*

a) Fol. 28[b] cod. 4. Plerique codd. *Faviam.* Vid. Reland. p. 850. Nonn. codd. *Fusiam* et 33, 34, 37 *Iuliam.* Cod. Iust. add. *de Plagiariis.* In codd. Br. Al. ap. Sich. et in Cui. 2 — Be. add. *Hoc est, qui filios involant alienos*, ex interpr. titt., de qua vid. editionem Breviarii, quam paro. Delevi igitur illa vv., quae spuria sunt et des. in cod. 4, sed ap. Be. uncis incl. ut suspecta. 15 *De his, qui filios involant alienos*, quam quidem rubricam librarius effinxit ex rubrica Br. Al. Cui. 2 — Ri*. in ind. titt. add. *de Plagiariis*, quod, si quo in codice reperiatur, non dubito, quin recipiendum sit. b) 8 *ad Domitium cons.* et om. *Vic. Afr.* 28, 36, 40 om. *Celsum Vic. Afr.* et 38 *Africae*, pro quo plerique codd. *Affricae.* 20, 33, 34, 39 *Domitianum* s. *Domicianum*, sed 20 *Imp. Constantinus et Constans A. ad Domicianum et Celsum vc Afr.* bb) Ri*. mendose *Plagiari.* c) 21 *iuventium* et mox 8 *infigunt.* d) Sich. *cognitionem*, et haec quidem C. Th. scriptura iam innotuerat Alciato. Go. ad h. c., not. *e*, hoc perperam ab Alciato scriptum esse contendit, sed ipse fallitur opinione. In cod. 15 om. *cum c. a. c. suppliciis.* e) 6 — 8, 10, 12, 14 — 16, 18, 20, 21, Sich. Cui. 2, 2* Cod. Iust. *teneantur*, male. Vid. Go. in comm. f) 20 *Si quis autem huiusmodi.* Cod. Iust. *huiusmodi.* Vix opus est monere, ut Go. fecit, ne *tamen* mutetur in *tandem.* g) 10 *postea* et om. *quam.* Til. — Lugd. *postea, quam.* h) Sich. in m. Cod. Iust. *claruerit*, impr. Go. 20 supr. lin. *aparuit.* Ibidem paullo post om. *vel.* i) Go. cj. *quoquo*, sine ulla necessitate. 15 om. *quoque* et Cod. Iust. *primo q. munere.* k) Cod. Iust. *subiiciatur, ingenuus autem gladio consumatur*, et des. rell. l) 20 *super hanc formam.* 27 *libertatem autem s. h. f.* m) 6 — 8, 14, Sich. *gla-*

ut, antequam aliquid[n] faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur. Eos autem, qui pro hoc crimine iam in metallum[o] dati sunt, nunquam revocari praecipimus. *Dat. Kal. Aug. Constantino A. IV.*[p] *et Licinio*[q] *IV.*[r] *Coss.* (315.)

Interpretatio. *Hi, qui filios alienos furto abstulerint et ubicunque transduxerint, sive ingenui sive servi sint, morte puniantur*[s].

TIT. XIX. AD LEGEM CORNELIAM[t] DE FALSO[u].

1. *Imp. Constantinus A. Mechilio*[v] *Hiluriano Correctori Lucaniae*[x] *et Brittiorum*[y]. Si quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis[yy] scripserit voluntatem, vel conscribendis[z] publicis privatisque instrumentis praebuerit officium, si falsi quaestio[zz] moveatur[a], decurionatus honore seposito[b], quaestioni, si ita poposcerit caussa, subdatur[c]. Sed non statim desinit[d] esse decurio, qui in huius modi facto fuerit deprehensus. Quantum enim ad municipales pertinet necessitates[e], decurio permanet[f]; quantum ad rem gestam et veritatem reserandam[g], uti decurionatus honore non poterit. §. 1. Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam[h] quaestionem super his, quae ante conscripsit[i], factus decurio defendi hac poterit dignitate, quoniam scripturae[k] veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari auctorem. *Dat. III.*[l] *Kal. Febr.*[m] *Acc. Kal. Aug.*[mm] *Sabino*[n] *et Rufino Coss.* (316.)

Interpretatio. *Si quis curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit, et de falsitate accusatur, seposita primitus dignitate, si necesse fuerit, subdatur examini: qui si convincitur, a curia non expelletur, sed curiae dignitate*[o] *privabitur, id est ut honoratus esse non possit. Tabellio vero, qui admanuensis nunc vel cancellarius*[p] *dicitur, etiamsi ad curiae pervenerit dignitatem, si de falsitate*[q] *accusatus fuerit*[r] *aut convictus, subdatur examini, ut per ipsum, per quem confecta est, scripturae veritas approbetur*[s].

2. *Imp. Constantinus A.*[t] *ad Maximum Pf. U.* Cum in praeterito is mos in iudiciis servaretur, ut prolatis instrumentis, si ea falsa quis diceret, a sententia iudex

---

Tit. XIX. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XIX.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—16, 18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—44, 46, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XV.* Cod. Iust. IX, 22. Cf. L. Vis. VII, 5. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Decur. (XII, 1), quae Go. huius legis pars prior fuisse videtur. Est etiam ap. Baronium ad ann. 314, n. 32. Cod. Iust. IX, 22, 21. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; part. textus, subscr. et interpr. in cod. 9; vid. infra not. *i*; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. — c. 2 indigitatur sec. Go. in c. 5 C. Th. de Accus. (IX, 1). Ed. Th. cap. XLI, XLII. Cod. Iust. IX, 22, 22 om. pr. Bas. LX, 41, 56.

---

diatorum. 12 *defendetur gladiorum.* 27 *gladatorio.* n) 6—8, 10, 14, 18 *aliud.* 15 *aliquid quo se defendere possit faciat gladio c.* Mox 20 *quod se.* o) Nonn. codd. *metallo.* 12 om. *in.* p) 39, 43 *III.* 24 *VIIII.* 8, 36 om. *Const. — et.* q) Nonn. codd. *Lycinio.* 38 *Nicinio.* r) 13, 15 *III.* 28 *L. c̄. coss.* et 39, 43 *L. IV. c̄. coss.* Complures codd. et Cod. Iust. om. *IV.* Aur. Lugd. *Cos.* s) Complures codd., inter eos 6—10, 18, 21, 42 et Sich. *sive ingenuus, sive servus sit,* (20 *ingenuus sit seu servus*) *m. puniatur*, praeterquam quod 6 videtur habere *puniantur* et in nonn. codd. leg. *punietur.* Ceterum 20 *furtim.*

t) 15 om. *Ad L. Corneliam.* Nonn. codd. *Corniliam.* 20 *De Lege Cornilia.* u) Cod. Iust. *de Falsis.* 37 om. *de Falso.* v) 6, 7, 10, 12, 16, 18 *Necilio.* 14, 27 *Nicelio.* 13, 15, 25 *Mecilio.* 29, 42 *Micilio.* 20 *Michilio.* 33, 34 *Nicidio H. p̄p̄ō L.* etc. Sich. *Methilio.* 8 om. *Mech.* et *Luc. et Britt.* et 28, 38, 40 *Mechilio* etc. Nonn. codd. *Helariano.* Go. Be. in not. ad c. 3 C. Th. de Decur. (XII, 1) malunt *Mecilio.* Cf. supra VI, 4, 3 et 4. x) Nonn. codd. *Locaniae.* 10, 18 *Lucie.* 29 *Loccariae.* 42 *Locariae.* y) 4, 15, Til. — Ri*. *Brittiorum.* 6, 29 *Brittorum.* Rell. codd. *Britiorum* s. *Briciorum.* Sich. Cod. Iust. *Brutiorum.* Be. *Bruttiorum.* Scribendum *Brittiorum* cum codd. in quibuscunque legibus hoc nomen est. yy) In Antiq. Summariis C. Th. l. c. p. 5 Interpres de suo add. *bis.* z) Fol. 29[a] cod. 4. 9 *inscribendis.* zz) 20 *quaestione*, supr. lin. *quaestioni.* a) In 12 add. *et.* b) 8 *posito.* 20 *deposito*, impr. Ri. c) 20 *si si ita p. c. subducatur*, sed supr. lin. add. *subdatur.* d) Be. em. *desinet* ex cod. 6, et ita habent etiam 7, 10, 12, 13, 18. Sed *desinit* aeque bene dicitur cum antec. edd. Cod. Iust. et cum rell. codd., inter quos est cod. 4. e) 20 *antiquitus dignitates.* 15 *mun. nec. pert.* f) 4 *permanet.* Ita etiam 9, 15 (quos codd. saepe vidimus cum vero C. Th. consentire), edd. et Cod. Iust. Solus Be. edid. *permaneat* ex codd. 6, 20. Ceterum 20, 21, Sich. *perm. et quantum.* g) Ita Be. ed. ex cod. 6, optime. Accedunt codd. 7—10, 12—14, 16, 18, Cod. Iust. 15, 21, Sich. *reservandam*, sed 21 *reserv. ut id.* 20 *gestam meruit veritate reseranda.* Rell. *servandam* ex cod. 4. Go. defendit *servandam*, i. e. *eruendam.* Vid. Iuretum in Symmachum VII, 109. In m. Cui. 1, 2, 2* em. *eruendam*, in Aur. Lugd. haec nota marg. translata est ad v. *eludendam.* h) 9 *erudendam.* 10, 18 *deludendam.* 12 *eruendam.* 14 *ludendam.* i) 13 *subscripsit.* 15 *conscripserit.* Cod. Iust. *scripserit.* Cum*v. *conscripsit* desinit quaternio XI. cod. 9 et est lacuna usque ad vv. *expedisse noscatur* c. 17 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42), quibuscum incipit quat. XIII. Periit igitur quat. XII. 20 *facultas.* k) 8 *quod scr.* 10, 18 *quae non scr.* 20 *hanc pot. dignitatem quō scr.* et mox *repoposcerit.* l) 15, 16, 32, L. R. U. *IIII.* m) 8, 15, 20, 27, 30, 33, 34, Cod. Iust. om. *Acc. Kal. Aug.* 16 *Kal. Febr. augusto.* 30, 33, 34 *Mai* et 32 *Sept.* pro *Febr.* mm) 6, 7, 12 *Febr. ā* (s. *augusto*) *Sab.* n) Multi codd. *Savino.* Go. *Sabinio*, err. o) Multi codd. *accusator reposita — dignitatem — expellitur* (nonn. *expellatur*) — *dignitati.* p) 6—8, 10, 18, 20, 21, 42, 43, Sich. om. *vel cancellarius.* Vid. Go. I, 82, not. *b*, col. 2 et Carolum de Savigny l. c. I, 49, not. 103 (I. ed.), p. 72, not. *m* (II. ed.). q) 20 *et* (pro *etiam*) *si — facultate.* r) Ita 6—8, 20, 21, 42, 44 et multi alii codd. Edd. *fuerit accusatus.* s) 20 *comprobetur.* Sich. *conf. est scriptura, veritas adprob.* t) Ex Cod. Iust. reponendum *Id. A.* *) Fol. 29[b] cod. 4.

civilis controversiae temperaret, eoque contingeret, ut imminens accusatio nullis clausa temporibus petitorem *)possessoremve deluderet, commodum duximus, ut, etsi alteruter litigantium falsi strepitum intulisset, petitori tamen possessorive momentum prolatorum instrumentorum[u] conferret auctoritas; ut tunc[v], civili iurgio terminato, secunda falsi actio subderetur. §. 1. Volumus itaque, ut primum cesset inscriptio. Sed[x] ubi falsi examen inciderit, tunc ad morem pristinum, quaestione civili per sententiam terminata[y], acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione aliisque vestigiis veritatis. Nec accusatori tantum quaestio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur[z], sed inter utramque personam sit iudex medius, nec ulla, quae sentiat, interlocutione divulget[a], sed tanquam ad imitationem relationis, quae solum audiendi mandat[b] officium, praebeat notionem, postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. §. 2. Ultimum autem finem strepitus criminalis, quem litigantem disceptantemque fas non sit excedere, *) anni spatio limitamus, cuius exordium testatae apud iudicem competentem actionis nascetur auspicium: capitali post probationem supplicio, si id[c] exigat magnitudo commissi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente. *PP. VIII. Kal. April. in Foro Traiani, Constantino A. VII. et Constantio*[d] *C. Coss.* (326.)

3. *Impp.* *) *Valentinianus et Valens AA. ad Festum Proconsulem*[e] *Africae.* Serenitas nostra prospexit[f], inde coelestium literarum coepisse imitationem, quod his apicibus tuae gravitatis officium consultationes relationesque complectitur, quibus scrinia nostrae perennitatis utuntur. Quamobrem istius sanctionis auctoritate praecipimus, ut posthac magistra falsorum consuetudo tollatur, et communibus literis universa mandentur, quae vel de provincia fuerint scribenda vel a iudice; ut nemo stili huius exemplum aut privatim sumat aut publice. *Dat. V. Id. Iun. Treviris*[g], *Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

4. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus*[h] *AAA. ad Maximinum*[i] *Pf. P.* Damus copiam iurgantibus[k], si apud iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, spatium ut habeat, qui perurgeat[l], profitendi, utrum de falso criminaliter, an de scripturae fide[m] statuat civiliter experiri. §. 1. Quod si expetens vindictam falsi crimen intenderit[n], erit[o] in arbitrio iudicantis, an eum sinat etiam sine inscriptione certare[p]. Iudicis enim potestati[q] committi oportet, ut de eo, qui obiecta non probaverit, sumat propositum antiquo iure supplicium[r]. Rationi quoque huius modi plenissime suffragatur antiquitas, quae nequissimos[s] homines et argui[t] voluit et coerceri legibus variis, Cornelia[u] de veneficiis[v], sicariis, parricidiis[x], Iulia de adulteris[y] ambitusve criminibus,

---

— c. 4. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 4. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2, uno cod. 15 exc., ubi haec c. ad prox. tit. relata est, add. rubrica: *Tit. XVI. Posse civiliter et criminaliter agi.* Ed. Th. cap. XL (?). L. R. B. tit. XXXII. Cod. Iust. IX, 22, 23 mut. Bas. LX, 41, 57. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12–16, 18, 20, 21; omnia des. in codd. 26, 48; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. Incipit in h. c. folium IX. cod. I. a Vesmio inventum. Vid. infra not. *t.*

---

u) 4 *strumentorum*, sed em. rubr. col. v) Be. err. *nunc.* x) Hinc inc. c. 22 Cod. Iust. cit. y) Vv. *ad morem — terminata* des. in c. 22 Cod. Iust. Recepta sunt in c. 23 Cod. Iust. eod. Vid. c. 4 h. t., not. *n.* z) 4 *indigatur*, sed em. a rec. man. a) 4 *ullaq.*; Cod. Iust. *nec ulla interl. div., quae sentiut.* b) Til. — Lugd. *mandato officium pruebeat.* *) Fol. 30[a] cod. 4. c) Cod. Iust. *criminalis compendioso spatio limitamus quem lit. — excedere, cuius exordium nascetur auspicio* (ita etiam Cui. 2 — Go.) *contestatae* (prob. Go. in comm.) *accusationis apud iudicem competentem: post probutionem supplicio capitali, si id* etc. d) Go. — Ri*. Cod. Iust. om. ann., quia Maximus h. a. Pf. U. non reperitur. Vid. supra II, 22, 1, not. *k.* In not. rep. vult Go. consules anni 320. Quae Be. ann.: „*VI. et Constantino* Gfr. vult; et sane 326. Maximus Pf. P. iam fuit. Quodsi recta sit haec subscr., statuamus necesse est, legem inscrib. esse Pf. P. praeterea autem missam quoque ad Pf. U.", ea ego non intelligo. Videtur lex alio anno data, alio in Foro Traiani proposita esse. *) Cui. 2, 2* *Imppp.* e) In cod. 4 non clare distinguitur, utrum scrib. sit *pc̄* (proconsulem) an *pō* aut *pū*; correxi igitur *Proconsulem*, ut habet Go. in Chron. Edd. *P. V.* s. *Pf. U.* Vid. infra X, 9, 3, not. *c.* Festo proconsuli Africae inscr. c. 1 Cod. Iust. Ubi de poss. (III, 16), quae impedit, quo minus eum cum Go. et Rein. non Afr. sed Asiae proc. fuisse putemus. f) Malo *perspexit*, quod video Go. quoque placuisse. g) Go. in Chron. corr. *Rem.* Aur. Lugd. *Cons.* h) 34 *Valent. et Grat.* 20, 21, 40, 43, Sich. *Valentinianus Gr. et Valens.* 8 om. *et.* Cui. 2, 2* *Impp.* i) 6, 10, 13, 14, 18, 20, 21, 24, 32, 34, 37—39, 42, 43, Sich. Cod. Iust. Cui. 2, 2* *Maximum*, impr. Go. et Ri. Vid. supra IX, 6, 2, not. *z.* 25 *ad maximo.* 28, 36, 40 om. *ad M. Pf. P.* 20 supr. lin., 21, 25 *pū.* 10 *praepositum.* Sich. *PF. V.* k) Fol. 30[b] cod. 4, ubi *iugantibus*, sed em. ab ant. manu *iurgantibus.* Cod. Iust. *D. licentiam litigantibus.* l) 20 *alia disputatio sputium* (om. *ut*) *hubeat qui perurgebat.* In Cod. Iust. om. *sp. ut h. q. perurgeat.* m) 6, 7 *criminanter — fidem.* 14 *criminanter unde scr.* 20 *fide st. de vilitute*, sed em. Cod. Iust. *criminaliter statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri, an civiliter*, impr. Go. n) 20 *quod* (om. syll. *si*) — *criminis intend.* Cod. Iust. *intenderit, tunc quaestione civili per sententiam terminata* (vid. c. 2 C. Th. h. t., not. *y*), *criminis fiut indago, ut si quis tabulas*, et des. vv. *erit — uusteritas*, impr. Go. o) 21 om. *erit.* Sich. *intenderit, in arb. iud. erit.* p) 20, 21, Sich. *certari.* Til. *iuscribtione*, err. q) Ri*. perperam *potestatis.* r) 20 *sumnia proposita ant. iur. supplicio.* Nonn. codd. *ratione.* s) Go. in not.: *quosque.* t) 4 *ucui voluet.* 6, 7, 10, 12—14, 16, 18 *acui*, ut 4. 8, 15 *argui.* 20 *accui.* 21 om. *accusari*, spatio interiecto. Erat igitur v. *accusari*, quod ex ed. Sich. in poster. edd. transiit, suspectum, nec dubitabam repon. *argui*, quod prope abest a cod. 4 script. Vid. IX, 24, 3. u) Codd. plerique *Cornilia.* v) 6—8, 10, 13, 16, 18, 21 de corr. *veneficis.* Sich. *Cornelia, De veneficis.* Vid. C. Gr. XIV, 3, not. *p.* Cuiacius discriminis aliquid esse putat, utrum scrib. *Veneficiis* an *Veneficis.* Negat id Go. not. *n* h. c. x) 13, 21 *parricidis.* Sich. *paricidis.* y) 6—8, 10, 13, 14, 18, 20 *adulteriis.* Falsum est, quod

ceterisve ita[z] promulgatis, ut possit[a] etiam sine inscriptione cognosci, poena tamen[b] accusatorem etiam sine solennibus occuparet[c]. De qua re et[d] divus Antoninus[e] rescripsisse docetur, id[f] in iudicis potestate[g] constituens, quod nosmet in legibus iusseramus. Removebitur[h] itaque istius lenitate rescripti[i] praecepti[k] superioris austeritas, ut, si quis deinceps tabulas testamenti, chirographa testationesque[l], nec non etiam rationes privatas vel publicas[m], pacta et epistolas vel ultimas[n] voluntates, donationes[o], venditiones[p] vel si quid prolatum[q] aliud insimulare[r] conabitur, habeat, praetermissis[s] solennibus, accusandi facultatem, [t]pro iudicis motu sententiam relaturus. §. 2. Civiles autem inquisitiones[u] inter utrasque[v] confligentium partes aequali motu ingruit et recurrit[x] humanitas, cum is[y], qui praeerit quaestioni, intentiones[z] falsas aut conficta[a] crimina ex legibus poenis*) competentibus possit[b] ulcisci. *PP. Romae*[c] *XVI.*[d] *Kal. Maii, Valente V.*[e] *et Valentiniano AA.*[f] Coss. (376.)

Interpretatio. *De falso*[g] *potest et*[h] *criminaliter et civiliter agi. Civiliter, cum aliquis quibuslibet scripturis non falsi*[i] *crimen obiecerit, sed veritatem scripturae se velle quaerere dicit*[k]. *Nam si ad iudicem venerit accusator, et*[l] *falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, ut deliberet, utrum criminaliter agere an civiliter*[m] *velit. Qui si reversus ad iudicem in obiecto*[n] *falsitatis crimine perseveraverit*[o], *in potestate iudicis erit, utrum inscriptionem celebrari velit, an obiectum crimen sine inscriptione discutere. Quod*[p] *cum iudex de obiectione falsitatis audierit, seu inscriptione*[q] *habita seu omissa, aut in accusatum, si falsitas approbatur, aut in accusatorem, si falso*[r] *obiecerit, proferatur ex*[s] *lege sententia.*

TIT. XX. VICTUM CIVILITER AGERE ET[t] CRIMINALITER POSSE.

1. *Imppp. Valens*[u], *Gratianus et Valentinianus*

Tit. XX. C. Th., codd. I., 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XX.* Br. Al. eiusque codd. 5—8, 10, 12—16, 18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—44, 46, 48, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XVI.* Cod. Iust. IX, 31. — c. 1. C. Th., Br. Al. eiusque codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.*, exc. cod. 15, ubi est *c.* 2 h. t. Vid. c. 4 antec. tit., not. super. et infra not. *t.* H. c. coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Fide test. (XI, 39). Cod. Iust. IX, 31, 1. Bas. LX, 62, 1. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 48, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44.

Ri. et Be. referunt, legi apud Sich. *adulteriis.* Be. cj. *adulterii.* Vid. tit. VII. h. lib. et C. Gr. XIV, 2. Mox nonn. codd. *ambitus vel.* z) 6, 7, 10, 12, 14, 18 *cr. et ceteris ita.* Sich. *caeterisque ita.* Nonn. codd. *ceterisvel* et paullo infra *scriptione.* a) 20 *possint.* b) 15 *cogn. quae poena* et om. *tamen.* c) 6—8, 14, 18 *occupare,* quod certe non falso dicitur. 10 *occupari.* 12 *accipere.* 20 *sol. inscriptione occupare.* d) 20 *etiam.* 16 om. *re et* et 21 *et.* e) 4, 20 *Antonius,* sed em. in 4 *Antoninus* rubro col. Sec. Go. h. l. indigitatur supra IX, 1, 5. Hoc rescr. Go. non dubitat, quin fuerit in Cod. Gregor. In nostris edd. non habetur. f) 16 om. *id.* g) 20 *in iudiciis potestatem.* h) 16, 20 *removetur.* i) Fol. 31[a] cod. 4. Til. — Lugd. *levitate.* 20 *itaque ob istius lenitatem.* k) 10, 18, Til. Cui. 1 *praeceptis,* mendose. l) 21 *testationisque.* Cod. Iust. *attestationesque* (impr. Go.) *nec non et.* Ante 15 *testamenta.* m) 15 *priv. publicasque.* 10 *pacti.* n) 14 om. *vel ultimas.* o) 20 *donationesque* et om. *venditiones.* p) 6, 8, 14, 16, 21, Sich. Cod. Iust. *venditionesve* s. *vindicionisve vel,* quod Ri. occasione vocis sq. natum esse recte dicit. q) 6—8, 10, 12, 18 *probatum.* r) Sich. Cod. Iust. *instituere,* impr. Go. s) Cod. Iust. om. *praetermissis solennibus* et *pro i. m. s. relaturus.* t) In vv. *pro iudicis motus* (sed corr. in cod. *motu*) *sententiam* incipit fol. IX. cod. I. (totius palimps. Taur. fol. XXXI.) a Vesmio inventum, et pergitur in eo usque ad vv. *nonnullos flaturarios mai* c. 6 de Falsa moneta tit. XXI. h. lib. Diversitatem scripturae humanissime mecum communicavit doctissimus Vesmius, Italiae decus. u) 21, Sich. *civilis autem inquisitionis.* Etiam I. *civilis.* v) 6—8, 14, 16 *verasque.* 20 *int. utrasque p. ingruit confl. aeq. motu.* x) 6, 7 *recurret.* Go. retin. esse putat *ingruit et recurrit* s. *ingruet et recurret.* y) 4, Til. *cum his.* In Cod. Iust. haec sententia ita scripta est: *Civilis autem inquisitionis inter utrasque partes confligentium levior examinatio procedat, cum iudex, qui.* z) Cod. Iust. add. *actoris.* a) I., 4, 10, 13, 15, 18, 20, 21, Til. — Ri*. *convictu.* 8 *cum victa.* Recte se habet *confictu.* Nam tota lex agit de accusatore. Cod. Iust. *et conf. crimina reorum ex.* *) I. *poenisq.,* quod ferri potest, sed melius est *poenis.* b) 20 *poscit.* c) Nonn. codd. om. *Romae.* 40, 42 *Roma.* In Cod. Iust. urbis nomen habetur post *Maii* et in codd. 38, 42 post *Valentiniano ā.* 38 *Dat.* pro *PP.* d) 8, 12, 16, 20, 42 *XV.* 31 *X.* 32 *XVII.* 24 om. *XVI.* et 29 *XVI.* — *Coss.* Mox nonn. codd. *Mad.* cum virgula supra *d.* e) 31 *II.* 24, 28, 40 om. *V.* 20 *Maii Valentiniano V. ā Coss.* et om. *Valente V. et.* f) Nonn. codd. *Valentino.* 24 *Valentio.* Complures codd. *ā.* Cod. I. err. *II āā.* 4, Til. — Lugd. om. *AA.* g) Cui. 1 — Lugd. *De crimine potest.* h) *et* deest in codd. 6, 42, aliis. Mox 20 om. *civiliter.* Sich. *criminaliter agi ac civiliter, cum.* i) 20 *falso.* k) Edd. *quaerere se velle dicit.* 21 *q. v. se d.* l) 20 *Nam et si* (ita etiam 21) — *et si falsi.* 7 *ex falsi.* m) Aur. Lugd. add. *et benigne* ex Summa Aeg. n) 6—8 *obiecti.* 21 *obiectu.* 42 *obiectum.* o) 6, 7, 42—44, alii codd. *perseveret.* Sich. *pers. crim.* Mox nonn. codd. *in potestatem i. e. u. inscriptione celebrare vellet,* sed ita, ut alia vox in alio codice habeatur. p) Sich. *aut.* Seqq. ab interprete male intellecta esse, iam monuit Go. Induxit interpretem in err. scriptura *convicta.* Vid. not. *a.* q) Sich. Cui. 1 — Lugd. cum multis codd. *scriptione.* r) 20 *iudex* (om. *de*) *obiectionem — in accusatione — si falsitas obi.* 6, 7 *si falsum.* 10 *acc. sua falso.* 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *falsa.* s) Nonn. codd. *de.*

t) 4, 6—8, 10, 13, 16, 18, 20, 21, 24, 29, 32, Sich. — Lugd. et Cui. 2 — Ri*. in ind. titt. om. *et*, sed Sich. in ind. titt. *V. c. agere posse criminaliter.* 15 *Idem de eadem re.* Vid. c. 4 antec. tit. Cod. Iust. *Quando civilis actio criminali praeiudicet, et an utraque ab eodem exerceri possit.* In cod. 37 deest *posse* et in cod. 38 *agere.* 20 antiquitus *arege* pro *agere.* u) I. *Grat. Valānus et Theod,* sq. anni imperatores. 16 *Valent.* 14,

AAA. ad Antonium[v] *Pf. P.*[x] A plerisque[y] prudentium generaliter definitum est, quoties *) de re familiari et civilis et criminalis[z] competit actio, utraque[a] licere experiri[b], nec si civiliter fuerit actum, criminalem[c] posse consumi[d]. Sic denique et per vim[e] possessione deiectus, si de ea recuperanda[f] interdicto Unde vi[g] erit[h] usus, non prohibetur[i] tamen etiam lege Iulia[k] de vi publico iudicio instituere[l] accusationem[m]; et suppresso testamento cum ex interdicto[n] de Tabulis exhibendis fuerit actum, nihilo minus ex lege Cornelia[o] testamentaria poterit crimen inferri; et cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis[p] civiliter quam etiam lege Visellia[q] criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio et legis Fabiae[r] constitutum[s]. Et cum una[t] excepta sit caussa de moribus[u], sexcenta[v] alia sunt, quae enumerari[x] non possunt, ut[y], cum altera prius actio intentata[z] sit, per alteram, quae supererit, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur[a], etiam falsi crimen, de quo civiliter iam[b] actum est[c], criminaliter esse repetendum. *Dat. prid. Id.*[d] *Ian. Treviris*,[e] *Valente VI.*[f] *et Valentiniano II.*[g] *AA. Coss.* (378.)

Interpretatio. *Sunt caussae permixtae*[h], *civiles pariter et*[i] *criminales; et possunt hae caussae ita dividi, ut prius civilis, deinde criminalis agatur*[k], *si voluerit accusator: ita ut si quis de re sua fuerit violenter expulsus, et rem ablatam civili primitus maluerit actione repetere, momentum sibi restitui petat, et si*[l] *de eius proprietate is, qui expulsus est, civiliter fuerit*[m] *superatus, criminali postmodum actione servata, recepto primitus momento, potest postmodum impetere violentum. De testamento etiam, si quis commendatum a testatore testamentum in fraudem*[n] *heredis fortasse suppresserit*[o], *et id heres scriptus iudicio restitui petit*[p], *testamento per iudicium momenti beneficio restituto, potest postmodum*[q] *de suppresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis*[r] *similibus caussis similis actio tribuatur*[s].

TIT. XXI. DE FALSA MONETA.

1. *Imp. Constantinus A. ad Verinum*[t]. Quicunque adulterina fecerit numismata[u], poenam pro discretione sexus et conditionis suae diversitate sustineat, hoc est ut, si decurio vel decurionis *) sit filius, exterminatus genitali solo ad quamcunque in longinquo positam civitatem sub perpetui exilii conditione mittatur, ac super facultatibus **) eius ad nostram scientiam referatur; si plebeius, ut rebus amissis perpetuae damnationi[v] dedatur; si servilis conditionis, ultimo supplicio subiugetur. *Dat. et*[x] *Acc. XV. Kal. April. Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

Tit. XXI. C. Th., codd. I., 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXI.* Br. Al. eiusque codd. 5 — 8, 10, 12—16, 18, 20, 21, 24 — 34, 36 — 40, 42 — 44, 46, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XVII.* Cod. Iust. IX, 24. L. Vis. VII, 6, 3.

---

20 *Valentinianus Gr. et Valens.* 42 *Valentinianus Valens et Gratianus.* v) Nonn. codd. Cod. Iust. *AAA. Antonio.* 40, Sich. in m. *Antonianum.* Aur. Lugd. *Antoninum.* Reinesius in notis em. *Ausonium.* Vid. c. 2 C. Th. de Quaest. (IX, 35), not. *q.* x) 20, 21 *Pfū.* y) 20 *A prelisque.* *) Fol. 31[b] cod. 4. z) 6 — 8, 10, 12, 14, 16, 18 *civili et criminali.* a) 20 *utrasque licite*, sed supr. lin. *licere.* I. *generautraq.*, et desunt, om. integro versu, media vv. inde a literis *liter — actio.* b) Cod. Iust. add. *sive prius criminalis, sive civilis actio moveatur.* c) 4 *criminale.* 20 *accusatum crimina* et de corr. *criminaliter.* d) Cod. Iust. add. *et similiter e contrario.* 15 om. *Sic.* e) 20 *operum*, sed supr. lin. add. *per vim.* Cod. Iust. *de possessione.* f) 6 — 8, 10, 12 — 14, 16, 18 *recipienda.* 6 *interdictio.* g) 10, 12 — 14, 16, 18 om. *vi.* h) 6 — 8, 10, 12 — 14, 16, 18, Cod. Iust. *fuerit usus.* i) 21 *prohibebitur.* k) 20 *legem Iuliam.* l) 20 *iudicio ius instituere.* m) 15 *instruere actionem.* n) 16 om. *cum ex interdicto.* o) Nonn. codd. *Cornilia.* 15 *testamentariam.* p) 15 *de opere.* 20 *de operibus.* q) 4 *Bisellia*, sed rubro colore em. *Visellia.* Idem habet I. 8, 20 *vissellia*, sed antiquitus in 20 scriptum erat *vis.* Edd. ante Be. *Viscellia*, sed Sich. *de lege Viscellia.* 21 *de lege ius ellia.* 20 add. *ac.* Mox nonn. codd. *criminanter* et *perurguere* et 20 *quod.* r) 6 — 8 *act. ex l. F. c.* 18 *actio ex lege Sabiae c.* s) Cod. Iust. *constitutio.* t) 6, 7, 10, 14, 18 *et cum ea.* 8 *et cum et exc.* 12 *et cum ex ea.* u) 20 antiquitus *de minoribus.* In Cod. Iust. om. *cum una — moribus.* v) 20 *Sexaginta.* I., 4 *sescenta.* Ita etiam in posterioribus 4 *sestans.* Cod. Iust. *plurima.* x) 6, 7, 10, 13, 15, 16, 18, Cod. Iust. *numerari.* 8 *numerare.* 20 *denumerari.* y) 20, 21, Sich. *et.* Mox 20 *prior.* z) 6, 7, 10, 14, 16, 18 *intestata.* 13 *inserta.* 20, 21, Sich. *intenta.* a) 20 *quia iuris d. n. ambitur.* b) 15 om. *iam.* c) Cod. Iust. *est, etiam cr.* 20 *repetendam*, sed corr. d) 6 — 8, 12, 13, 16, 18, L. R. U. Cod. Iust. *Kal.* 24, epit. Mon. om. *Id.* Nonn. codd. *II.* pro *prid.* 31, 32, L. R. U. *Iun.* e) Fol. 32[a] cod. 4. Codd. *Triū.* aut *Triberis.* 10, 18 *tiberis.* 42 *triurū.* 34 om. *Trev.* f) I. err. *V.* 21, Sich. *VII.* 8, 15, 16, 40 om. *VI.* 44 *Valentiniano V et Valente Aug. Coss.* g) 30, 34 *III.* 8, 12, 15, 20, 40 om. *II.* h) Ita plerique codd.; edd. *Caussae permixtae sunt.* i) 6, 7, alii *ac.* k) Multi codd. Sich. Cui. 1 — Lugd. *civiles, d. criminales agantur* s. *aguntur.* l) 6, 7 *et sic.* m) 20 om. *fuerit.* n) Nonn. codd. *in fraude.* o) 20 *heredes f. suppresserint.* Nonn. codd. *et heres scriptus in iudicio.* p) 6, 7 *petet*, alii *petat.* 20 *p. testamentum — restitutum.* q) 21 *potest etiam postmodum.* r) 20 add. *actionibus vel.* s) 6, 7, 21, 44 *tribuetur.*

t) Reinesius add. *Pf. U.* Go. *Vicar. Afr.* Vid. supr. IX, 15, 1. u) I., 4, Til. — Ri*. *nomismata.* *) I. *vel si decur.* **) Til. mendose *faculatibus.* v) Recte Be.: „scil. in metalla. nec admittenda est Gfr. emend. *deportationi*", quamquam confirmatur Antiquis Summariis Codicis Theodosiani a me editis Lipsiae 1834. 8. p. 5, ubi *si plebeius, perpetuo exilio mancipetur.* x) Ita cod. 4 et edd. ante Be. Hic tria puncta interponit inter *Dat.* et *et*, quod non congruit cum eius ann.: „*et* delend. videtur. Non enim dat. et acc. eodem esse die potuit, sed dat. dies excidit." Erat autem hoc tempore Constantinus Sirmii in Pannonia, Verinus Karthagine. Recte igitur a Be. lacuna indicata est; in qua indicanda imitatus eum essem, si non mallem codicem repraesentare. Vera scri-

2. *Idem A. ad Ianuarinum*[y]. Quoniam nonnulli monetarii adulterinam monetam[z] clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant, necessitatem sibi incumbere huius modi homines inquirendi, ut investigati tradantur iudiciis[a], facti conscios per tormenta illico prodituri, *) ac sic dignis suppliciis addicendi. §. 1. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus[b], cuius modus, quoniam dispar census[bb] est, a nobis per singulos statuetur[c]. Servos etiam, qui hoc detulerint[cc], civitate Romana donamus, ut eorum domini pretium a fisco percipiant[d]. §. 2. Si quis autem militum huius modi personam susceptam[e] de custodia exire fecerit, capite puniatur. §. 3. Appellandi etiam privato licentia denegetur; si vero miles aut promotus[ee] huius modi crimen incurrerit[f], super eius nomine et gradu ad nos[ff] referatur. §. 4.[g] Si dominum fundi vel domus conscium esse probabitur, deportari eum in insulam oportebit, cunctis eius rebus protinus confiscandis; si vero eo ignaro crimen commissum est *), possessionem aut domum debet amittere, in qua id scelus admissum est. Actor fundi vel servus vel incola vel colonus, qui hoc[gg] ministerium praebuit, cum eo, qui fecit, supplicio capitali plectetur, nihilo minus fundo vel domo fisci viribus vindicanda. §. 5. Quod si dominus ante ignorans, ut primum reperit, *) scelus prodidit perpetratum, minime possessio vel domus ipsius proscriptionis **) iniuriae subiacebit, sed auctorem ac ministrum poena capitalis excipiet. *Dat. XII. Kal. Dec.*[h] *Roma*, *Crispo II. et Constantino II. CC. Coss.* (321.)

3. *Idem A. ad Tertullum Proconsulem*[hh] *Africae.* Si quis nummum[i] falsa fusione formaverit[k], universas eius facultates fisco[l] addici praecipimus[m], atque ipsum severitate legitima coerceri[n], ut in monetis tantum nostris cudendae pecuniae studium frequentetur[o]. *Dat. prid. Non. Iul.*[p] *Mediolano*, *Constantino A. VII. et Constantio C.*[q] *Coss.* (326.)

4. *Idem A. Elpidio*[r]. Pridem statutum fuit[s], ut, si ignorante quoque domino in fundo eius vel domo fi-

— c. 2. Cod. Iust. IX, 24, 1 aucta ex c. 4 h. t. (vid. infra not. *g*) et partim mut. Prodiisse etiam hinc videtur Cod. Iust. VII, 13, 2, rec. in Coll. Can. Ans. ded. int. cap. Leg. Rom. VII, 77. Bas. LX, 60, 1 et XLVIII, 18, 2. Indigitatur in c. 4 h. t. Summaria C. Th. ad c. 2 et 3: „*Similis superiori.*" — c. 3. Cod. Iust. IX, 24, 2 mut. et auct. ex c. 5, 9 h. t. Vid. infra not. *o*. Bas. LX, 60, 2. — c. 4. Pars h. c. transiit in c. 1 Cod. Iust. h. t. Vid. c. 2 h. t., not. sup. et not. *g*.

ptura videtur latere in cod. I., qui pro *Acc. XV. Kal.* habet $\overline{pp}$ *id.* (Dat. et Prop. Id. Apr.) Puto igitur scrib. esse *Dat. XV. Kal. Apr. et Prop.* (s. *Acc.*) *Id. Apr.* y) Codd. I., 4 *Ianuarinum*, quod recepi. Vid. supra IX, 1, 2, not. *x*; infra IX, 34, 3, not. *u*, IX, 37, 1, not. *n*. Edd. *Ianuarium*, ut Cod. Iust. Dignitas deest etiam in utraque Cod. Iust. lege et in Coll. Can. Ans. ded. Go. eum anno superiori Agentem vicariam praefecturam appellari in c. 3 C. Th. de Famosis libellis (IX, 34) recte monet, sed nominatur Pf. Urb. in c. 1 C. Th. de Abolitionibus (IX, 37) ann. 319 data. Be. *PPf. U.* cj. z) Ita Be. ex utroque Cod. Iust. loco, neque Go. displicuit; I., 4, Til. — Ri*. *adulterina moneta*. Mox I. *exercet*, mendose. a) Cod. Iust. *iudici*. *) Fol. 32[b] cod. 4. In ima pagina litera Є indicatur numerus quaternionis. Mox I. *digni* | .... *liciis*. b) Go. vult *promittimus*, speciose quidem neque tamen recte. Est enim *permittimus* pro *remittimus*, id est largimur, donamus, concedimus, ut Go. ipse concedit. bb) Cod. Iust. *patrimonium*, sed nostrum elegantius videtur Go. c) Cod. Iust. *statuitur*, impr. Go. cc) I. *qui de hoc detulerit*, mendose. d) Cod. Iust. om. *Servos—percipiant*, sed coniecta est haec sententia in c. 2 Cod. Iust. Pro quib. caussis servi (VII, 13): *Servi qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes in publicum detulerint, civitate Romana donentur, ut eorum domini pretium a fisco percipiant*, et sq. subscr. h. c. e) Cod. Iust. *suspectam*, sed nostrum Go. ut legitimum defendit. *Receptarum personarum custodia* supra IX, 3, 5. ee) Cod. Iust. add. *in gradum.* f) Go. *incurrit*, err. ff) Cod. Iust. *ad competentes iudices ref.* g) Seqq. in Cod. Iust. partim mutata, partim ex c. 4 h. t. aucta sunt: *Domus vero vel fundus, in quo haec perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria, vel negligentia punienda est, etsi ignoret, fisco vindicetur: nisi dominus ante ignorans, ut* (Coll. Can. Ans. ded. *ita ut*) *primum repererit scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio, vel domus ipsius, proscriptionis iniuriae minime subiacebit. Sin vero* (ex c. 4 h. t.) *longissime ab ea domo vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum*: (ex c. 2 h. t.) *actore videlicet fundi, vel servis, vel incolis, vel colonis, qui ad hoc ministerium praebuerint, cum eo, qui fecit, supplicio capitali plectendis. Viduas — credimus, ut — resideat* (vid. c. 4 h. t.). *Impuberes vero — aetas eorum* (om. *si tamen f. imp.* ex c. 4 h. t.), *quid videat — proximo fuerint, quoniam — rebus pupilli — ut de rebus — quantum a pupillo fuerat inferendum* (impr. Go. in ann. c. 4 h. t.). *Dat.*, et sequitur subscr. c. 2 C. Th. *) I. *confiscandisi — crimen admissum est*, ut infra *id scelus admissum est* dicitur. gg) Go. in not. *in hoc, ad hoc.* Etiam Cod. Iust. habet *ad hoc.* *) Fol. 33[a] cod. 4. Mox I. *prodiderit perpatratum.* **) Ri*. *proscribitionis.* I. *iniuria.* h) *Dat.* Go. habet pro *Reddita* s. *Proposita.* Cod. I. *Dat.* — *Crispo et Constantino* $\overline{cc}$ *II* $\overline{css}$. Coll. Can. Ans. ded. *Dat. XII. Kal. Romae Crispo et Constantio Conss.* hh) 4 et edd. siglum Praef. Urb. habent. Go. Be. em. *PC.*, i. e. proconsulem; recte; nam cod. I. habet $\overline{pc}$. Scripsi igitur *Proconsulem.* Cod. Iust. *Praefectum Urbis Africae*, male et recte impr. Go. i) Cod. Iust. *numinos.* k) 4 *firmaverit*, sed a rec. manu em. *formaverit* rubr. col. l) In Cod. Iust. add. *nostro.* m) I. *praecepimus.* Cod. Iust. *praec. addici.* n) In Cod. Iust. om. *atque — coerceri.* Go. conferri vult c. 1 et 2 h. t. o) Cod. Iust. *In monetis etenim tantummodo nostris cudendae pecuniae studium frequentari volumus* et add. *cuius obnoxii maiestatis crimen committunt* (ex c. 9 h. t.): *et praemio* (ex c. 5 h. t.) — *poterit reperiri vel a quocunque fuerit — mancipetur*, sq. subscr. c. 3 C. Th. Vid. Go. ad c. 5 h. t., not. *a*. p) Till. l. c. T. IV, p. 91, not. 1 et Notes, p. 137 em. *Iun.* q) In Cod. Iust. add. *IV.*, perperam. Esset enim lex recentior sequenti. Ceterum Ri*. *Costantino — et Costant.* r) Vid. supra c. 1 de Feriis (II, 8), not. *y*. I., 4, edd. *Helpidio.* s) Vid. c. 2 h. t. ss) Ri. *figuraratus.* t) Ri*. *Non*, err. tt) 4 et edd. ante Be. *afuerit*, sed I. *ab-*

guratus[ss] clam nummus cuderetur, sedem flagitii suo fiscus dominio vindicaret. Nunc[t] discretionem fieri placet, ut, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est, praeceptum prius valeat, sin vero longissime ab ea domo vel possessione abfuerit[tt], nullum sustineat detrimentum. §. 1. Viduas autem[u] ac pupillos speciali dignos indulgentia[v] credidimus, ut viduae nec in proximo constitutae domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam gravis conscientiae noxa resideat, pupilli vero*), etiamsi conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum, quia aetas eorum, si tamen fuerint impuberes, quid videat, ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo sint, quoniam ignorare eos, quid in re pupilli geritur, non oportet, haec poena exspectabit, ut ex rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum pupillo fuerat auferendum. Quibus ita emendatis, in omnibus capitulis[vv] lex pridem lata[x] servabitur. *Dat. IV. Non. Maii Constantino A. VIII.**) *et Constantio*[y] *IV. Coss.* (329.)

5. *Imp. Constantius A.*[z] *Leontio Pf. P.* Praemio accusatoribus[zz] proposito, quicunque solidorum adulter[a] potuerit reperiri[b], vel a quoquam[c] fuerit publicatus[d], illico, omni dilatione summota, flammarum exustionibus mancipetur. *Dat. XII.*[e] *Kal. Mart. Antiochiae*[f], *Placido*[g] *et Romulo*[h] *Coss.* (343.)

Interpretatio. *Praemium accipiat*[i], *quicunque adulterum monetarium prodiderit, et*[k] *is, qui proditus est*[l], *si de monetae adulteratione convictus fuerit, ignibus concremetur.*

6. *Idem A. Limenio Pf. P.* Comperimus, nonnullos *) flaturarios maiorinam pecuniam non minus criminose[ll] quam crebre separato argento ab aere purgare. Si quis igitur post haec fuerit in hac machinatione deprehensus, capitaliter se fecisse cognoscat, verum et eos, qui domum agrumque praebuerint, relatis in largitionibus[m] facultatibus esse plectendos: nostra scilicet super eorum nominibus edocenda clementia. *PP. prid. Id. Febr.*[mm] *Limenio et Catulino*[n] *Coss.* (349.)

7. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Archelaum Comitem S. L.*[nn] Quicquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis repereris figuratum, id omne nostris scias largitionibus vindicandum; si quidem ipse se dignum condemnatione iudicavit, quisquis aurum proprium, non coactus, monetis fiscalibus sponte credidit inferendum. *Dat. V. Id. Mart. Martianopoli, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

8. *Iidem AAA. Tatiano Comiti S. L.* Solitae moderationis arbitrio*) superiorem sententiam mitigamus, qua omne aurum, quod a privatis pro figuratione monetis dicebatur illatum, fisci[o] iusseramus commodis vindicari, ut pro omni summa, quae brevibus tenetur inserta, binae per singulas libras, omissa frustratione, unciae conferantur. *Dat. XII. Kal. Iun. Antiochiae, Gratiano A. III. et Equitio Coss.*[p] (374.)

9. *Imppp.*[pp] *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Have Tatiane, karissime nobis.* Falsae monetae rei, quos vulgo paracharactas vocant, maiestatis crimine tenentur[q] obnoxii. *Dat. V. Kal. Iul.*[r] *Constantinopoli, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

— c. 5. C. Th., codd. I., 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 5. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1, i. e. *un.* Vid. c. 3 h. t., not. sup. et not. *o.* Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. Summaria C. Th.: „*Similis superiori in duabus partibus.*" — c. 6 falso ap. Til. est *c.* 5. Desinit in h. c. fol. IX. cod. I. Vid. infra not. *. — c. 7 errore ap. Til. appell. *c.* 6. Mentio fit h. c. in c. 8 h. t. — c. 8. Relandus l. c. p. 448 ad h. c. ann.: „Referrem huc l. 2. C. de Commerc. et mercat. (IV, 63), nisi obstaret legislator Theodosius", quae quid sibi velint, non perspicio. Go. in comm. h. legem cum c. 2 Cod. Iust. cit. coniungendam esse coniicit. In edd. Til. — Cui. 2* h. c. est *c.* 7. Vid. infra XI, 36, 22, not. sup. — c. 9. Til. — Cui. 2* *c.* 8. Vid. c. 3 h. t., not. sup. et not. *o.*

---

fuerit. u) Fol. 33[b] cod. 4. Cui. 2 — Ri*. om. *autem*, err. De I. tacet illustr. Vesmius. Si deest in cod. I. *autem*, iure etiam deinde om. *vero.* v) 4 *indulgentiam*, sed rubro colore em. *indulgentia.* *) I. om. *vero.* vv) Addidi *in* ante v. *omnibus* ex cod. I., quae praepositio deest in cod. 4 et in edd. Neque tamen vitupero cod. 4 scripturam. Til. — Cui. 2* *emendatis omn. capitulis, lex* etc., non recte. x) Vid. c. 2 h. t. *) Male Ri*. *VII.* Go. in Chron. *Dat. III.* (al. IIII.) *Non. Mart.* y) Be. addi vult *C.*, recte. In cod. I. *ntio IV. Coss.* resectum est cum margine. Vesmius in subscriptionibus h. anni legi vult *Constantio Caes. II.* z) 16, 18, 20, 29, 43 *Constantinus*, male. Be. add. vult h. et sq. c. *et Constans A.* Sed multae leges soli Constantio tribuuntur. Vid. supra I, 5, 4 (not. *c*) — 7, I, 15, 4, VIII, 18, 5, IX, 17, 2 et alibi. Multi codd. *Leoncio* et nonn. *praeposito* pro *Pf. P.* zz) Ri*. mendose *accusatoris.* a) 15 *adulter solidorum.* 20, 25 *adulterum.* c. 2 Cod. Iust. *poterit.* b) 20 *inveniri.* c) Cod. Iust. *a quocunque*, recte. Antiquitus 20 *quodam.* d) Nonn. codd., ut 6, 7 *publicatum*, err. e) 6, 7, 12 *XVI.* 10, 18 *VIII.* 14 *VI.* 16 *XVII.* 33, 34 *XI.* In cod. 8 om. *XII.* f) 6, 7 et multi codd. *Anthiociae.* 40 *ancionace.* 8 om. *Ant.* g) Nonn. codd. *Placito, Placedo, Platito.* h) 6, 7, 42 et alii codd. *Rumulo.* 20 *Romolo.* 10, 18 *et Rufino.* 8, 14 om. *et Romulo.* i) Ap. Sich. add. *accusator.* k) Ap. Sich. om. *et.* l) Sich. *proditor est.* Recte autem Ri. hanc Sichardi interpretationem reprehendit et depravatam et legi contrariam. *) Fol. 34[a] cod. 4. In syllabis *flaturarios mai* desinit fol. IX. a clar. Vesmio inventum. Vid. supr. IX, 19, 4, not. *t.* ll) Ri*. err. *crimino.* m) Go. Reinesius vol. *largitiones.* Recte se habet et *largitionibus*, quod nec Go. in dubium vocavit. mm) Go. add. in not. *Romae.* n) Vid supra II, 1, 1, not. *o.* Aur. Lugd. *Cons.* nn) Vid. infra X, 16, 2, not. *i.* *) Ri*. om. *arbitrio.* o) In v. *inlutum* inc. fol. 34[b] cod. 4. Til. — Cui. 2* *dicebatur, inlatum fisci.* Sermo est de c. 7 h. t. p) Aur. Lugd. *Cons.* pp) Cui. 2 — Go. *Impp.* q) 4 *tentur*, sed em. a libr. *tenentur.* Go. Be. malunt *teneantur.* r) Go. rep. vult *Ian.* Aur. Lugd. *Iun.*

10. *Iidem*[s] *AAA. Rufino Pf. P.* Si quis super cudendo aere vel rescripto aliquo vel etiam annotatione[t] nostra sibi arripuerit[tt] facultatem, non solum fructum propriae*) petitionis amittat, verum etiam poenam, quam mereatur, excipiat. *Dat. IV. Id. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

TIT. XXII. SI QUIS SOLIDI CIRCULUM EXTERIOREM[u] INCIDERIT, VEL ADULTERATUM IN VENDENDO SUBIECERIT.

1. *) *Imp. Constantinus A. Leontio*[v] *Pf. P.* Omnes solidi, in[x] quibus nostri vultus ac veneratio una est[y], uno pretio aestimandi sunt atque vendendi, quamquam diversa formae[z] mensura sit. Nec enim qui maiore habitu faciei[a] extenditur[b], maioris est pretii, aut qui angustiore expressione concluditur, minoris valere[c] credendus est, cum pondus idem exsistat. Quod si[d] quis aliter fecerit, aut capite puniri debet, aut flammis tradi, vel alia poena mortifera[e]. Quod ille[f] etiam patietur, qui mensuram circuli[ff] exterioris arroserit[g], ut ponderis minuat quantitatem, vel figuratum solidum adultera imitatione[h] in vendendo subiecerit. *Dat. VII.*[i] *Kal. Aug.*[k] *Gallicano et Basso Coss.* (317.)

Interpretatio. *Quicunque solidum circumciderit, aut adulterum supposuerit*[l], *aut falsam monetam fecerit, capite puniatur*[m].

TIT. XXIII. SI QUIS PECUNIAS CONFLAVERIT, VEL MERCANDI CAUSSA TRANSTULERIT, AUT VETITAS CONTRECTAVERIT.

1. *Imp. Constantinus*[n] *A. et Iulianus C.* *) *ad Rufinum Pf. P.* Quicunque vel conflare pecunias, vel ad diversa vendendi caussa transferre detegitur, sacrilegii sententiam[o] subeat, et capite plectatur. Portus enim littoraque diversa, quo facilior[oo] esse navibus consuevit accessus, et itineris tramites statuimus custodiri per idoneos officiales ac praepositos a praesidibus et nonnullis[p] praeditis dignitate, ut, cognita veritate, provinciarum re-

— c. 10. Til. — Cui. 2* *c.* 9. Cod. Iust. IX, 24, 3. Incipit in h. c. fol. X. codicis I. Vid. infra not. *.

Tit. XXII. C. Th., codd. I., 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXII.* Br. Al. eiusque codd. 5—8, 10, 12—16, 18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. XVIII.* Nov. Valent. Tit. III. de Pretio sol. (ed. Berol. p. 1288). — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.* L. Vis. VII, 6, 2 et 5. L. Burg. Addit. II, §. 6. Baron. ad ann. 330, n. 40. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45—49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

Tit. XXIII. — c. 1. Vid. infra not. *oo*.

s) Go. Be. rescrib. esse censent *Theodosius Arc. et Honorius*, sed etiam in inscr. c. 3 Cod. Iust. cit. proferuntur imperatores c. 8 h. t., unde his impp. lex scripta, Theodosio, Arc. et Honorio impp. data esse videtur. t) Cf. Zirardin. l. c. p. 238. tt) 4, Til. — Lugd. *eripuerit. Arripuerit* est ex Cod. Iust. repositum. *) In vv. *solum fructum propriae* incipit fol. X. cod. I. (s. XXXII. palimps. Taur.) a Vesmio inventum, sed in ima parte mancum. Prima enim primae paginae vv. sunt *solum fructum propriae*, ultima *quos facilior*; aversa autem pagina incipit cum *II Impp arch et hon aa*, et desinit: *adconiunctionisd*, lib. IX, tit. 21, c. 10 — tit. 23, c. 1 et tit. 23, c. 2 — tit. 24, c. 1. Diversitatem scripturae debeo amicitiae eruditissimi Vesmii.

u) Nonn. codd. *Exter. Circ.* et *Exciderit.* 15 *Si falsam monetam subiecerit.* 24 *Si qui s. c. circumderint vel adulterando in subdendo vindiderint.* In aliis codd. om. *vel — subiecerit.* 21 *in vendendum.* Olim 20 *veniendo.* *) Fol. 35[a] cod. 4. v) Multi codd. *Leoncio.* 20 *pfū.* 15 om. *Constantinus.* Vid. infra not. *k.* x) 6—8, 13, 14, 16 om. *in.* Mox om. 15 *ac*, convenienter cum Go. cj. y) Sich. *veneratio inest.* Mox 20 *existimandi.* z) 15, 20 *diversae formae.* 12 (om. v. *formae*) *d. emensura.* 13 *d. f. mensurae.* 20 *ventura*, sed supr. lin. *mensura.* a) 15 *ambitu faciei.* 20 *h. faciendi.* b) 7, 8, 10, 12—14, 16, 18 *tenditur.* 21, Sich. *tendetur.* 20 *maior.* c) Til. — Lugd. *habere*, ut cod. 4. Cui. 2 — Be. *haberi*, de cj. Cuiacii. Non dubito, quin librarius codicis 4 erraverit. Nam omnes codd. Br. Al. et Sich. *valere*, quod reposui. De codice I. non constat; nam ibi est *minoris* | ....*re.* Ceterum 20 *minoribus.* d) 15 om. *Quod* ante *si.* 20 *Quo si q. aliquid defecerit.* e) Sich. ad v. *vel* annotat, deesse verbum cuiusmodi sit *adfici.* Sane vv. haec nisi iungantur cum antecc. *puniri debet*, suspecta sunt. Accedunt codicum diversitates; nam 6—8, 12, 14 habent *plena* pro *poena.* 6—8, 14 *morte ferat, ut ille.* 10 *mortiferat ut ille.* 13, 16 *mortifera ut ille.* 18 *mortiferata ut ille.* 12 om. *mortifera — circuli.* Praeterea in 4 scriptum est *Quo ille* pro *Quod ille* et in cod. 20 *quam* supra *quod.* Scrib. *mortis feriatur.* f) 15 *etiam ille.* ff) Ri*. *circuculi.* g) I., 4, 20, 21, Til. — Lugd. *adroserit*, i. e. circumciderit. Vid. infra XII, 7, 2. Sich. *arroserit.* 6—8, 10, 12—14, 16, 18 *abraserit.* 15 *arraserit.* Cui. 2 — Be. *adraserit.* Go. quamquam non male positum esse concedit *adroserit*, proprium hac de re verbum, tamen retinere se dicit *adraserit.* h) 13 *immutatione.* 21 *adulterae imitationi.* 20 *adulterae emendationi.* i) 20, 28, 33, 34, 36, 40 *VI.* I., 6—8, 12—14, 16, alii codd. om. *VII.* et 8 *et Basso.* k) 20 *Iun.* Go. in Chron. p. XIV. notat: „V. et infr. A. 319 l. 1 de Numerariis, quae dicitur PP. Hierapoli. Quare Licinio hae leges adscribendae videantur.“ l) Nonn. codd. *Si quis solidi circulum c. a. a. suppresserit.* 6, 7, 20, 21, alii codd. om. *aut* ante *adulterum.* Sich. *aut alterum s.* m) 6, 7, 21, 43, alii codd. *punietur.*

n) Go. Be. rep. volunt *Constantius*, recte. I. *cōnstnus.* *) Fol. 35[b] cod. 4. o) Go. Be. em. *sententiam* pro *sententia*, quod 4 et edd. habent; recte et convenienter cum cod. I., in quo inventum est *sententiam.* oo) I. *quos facilior*, et absciss. sunt sqq. cum membrana. p) Sec. Go. forte legendum est *e nonnullis*, haud scio an recte. Certe locus in mente cubat. An *nec non aliis*

ctores obnoxios legibus puniant. Officia[q] quoque immenso periculo subiacebunt. §. 1. Nec vero aliquis negotiatorum plus mile follibus pecuniae in usu publico constitutae animalibus[qq] propriis sumptuum gratia portare debebit. At*) si ampliorem modum quisquam vehere detegatur, facultates eius fisci dominio vindicentur, et ipse afficiatur exilio. §. 2. Nam pecunias navibus vectas non[r] omnes iudicamus mercatores debere promere, quippe in usu tantum publico pecunias constitutas permittimus convchi, itidemque eas solas species emi, quae[s] mercatoribus more solenni ad diversa portantur. *) Pecunias vero nulli emere omnino fas erit, nec vetitas contrectare, quia in usu publico constitutas pretium oportet esse, non mercem. §. 3. Placet denique, ut, si quis forsitan nummus praeter eum, qui in usu publico perseverat, apud aliquem mercatorem fuerit inventus, fisci dominio cum omnibus delinquentis facultatibus vindicetur. Et si forte cum mercibus ad quascunque provincias venerint naves, cuncta solita licentia mercabuntur praeter pecunias, quas more solito maiorinas vel centenionales communes appellant, vel ceteras, quas vetitas esse cognoscunt. *Acc. VIII. Id. Mart. Constantina*[t], *Constantio A. VIII. et Iuliano C. Coss.* (356.)

— c. 9. Cod. Iust. IX, 47, 19. Bas. LX, 51, 60. Sec. Go. coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Pistor. (XIV, 3) et cum c. un. C. Th. de Mancip. therm. (XIV, 5). Go. in not. poni vult h. c. post c. 11 h. t. Vid. infr. not. *x* et *y*. — c. 10. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c*. 10. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c*. 2. Go. coniungendam esse putat c. 4 C. Th. de Suariis (XIV, 4). Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—16, 18, 20, 21, 25; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 30, 48; inscr. et textus in codd. 24, 31, 32, 39, 43; textus et subscr. in cod. 37; solus textus om. in codd. 17, 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, 44. Ad interpr. cf. Capit. (Ben. Lev.) ll. cc. in not. sup. c. 1 h. t. — c. 11 ante superiores leges 9 et 10 h. t. ponendam esse Go. existimat. Vid. infr. not. *y*, *g*. Baron. ad ann. 367, n. 1.

de Pistor. cit. t) Ap. Go. deest annus. u) Cod. Iust. impp. nomina habet. Go. Be. in inscr. em. *Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.* Vid. not. *y* sq. uu) Sunt qui malint *modum*. v) Cod. Iust. *excipiat*, non male. x) c. 9 de Pist. cit. *Dat. III.* s. *II. Kal.* et c. un. de Mancip. therm. cit. *Dat. III. Non.* Dubito igitur, quin illae constt. inter se coniungendae et huic coassandae sint. y) Ri*. *Valentiano.* Annus deest ap. Go. — Be. Go. enim et Be. in notis add. *II.* post Valente, i. e. ann. 368, etsi Go. in Chron. hanc legem etiam anno 370 vindicat. Qua emendatione admissa, *Gratianus* addendus est in inscr. (vid. not. *u* anteced.), et haec lex ut praepostera, ponenda post c. 11 h. t. Necessitatem mutandae subscriptionis Go. et Be. quaerunt in Olybrii Pf. U. mentione, qui ab anno 368 demum Pf. U. fuerit, (cf. Corsin. l. c. p. 245) confisi illi quidem auctoritate Ammiani Marcellini XXVII, 3, 9, secundum quem praefecti urbis in c. 9 — 11 nominati hoc ordine collocandi sunt: *Viventius, Praetextatus, Olybrius.* Et hoc quidem verum est; neque tamen tanti, ut non eorum rationem habeam, quae quominus quid mutem impediunt. Primum enim, si Go. sequimur, praeter subscr. etiam inscriptio mutanda est; deinde cum hac lege consentiunt non solum constitutiones, quas ipse Go. coniungendas esse dicit, sed etiam Cod. Iust. et c. 10 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), quibuscum conferenda est c. 5 C. Th. de Postulando (II, 10), quamquam haec *Acc.* est; c. 17 C. Th. de Praetoribus (VI, 4); c. 3 C. Th. de Reparationibus appellationum (XI, 31); denique omnino convertendus est ordo constitutionum et hic et in titulo C. Th. de Pistoribus. *) 20 *Archadius.* z) Cui. 2, 2* *Praetextum.* Pagius in Crit. ad Ann. Baron. ad a. 372 deleto in inscr. *Grat.* reponi suadet *ad Viventium Pf. U.*, sed obstant omnes codd., etsi nonn. eorum habent *ppō, pfō, p̄p̄m* s. *praepositum.* Vid. not. *g* sq. a) Cui. 2, 2* *senatori.* Go. — Ri*. *senatorI.* b) Ita omnes codd. Sich. — Lugd.; Cui. 2 — Be. *quantitate* de cj. Cuiacii. Ita in c. 4 h. t. *iuxta criminis qualitatem*; in c. 7 h. t. *qualitas condemnationis*; infra in c. 3 de Bonis proscr. (IX, 42) *pro qualitate criminis.* bb) Go. mendose *explerentur.* c) 25 *instituere.* d) 15 *IIII.* 38 om. *VIII.* 8 *kl.* pro *Id.* e) 39, 43 *Dec.* f) 24, 34 *Rom.* 42 *Remus.* 8 om. *Remis.* g) Fere omnes codd. om. *A. I.*, 8 *A. I. et Dag.* et 20, 21, 43, Sich. *l.* Go. scribi vult *post Cos. Gratiani et Dagalaifi* (367.), et quia Gratianus, qui hoc tempore nondum Augustus fuerit, in inscr. commemoratur, et Praetextatus, ad quem lex data est, post Viventium demum apud Ammianum Marcellinum XXVII, 3 et 9 praef. urb. fuisse dicitur. Addit Go. alias esse in C. Th. anni 367 leges ex Gallia ad eundem Praetextatum missas, (vid. Go. in comm. h. c) et censet h. c., ut praeposteram post c. 11 h. t., subscriptionibus utriusque legis inter se commutandis, ponendam esse, impr. Pagio l. c., cui non dubium est, quin error in inscr. versetur (vid. not. *z* antec.), ibique litera *A.* intrusa sit. Be. pro *A. I.* requirit *N. P.*, respuens scilicet h. l. eandem Go. emendationem, quam suadet in c. 4 C. Th. de Suariis (XIV, 4), quae, si Go. sequimur, in eundem diem incidit, atque h. c. et ex eodem loco ad eundem magistratum data est. In tanta argumentorum inter se pugnantium discrepantia, quo me et hic et in antec. lege vertam, fateor me nescire, praesertim cum ex Ambrosiano codice alia lex his consulibus ad Praetextatum Pf. U. missa nobis innotuerit. Vid. supra I, 6, 6, not. *e* et IV, 12, 6, not. *x*. De Praetextato cons. Corsin. l. c. p. 243. h) Til. *Gadalaifo.* Plerique codd. (inter eos 4) Cui. 1 — Ri*. *Dagalaifo.* 21 *Dagaliofo.* 38 *Dragallaifo.* 42 *Dragalaifo.* 20, 39 *Dagaleufo.* 40 *Dagalefo.* 43 *Degaleufo.* i) Multi codd. *crimine.* k) Multi codd. *iuste.* Sich. *iura.* 20 supr. lin. *instituat.* l) Be. in not. rep. *AA.*, nam *Grat.* nondum *A.* erat. m) Cf. Dirksen. ad Tab. Heracleensem p. 148. *) Fol. 57[a] cod. 4. n) Rep. sec. Be. *Iovino.* Vid. IX, 38, 3, not. *p*. Go. em. *Gratiano A. I. et Dagalaipho* ex sup. lege, quam vid. not. *g*. o) Go. Be. in not. del. *Imp. Valens A.* Hoc enim tempore iam decesserat Valens. p) Rein. em. *Ausonium.* Vid. supr. IX, 35, 2, not. *q*. q) Latium indicari Go. opinatur, quem vid. in comm. h. c. *) Go. in Chron. mensem in dubium vocat. r) Aur.

13. [s] *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Flaviano*[t] *Pf. P.*[u] *Illyrici*[v] *et Italiae*[vv]. Si vindicari in aliquos severius, contra nostram consuetudinem, pro caussae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam, sed per dies XXX super statu[x] eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat[y] vinciatque custodia, et excubiis solertibus vigilanter observet. *Dat. XV.*[z] *Kal. Sept.*[a] *Verona*[b], *Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

Interpretatio. *Si princeps cuiuscunque gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus*[bb], *quae ab irato principe iussa*[c] *sunt, compleantur, sed triginta diebus qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum, iustitiae amica subveniat.*

14. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Principium Pf. P.* Ne diu apparitorum prava admodum venalisque perfidia in publica *) impune[cc] commoda desaeviret, censuimus, etiam in absentes pro[d] competenti ultione debere consurgi. *Dat. Kal. Iun.*[e] *Arcadio A. et Bautone Coss.* (385.)

15. *Iidem AAA. Tatiano Pf. P.* Si quis convictus reus maximi criminis fuerit, subiectusque sententiae, competens iudicium compleatur, nec exquisita commentis ars eius modi subornetur, ut direptus a clericis asseratur, vel appellasse simuletur. Quod si quisquam post iudicium vendibili conniventia[ee] licentiae huic praestiterit assensum, haud levia sustinebit. Nam proconsules, comites Orientis, praefecti augustales, vicarii etiam affecti[f] nota deformi tricenas auri libras compendiis fiscalibus conferent; iudices autem ordinarii similiter deformati quinas denas cogentur exsolvere; officia vero eorundem iisdem[g] quibus iudices sui, dispendiis subiacebunt, si in suggestione cessaverint, ac non praeceptum legis ingesserint, atque iniecta manu, ne rei auferantur, obstiterint, ac nisi id, quod fuerit *) constitutum, in effectum exsecutionemque perduxerint. *Dat. III. Id. Mart. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

16. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano*[h] *Pf. P. Post alia*[i]: Addictos supplicio et pro criminum[k] immanitate damnatos nulli clericorum[l] vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas[m] vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere[n]. Quibus in caussa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius[o] examinetur, ubi contra hominis salutem vel errore vel gratia cognitoris oppressa putatur esse iustitia[oo]: ea conditione, ut, sive proconsul *), comes Orientis, praefectus augustalis, vicarii[p] fu-

---

— c. 13. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 13. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 3. Cod. Iust. IX, 47, 20. Bas. LX, 51, 61. Baron. ad ann. 390, n. 26. Ad interpr. cf. Coll. Can. anon. saec. XI. Ivo Decr. XVI, 252 (in libr. mss. Ivonis Decr. textus habetur ad X, 47). Decr. Grat. cau. 11, qu. 3, c. 69. Respicit h. c. Alphonsus Lusitaniae rex in Ord. lib. IV, 138. Cf. Pasch. Ios. Mellii Freirii hist. iuris civilis Lusitaniae. Olisiponae 1806. p. 45. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 17, 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, 44. Vid. infra not. *s.* — c. 14. Cod. Iust. IX, 47, 21. Bas. LX, 51, 62. — c. 16 prior pars repetitur infra c. 57 de Appell. (XI, 30). Sed et in Cod. Inst. h. c. partim repetita est duobus locis, partim divisa in duas leges. Vid. Cod. Iust. I, 4, 6, VII, 62, 29. Bas. IX, 1, 120. Baron. ad ann. 398, n. 91. Biener. Revis. d. Iust. Codex p. 193, not. 1, 197, 207. Coassandae sunt h. c. c. 3 C. Th. de His, qui ad eccl. (IX, 45, ubi vid. not. super.), c. 33 C. Th. de Episc. (XVI, 2) et sec. Go. c. 32 C. Th. eod. et c. 7 Cod. Iust. de Episc. aud. (I, 4). Verum est c. 32 cit. cum ultimis vv. h. c. fere convenire. Summaria C. Th.: „*Superiori similis.*“

Lugd. *Cons.* s) Baronius et Go. in comm. h. c. hanc legem a Theodosio M. datam esse existimant anno 390 post cladem Thessalonicensem. Dicitur enim D. Ambrosius antequam Theodosium in Dei templum intrare permitteret, iussisse, ut legem ferret, *quae furoris sententias irritas redderet atque inanes et triginta dierum spatio manerent scriptae sententiae de caede ac bonorum proscriptione, rationis iudicium exspectantes.* Vid. Theodoretum V, 18, huius rei narratorem. Idem vero statuitur in lege 13 C. Th. de Poenis, quam Cassiodorus in historia Tripartita integram, sed dempta subscriptione refert, opinatus, hanc esse ipsam illam legem a Theodosio emissam post cladem Thessalonicensem. Putant ergo illi docti, et inscriptionem, deleto *Gratiano* mutatoque Flaviani nomine, emendandam esse, et ponendos in subscriptione consules anni 390. Sed utriusque errorem validis argumentis demonstrat Ant. Pagius in Crit. ad Annal. Baron. ad ann. 390 (ap. Go. ed. Ritter. T. III, p. 331 sq. not.), cuius sententiae calculum adiicere non dubito. t) 15 *Id. ā Flaviano.* u) 20, 28, 36, 40 *Fl. pū.* Sich. Go. in Chron. *PF.* v) Aur. Lugd. *Illirici*, ut multi codd. Sich. *Illyricae.* In nonn. codd. om. *Ill. et It.*, in 20 *Illyrici et.* vv) Go. in not.: „f. *Post alia.*“ x) Nonn. codd. *statum.* y) 15 *accipiant vincula atque cust.* 20 *accipiat vindicta atque cust.* Sich. in m. Cod. Iust. *excipiat.* z) 17, 28, 36, 40, Sich. *XVI.* a) 32 *Aprl.* b) 4, edd. Cod. Iust. *Veronae.* 40 *Virone.* Mox multi codd. *Antonino*, multo plures *Siagrio.* 13 *Siagro.* 8 om. *Verona* et *et Syagr.* bb) Sich. Cui. 1 — Lugd. *iudice.* c) 20 *iussi.* *) Fol. 57[b] cod. 4. cc) Cod. Iust. *impune in publica.* d) Cod. Inst. *desaeviat censemus — absentes eos pro.* e) Cum hoc tempore Neotherius adhuc Pf. P. fuerit, cui successit Principius, errorem in mense suspicatur Go. ee) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *conhibentia.* Aur. Lugd. *cohibentia.* f) Til. — Lugd. *Aug. vicarii, etiam adfecti.* g) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* *) Fol. 58[a] cod. 4. h) c. 32 C. Th. et c. 29 Cod. Iust. citt. *Caesario*, impr. Go.; c. 57 C. Th. *ad Eutychianum.* i) *Post alia* om. in Cod. Iust.; in 4, Til. — Lugd. locum habet post *AA.* k) Aur. Lugd. *eriminum*, err. l) In c. 29 Cod. Iust. om. *clericorum — vocant.* m) Cod. 4, c. 6 Cod. Iust. et c. 57 C. Th. citt. *synoditas.* In cod. 4 rubro col. in m. corr. *coenobitas*, quod v. transiit in edd. n) *Quibus — damnatos* om. in c. 6 Cod. Iust. cit., sed vid. infra not. *z.* o) *ius* inseri opinatur Go., tanquam error ortus sit ex scriptura *diligentIVS*, id est *diligentius ius.* Non recte Go. oo) Cui. 2, 2* mendose *iustititia.* *) 4 *proconsule*, sed deletur *e* rubr. col. p)

erint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est, et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos[q]. §. 1. Reos[r] etiam, tempore *) provocationis emenso, ad locum poenae sub prosecutione pergentes nullus aut teneat[s] aut defendat, sed sciat se cognitor XXX librarum auri mulcta, primates[t] officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur[tt], aut, si tanta clericorum ac[u] monachorum audacia est, ut bellum potius quam iudicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut nostro mox severior ultio procedat arbitrio[v]. §. 2. Ad episcoporum sane culpam, ut cetera, redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populo[x] Christianae religionis doctrinae insinuatione moderantur, ex his, quae fieri hac lege prohibemus[y], a monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint[z]. Ex quorum numero rectius, si quos forte sibi deesse arbitrantur, clericos ordinabunt etc. *Dat. VI.*[a] *Kal. Aug. Mnyzo*[b], *Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

17. *Iidem AA. Aureliano*[bb] *Pf. P.* Omnes res Eutropii[c], qui quondam praepositus *) sacri cubiculi fuit, aerarii nostri calculis adiunximus, erepto splendore eius, et consulatu a taetra illuvie et a commemoratione nominis eius et coenosis sordibus vindicato; ut eiusdem universis actibus antiquatis[cc], omnia mutescant tempora, nec eius enumeratione saeculi nostri labes appareat, nec ingemiscant[d], aut qui sua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant, vel qui eosdem servandi iuris aequitate custodiunt, quod divinum praemium consulatus lutulentum prodigium contagione foedavit. Patriciatus etiam dignitate atque omnibus inferioribus spoliatum se esse cognoscat, quas[e] morum polluit scaevitate[ee]. Omnes statuas, omnia simulacra, tam ex aere, quam ex marmore seu ex fucis[f], quam ex quacunque materia, quae apta est effingendis, ab omnibus civitatibus, oppidis locisque privatis ac publicis praecipimus aboleri, ne tanquam nota nostri saeculi obtutus polluat[g] intuentum. Adhibitis itaque fidis custodibus ad Cyprum insulam perducatur, in qua *) tua sublimitas **) relegatum esse cognoscat; ut ibidem pervigili cura vallatus nequeat suarum cogitationum rabie cuncta miscere. *Dat. XVI. Kal. Febr.*[h] *Constantinopoli*, *Theodoro V. C. Cos.*[i] (399.)

18. *Iidem AA.*[k] *Eutychiano Pf. P.*[l] Sancimus,

— c. 17. Baron. ad ann. 399, n. 24. — c. 18. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 18. Br. Al. einsque codd. Sich. *c.* 4. Cod. Inst. IX, 47, 22. Bas. LX, 51, 63. Cf. L. R. B. tit. XXIV. Profertur h. c. a Baron. in Ann. ad a. 399, n. 24. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 45, 46, 48, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 17, 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, 44. Summaria C. Th.: „*Similis XI.*"

c. 29 Cod. Iust. cit. *salutem per errorem vel gratiam — ut si Proconsul, vel Comes Or., vel pr. aug. vel vic.* c. 57 C. Th. cit. om. *praefectus.* q) Hactenus c. 29 Cod. Iust. et c. 57 C. Th. de Appell. citt. (sed c. 57 *damnatos etc.*). Sequentia habentur in c. 6 Cod. Iust. de Episcop. aud. (I, 4). r) c. 6 cit. *tenere* (vid. supr. not. *n*), *sed reos ad locum* et om. *etiam, temp. prov. emenso*, quia Tribonianus in c. 29 Cod. Iust. cit. coniecit superius caput, quod de appellationibus agit. *) Fol. 58[b] cod. 4. s) c. 6 Cod. Iust. cit. *persecutione p. nullus* (om. *aut*) *teneat.* t) c. 6 Cod. Iust. cit. *m. et primates.* tt) Go. transponi h. vv. ita iubet, ut legatur, *nisi aut usurpatio ista protinus vind.* u) c. 6 Cod. Iust. cit. *vel.* v) c. 6 Cod. Iust. cit. *ut arbitrio nostro mox sev. u. procedat.* x) Voluit Go. et emend. Be. ex c. 6 Cod. Iust. cit. *populos* propter sequens *moderantur*, praeter necessitatem. *Populo* 4, Til. — Ri*. y) c. 6 Cod. Iust. cit. *ex iis — prohibuimus.* z) Seqq. desunt in c. 6 Cod. Iust. cit., sed add. h. l. ex init. h. c. (vid. supr. not. *n*): *Quibus in caussa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negumus.* Ultima vv. cum c. 32 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) fere convenire iam supra dixi. a) c. 32 C. Th. de Episc. cit. *VII.* et c. 33 eod. *III.* In utraque lege reponendum est *VI.* Aur. Lugd. om. *VI.* b) Be. *Mnyzi* et in c. 57 C. Th. cit. et c. 3 C. Th. de His, qui ad eccl. cit. *Mnizi.* c. 33 de Episc. cit. *Minizo* (Be. *Minizi*). Locus deest in c. 32 eod. cit. c. 29 Cod. Iust. cit. *Mnizo.* bb) Go. in comm. suspectum est nomen Aureliani. Referunt enim Philostorgius XI, 6 et Nicephorus XIII, 4, Aurelianum praefectum cumque eo alios in illustri dignitate positos post primum Eutropii exsilium iudices sedisse in Pantychio, cognitores de Eutropio. Verum illa narratio spectat ad iudicium de Eutropio capitis puniendo, nostra lex statuit de Eutropio in exsilium mittendo; quare nullus hic est dubitandi locus de Aureliani nomine. c) 4, Til. — Ri*. *Eutropi.* *) Fol. 59[a] cod. 4. cc) Cui. 2, 2*. Go. *antiquitatis*, mendose. d) 4, Til. Cui. 1, 2, 2*. Go. *ingemescat.* Aur. Lugd. Ri. Ri*. *ingemiscat.* Be. de cj. Go. *ingemiscant*, recte. Idem prop. Rein. e) Ita recte Be. de cj. Go.; 4, Til. — Ri*. *quos*, quod tamen teneri posset, si cum Go. supra post *inferioribus* add. *honoribus.* ee) Aur. Lugd. *saevitate.* f) Cui. 1 — Cui. 2* in m. em. *fusis*, impr. Go. Paullo infra 4 *effigendis.* g) Be. em. *polluunt.* Mox 4 *udhibitus*, sed em. *adhibitis* rubro col. *) An *quam?* **) Fol. 59[b] cod. 4. h) Baronius ad h. a. n. 24 existimat, prope paschale tempus Eutropium ad ecclesiam confugisse, et errorem irrepsisse in inscriptionem h. c. Consentit cum Baronio Gothofredus in comm. h. c. In errorem eos duxit Chrysostomus in fin. Orat. in Eutropium. Vid. hac de re doctissimi Pagii annott. in Crit. ad Annal. Baron. ad ann. 399, num. 3 (in C. Th. ed. Ritt. T. III, p. 342 sq. not.). Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 62, n. XXII. pro *Febr.* leg. esse putat *Oct.*, propter Zosimum et Philostorgium, qui referant, Eutropium vergente demum h. a. aestate in offensionem apud imperatorem incurrisse. Sed ita fit h. c. recentior sequenti, quod admitti non potest, nisi aperte ab ipsis C. Th. conditoribus factum est, ut in c. 19 et 20 h. t. Ut id evitaret, proposuit Tillem. etiam *Aug.*, quamquam non insistens huic cj. i) Aur. Lugd. *Conss.* Cui. 2 — Ri*. *Coss.* Vid. supra I, 5, 12, not. *. k) In Br. Al. ap. Sich. et in Cod. Iust. imperatores ipsi nominantur. 6, 7, 10, 12, 14, 16, 18 *Eufiano.* 8 *ad Eurianū.* 15 *Eutichiano*; rell. Br. Al. codd. *Euticiano, Eutitiano, Estuciano, etutiano.* 21 om. *Eut. Pf. P.* l) 10, 18

ibi esse poenam, ubi et noxa[m] est. Propinquos, notos[n], familiares procul a calumnia summovemus, quos[o] reos sceleris[p] societas non facit[q]; nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt[qq]. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur[r] delictum. Hoc singulis quibusque iudicibus intimetur. *Dat. VIII.*[s] *Kal. Aug.*[t] *Constantinopoli, Theodoro V. C.*[u] *Cos.* (399.)

Interpretatio. *Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, affines vel amici*[v], *familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur*[x] *obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat*[y], *nisi qui*[z] *scelus admiserit.*

19. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Donato Proconsuli*[a] *Africae.* Satellites Gildonis custodiis mancipentur, et proscriptione damnentur. *Dat. III. Id. Nov.*[aa] *Basso et Philippo Coss.* (408.)

20. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Si quis ex proscriptorum numero comitatum nostrae serenitatis sive moenia aeternae urbis intraverit, deportatione plectetur. *Dat. X. Kal. Oct.*[b] *Basso et Philippo Coss.*[bb] (408.)

21. *Iidem AA. Honoratis et Provincialibus Africae.* *) Heraclianum hostem publicum indicantes digna censuimus auctoritate puniri, ut eius resecentur infaustae cervices. Eius quoque satellites pari intentione persequimur. Sed hanc omnibus privatis atque militantibus licentiam damus, ut omnes prodeundi in medium habeant liberam facultatem; nec invidiam metuat[c], qui ad publicum deduxerit criminosum, cum illud specialiter caveamus, ne ullus aliquem eorum aut subtrahendum indicet, aut celandum, neve ex eorum facultatibus vel deposita deneget, vel accepta non prodat. *Dat. III. Non. Iul. Ravennae*[d], *Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412?)

22. *Iidem AA.*[e] *ad Anthemium Pf. P.* Omnes, quos damnationis conditio diversis exsiliis destinatos metas temporis praestituti in carceris implesse custodia deprehendit[f], solutos poena vinculisque laxatos custodia liberari praecipimus, nec ullas exsilii postmodum *) miserias formidare[g]. Sit satis immensorum cruciatuum semel eluisse[h] supplicia, ne, qui aurae communis haustu et lucis adspectu diu privati*) sunt, intra[i] breve spatium, catenarum ponderibus praegravati, etiam exsilii poenam sustinere iterum compellantur. *Dat. XIV. Kal. Maii Constantio et Constante VV. CC. Coss.*[k] (414.)

23. *Iidem AA. Monaxio*[l] *Pf. P.* Rectores provinciarum conveniri praecipimus, ut hi, qui pro suo crimine poenam exsilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto praefinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, in[m] quibus exsules versati sunt,

— c. 19, ut praepostera ponenda est post c. 20 sq. Baron. ad ann. 398, n. 57. — c. 20. Go. cum hac c. coniungi vult c. 4 C. Th. de Testimon. (VII, 21), c. 20—22 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42) et c. 16 Cod. Iust. Si cert. pet. (IV, 2). Vid. infra not. *bb.* — c. 21. Baron. ad ann. 413, n. 3. — c. 22. Cod. Iust. IX, 47, 23. Bas. LX, 51, 64. — c. 23. Cod. Iust. IX, 47, 24. Bas. LX, 51, 65. Fortasse ut iam Go. vidit, coniungenda est cum c. 182 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. infra not. *n.* Summaria C. Th.: „*Superiori similis.*"

praepositum. Sich. *Praefecto* pro *Pf. P.* m) Cod. Iust. *noxia.* In cod. 4 a rec. manu supr. lin. ann. *culpa.* n) 4, Til. *nostros*, sed rubro colore in cod. 4 corr. *notos.* 20 *notos et familiariares.* 25 *prop. et notos et f.* Go. — Ri*. *notos familiares.* o) 6—8, 12—14, 16, 20, 25 *quod.* Ceterum 16 *removemus quod.* p) 6, 7, 12, 14 *secularis.* 8 *secularū.* q) Ita 10, 18, Til. — Ri*. Cod. Iust.; 4, 20, 21, Sich. Be. *faciat.* 25 *fecit.* qq) 21 *admittant.* r) 6—8, 10, 12, 14, 16, 18, Cod. Iust. *reperiatur.* 20 *reciperetur*, sed em. *reperiretur.* Supra 8 *teneatur*, 25 *teneat*, 12 *ultimus* et antiquitus 20 *alterius.* s) 15, 16 *IX.* 21 *XIIII.* Go. in Chron. *XIII.* 20 om. *VIII.* t) 8 om. *Constant.* 36, 40 *Constantino ā et Th. Coss.* Sich. *Const. Gratiano A. et Th. V. C. Coss.* et Cod. Iust. *Eutropio et Theodoro VV. CC.*, impr. Go. Vid. supra not. *i.* u) Plurimi codd. *Theudoro*; alii *Vic.* et 33 *Vincentio* pro *V. C.* Ceterum Til. Aur. Lugd. *Conss.* et Cui. 2 — Ri*. *Coss.* v) 6—8, 10, 18 *aliqui.* x) Nonn. codd. *teneatur — criminosa.* 6 *teneant.* y) 20 *amicis teneat*, sed supr. lin. *timeat.* z) Sich. Cui. 1 — Lugd. *nisi si quis.* a) 4 *PU*, err. et Til. — Lugd. *P. V.* Vid. infra XI, 16, 1, not. *m.* aa) An add. *Mediolano?* b) Add. *Mediolano.* Vid. c. 20 tit. 42 h. libr. bb) Dixi in annot. sup., Go. hanc legem coniungere velle cum aliis quibusdam h. a. legibus, quod quidem, si argumentum illarum legum spectamus — omnes enim se referunt ad proditionem et caedem Stiliconis et rescissionem actorum eius — concedi potest, non autem potest, si dierum, quibus datae sunt, rationem habemus. Etenim c. 4 cit. data est *X. Kal. Dec.*, in quem diem et incidit c. 22 cit.; c. 20 autem cit. subscripta est *VIII. Kal. Oct.* et c. 21 cit. *Dat. VIII. Kal. Nov.*; c. 17 Cod. Iust. cit. *XVII. Kal. Nov.* Ceterum negari non potest, mensem suspectum esse, quo mutato in *Dec.*, h. c. coniungenda foret cum c. 4 et 22 citt., atque tolleretur turbatio ordinis legum, quae est inter c. 19 et 20 h. t. Circa idem tempus non desunt in fontibus nostris aliae eiusdem argumenti ad eundem Theodorum datae leges. Vid. supra I, 16, 14, V, 5, 2, VII, 16, 1; infra X, 10, 25, XVI, 2, 39, XVI, 5, 45, const. Sirmond. IX, XVI (ex qua desumpta est c. 2 C. Th. de Postlim. V, 5 ut c. 39 cit. ex c. Sirmond. IX.), XVIII. *) Fol. 60[a] cod. 4. c) 4 *invidiametuat*, sed em. *invidiam metuat* rubro col. d) Recte Go. Rein. Be. hic requirunt *P. C.*, id est *post consulatum Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss.* (413.), quam em. temporis ratio flagitat (vid. c. 13 C. Th. de Infirmandis his XV, 14, quae h. c. argumento omnino convenit), cum Heraclianus, de quo hic sermo est, non anno 412, verum anno 413 exercitum adversus Honorium moverit. Deest hac de caussa annus ap. Go. — Ri*. Go. in Chron. *Aug.* pro *Iul.* e) 4, Til. — Ri*. *AAA.*, impr. Go. Cod. Iust. *Impp. Honorius et Theodosius AA.*, unde Go. reponi vult *AA.* Et ita Be. f) Cod. Iust. *deprehenderit.* *) 4 *posmodum.* g) Cod. Iust. *nec form. mis. ull. exilii* et om. *postmodum.* h) Cod. Iust. *luisse.* *) Fol. 60[b] cod. 4 incip. cum syll. *ti.* In ima pagina est Θ pro numero quatern. i) Cod. Iust. *ne hi, qui diu privati sunt aurae comm. h. et l. adspectu, intra.* k) Aur. Lugd. *Cons.* l) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Monachio*, mendose et impr. Ri. Mox 4, Til. — Go. *hii.* m) Cod. Iust. om. *in.* n) Aut

teneantur. *Dat. III.*[n] *Kal. Sept. Eudoxiopoli, D. N. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Coss.* (416.)

24. *Iidem AA. Monaxio Pf. P.* His, qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt, propter petitionem viri reverendissimi[nn] Asclepiadis, Chersonesitanae[o] civitatis episcopi, imminenti poena et carcere liberatis, capitale tam ipsis quam etiam ceteris supplicium proponi decernimus[p], si quid simile fuerit in posterum perpetratum. *Dat. VIII. Kal. Oct. Constantinopoli, Monaxio et Plinta Coss.* (419.)

*) TIT. XLI. NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE[q].

1. [r]*Imp. Theodosius*[r] *A. et Valentinianus C.*[s] *ad Hierium*[t] *Pf. P.* Nulli iudicum, exceptis his, qui in summa administrationis[u] sunt positi potestate, vitae[v] quoque noxiis ius adimendae sortiti sunt, quemquam omnino[x] inconsulta nostra clementia in ullo[y] genere criminationis tristi liceat proscriptionis tempestate percellere. Ad nos simulationum genera, quaestionis ordo, criminum moles, documentorum probationumque pensanda libramenta mittantur. §. 1. Nemo sibi praesumat moderatorum provinciarumque rectorum, sub quibuscunque infulis[z] potestatis, quemquam patrimonii universis privare subsidiis. §. 2. In illos[a] gladii sui et ius severitatis[b] exerceant, in quos[c] statim destringi ferrum[d] iura praecipiunt, quorumque differri supplicium materia est[e] interitus plurimorum. *Dat. X.*[f] *Kal. Febr. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. XI.*[g] *et Valentiniano C. Coss.*[h] (425.)

Interpretatio. *Nullus iudicum privatas*[hh] *facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat caussam, pro qua hoc* *) *aliquis mereatur, et quod iussum fuerit, observetur.*

**) TIT. XLII. DE BONIS PROSCRIPTORUM SEU DAMNATORUM.[i]

1. *Imp. Constantinus A. Petronio Probiano*[ii]. Res uxoris, quae vel successione qualibet vel emptione vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure pervenerant, damnato *) marito, illibatas esse praecipio, nec alieni

— c. 24. Cod. Iust. IX, 47, 25 mutil. Bas. LX, 51, 66. Go., etsi dubitanter hanc legem pro fugitiva habet. Baron. ad ann. 419, n. 110.

Tit. XLI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XLI.* Br. Al. eiusque codd. 5—8, 10, 12—18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—44, 49, Sich. *Tit. XXXI.* Cod. Iust. IX, 48. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.* Cod. Iust. IX, 48, 1 mut. et mutil. Bas. LX, 67, 1. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 17, 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 44.

Tit. XLII. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XLII.* Br. Al. eiusque codd. 5—8, 10, 12—18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—47, 49, Sich. *Tit. XXXII.* Cod. Iust. IX, 49. Nov. Maior. V (ed. Berol. p. 1376). — c. 1. Cod. Iust. V, 16, 24 mut. et mutil. Transierunt etiam §. 1—4 h. c. in Cod. Iust. IX, 49, 9, §. 1, 2, quae c. conflata est ex hac c. et c. 15 h. t. C. Th., sed ex c. 15 cit. et inscriptionem et subscriptionem desumptam habet. Bas. XXX, 1, 60 et LX, 52, 16.

hic scrib. *VII.* aut in c. 182 C. Th. de Decur. (XII, 1) cit. *III.*, ut hae leges in eundem diem incidant. nn) Til. — Go. *reverentissimi.* o) 4, Til. — Lugd. *Cersonaesitanae.* Cui. 2 — Ri*. *Cersonesitanae.* p) Cod. Iust. *His — tradiderint, capitale iudicium proponi decernimus*, et des. rell.

*) Fol. 61[a] cod. 4. q) 15 *Ne sine principis iussione aliquid confiscetur.* Nonn. codd. *Non* pro *Ne.* 20 *Ceteris iud. — infiscare.* 26 *Liceat accusare.* In aliis om. *Certis* aut *Liceat.* r) 17, 36, 40 *Constant.* pro *Theod.* et om. *A.*, ut in codd. 15, 20. Ceterum Cui. 1 — Go. Be. Cod. Iust. *Impp.* Ri. Ri*. *Imppp.* s) 10, 18 *Consul.* In cod. 15 deest *C.*, ubi scrib. *I. Th. et Val. Hierio* etc. Similiter 8 *I. Th. et Valent. AA. ad* etc. 20 *Val. Cesares.* t) 6, 10, 12, 16, 18 *Egedium.* 8 *Egedio.* 7, 13 *Egydium.* 32 *Egidium.* 25 *Hierio*, ut 15. 17, 28, 39, 40 *Igerium.* 37 *Higerium.* 21, Sich. *Hyerium.* Praeterea nonn. codd. *pū.* 10, 18 *p̄positum.* u) 6—8, 10, 14, 18, R. *administratione.* 20 *administratione positi sunt.* 15 *summae.* v) 15 *pot. et vitae* et om. *quoque* et mox *sunt* post *sortiti.* An *vitaeque*? Apte etiam om. *sunt* post v. *administrationis.* x) 12 *quemque hominum.* 20 *quem omn.* y) 6, 7, 10, 12, 14, 18, 20, 21 *In nullo.* 8 *In nullū.* z) 6—8, 12, 14 *infulae.* Cui. 1 — Lugd. *insulis*, mendose, ut antiquitus 20. 21 *potestates.* Sich. in m. *cuiuscunque tituli* et in textu *potestate.* Haec §phus in cod. 15 ita scripta est: *Nemo moderatorum rectorumque provinciarum sibi praesumat sub quibuscunque inf. pot. quemquam universi patrimonii privare subsidiis.* In Cod. Iust. lex ita scripta est: *Nulli iudicum liceat, exceptis, qui in summa administrationis sunt positi potestate, proscriptionis tempestate totius substantiae aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur*, et des. rell. a) 4 *In illo*, sed a poster. manu em. *In illos.* 10, 18, R. *in illius.* 6 sec. Be., 21 *Nullos.* Sich. *nullus.* b) 15 *severitatis ius*, non male. Cuiac. Observ. XXI, 30 vult *gladii sui ius et severitatis*, qua inversione nil opus esse dicit Go. R. *sev. exerceat.* Sich. *coercet.* c) 4, 10, 18, 21, Sich. Til. *in quo.* d) Nonn. codd. Sich. *distringi.* 20 *constringi ferro.* Mox 12 *iure.* 8 *quorumcumque* et nonn. codd. *deferri.* e) 15 *sit.* f) Multi codd. veluti 6, 7, Cui. 2, 2*. Go. om. *X.* et in seqq. codd. nonn. *XI.* et *C.* Deest etiam in nonn. codd. et in Cod. Iust. *D. N.*, pro quo 10, 18, R. *Donato.* Sich. *DDNN.* 8 om. *D. N. — C.* g) Nonn. codd. Sich. in m. *X.*; alii om. num. 20 *Th. XII.* et om. *A.* 21 *Valente.* h) Go. 4 pro 425, err. Tillem l. c. T. VI, p. 89, not. I. h. c. transfert in ann. 436. hh) 6—8, alii codd. *privatis.* *) Ap. Sich. post *hoc* add. *quod.*

**) Fol. 61[b] cod. 4. i) 15 om. *proscriptorum seu.* 42 *donatorum* pro *damnatorum.* Nonn. codd. *sive.* ii) Rein. add. *Pr. U.* c. 9 Cod. Iust. cit. *Impp. Arcad. et Honor. AA. Caesario P. P.* ex c. 15 h. t. *) In c. 24 Cod. Iust. cit. add. *ac mortuo ex poena marito, vel*

criminis infortunio stringi[k] uxorem, cum paternis maternisve ac propriis frui[l] eam integro legum statu[m] religiosum sit. Et donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiae praemio cessit, observanda est, tanquam si maritos eis[mm] natura, non poena subduxerit[n]; capacitatis privilegio videlicet et modo inspecto, ut consideretur, quid capere potuit. §. 1.[o] Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse claruerit, integrum iisdem[p] et citra inquietudinem reservetur. §. 2. Quod vero nec uxor *) nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum et incorporatum ita[q] ad me referri specialiter censeo, ut illud quoque addatur, utrum filios habeat, qui damnatus est, simulque adiiciatur, utrum iidem[r] apud se ex caussa donationis aliquid vindicarint. §. 3.[s] Sed in his, qui fiscalibus actibus nexi sunt, et pro ratiociniis proscribuntur et condemnantur, placuit, si quid proprium uxor habuit[t] vel a marito datum, in quantum capere potuit[u] ante initium actus[v], ex quo origo fraudis ac vitii in iudicium deducta est, si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum, antequam[x] orto nexu suffugium potius quam munificentia frausque tentetur, intemeratum apud accipientium iura persistere; nec quicquam fisco in qualibet caussa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio, cum obligari ortus est, habuit[y], vel quod agens *) tam suo quam uxoris vel filiorum vel cuiuscunque praeterea nomine comparavit[z]. §. 4. *) Exceptis duntaxat Caesarianis[a], qui ab omni iuris beneficio excluduntur[aa], nisi probata a me purgataque ratiocinia fuerint, ut, quod innoxie[b] habuerint, transmittendi copiam habeant. *Dat. III. Kal. Mart. Serdicae*[c], *Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*[d] (321.)

2. *Imp.*[dd] *Constantius A. et Iulianus C. ad Populum.* Si quem forte gladius ultor afflixerit, aliave quaelibet vitam adimens poena consumpserit, usque ad tertium gradum[e] generis copulationis[f] eiusdem successio deferatur, fisco penitus quiescente, ut accipiat hereditatem, qui eam iure civili vel praetorio poterat vindicare (de numero videlicet personarum, quas legis huius excepit auctoritas); sed ita, ut alia sit conditio damnatorum ex crimine maiestatis aut magicae[g]. In his enim, etiamsi liberos damnatus habeat[h] vel parentes, non condentes poenam[i], sed relinquentes antiquam fisco fieri locum praecipimus. *Dat. VIII. Id. Mart. Mediolano, Constantio A. VIII. et Iuliano C. Coss.* (356.)

3. *) *Iidem A. et C. Caelestino Consulari Baeticae*[ii]. Ubi aliquis pro qualitate criminis vivendi[k] sententiam passus fisco fecerit locum, super occupandis rebus eius statim[kk] officium procuratoris patrimonii literis tuis conveniatur, ut eadem corpora fisci viribus vindicentur, et protinus super occupatione eorum scriptis competentibus intimetur. *Dat. V. Kal. Sept. Constantio A. IX.*[l] *et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

4. *Idem A. ad Taurum*[m]. Vetueramus[n], bona capite damnatorum fiscali dominio vindicari, excepto crimine maiestatis et magicae[o], ut ea haberent usque ad gradum tertium successores eorum, quorum vitam severitas ademisset. Nunc vero bona capite damnatorum fiscali dominio vindicari decernimus, sanctione illa, quam certa conditione dederamus, quiescente. *Dat. prid. Non.*

— c. 2. Ed. Th. cap. CXII. Abrogatur h. c. biennio post per eundem Constantium c. 4 h. t. Eodem die, sed *Constantinae* accepta est c. 1 C. Th. Si quis pec. conflav. (IX, 23).

---

in servilem conditionem ex poenae qualitate deducto. k) c. 24 Cod. Iust. cit. *adstringi*, impr. Go. l) c. 24 Cod. Iust. *pr. bonis frui.* m) c. 24 Cod. Iust. *statuto.* mm) c. 24 Cod. Iust. cit. *observanda sit — maritum eius.* n) c. 24 Cod. Iust. cit. *subduxerit. Sin autem aqua et igni ei interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex poena subsecuta: donationes a viro in uxorem collatae, adhuc in pendenti maneant: quia nec matrimonium in huiusmodi casibus dissolvitur, ita ut si usque ad vitae suae tempus maritus eas non revocaverit, ex morte eius confirmentur: fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro.* o) Hinc inc. §. 1 c. 9 Cod. Iust. cit. p) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* c. 9 Cod. Iust. cit. *iisdem citra.* *) Fol. 62[a] cod. 4. q) c. 9 Cod. Iust. cit. *captum a publicis personis ita.* r) 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *idem.* Go. *item*, sed in not. *iidem.* s) Hinc inc. §. 2 c. 9 Cod. Iust. cit. t) c. 9 Cod. Iust. *habuerit.* u) In Cod. Iust. l. c. om. *in q. c. p.* v) Ita Be. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *actum.* Go. em. *initum.* Summaria Cod. Theod. p. 11 *ante initium actionis.* x) Cod. Iust. l. c. *collatum est ante quam crimen oriatur intemeratum*, omissa, ut Go. dicit, elegantissima ratione, quae hic continetur. Til. — Lugd. *collatum ante, quam.* Ri. Ri*. *collatum, ante, quam.* y) Cod. Iust. l. c. *obligari coepit, habuerit.* *) 4 *ages*, sed em. *agens* ab ipso, ut videtur librario. z) Cod. Iust. l. c. *uxoris suae vel fil. — comparaverit.*

*) Fol. 62[b] cod. 4. a) In Cod. Iust. l. c. add. *vel Catholicianis.* aa) Cui. 2, 2* *exluduntur*, mendose. b) 4 *innoxie buerint*, sed em. ab ant. manu *habuerint.* c) c. 24 Cod. Iust. cit. *Sardiniae*, male. 4, edd. C. Th. *Serdicae.* d) c. 24 Cod. Iust. om. *Caess.* c. 9 Cod. Iust. habet subscr. c. 15 h. t. Aur. Lugd. *Cons.* dd) Aur. Lugd. *Impp.* e) 4 *gladium*, sed rubro colore em. *gradum.* f) Til. — Cui. 2* *generis, copulationis eiusdem.* Go. — Ri*. *generis copulationis, eiusdem.* Go. cj. *cognationis* pro *copulationis*, speciose; nam vocis *copulationis* ea, qua hic accipitur, significatione alius locus mihi non innotescit. Pro *matrimonio* h. v. est ap. Iulianum §. 243, 245. g) Be. em. *magiae* et hic et in c. 4 h. t., recte. h) 4 *habeant*, sed rubro col. em. *habeat.* i) 4 *poena*, sed em. *poenam.* *) Fol. 63[a] cod. 4. ii) Ri*. *Coelestino.* 4, Til. — Ri*. *Beticae.* Membrana cod. 4 detrimenti aliquid cepit. k) Vox suspecta. Go. vituperat eos, qui tentent *confiscandi*, ut *crimen confiscandum* dictum fuerit, ex quo sequatur confiscatio. Ipse postquam diversa coniecit: *criminis timendi, verendi, vindicandi* (quod et Rein. placuit), *vitandi, plectendi, stupendi* et interpretatus est *vivendi sententiam passus* pro *passus sententiam vitam adimentem*, ut *vivendi* pro *devivendi* dictum sit, perstat in *criminis vivendi, sententiam.* Rein. cj. *ulciscendi.* An *puniendi*? kk) Til. — Lugd. *locum super occ. reb. eius: statim.* l) Ita 4 et Be. iussu Go. ex Til., recte; Cui. 1 — Ri*. *VIII.*, mendose. m) Add. *Pf. P.* n) Vid. c. 2 h. t. o) Vid. not. *g*

Ian. Sirmio[p]. *Acc. VI. Kal. Sept. Datiano et Cereale Coss.* (358.)

5. *Imp. Iulianus A. ad Felicem Comitem S. L.* Quidam scelerate proscriptorum facultates occultant. Hos praecipimus, si locupletes *) sint, proscriptione puniri, si per egestatem abiecti sunt in faecem vilitatemque plebeiam, damnatione capitali debita luere detrimenta. *PP. Romae VII.*[q] *Id. Mart., Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

6. *Impp. Valentinianus et Valens*[r] *AA. ad Symmachum*[s] *Pf. U.* Substantiam damnatorum integram ad liberos pervenire, et[t] in qualibet caussa positis[tt] parentibus liberos heredes[u] esse, praecipimus[uu], excepta sola maiestatis quaestione: quam si quis sacrilego animo assumit *), iuste poenam ad suos etiam[v] posteros mittit[x]. *Dat. VII.*[y] *Kal. Dec. Mediolano*[z], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

Interpretatio. *Si quis pro crimine suo occidi vel damnari meruerit, crimen cum auctore*[a] *deficiat, bona vero eius*[b] *ad filios vel ad*[c] *heredes legitimos pertinebunt: nisi forte maiestatis crimine*[d] *damnatus sit aliquis, quorum etiam filios de bonis damnati patris fieri iubemus alienos*[e].

7. *Iidem AA. et Gratianus A. ad Probum Pf. P.* Si quis[f] intra provinciam pro qualitate delicti stilum proscriptionis incurrerit, per ordinarii officii sollicitudinem bonorum eius indago diligentissime celebretur[ff], ne quid rei privatae commodis per gratiam atque colludium furto subducatur. Et plena descriptio comprehendat, quod spatium et quod sit ruris ingenium; quid aut cultum[g] sit, aut colatur; quid in vineis, olivis[h], aratoriis, pascuis, silvis fuerit inventum; *) quae etiam gratia et quae amoenitas sit locorum; quis aedificiis ac possessionibus ornatus[i], quotve[ii] mancipia in praediis occupatis vel urbana vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur; quot sint casarii[k] vel coloni; quot boum[l] exercitiis[m] terrarum atque vomeribus instruentium[n], quot pecorum *) et armentorum greges, et in qua diversitate numerati sint; quantum auri et argenti[o], vestium ac monilium, vel in specie vel in pondere, et in quibus speciebus, quidve in enthecis[p] sit repertum. Tum[q] demum omnia ea, quae velle nos perspicis, inquisitione constricta[r], rationalis rei privatae tradantur officio[s], nostro nectenda patrimonio. Mox vero ad nos sub literis publicis iudicis[t] singillatim *) de omnibus nominatimque perferatur[u], procul dubio negligentia mulctanda. Nam si quid post factam a praedicto officio investigationem rationalis[v] rei privatae, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit *), officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum fuerat subtractum, ex propriis facultatibus inferat. *Dat. III. Non. Maii Treviris* **), *Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

8. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*

— c. 6. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 6. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1. Cod. Iust. IX, 49, 10, quae desumpta est ex c. ult. h. t., sed et finem h. c. recepit. Vid. not. *uu.* Indigitatur h. c. in c. 10 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 6—8, 10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 47, 49; inscr. et textus des. in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 17, 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. — c. 7. Cod. Iust. IX, 49, 7. Bas. LX, 52, 15. — c. 8. Cod. Iust. IX, 49, 8 om. pr. et fin. Coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Sponsal. (III, 5), c. un. C. Th. Si prov. rector (III, 6), c. un. C. Th. de Usur. rei iud. (IV, 19), c. 2 C. Th. Ad L. Iul. repet. (IX, 27), c. 9 h. t., c. 16 Cod. Iust. de Testam. (VI, 23) et fortasse cum c. 1 C. Th. de Primic. (VI, 10). Ceterum vid. c. 6 C. Th. de Sponsal. cit., not. super. Vid. c. 23 h. t., not. sup.

---

antec. p) Rein. vult *Iun.* 4, edd. ante Be. *Sirmi* aut *SirmI.* Be. *Sirmii.* *) In literis *tes* incipit fol. 63[b] cod. 4. q) Go. in Chron. *VIII.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* r) 32 om. *Valent. et.* 40 *Imp̄p̄. p̄p̄ Valent. āā ad* et om. *et Valens.* 20 *Valentianus.* s) 6, 7, 14 *Summacum.* Alii codd. *Simacum, Simmacum.* 40 *Machum.* Multi codd. *p̄p̄o* s. *p̄p̄m.* 17, 28 om. *U.* t) 20 a sec. man. *etiam.* tt) Go. mavult *positos.* Non consentio cum Go. u) 15 om. *heredes.* uu) Transierunt vv. sqq. in c. 10 Cod. Iust. cit. *) Cod. Iust. *adsumpserit.* v) 20 *etiam ad suos.* x) Cod. Iust. *transmittet.* y) 20 *V.* 32 *VIII.* 6—8, 12, 14, 16, 17, 28 om. *VII.* z) Vid. supra V, 14, 3, not. o. Sich. *Mediolani.* Mox permulti codd. *Iuuiano, Iubiano.* 33 *Iuliano.* 34 *Valeriano* et 40 *utroniano* pro *Varroniano.* a) Ita plurimi codd., veluti 6—8, 12, 14, 17, 18, 20, 21, 43, 44. Sich. Cui. 1 — Lugd. add. *suo* et Cui 2 — Ri*. *eius.* Neutro v. opus est. b) Sich. Cui. 1 — Lugd. om. *eius.* c) Praepositionem om. edd. et nonn. codd.; addidi ex codd. permultis. d) 6—8, alii *maiestate criminis.* e) Ita codd.; edd. *iubemus f. al.* f) Ita Be. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *qui.* ff) Aur. Lugd. *celebratur.* g) Cod. Iust. *incultum.* Go. cj. *haud cultum,* non male; nam in codd. *haut* scribitur pro *haud*, et aspiratione om. saepe *aut* pro *haut.* Sed tamen hoc loco nihil mutandum esse ipse Go. concedit. h) Cod. Iust. *olivetis.* Add. Go.: „Est qui hic tentat *Olicis.* — Sed nil opus.“ *) Fol. 64[a] cod. 4. i) Cod. Iust. *quis in aedificiis ac possessionibus sit ornatus.* ii) 4, Til. mendose *quodve.* k) Cod. Iust. *quod* (err.) *sint, censuarii,* impr. Go. Etiam 4 *quod sint.* l) Go. ann.: „*Quot iuga boum*, ita nonnulli (scil. Hal.). Possis tamen retinere *quot boum*, pro *quot boves*, possis et *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* huc arcessere vocem *greges.*“ 4, Til. habent *quid boum.* m) In cod. 4 ab ant. manu add. *quid.* Hoc est etiam ap. Til. n) Sec. Go. alii *insistentium,* i. e. nonn. codd. Cod. Iust. Sed recte Go. tuetur nostram scripturam. *) 4 *quod pec.* o) Cod. Iust. add. *et.* p) 4 *enthicis.* Cod. Iust. *apothecis.* In cod. 4 rubro colore ann.: *pecunia ad commercium data.* q) Cod. Iust. *Tunc.* r) Go. ann.: „Alii *constructa,* sed nil necesse.“ Referenda est haec ann. ad Cod. Iust. s) In Cod. Iust. add. *aut palatinis super hac caussa missis.* t) Ita Be. ex Cod. Iust.; 4, edd. ante Be. *iudices.* Ceterum Cod. Iust. *publici iudicis*, recte impr. Go. *) Be. et Cod. Iust. *sigillatim.* u) Cod. Iust. *referatur.* v) 4 *investigatione*, sed em. In eod. cod. corr. *rationalia.* *) In literis *nerit* inc. fol. 64[b] cod. 4. **) Cod. Iust. *Treveris.* x) Til. — Lugd. *liberi, nepotesve*

AAA. Eutropio Pf. P. Deportato si erunt liberi nepotesve, sui seu emancipati [x], nepotes quoque ex filia, semissem tantum bonorum fiscus usurpet, semissis *) ipsi [y] ac liberis hac distributione servetur, ut sextantem ipse ad fortunam ab extrema inopia vindicandam suae habeat potestatis, trientem liberi nepotesve, scilicet [z] indifferenter, sive hi ex filio sive filia erunt. [a] Quod si idem et emancipatos et suae potestatis filios nepotesve habuerit, beneficium tantum ad eos, qui in potestate sunt, transferatur, si emancipati ea, quae consecuti erant emancipationis tempore, damnose [b] existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum et donationis elegerint, omnia ea [c], quae fiscus [d] concedit, aequae divisionis partibus sortiantur *). Quae regula etiam in dote filiae vel neptis ex filio [e] conferenda custodienda erit [f]. Et si filius quidem erit aut filii, ex filio autem alio filiisve aut filia nepotes, triens hic in stirpes, non in capita dividatur. §. 1. Quod si deportatus sine liberis vel nepotibus patrem habebit ac matrem vel etiam utrumque *), non semissis a fisco, sed bessis [g] patrimonii vindicetur, triens residuus in duos sextantes redactus inter parentes ac deportatum aequaliter dividatur: ita ut unciam mater, si ius liberorum habuerit *), usurpet; sin foecunditatis privilegium non habebit, patri unciam iam habenti mater semunciam ex uncia sua cedat. Idem servabitur, si deportato ex duobus parentibus unus supererit: ut sextantem sine aliqua malignitatis interpretatione praesumat [h] tunc quidem mater, etiamsi ius non habuerit liberorum, quam superstes vir, ut sanximus, semper excludet. §. 2. Quod si deportato nec liberi fuerint nec parentes, dextantem fiscus accipiat, sextans ei ad vitae *) afflictae adminicula reservetur. §. 3. Exceptis his, qui crimine fuerint maiestatis afflicti; nam in eo casu solum sextantem iubemus filiis ac nepotibus reservari, his regulis, quibus supra est constitutum, dextantem fisco usurpante: ipsum vero in tam atroci facinore convictum non solum deportatione, sed egestate puniri conveniet. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Gratiano* [i] *V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

9. *Iidem AAA. Eutropio Pf. P.* Si aliquis supplicio fuerit afflictus, filiis quidem omnium facultatum deferatur prima successio. Nepotes vero ex filia gradus secundus admittat, si tamen nullus suorum fuerit inventus, qui eos [k] antecedat; hereditate in stirpes, non in capita dividenda. Quod aeque observabitur, si erit filius ac nepotes, qui ab intestato successuri *) defuncto vel ex duodecim tabulis vel per rescissionem [l] capitis praetorio vocabuntur edicto; emancipatis et filia necessitate collationis adstrictis. Progredietur [m] tamen beneficium etiam ad tertii gradus liberos, si modo ex *) virili stirpe descendunt, ita duntaxat, ut sub hoc casu ipsi semissem **), semissem fiscus usurpet, ea distributione partium, quam ius civile disponit. §. 1. Quod si supplicio huius modi afflictus comprehensorum graduum liberos non habebit, tum capite secundo pater ac mater in trientem duntaxat vocetur, besse ad aerarium publicum transferendo; atque ita, si matri ius fuerit liberorum, partes inter utrumque parentem sextantibus impleantur [n]; sin deerit, quadrantem pater, unciam mater [nn] accipiat. Quod si interfectus patrem tantum reliquerit, nihilo secius [o] vindicatione trientis utatur; item si matrem, modo [p] ea ius habeat liberorum. Sin autem sola supererit mater, Papiae tamen legis privilegiis destituta *), neque trino partu foecunditati publicae gratiosa, sextante contenta sit, fisco *dextantem* [q] usurpante. §. 2. Tertii capitis haec erit regula, ut secundi quoque gradus parentes, avum scilicet atque aviam paris beneficii foveat sanctio. Paternus tamen hoc casu, non et *) maternus [r] avus et avia, quaeretur [s], ut quadrantem ex defuncti accipiat bonis ea divisionis lege, quae circa patrem ac

— c. 9. Vid. c. 8 h. tit., not. sup. Incipit in hac c. fol. XXIV. cod. 1. Vid. infra not. *k*.

---

purgata. *) Fol. 73[a] cod. 4. r) Til. — Cui. 2* *debitor, publicus proc.* s) 4 *muriregulus*, sed em. a librario. *) I. *ornatus.* t) Go. *intecta*, err. Mox I. *ese* pro *esse.* u) Cod. Inst. *Si quis curialis clericus fuerit ordinatus, nec statim — reddatur, is vigore — iudicantium — veluti — revocetur. Clericis enim ulterius — clericos esse non vetabat*, et des. rell. uu) 4, Til. — Ri*. *hii*, quod v. om. in cod. I. et bene abesse potest. Deinde I. *vocat* pro *vocant.* *) Aur. Lugd. *defensandas.* Paullo infra I. *nec nios.* **) Fol. 73[b] cod. 4. v) Be. *Mnizi.* Cod. Iust. *Minizo.* Vid. supra c. 16 C. Th. de Poenis (IX, 40), not. *b.* x) 28, 40 *Valent. et Theod.* Ri. — Be. *Imp.*, err. y) Codd. et hic et in subscr. *Anthioco, Antioco*; pauci *Antiocho*; nonn. codd. *pfū* s. *p̄ū* pro *Pf. P.* z) 6, 13, 14 *summa.* 20 *et summi — nec solum ad altaria.* a) 25 *oratoria.* Graec. *εὐκτήριος ναός. Circumiecti* notio deest in Graecis. b) Ita recte Be. ex Sich. Etiam Lab. *quod.* I., 4, 6—8, 10, 13, 16, 18, 25, Til. — Ri*. Cod. Iust. *qui.* 9 *quia.* 20 *quae.* 21 *q. e. quadripartito.* Vid. not. *a.* Til. *ecclesius.* c) *intrinsecus* abest a Graeca const. d) I., 4, 6, 7, 13, 21, Til. — Ri*. Cod. Iust. *saeptu* s. *septu*, i. e. sec. Go. pro *septo.* 25 *saepta.* *) I. *tutiorem.* Ri. Ri*. *tutionem.* e) 6—8, 16, 20, 21, 25 *propositas.* *) I. *aestimas*, i. e. *extimas* sec. vett. scrib. modum. f) Haec absunt a Graeca c., sed adsunt in exemplo, unde nostra desumpta est. 16 *quas orandum.* 20 *qua id ratum*, supr. lin. *quas ortum.* 25 *q. o. gestientibus.* g) Sich. *confugiendo.* 25 om. *populus — confugientibus.* h) I. *intra templi quod e parietib. d. cinctum.* 8, 9, 13, 25, R. *ut inter templi quem.* 6, 7, 12, 14, 16 *iter templi quam.* 4, 10, 18, 21 *ut iter templi quem.* Sich. — Ri*. *inter templi quod.* 15 *inter templi et p. quem descr. cinctum.* Etiam cod. 10 *cinctum.* 20 *ut iter templi quod in parietum* (supr. lin. *parietibus*) *discripsimus cinctum.* Sich. in m. *iter.* Be. ex Cod. Iust. ut dicit *templum.* Debebat Be. dicere: de cj. Go. Nam in Cod. Iust. h. c. rest. est ex Cod. Th. emendata coniect. Go., qui h. l. scribi vult *templum.* Dubitari posse puto, utrum menda h. c. librariis tribuenda sint, an orta Latini interpretis negligentia, qui cum Graeca verteret, Graecum dicendi nsum retinuerit. Vid. etiam not. *b.* i) Cui. 1 — Lugd. *ianua.* I., 4, 6, 7, 10, 12—14, 16, 18, 20, 21 om. *et*, prob. Spangenb. Delevi igitur v. *et*, quod in edd. h. l. add. Sententia haec est: *quicquid inter templum et primas post loca publica ianuas ecclesiae interiacens fuerit.* Rem ita esse, docent Graeca *μεταξὺ τοῦ ναοῦ — ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ — θυρῶν*, apertius docent vv. maioris c. Graecae *μεταξὺ τοῦ ναοῦ — καὶ τῶν πρώτων μετὰ τοὺς — θυρῶν.* k) I., 6—8, 12—14, 16, 25 om. *sive in domibus.* Ceterum I. *ortulis.* l) Interpres *areas* ab *atriis* distinguit. m) 15 *et.* Paullo infra nonn. codd. *confugis.* 20 *tueuntur* et I. *uetuatur* pro *vice tueatur.* n) 21, Sich. *extrahendo*, ut 9, sed om. *in* in cod. 9. I. *extrahendis.* o) Nonn. codd. *sacrilegis.* p) 15 *manus iniicere.* q) 21, Sich. *neque qui.* 12 *neque occasus sit.* 20 *neque vilior neque qui hoc ausus sit* (supr. lin. *caussa sit*). *) 20 supra lin. *explendam.* r) Ita Be. auct. Go. et R. ex Graecis, recte. Editum est ita etiam in Cod.

quoque confugiat[r]. Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in[s] ipso Dei templo *) et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere vel vescere[t], cubare[u] vel pernoctare liceat: ipsis hoc clericis religionis caussa vetantibus, ipsis[v], qui confugiunt, pietatis ratione[x] servantibus. §. 1. Arma quoque in quovis telo[y], ferro vel specie[z] eos, qui confugiunt, minime intra ecclesias habere praecipimus, quae non modo a summi Dei templis[a] ac divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus. §. 2. Proinde *) hi, qui sine armis ad sanctissimum Dei templum aut ad[b] sacrosanctum altare sive usquam gentium sive in hac alma urbe confugiunt, somnum intra templum[bb] sive ipsum altare[c] vel omnino cibum capere absque aliqua eorum iniuria ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quae in ecclesiasticis septis eorum tuitioni[d] sufficiant, ac docentibus[e], capitalem poenam esse propositam, si qui eos conentur invadere[f]. Quibus si perfuga non annuit, neque consentit, praeferenda humanitati[g] religio est, et a divinis ad loca[h], quae diximus, turbanda temeritas *). §. 3. Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, praemonemus; dein[i] si telis cincti[k] quovis ecclesiae loco vel ad templi septa vel circa[l] vel extra sint, statim eos, ut arma deponant[m], auctoritate episcopi[n] a solis clericis severius conveniri praecipimus, data eis fiducia[o], quod religionis nomine melius quam armorum praesidio muniantur. Sed si ecclesiae voce moniti, post tot[p] tantorumque denuntiationes, noluerint arma relinquere, iam, clementiae nostrae apud Deum[q] et episcoporum[r] caussa purgata, armatis, si ita res *) exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque[s] esse cognoscant, et omnibus casibus *) esse subdendos[t]. Sed neque episcopo inconsulto, nec sine nostra sive iudicum in hac alma urbe vel ubicunque iussione armatum quemquam[tt] ab ecclesiis abstrahi oportebit[u], ne, si multis[v] passim hoc liceat, confusio[x] generetur. *Dat. X.*[y] *Kal. April. Constantinopoli*, *) *Antiocho V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus*[z]. (431.)

Interpretatio. *Ecclesiae ac loca Deo dicata reos, qui ibidem compulsi timore*[a] *confugerint*[b], *ita tueantur, ut nulli*[c] *locis sanctis ad direptionem reorum*[d] *vim ac munus afferre*[e] *praesumant: sed quicquid spatii*[f] *vel in porticibus vel in atriis vel in domibus vel in areis*[g] *ad ecclesiam adiacentibus pertinet, velut interiora*[h] *templi*

Iust. ed. Herrm. Conveniunt cum Be. codd. 8, 9, 15, 21. 4, 6, 7, 10, 13, 14, 16, 18, 20, Sich. — Ri*. *ipsi q. confugiant.* 12 *ipsi q. fugiant.* I. *ipse q. confugiant.* s) In cod. I. et in nonn. Br. Al. codd. exc. *in.* Mendose autem I. *die* pro *Dei.* *) In syllaba *plo* incip. fol. 74[a] cod. 4. t) Ita 8 et Be. auct. Go. ex Graecis. Partim etiam congruunt codd. 9, 12, 13, qui *manere vel vespere*, et I., qui diserte *manere.* Infra §. 2 *somnum — vel omnino cibum capere.* Go. in comm. cj. *manere vel edere.* Rell. codd. (etiam 4) et edd. ante Be. *mane vel vespere.* Herrm. in Cod. Iust. ut Be. Ceterum clar. Vesmius de cod. I. dicit: „Verba *vespere — liceat* legere non potui, aliquid tamen deesse videtur in cod.“ u) 6—8, 12, 14 *cogere.* 25 *curare.* v) 6—8 *caussis habitantibus ipsis.* 12, 16 *caussa habitantibus i.* 14 *cauis habitantibus i.* Sich. *ipsisque qui.* x) Sich. *rationem.* I. *rationis.* y) 6—8, 14 *arma q. invistelo* (om. *quo*). I. *ferre* pro *ferro*, err. Ibidem paullo infra *precipimus.* z) Herrmann. in Cod. Iust. Sich. *quavis teli ferrive sp.*, sed Sich. in m. ut nos. a) 6, 7, 12—14 *quae noxae a summis d. t.* 8 *quae nox* etc. 16 *quae noxia a summis d. t.* 18 *quo non modo.* 20 *prohibetur.* *) In cod. I. om. *Proinde.* Graeci pergunt τοὺς τοίνυν. b) Nonn. codd. *Pr. his* (20 om. *hi.* Cod. Iust. *ii.* I., 4 cum aliis *hii*) — *aut a.* Sich. om. *ad.* I. *sacrosc̃m.* bb) Vid. supra IX, 43, 1, not. *ff.* c) 10, 18 om. *sive usquam* (20 *quisquam*) — *altare* et 25 *gentium.* Aur. Lugd. err. *sommum.* Paullo infra 20 *incuria*, sed em. supr. lin. d) 10, 18 *tuitionibus.* 21 *tuitione.* e) Ita ex Graecis R. Be. Cod. Iust.; similiter 4, 20, 21 *adducentibus.* Rell. codd. et edd. ante Be. *abducentibus.* Go. annotat: „Desunt hic nonnulla: nempe *et docentibus*, καὶ διδασκόντων.“ Videtur ergo Go. velle *et docentibus, abducentibus capitalem* etc. f) Nonn. codd. *conetur* et *invadire.* 15 *Si quis e. conetur inv.* g) 6—8, 10, 16, 18, 21, Sich. *humanitatis*, sed Sich. in m. *humanitati.* Ceterum in literis *nitati* incipit fol. 74[b] cod. 4. h) 6—8, 13, 14 *et a divinis locis.* 12 *et a divis locis.* 9 *ut a* etc. 20 *et advenis.* 25 *ut addivinis.* *) 20 supr. lin. add. *est.* Mox idem *templum.* i) 4, 6, 7, 9, 10, 14—16, 18, 21, Sich. — Lugd. *dein.* Rell. *dehinc.* k) 15 add. *in.* 18 *c. quo vel his eccl.* l) 6, 7, 14 om. *vel circa.* 20 *sit statim ut eos arma.* m) Ita codd. et Sich. — Lugd. Lab. Consentiunt Graeca. Cui. 2 — Be. Herrm. in Cod. Iust. *reponant*, sed Go. in not. *deponant*, ut etiam interpr. n) Cui. 2, 2* *episcopis.* o) 6, 7, 16 *data ēē fid.* 10, 15, 18 *data his fid.* Mox nonn. codd. *muniatur.* p) 13, 25 om. *tot.* Ante 21 *voce muniti.* 20 *convenire* (ita etiam 21) *armarum — tot cunctorumque.* q) 6—8, 14, 16 *eum*, sed corr. in cod. 7 *deum.* 18 *apud dominum.* r) 4 *episcoporum*, sed corr. *episcopum* rubro col. Til.— Lugd. Lab. Ri. Ri*. Cod. Iust. *episcopum*, err., ut apparet ex Graecis. 13 om. *episcoporum.* *) Sich. *si res ita.* s) 9 *tradendos* pro *trahendos.* 15 *intromissis abstrahendos esse c.*, om. vv. *trahendos se* et *que.* In Graec. ἀποσπασθήσονται. 20 *intromissis abstrahendosque cogn.*, sed in m. add. *trahendos se.* 6—8, 12, 16 om. *abstrahendosque* et 21 *esse.* *) 20 *omnibus caussis* (supr. lin. *casibus*). t) 20 *esse subdendos* (supr. lin. *uomendos*). tt) 10, 18 *armatumque.* u) 9 *ecclesia — oportet.* v) Nonn. codd. *nisi.* 16 *nisi multatis.* 18 *op. quod si multis.* x) Sich. *cofusio.* Aur. Lugd. *confugio*, err. 16 *confusione.* y) Ap. Lab. om. *X.* Mox *Const.* deest in cod. 8. *) Fol. 75[a] cod. 4. z) 4, R. Til. — Lugd. Lab. Cod. Iust. *Antiocho V. C. Cons.* (4 *Cons̃.* R. Aur. Lugd. *Conss.*) *et qui fuerit nuntiatus.* 8, 17, Sich. *Antiocho VC. C.* 13 *Antiocho V. C. et qui fuerit nuntiatus.* 20 *Antiocho Consule.* 21 *Anthioco vic. Cons.* Cf. Zirardin. l. c. p. 283, 435, not. et 443, not. In cod. 36 exc. *Antiocho — Cos.* et in multis codd. *V. C.* Rell. *Ant. V. C. et Basso Coss.* Subscr. *Antiocho V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus* provenit ex exemplis C. Theodosiani in Oriente scriptis, ubi videtur Latina interpretatio facta esse; altera subscriptio ex libris in Occidente editis. a) 6—8, 10, 18, 42, alii codd. *timore compulsi.* Aur. Lugd. *depulsi timore.* b) Reposui *confugerint* ex Sich. Cui. 1 — Lugd. Lab. plurimorum codd. auctoritate pro *refugerint*, quod ex Cui. 2 transiit in posteriores edd. Conveniunt quidem cum Cui. 2 codd. 6, 7, sed *confugerint* propius accedit ad ipsam legem et ad tituli rubricam. Paullo infra in hac ipsa interpr. *confugerint.* c) Nonn. codd. *nullis*, alii *nullus.* Sich. *tueantur clericis, ut n.* Cui. 1 — Lugd. *vel ut nulli.* d) 6, 7, 9 *eorum*; iidem paullo infra *ut eos.* e) 20, Sich. Cui. 1 — Lugd. *inferre.* 6, 7, 21 *praesumat.* f) 6 om. *spatii.* g) Cui. 1 — Lugd. *aureis.* Ap. Sich. om. *vel in domibus vel in areis.* h)

praecipimus custodiri, ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere[i] *et loca veneratione digna polluere. Sane si qui ad loca sancta confugerint, arma si qua secum portaverint, mox deponant, nec se existiment*[k] *magis armorum praesidio quam sanctorum locorum veneratione defendi. Quod si deponere arma noluerint, et sacerdoti*[l] *vel clericis non crediderint, sciant*[m] *se armatorum viribus extrahendos*[n]. *Si vero extrahere de locis sanctis quemlibet reum quacunque ratione quis*[o] *tentaverit, noverit se capitali*[p] *supplicio esse damnandum.*

Iidem AA. *) *ΑΝΤΙΟΧΩΙ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΩΙ ΕΠΑΡΧΩΙ ΚΑΙ ΥΠΑΤΩΙ.* *Ἀνεῴχθωσαν*[q] *τοῖς*[r] *δεδιόσιν*[s] *οἱ ναοὶ τοῦ*[t] *μεγάλου θεοῦ. οὐ γὰρ μόνα τὰ θεῖα θυσιαστήρια, καὶ τὸν εὐκτήριον ναὸν, τὸν*[u] *τετραγώνων τοίχων*[v] *περιβολῇ τειχιζόμενον*[x] *εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν*[y], *ἀλλ' εἴ τι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφυγοῦσιν*[z] *εἶναι προστάττομεν· ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν*[a], *ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς* *) *ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον*[b], *εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ κήποις* *), *ἢ αὐλαῖς*[c], *ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς*[d] *τυγχάνει, τοὺς εἰςδύντας*[e] *πρόςφυγας, καθ' ὁμοιότητα τοῦ* *) *ναοῦ, φυλάττειν, καὶ μηδένα τούτοις ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας, ἵνα μὴ ὁ τοῦτο*[f] *τολμῶν, ἐν συμφοραῖς ἑαυτὸν ἰδὼν*[g], *καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν καταφύγῃ. Τοῦτο δὲ* *) *τῶν διαστημάτων πλάτος διὰ τοῦτο συνεχωρήσαμεν, ἵνα μή τινι τῶν προσφευγόντων ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ*[h], *ἢ ἐν τοῖς ἁγίοις*[i] *θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζειν*[k] *ἐξῇ· τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν τοῦτο κωλυόντων, τῶν προσφύγων δὲ τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων*[l]. *Ὅπλα δὲ ἢ ἐν σιδήρῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ ἀμυντηρίῳ*[m] *τοὺς προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας προστάττομεν, οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, ταῦτα κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων, καὶ διαιτῶν* *), *καὶ κήπων, καὶ λούτρων*[n], *καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν. Τοὺς τοίνυν δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ*[o] *τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὸ*[p] *ἅγιον θυσιαστήριον ἐν. οἱωδήποτε ἔθνει*[q], *ἢ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν*[r] *προσφεύγοντας ὑπνοῦν*[s] *ἐν τῷ ναῷ, ἤτοι τῷ*[t] *θυσιαστηρίῳ, καὶ τροφῆς μεταλαμβάνειν παρὰ τῶν κληρικῶν προςήκει κωλύεσθαι*[u] *ἐκτός τινος ὕβρεως, δεικνύντων* *) *τὰ διαστήματα*[v] *ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις*[x] *διὰ τὴν τῶν προσφύγων*[y] *ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν ἀφορισθέντα, καὶ διδασκόντων*[z], *τιμωρίαν κεφαλικὴν*[a] *κατὰ τῶν προπετῶς ἐπιόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι. οἷς ὁ προσφεύγων εἰ*

6—8, 21, alii codd. *vel interiora.* Mox multi codd. *custodire.* 20 *pertinent.* i) 20 om. *manere* et paullo infra *si qua.* Nonn. codd. om. *mox.* k) Edd. *aestiment.* l) Nonn. codd. *sacerdotibus.* m) 6—8, alii codd. *crediderint postea se.* n) 20 *abstrahendos.* o) Nonn. codd. om. *quis*, ut 6, 7. p) 6 *capitalis.* 20 *cap. iudicio.* *) In cod. 4 h. c. splendidissimis literis uncialibus scripta est. Contuli ipse hanc legem, sed ne qua remaneret suspicio omissum esse aliquid aut erratum, rogavi doctissimum G. E. Heimbachium, ut denuo conferret. Descripsit is totam legem accuratissime. q) Concil. Ephesin. *Ἀνεῴχθησαν.* r) 4 *ταις.* s) Ita Concil. Ephesin. Simillime 4 *αεδιοσιν.* Edd. et Cod. Iust. *αἰδέουσιν.* Gaudio est, quod video illustr. Wittium in Richteri Annalib. (Kritische Jahrbücher für Deutsche Rechtswissensch.) a. 1837. pag. 21 praeferre scripturam *δεδιόσιν.* t) 4 *ναοπου.* u) Conc. Ephes. *τὸ εὐκτήριον τοῦ λαοῦ τό.* 4 *των* pro *τόν.* v) Ita Concil. Ephes. Similiter antiquitus in cod. 4 *τετρατωνων θοικων*, sed repon. ibi a recent. man. *τετταρωντων.* Edd. et Cod. Iust. *τεττάρων τῶν τειχῶν.* Offensioni mihi erat *τῶν.* Librarius cod. 4 saepe confundit *θ* et *τ*, *κ* et *χ*, *ο* et *ω*, *αι* et *ε*, *ει* et *ι*, *η* et *ε.* x) Aur. Lugd. *περιβολὴ τειχνιζόμενον.* 4 *τιχιζομενον.* y) 4 *συντελιν — θεσπιζομεν.* z) Concil. Ephes. *προςφεύγουσιν.* Paullo ante 4 *βομων.* a) 4 *περιπεφρασθαι διεγραψαμεν* (supr. lit. *ν* additur *τωι* a man. sec.) *τροπω περιπεφραχθαι διεγραμεντωι*, err. repet. Et in cod. vv. *τροπω — τωι* notantur linea supposita. Conc. Ephes. *ναοῦ ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ* (sic) *προςφυγὲς διεγράψαμεν καὶ τῶν.* *) Conc. Ephes. add. *ἁγίας.* b) 4 *θυρων παρερκειμεν ειτε*, sed a man. sec. emend. *παρεγκείμενον.* Vv. *πᾶν τὸ* conveniunt quidem cum Latina interpret., sed desunt in cod. 4. Concil. Ephes. *θυρῶν τὰ περιεγκείμενα.* Retineo v. *παρεγκείμ.* (*interiacens*), sed data optione dubius sum, utrum *τὰ παρεγκείμενα* an *τὸ παρεγκείμενον* scribam. *) 4 *ἢ* (accent. et spirit. addit. sunt a recent. man.) *κηπροις*, sed emend. ab antiq. man. *κηποις.* Paullo ante Aur. Lugd. *οἰκείαις.* c) Ita Conc. Ephes. Be.; Til. — Ri*. Cod. Iust. *αὔλαις.* d) 4 *εν τολις τυρχανει*, sed a man. recent. *στολις* emend. Conc. Ephes. *ἢ ἐν κήποις εἴτε ἐν αὐλαῖς — ἢ καὶ ἐν στ.* e) Conc. Ephes. *εἰςδύνοντας.* *) Conc. Ephes. add. *ἐνδοτάτου*, Latina interpret. *interioris.* f) 4 *ο τον* (pro *τοῦτο*) *τολμῶ* (ita). g) Restituendum ita erat ex Concil. Ephes. 4 *εν συνφωρεισεαυτον ειδων.* Male Til. — Be. *συμφορᾷ σεαυτὸν εἰδὼν* et Cod. Iust. *συμφορᾷ σεαυτὸν ἰδών.* Til. scilicet literas in cod. cohaerentes non recte disiunxit. *) Fol. 75[b] cod. 4. h) 4 *μηι τινι — θεου νω*, sed sec. man. em. *ναω.* Conc. Ephes. *προςπεφευγότων.* i) Edidi *ἁγίοις* ex Conc. Ephes. et convenienter cum Latin. interpr., ubi *et sacrosanctis altaribus.* 4 *αγγος* et em. sec. man. *αγχος*, quod receptum est in edd. et in Cod. Iust. Ceterum 4 *θυσιαστηριοσις*, sed emend. ab antiq. man. k) Conc. Ephes. *παννυχίζεσθαι.* l) 4 *θρεσκιας* (Til. — Cui. 2* *θρεισκείας*) *χαριν — φυλαττων* (Go. *κολυόντων — φυλαττόντω*). Praeterea e Conc. Ephes. et Cod. Iust. *προςφύγων* scripsi; edd. habebant *προςφυγῶν.* m) 4 *σιδηρωινενετερωι αμυντηριον.* Til. — Go. Cod. Iust. *ἀμυντήρια* et Ri. Ri*. *ἀμηντήρια.* Conc. Ephes. *ἐν ἑτέρῳ εἴδει ἀμυντήρια*, sed codex ap. Mans. cit. *ἀμυντηρίῳ*, quod receptum est a Be. et proxime accedit ad cod. 4 scripturam. Fortasse etiam Latina interpret. (*arma in telo, ferro vel specie*) indicio est, scriptum fuisse antiquitus *ἀμυντηρίῳ.* *) Conc. Ephes. *ἐλῶν.* n) 4 *κωλουντες — κηπον και αντρον.* Conc. Ephes. *κήπου καὶ λούτρου.* o) 4 *τοις τοινυν* (Ri. Ri*. *τοινην*) — *απωι οικωι.* p) Ita Concil. Ephes. et Cod. Iust.; cod. 4, Til. — Lugd. *εἰ* (an *ἢ*?) *καὶ εἰς τό.* Cui. 2 — Be. mendose *εἰ καὶ εἰς τόν.* Ceterum Concil. Ephes. *εἰς τὸ ὁσιώτατον θυσιαστήριον.* q) 4 *εενει.* r) 4 *πολειν*, sed emend. rubro colore *πολιν.* s) Go. *ὑπούν* et Ri*. *ἐπνοῦν*, mendose. t) Conc. Ephes. *ἢ καὶ ἐν τῷ.* u) Ita edidi ex Concil. Ephes. Similiter 4 *κωλυσθαι.* Edd. et Cod. Iust. *κεκωλῦσθαι.* Mox 4 *εκτως τ. υβρ. δικνυντω* (sic). *) Fol. 76[a] cod. 4. v) Conc. Ephes. addit h. l. *τὰ*, quod deest in cod. 4, edd. et Cod. Iust. Etiam Latin. interpr. illud *τὰ* habuisse videtur. x) Cui. 2, 2* err. *περιβόλιος.* y) Ita Cod. Iust.; Til. — Be. *προςφυγῶν.* z) Ita 4 et Cod. Iust.; male Til. — Be. *διδασκούντων.* a) Aur. Lugd.

μὴ πείθοι, τότε[b] *προτιμάσθω τῆς φιλανθρωπίας ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους χωριζέσθω θρασύτης*[c]. *Τοὺς δὲ μετὰ ὅπλων τὰς ἁγίας**) *ἐκκλησίας καταλαμβάνοντας προηγουμένως*[d] *μὲν μὴ ποιεῖν τοῦτο ὑπομιμνήσκομεν. ἐὰν δὲ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς*[e] *τοῦ ναοῦ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνωσιν, παραχρῆμα τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν*[f] *κληρικῶν αὐστηρότερον*[g] *ἀναγκαζομένους ἀποτίθεσθαι προστάττομεν, διδομένης*[gg] *αὐτοῖς ἐλπίδος καὶ ὅρκου*[h], *ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ὅπλων*[i] *ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. Ἐὰν δὲ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ*[k] *ὑπομνησθέντες, μετὰ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας παραγγελίας*[l], *τὰ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἐξευμενισθείσης*[m] *τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν ἐπισκόπων τῷ*[mm] *θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης ἐνόπλων εἰςπεμφθέντων*[n] *ἀποσπασθήσονται, καὶ πάσαις ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται. οὐ μὴν δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν τῶν κατὰ τὴν δεῖνα πόλιν, καὶ*[o] *ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον*[p] *ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ πολλοῖς κατὰ τῶν ἀθλίων*[q] *τοιαύτης ἀδιαφόρως*[qq] *ἐξουσίας δοθείσης, σύγχυσίς τις ἐκ τούτου γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή. Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, Antiocho V. C.*[r] *Cos. et qui fuerit nuntiatus.* (431.)

5. *Iidem AA. Hierio Pf. P.* Super confugientibus ad[s] sanctae religionis altaria sanctionem in perpetuum valituram credidimus promulgandam, ut, si quidem servus cuiusquam ecclesiam altariave loci tantum veneratione confisus sine ullo telo petierit[t], is non plus uno die ibidem dimittatur, quin domino eius, vel *) cuius metu poenam imminentem visus est declinasse, a clericis, quorum interest, nuntietur[u]. Isque eum impertita indulgentia peccatorum, ut[v] nullis[x] residentibus iracundiae menti reliquiis[y], in honorem loci et eius respectu, ad cuius auxilium convolavit, abducat. Quod si armatus[z], nullis hoc suspicantibus, inopinus[a] irruerit, exinde protinus abstrahatur, vel certe[b] continuo domino, vel ei, unde eum tam furiosa formido proripuit, indicetur, eique mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorum fiducia resistendi animos insania impellente conceperit, abstrahendi[c] abripiendique cum domino, quibus potest id efficere[d] viribus, concedatur. Quod si illum etiam confici[e] in concertatione pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa, nec[f] conflandae criminationis relinquetur occasio, si is, qui ex statu servili in hostilis et homicidae conditionem transivit, occisus sit[g]. Quod si quae tam sunt utiliter constituta, eorum, qui huic rei pro suo praeficiuntur officio, *) aut negligentia aut conniventia[h] vel aliqua ratione fuerint depravata, animadversio iusta non deerit, ut sub episcopalis diiudicationis arbitrio loco eo, quem tueri nequivere, summoti et reiecti in ordinem plebeiorum motum iudiciarii vigoris excipiant. *Dat. V. Kal. April. Constantinopoli, Valerio et qui fuerit nuntiatus*[i]. (432.)

— c. 5. C. Th., cod. 4, Go. — Be. *c.* 5. Til. — Cui. 2* *c.* 6. Vid. c. 4 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 12, 4 om. pr. et fin. Bas. V, 1, 13. Ed. Th. cap. LXX.

κεφαλήν. b) Ita haec leguntur in edd. et Cod. Iust., sed est, quod his vv. offendam. In cod. 4 scriptum est *οισο προςφυ2 ειμηπιθει το προτιμασθω.* An igitur *προςφυγὼν εἰ μὴ πείθοιτο* (sive *πίθοιτο*), *προτιμάσθω?* Favet, nisi me fallit, huic coniecturae etiam Conc. Ephes., ubi haec ita se habent *εἰ τούτοις πᾶσί τις μὴ ἐπινεύοι μήτε πείθεται, προτιμάσθω τῆς πραότητος ἡ.* c) 4 *θρησκτα εκτων* (Til. — Go. *θρεισκεία*) — *χωριζεσθωνερασυτης.* Concil. Ephes. *διωκέτω ἡ θρασύτης.* Fortasse articulus *ἡ* latet etiam in scriptura cod. 4. *) 4 *ατιας.* d) 4 *προηγορουμενως.* Aur. Lugd. *προηγουμένους.* e) 4 *εααν δε — η εντος*, sed ante v. *εντος* litera erasa est, quae discerni non potest. Ri*. *ἔντον* et mox *τυγχάνωσις.* f) Aur. Lugd. *παρὰ μόνον τῶν.* g) 4 *κληρικων η αυστηροτερον.* Til. *κληρικῶν μὴ αὐστηρότερον.* Concil. Ephes. *καὶ αὐστηρότερα.* Latin. interpr. simpliciter *severius.* gg) Conc. Ephes. *δεδομένης.* h) 4 *ωρκον.* Conc. Ephes. *θάρσους*, improb. Cuiac. Observatt. XII, 26. i) 4 *θρησκια* (Go. *θρισκεία*) — *των οπλω η*, sed *η* hoc simillimum est lit. *ν.* Ceterum Aur. Lugd. *ἐπιχουρίᾳ.* k) 4 *φωννϋ* (sic) *πολινησθεντες.* Cui. 2 — Ri*. *φονῇ.* l) Ita Cod. Iust.; 4 et edd. *παραγγελείας.* Conc. Ephes. *παραγγελμάτων.* Praeterea in literis *γελειας* incip. fol. 76[b] cod. 4, in cuius ima pagina sunt literae *IA* pro numero quatern. m) 4 *εξ ευμενησεεισης.* Ri*. *ἐξευμενισθείας.* mm) *τῷ* deest in Conc. Ephes. n) Conc. Ephes. *παρ' ἐνόπλων εἰςχωρουμένων.* o) 4 *πολειν και.* Conc. Ephes. *ἢ καὶ ὑμῶν, τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ τήνδε τὴν* (Latin. interpr. *alma urbe*) *πόλιν ἢ καί.* p) 4 *οπλεισμενον.* Aur. Lugd. Ri. Ri*. Conc. Ephes. *ὁπλισμένον.* Go. *τὸν ὡπλισμένων.* q) Cui. 2, 2* *ἀθλίω.* qq) Conc. Ephes. *καὶ διαφόροις.* r) 4 Til. — Lugd. om. *V. C. Cos.* Rell. *Antiocho V. C. et Basso Coss.* de cj. Cuiacii. Vid. supr. Latin. interpr., not. *z.* s) 4 *an*, sed em. *ad* a man. rec. t) 4 *peterit*, sed em. *) Fol. 77[a] cod. 4. u) Til. — Lugd. *nuntientur.* v) Go. em. *et* (recte) aut accipit *ut* pro *velut.* x) Est quidem scriptum in cod. 4 *nullis*, sed delentur deinde literae *nul*, quae si consilio deletae sunt, latent fortasse in v. *ut*, ita ut legendum sit *peccatorum nullis resid.* Vid. not. antec. y) Ita recte 4, Til. — Lugd. Be.; Cui. 2 — Ri*. *reliquis*, impr. Go. z) Hinc inc. c. 4 Cod. Iust. cit. *Si servus cuiusquam ecclesiam altariave armatus.* a) Cod. Iust. *inopinatus.* b) *certe* om. in Cod. Iust. c) V. *abstrahendi* deest in cod. 4 et in edd. Til. — Lugd. Cod. Iust. *abripiendi extrahendique.* V. *abstrahendi* primum apparet in Cui. 2, et videtur de cj. Cui. ex c. 4 h. t. additum esse. d) Cod. Iust. *quibus id p. efficere.* e) Cod. Iust. *configi*, impr. Go. Mox 4 *occassio.* f) Be. *nee*, err. Cf. ad h. c. Dirksen l. c. p. 354. g) Cod. Iust. *transiliit, sit occisus*, et des. sqq. *) Fol. 77[b] cod. 4. h) 4, Til. — Ri*. *conhibentia.* Be. *connibentia.* i) Cod. Iust. *Valerio et Aetio Coss.*, prob. Go. Cf. Zirardin. l. c. p. 254, not., 435, 440 sq., 444, not. Be. add. *Coss.* post *nuntiatus*, quod siglum deest in cod. 4 et in anteced. edd. In cod. 4 add. maioribus literis *Thēodōsianī Lib. VIIII Expl· Inc. Lib. X. Felic.*

CODICIS THEODOSIANI

LIBER DECIMUS[a].

TIT. I. *) DE IURE FISCI.

1. *Imp. Constantinus A. et C.*[b] *ad Populum.* Si quid a fisco fuerit occupandum[c], vel a nobis de cetero*) pro unius cuiusque meritis obsequiisque donandum, vel ab eodem distrahendum, intra annum, omnibus vel a petitione vel a comparatione se abstinentibus, hi, qui putant iniuste res proprias a fisco esse comparatas[d], contra eundem agere contendant, scientes gratulantesque, quod annua spatia, intra quae suum repetant, sint indulta; ac si probaverint, iustitiam petitioni suae adesse, recipiant, et nostro beneficio habeant restituta. *Dat.*[dd] *Id. Sept. Roma, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

2. *Idem A.*[e] *ad Severum*[ee] *Rationalem*[f] *Africae. Post alia:* Possessiones[ff] atque mancipia exempta fisci patrimonio quibusdam donavimus. Haec[g] directo iure[h] atque perpetuo absque omni quaestione[hh] volumus obtineri; poena contra rationales et magistros privatae rei[i] atque officiales proposita, si quid[ii] contra tentaverint*) etc. *PP. XVI. Kal. Iun.*[k] *Romae in foro Traiani*[l], *Constantino A. V.*[m] *et Licinio C.*[n] *Coss.* (319.)

Interpretatio. *Quicunque agri atque mancipia quibuscunque personis de fisci nostri iure*[o] *donantur, apud eos, quibus donata sunt, sine suspicione aliqua volumus permanere: contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem*[p] *facere cognoscuntur.*[q]

3. *Idem A.**) *ad Provinciales.* Iustas etiam et quae locum habent fisci actiones praecipimus concremari, ob hoc solum, quod suis temporibus prolatae non sunt[r]. Iam calumniae privatorum eo saltem[rr] arceantur exemplo, quo iustas*) fisci lites silere praecipimus. *Dat. III. Kal. Iun. Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

4. *Idem A. ad Dometium Dracontium Magistrum privatae rei Africae.* Cum fiscus litem patiatur aut inferat[s], anni spatium ad determinandam caussam spectari oportet, quia hoc ad instruendum satis est, et diutius

---

Tit. I. C. Th., cod. 4, Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—44, 46, 47, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* Cod. Iust. X, 1. — c. 1 Go. iungendam esse putat c. 1 Cod. Iust. de Fundis rei priv. (XI, 65), sed vid. supra V, 14, 1. Vid. c. 4 h. t., not. sup. — c. 2. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 2. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1, i. e. *un.* Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16, 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus in codd. 17, 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. — c. 3. Cod. Iust. X, 1, 6. Bas. LVI, 2, 6. Indigitatur h. c. in c. un. C. Th. de Quinq. praescr. (IV, 15), neque vero in c. 7 h. t. Vid. c. un. cit., not. *v* et c. 7 cit., not. *i.* — c. 4. Summaria C. Th.: „*Similis primae.*“

---

a) 15 *Lib. VIIII.* Vid. supra p. 177, not. *q.* Til. *Theodosiani Codicis.* Vid. supra p. 95, not. *e.* *) Incip. fol. 78[a] cod. 4. b) Sec. Go. Pag. Reland. p. 295 *Licinius Caesar.* Mox Go. *ad Polum*, err. c) Go. prop. *occupatum*, neque tamen spernit *occupandum* aut *occupandum deinceps.* Idem habet *vel* pro *et*, *idque.* *) Aur. Lugd. *de ce cetero.* d) Go. em. *corporatas* vel *occupatas.* dd) Sec. Go. pro *PP.*; neque enim Constantinus hac aetate Romae constitit. e) Br. Al. Sich. *Imp. Constantinus A.* ee) 15 *Severinum.* 25, 38 *Serum.* 20, 32, 39 *Senatum.* Est hic Severus alius atque ille, qui commemoratur in c. 2 C. Th. de Matern. bon. (VIII, 18), c. 9 C. Th. de Appell. (XI, 30). f) 17, 27, 40 *rationabilem.* Multi codd. *Affricae.* Go., quia haec c. dicitur proposita Romae, mavult *rationalem urbis* (Romae) et in Chron. om. *Africae.* Mox deest *Post alia.* In codd. 17, 36, 40 his vv. add. *et cit.* s. *eccit.*, i. e. *et cetera.* ff) 20 *Possessionem.* g) 13 *atque excepta manc.* 15 *m. quae exempta.* 21 om. *exempta.* 12 *don. ita dire.* Sich. *manc. fisci, quae p. q. donavimus, haec.* Aur. Lugd. *patrimonia*, mendose. 20 *exempla f. patrimonium.* h) Vid. supra V, 14, 7. 20 antiquitus *ordine.* hh) 4 *omnia quaestione*, sed rubro col. em. *omni.* 20, 21, Sich. *sequestratione*, sed in 20 em. *requisitione.* Mox multi codd. *obtinere.* i) In cod. 15 om. *privatae rei*; in rell. Br. Al. codd. et ap. Sich. *rei*, sed Sich. *privatim et.* 20 *privatos.* ii) 14, 20 *qui.* *) In literis *rint* incip. fol. 78[b] cod. 4. Sich. om. *etc.* k) Ita 9, 13, 24, 27, 29, 38, 42, 44, Sich.; 4, Til. — Lugd. *PP. XVI. Kal. Iul.* Praetuli *Iun.* propter c. sq. h. t. Cui. 2 — Be. *PP. X. Kal. Iun.*, fortasse propter c. 3 C. Th. de Naviculariis (XIII, 5), quae fere eodem die dicitur proposita esse. 15 *XV K. Iul.* 6—8, 12, 14, 16, Epit. Mon. *XIII K. Iun.* 10, 18, Anian. Reg. ap. Go. *XII. K. Iun.* L. R. U. *Dat. XV. Kal. Iul.* 20, 32, 39, 43 *Dat. XV Kal. Ian.* 21 *XVII Kal. Iun.* 17, 28, 36, 40 *VI Kal. Ian.* 33, 34 *XI K. Iun.* 38 *āg.* l) Nonn. codd. *Roma.* 20, 24, 28 *Troiani.* 32 *traiano.* 8 om. *in foro — et*, et in codd. 17, 28, 36, 40 des. *Const. — Coss.* m) In codd. 12, 16, 18, 20, 24 deest *V.* 34 *Constantinopoli* pro *Constantino.* n) Multi codd. om. *C.* aut *C. Coss.* et 38 *et Licinio C.* 24, 32 *Lic. v̄ c̄ Coss.* Nonn. codd. *Lycinio* et Aur. Lugd. *Licino.* o) 21 *nostri personis don.* p) 20 *perscriptionem*, sed supr. lin. *p̄script.* q) 9, 20, alii codd. *cognoscantur.* *) 4 et hic et in seq. lege *Id. āā ad.* r) Cod. Iust. *sunt: ut iam*, recte impr. Cuiac. in Comm. l. c. p. 228 et Go. Vid. Dirksen. l. c. p. 492. rr) Til. mendose *eos saltem.* *) Ri*. mendose *iusta.* s) Go. in not.: „Pro *patitur*

non oportet privatorum[ss] sive fisci emolumenta fatigari. *Dat. XIV. Kal. Iun. Serdicae, Constantino A. VI. et Constante*[t] *C. Coss.* (320.)

5. *Idem A.*[u] ..... Defensionis facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, cum facultates eorundem adhuc controversia pendente inquietari describique fas non sit. *) Ubi ergo controversia exstiterit, fisco alicuius patrimonium vindicante, apud eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur, ut, cum rei exitus debere eas vindicari[v] probaverit, tum demum res persequi liceat, et super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi[x], quae per conditionales servos investiganda est, ut, si quid subtractum fuerit, exigatur, et extrinsecus[y] tantum aliud mulctae nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. §. 1. Sane in huiusce modi[z] quaestione si Caesariani nomen*) inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere; si quidem consuetudo fraudium, quibus praedicti omnia temerare consuerunt, exceptionem eorundem meruerit[a]. *Dat. prid. Kal. Ian.*[b] *Sirmio*[c], *Constantino A. VII. et Constantio*[d] *C. Coss.* (326.)

6. *Imp. Constantius A.*[e] *ad Hieroclem Consularem Syriae Coeles.* Secundum legem, quam dudum promulgavimus[f], vanam appellationem recte non suscepisti. *) De cetero quoque in caussis rebusque fiscalibus huius modi provocationes non debebis admittere[g]. *Dat. VIII. Kal. Maii Philippo et Salia*[h] *Coss.* (348.)

7. *Idem A. et Iulianus C. Verecundo*[hh] *Rationali summarum.* Ab edicti nostri[i] tenore, quo tempore a[k] negotiis sancienda[l] esse censuimus, fiscales caussae seiunctae sunt[m], quoniam fieri potest, ut per innumeras occupationes tui officii vel forte fraudulentam astutiam et venale silentium fiscalis petitio, omni iustitiae rationem subnixam[n] propter temporis angustias perimatur. *PP. VI. Kal. Iul. Vallis*[o], *Constantio A. IX. et Iuliano C. Coss.* (357.)

8. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Caesarium Comitem rerum privatarum*[p]. Universa loca vel praedia, quae nunc in iure templorum sunt, quaeque*) a diversis principibus vendita vel donata sunt, retracta**) ei patrimonio[q], quod privatum nostrum est, placuit aggregari. *Dat. prid. Non. Febr.*[qq] *Med., divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

9. *) *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Observet in posterum eminentia tua, ne quid de rebus rei priva-

— c. 5. Cod. Iust. X, 1, 7. In eundem diem incidit c. 2 C. Th. de Tutor. (III, 17). Vid. infra not. *u*. Go. h. c. videtur fugitiva esse et transponenda in tit. C. Th. de Incorporatione (X, 9). — c. 6 concordat sec. Go. cum c. 6, 8, 9, 10, 12, 13 C. Th. Quorum appellationes (XI, 36). Vid. c. 8 cit., not. sup. — c. 8 retulit Baronius in Ann. eccl. ad ann. 364, num. 8. Eodem die, sed ad Ordinem civitatis Karthag. datae sunt c. 32 de Appell. (XI, 30), c. 15 C. Th. Quorum appell. (XI, 36). — c. 9 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6).

aut infert." ss) Go. prop. *privaturum* (Ri. *privatorum*). Voluitne scribere Go. *privatarum*, i. e. rerum privatarum? Mox Go. err. *emolumeuta*. t) Rein. Be. em. *Constantino*, recte. u) Ita 4, Til. — Lugd., et deest magistratus. Probabiliter igitur ex c. 2 de Tutoribus cit. cum h. c. coniungenda Go. in not. add. *ad Populum*, quod supplementum praeferendum est alii Go. cj., qua hanc legem retrahit ad ann. 315. Nam praeterquam, quod ita contra rationem Cod. Theodosiani antiquior esset c. 2—4 h. t., inscriptio *Idem A. ad Volusianum Pf. U.*, quae habetur in Cui. 2 — Be., a Cuiacio translata est ex Cod. Inst. in C. Th., ut Go. ipse concedit in Chron. h. a. Quod igitur Volusianus Pf. U. hoc anno non innotuit, id non tanti est, ut necessitatem aliquam mutandae subscriptionis imponat, cum error ille non Codici Theodosiano sed Cod. Iust. h. l. corrupto imputandus sit. Quare neque opus est, ut mutemus *Pf. V.* in *Pf. P.*, quod Rein. vult, neque ut scribamus cum Go. in Chron. h. a. *ad Anic. Iulianum Pf. U.*, quae cj. Be. placuit, is enim in notis em. *ad V. Cl. Iulianum*, aut denique h. c. assignemus anno 354, quam cj. Go. in Chron. proposuit, ipse ibidem impugnat. *) Fol. 79[a] cod. 4. v) Ita recte Be. ex Cod. Inst.; 4, edd. *vindicare*. Stare posse *vindicare* Go. dicit. x) Ri*. mendose *habere*. y) In Cod. Iust. add. *integrum*. Dirksen l. c. p. 492. z) Go. — Ri*. Cod. Iust. *huiusmodi*. Be. ex Til. — Cui. 2* rest. scripturam cod. 4, quam Go. retin. in comm. *) Cui. 2, 2* mendose *nomine*. a) Cod. 4 *meruerit* et ita Go. Be. em. pro *meruerint*, quod ex antiq. corr. cod. 4 transiit in Til. — Be. Cod. Iust. *meruit*. b) Go. non solum *Iun.* habet, sed prop. etiam in not. c) Be. Cod. Iust. *Sirmii* et Cod. Iust. *Constantio A. VII.* d) Cui. 2 — Go. *Constantino*, err. Go. cj. *Constantino A. IV. et Licinio Caes. Coss.* (315.), sed vid. not. *u* antec. e) Be. add. in not. *et Constans A.* Sed vid. supr. I, 15, 2, not. *d* et VIII, 18, 5, not. *dd*. f) Sec. Go. imperator intelligere videtur c. 6 et 8 C. Th. Quor. appell. (XI, 36). In cod. 4 pro *Secundum legem, quam* scriptum erat *Coeli* (rubro colore add. *s*) *ab edicti nostri tenore quem*. Coniunctum erat igitur *Coelis* cum ipsis legis verbis. A sec. manu deleta sunt illa et scrib. *Secundum legem quam*. Translata erant ex sq. lege. *) Fol. 79[b] cod. 4. g) Si Summariis C. Th. a me editis fides habenda est, haec lex longior aliquando fuit; in illis enim postquam sententia legis exposita est, haec add.: *item ut infra annum quisquis experiatur.* h) 4, edd. ante Be. *Sallia*. hh) 4 *Verencundo*, sed em. i) Hoc edictum non haberi Go. dicit, atque eos vituperat, qui aut c. 3 h. t. aut c. 1 Cod. Iust. de Quadr. praescr. (VII, 37) hic significari autumant. k) In m. Cui. 1 — Cui. 2*, in not. Go. et Be. recte em. *tempora*. Cui. 2, 2* *nogotiis*, sed em. in Corrig. l) Cui. 2 — Ri*. *facienda*, err., quem errorem Go. tueri tentat. Nobiscum facit cod. 4. m) Go. in not. *sint*. n) Go. Be. em. *ratione subnixa*, recte. o) Go. a nonnullis male substitui refert *Gallis*; et hoc quidem voluit Valesius, qui prop. *Gallis Const. ā. VIII.* De Vallis vid. Go. comm. p) 4 *privatorum*, sed em. rubro col. *) 4 *quaequae*, et em. rubro colore. **) Commodissime interpungi locum hunc posse, *sunt retracta*, a Iuliano scil., negamus contra Go. q) 4 *et patrim.* et em. *ei* rubro col. qq) Go. aut *Iovianum* inscr. aut in subscr. pro *Febr.* emendandum esse putat *Nov.* Similiter Be., dubius tamen de mense. Rein. em. *Mai* vel *April.* et Baron. *Sept.* Praeterea Baron. Ann. ad ann. 364, n. 8 v. *Med.* notat asterisco et in m. *Constantinopoli* addit. Rein. Go. *Medianam*, suburbium Naissi intelligunt. Vid. supr. V, 14, 3, not. *o*. Cum non differant c. 32 C. Th. de Appell. (XI, 30) et c. 15 Quorum appell. (XI, 36), nihil audeo mutare. Vid. c. 32 cit.;

tae violetur[r], nisi prius comes rerum privatarum fuerit gnarus*). *Dat. VII.* [s] *Id. Mart. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

10. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Qui in contractibus scelestis ac fisco perniciosis interversorum maculosis sese[ss] fraudibus implicuerunt[t], in quadrupli redhibitionem[u] teneantur. *Dat. XV. Kal. Dec. Adrumeto*[v], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

11. *Iidem AA. et Gratianus A. Alexandriano*[x] *Comiti R. P.* Ut perspicue[xx] colonorum utilitatibus consulatur, decima indictione[y] singulas tantum dependant centesimas, qui reditus domui nostrae debitos quotannis iuxta consuetudinem arcariis tradunt[z]; ita tamen, ut singularum quoque[a] centesimarum ratio semper evidens scientiae tuae digesta referatur; videlicet[b] ut, erogationibus[bb] cunctis aperta instructione patefactis, reliquorum ratio ex[c] centesima possit agnosci. *Dat. VII. Kal. Oct. Dorostori*[cc], *Lupicino et Iovino*[d] *Coss.* (367.)

12. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et**) *Theodosius AAA. Pancratio Comiti R. P.* Et more veteri[e] et constitutis nos maiorum accessisse cognoscas. Et alytarchae[ee] urbis Antiochenae plantandi plures, excidendae unius cupressi iubemus tribui facultatem. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Ausonio et Olybrio Coss.* (379.)

13. *Iidem AAA.*[f] *ad Messianum Proconsulem Africae.* In omnibus fiscalibus caussis, quisquis iudicum cognitor resederit, exceptis magnificis viris largitionum nostrarum comitibus, quos*) extra ordinem negotia definire non multo ante latam secundum veteres mores constitutionem[g] praecepimus[h], si intra eandem provinciam res agatur, duos menses satis abundeque sufficere censemus; si ex contigua personae atque instructiones necessariae putabuntur, quattuor; si ex transmarina, sex. Cum vero de caussae meritis interposita provocatione tractabitur, in eadem provincia partibus constitutis, intra viginti; si ex contigua, intra quadraginta dies negotium*) terminetur. *Dat. XV. Kal. Oct. Aquileia, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

14. *Iidem AA.*[i] *Hyperechio*[k] *Comiti R. P.* Auri atque argenti maximum pondus plurimis diversisque temporibus usurpatum et ad aerarii nostri rationes non relatum cognovimus. Quod ne in dispendium rei privatae procedat, ut facilius accepti expensique ratio clarescat, nihil volumus de collatione praedicta absque nostri[l] auctoritate in quibuscunque provinciis usurpari, quo facilior sit discussio pecuniae[ll], cuius nobis fuerit summa testatior. *Dat. XVI. Kal. Ian. Mediolano*[m], *Caesario et Attico Coss.* (397.)

15. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Paullum*[n]. Si qua usquam[o] loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupavit, secundum veteris census fidem in sua iura retrahentur[p]. Rescripta igitur obreptionibus impetrata cum praescriptione[q] longi temporis et novi census praeiudicio summovebit auctoritas tua, atque ita omnia suo corpori, quae sunt avulsa, restituet[r]. Neque enim aut precatio colorata aut[s] incubatio diuturna aut novella professio proprietatis no-

---

— c. 10. Cod. Iust. X, 1, 8. — c. 11 paucis omissis vel mutatis ad verbum fere repetita est infra XII, 6, 14. — c. 12 indicatur et abrogatur c. 2 Cod. Iust. de Cupressis ex luco Daphnensi (XI, 77). — c. 13 iam Go. dixit indicari in c. 46 et 64 C. Th. de Appell. (XI, 30), abrogari autem dicta c. 64. Vid. c. 64 cit., not. *h.* — c. 14 Go. existimat coniungendam esse cum c. 12 C. Th. de Tironibus (VII, 13), quam vid. not. *r.* Debebat h. c. ut recentior a C. Th. conditoribus poni post const. sequentem h. t. — c. 15 bis legitur in Cod. Iust. VII, 38, 3 et XI, 66, 2. Cf. Biener. l. c. p. 214. Bas. L, 13, 6 (ap. Meerm. T. V, p. 72).

---

not. *t.* *) Fol. 80[a] cod. 4. r) Gutherius de Off. domus August. (III, 25) em. *ventiletur*, impr. Go. *) Aur. Lugd. mendose *ignarus.* s) Vid. supra I, 6, 4, not. *d.* ss) 4 *esse*, sed rubro col. emend. *sese.* Horum vv. saepe iam a nobis notata est confusio. t) Be. *implicaverunt.* Cod. Iust. *implicuerint.* u) Cod. Iust. *quadrupli redhibitione*, om. *in.* v) Sec. Go. *Dat.* est pro *Reddita*, cum Valentinianus in Africa non fuerit. 4 *Valentiano*, sed antiq. man. repon. *ni.* Be. Cod. Iust. *Adrumeti.* Annus deest ap. Go. x) Go. *Alexandrino*, ut c. 1 C. Th. de Equor. coll. (XI, 17), ubi vid. not. *l.* xx) 4 *perspicuae*, sed em. rubro col. y) Vid. supra I, 5, 7, not. *x.* Cum v. *singulas* incipit c. 14 cit. z) c. 14 *arc. quot. i. cons. tr.* 4 *quodannis.* a) c. 14 *ut earum quoque singularum.* b) In c. 14 om. *videlicet.* bb) 4 *ergo rationibus*, sed rubr. col. em. *erogationibus.* c) c. 14 add. *eadem.* cc) c. 14 *Dorostoli*, ubi Go. em. *Dorostori.* Incipit in v. *Lupicino* fol. 80[b] cod. 4. d) Ita Be. auct. Go. et c. 14 cit.; 4, Til. — Ri*. *Ioviano.* *) 4, Til. om. *et.* e) Go. em. *mori*, recte. Alias enim, Go. addit, legendum foret *et mori* (Ri. *more*), quod non capio. Go. v. *constitutis* significari putat superiorum principum Christianorum leges. Mox Be. *cypressi.* ee) Vid. Cuiac. Obs. II, 13. f) Recte Rein. Go. et Be. requirunt *Imppp. Valent. Theod. et Arcad.*; nam Gratianus ante biennium obierat. *) Ri. Ri*. *quo*, mendose. g) Recte Go. em. *lata — constitutione.* h) Ita Be. de cj. Go.; 4, Til.— Ri*. *praecipimus.* Haec Valentiniani constitutio incognita est. *) Fol. 81[a] cod. 4. i) 4, Til.— Cui. 2* *AA.* Reli. *AAA.* Recte Rein. Go. et Be. inscr. volunt *Impp. Arcadius et Honorius AA.*; nam Gratianus obierat ante annos XIII, Valentinianus ante annos IV et Theodosius ante biennium, et fuerunt h. t. imperatores Arcadius et Honorius. Vid. Reines. ep. 27 ad Rupertum (Chron. Go. ed. Ri. p. CXLIX.) et Reland. l. c. p. 525. k) Alias *Sperechius.* Cf. Go. ad h. c., not. *c* et in Prosopogr. v. *Sperechius.* l) Cum Go. Be. em. *nostra.* ll) 4 *percuriae*, sed em. *pecuniae.* m) Cui. 1 — Be. *Mediolani.* n) In Cod. Iust. add. *Com. domin. rei.* Ceterum c. 3 Cod. Iust. cit. *Paulinum.* Go. „al., inquit, *Com. domorum.*" Til. Aur. Lugd. *AAA. ad P.* Cui. 1 *Imppp. — AAA. ad P.* o) c. 3 Cod. Iust. cit. *unquam*; in c. 2 Cod. Iust. cit. om. *usquam.* Cum C. Th. concinunt Basil. Cf. Dirksen l. c. p. 470. p) Cod. Iust. *occupaverit — retrahantur*, prob. Be. q) c. 2 Cod. Iust. cit. *rescriptis per obreptionem impetratis et praescr.* r) c. 2 Cod. Iust. *praeiudiciis, in hac caussa submovendis* et om. *auctoritas — restituet.* Cum v. *Neque* incipit fol. 81[b] cod. 4. s) In c. 3 Cod.

strae privilegium abolere potuerunt[t]. *Dat. V. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

16. *Iidem AA. Apollodoro*[u]. Omnium praediorum[v], quae rei nostrae aggregata sunt in diversis speciebus, maxima pars passim ab improbis direpta est. Et quamvis secundum iuris ordinem ea, quae erepta sunt, in quadruplum oportuerit postulari, clementiae tamen nostrae moderationem secuti decernimus, ex eo die, ex quo iussio nostra fuerit celebrata, cessantibus frustratoriis defensionibus, quibus in exactorum personam refertur commissa direptio, intra tres menses ea tantum, quae constiterit pervasa[x], restitui. Quod si[y] quispiam ingratus nostro beneficio solutionem distulerit, in dupli poena teneatur obnoxius. Qua conditione eos quoque volumus adstringi, qui in fugam versi esse dicuntur, ut, nisi intra constitutum*) tempus, quae sunt direpta, reddantur, ut[z] ad modum dupli rei nostrae eorum praedia vindicentur. Officio[a] quoque iudicum diversorum, si non exactores et compulsores, quorum direptio arguitur, repraesentaverint tempore superius constituto, eadem poena retinebit, ipsis adversus fugientes actione servata. Iudicum quoque segnitiam[b] in hac parte gravissima mulcta feriendam esse censemus. *Dat. XII. Kal. Dec. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.*[c] (399.)

17. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Patricio Comiti R. P.* Super creandis susceptoribus dispositionem tuae sublimitatis firmam esse praecipimus, periculo procuratorum rei dominicae; ita ut[d], omni ambitione cessante, quae statuta sunt, quaeque antiqua consuetudine commendantur, in pabulis[e] vel sumptu familiae ministrando intemerata permaneant; super irenarcha[f] et optione omni[g] antiqua consuetudine observanda. *Dat. III. Kal. Ian. Constantinopoli, Theodosio A. IX. et Constantio II.*[h] *Coss.* (420.)

TIT. *) II. DE DOMIBUS AD REM PRIVATAM PERTINENTIBUS DISTRAHENDIS VEL PRAETORIIS IUDICUM RESERVANDIS.

1. *Imppp. Valens*[i], *Gratianus et Valentinianus AAA.*[k] *Comiti largitionum*[l]. Rationales vel ordinarii iudices earum domorum, quas procuratorum nequitia et rationalium negligentia labi patitur in ruinas, instituant auctionem, hastis habitis[m] ex licitatione currente. Sane si quae sunt per varias provincias huiusce modi domus, quales esse in Augustensi Suitranea[n] civitate suggeritur vel aliis in locis, praestantes et privatis usibus ampliores, ut servari[o] forsitan oportebit, iudicum mansionibus deputandas provincialium et eorum cura reficiendas. *Dat. VII.*[oo] *Kal. Oct. Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.* (378.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Firmino Comiti S. L.*[p] Ne domus ad nostrum patrimonium per-

— c. 16. Eodem die data est c. 4 C. Th. de Dilat. (II, 7). Summaria C. Th.: „*Decimae superiori contraria.*"
— c. 17. Cod. Iust. X, 1, 9. Cuiac. in Comm. ad tres postr. Cod. Iust. libros l. c. p. 229. Sec. Go. h. c. fugitiva est et pertinet ad tit. C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4).
Tit. II. — c. 2 fortasse coniungenda est cum c. 22 C. Th. de Petit. (X, 10).

Iust. om. *aut precatio colorata aut.* t) c. 3 cit. *poterit* (non est coniiciendum ex hac script., in C. Th. fuisse *poterunt*) et paullo infra *Arc. V.*, male. In eadem deest *Constantinopoli.* u) Sec. Rein. Go. Be. add. *Proc. Afric.* Vid. c. 17, 18 C. Th. de Paganis (XVI, 10). Ann. 435 commem. *Apollodorus* comes consistorianus in c. 6 C. Th. de Const. pr. (I, 1) et *Apollodorus* comes sacri consistorii ann. 438 in const. de Th. Cod. Auctoritate. Antea Rein. prop. *Com. R. P.* Cf. Symmachus VIII, 13; IX, 14 et 48 (51). v) Go., cui v. *praediorum* suspectum est, in annott. em. *praemiorum*, prop. etiam *conditorum* vel *prodigorum*; sed recte in comm. mutari aliquid posse negat. x) Til. — Ri*. *per vasa*, impr. Rein. et Go. y) 4 *Quamsi*, sed corr. ab antiq. man. *Quodsi.* *) Fol. 82[a] cod. 4. z) Be. in not. del. *ut*, in quo v. etiam offendit Go. a) Recte Be. em. *Officia.* b) Ita 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go.; Aur. Lugd. Ri. Ri*. Be. *segnitiem*, sine necess. c) Aur. Lugd. *Conss.* Cui. 2 — Ri*. *Coss.* d) Cod. Iust. inverso ord. *Super creandis susceptoribus periculo procuratorum rei dom. dispositionem — praecipimus, ita ut.* e) Cf. Dirksen l. c. p. 492. Vv. *antiqua consuetudine* Go. in comm. significari putat infra XII, 14, 1, XI, 24, 6 et supra VIII, 7, 21. f) Ex Cod. Iust. *irenarcha* restitui. 4, edd. ante Be. *hirenarcho.* Be. *irenarcho.* Apud Graecos sunt *εἰρηνάρχαι.* g) 4, Til. — Ri*. *omnia*; recte Be. auct. Go. em. *omni* ex Cod. Iust. h) Recte Go. Be. in not. em. *III.*; sed cum etiam Cod. Iust. *II.* habeat, error insitus esse ipsi C. Th. videtur.

*) Fol. 82[b] cod. 4. i) Ri. Be. in not. del. *Valens*, qui obierat mense Aug. h. a. k) Magistratus nomen deest etiam in cod. 4. l) Go. Rein. intelligunt *Comitem Largit. privatarum.* m) 4 *hostis*, sed em. *hastis.* Vid. supra V, 14, 2, not. *h* et ibid. Wenck., not. *c*, qui em. *et* pro *ex*, recte. Go. non eiecit quidem v. *ex*, sed tamen malle se dicit *et.* n) Go. in comm.: „Ut colligitur ex mentione civitatis *Augustensis Suitraneae.* Si modo ea est illa *Augustensis*, quae in Mauritania Caesariensi memoratur in *Notitia Imperii* f. 165. Quid vero est *Suitranea?* An *Subritana*, vel *Subratana*? An *Suburitana*, *Suburgitana*? An *Suetriana*, *Sufarirana* (Ri. *Sufaritana*)? Forte *Suffetanea.* Neque enim hic admitto *Suedraneam*, quae in Isauria vel Pamphilia: Non *Suffetanam*, Non *Sutrinam*: *Iulia Sutrina*, quae *Colonia*: An *Zeugituna*, de qua vid. Itiner. Aethici, p. 90." In Chron. Go. em. *Zaugitana.* Be. post *Suitr.* add. interrogandi signum uncis inclusum. o) Locus impeditus. Go. cj. *ampl. adservari* vel *conservari* etc. aut *ut adservari f. oporteat, iudicum mansionibus deputandas pronunciamus, et eorum* etc. An *et servari eas oportet et iudicum mansionibus deputandas provincialium et eorum cura reficiendas*; aut *reservari* (vide rubricam) *solerter* (?) *oportebit iud. mans. dep. prov. et?* Verisimile autem est, unum alterumve verbum aut totum versum excidisse. Go. *Iudicum* et Go. — Be. *iud. mans. deputandas, provincialium*, male. oo) Go. in Chron. *VIII. Kal.* p) c. 22 C. Th. de Petit. cit. *Com. R. P.* Sed hoc rectius. Vid. c. 4 C. Th. de Coll. fund. patr. (XI, 19). Fuit enim Firminus Com. R. P. insequenti demum anno. Guther. de Offic. dom. Aug. III, 26 delendum hic esse *Sacrarum* dicit, quia Comes S. L. curam non habuerit domorum ad patrimonium principis

Go. recte videtur de laesa huius subscriptionis integritate existimasse, tamen ego in reliquis dissentio ab eo. Fit enim haec c. antiquior prima h. t. lege, quod concedi non potest, nisi ponamus iam in ipsa lege diem corruptum fuisse, quod non probabile est. Verisimile est igitur partem subscr. exc. post *Dat.* in codicibus, ut fortasse eodem anno 319 data sit lex *Sirmio*, *Serdica*, *Sabaria* aut denique *Naisso* et postea proposita *Romae*. Quod si est, nec in c. 1 h. t. haec lex indigitatur. p) In cod. 21 add. *III.* q) 6, 7, 10, 18 *impetit.* 9, 20 (supr. lin.), 21, alii codd. Sich. *impetunt.* 42 *impetant.* r) In nonn. codd. om. *rei.* s) Ap. Sich. add. *reus.* t) 6, 7 om. *ei.* Paullo ante 21 *extranguletur.* u) 6 *ut si qui.* 7, 10, 18, 20, 42—44, alii codd. *ut is qui.* v) 6, 7 *ipsius.* *) Sich. *Iidem AA.* Cod. Iust. *Imp. Constantinus A.* x) 10, 18 *ut.* 20 om. *et*, ut Cod. Iust. y) In Cod. Iust. add. *sine fisci advocato denuntiantes.* z) 10, 13, 18 *apertissime.* a) 20 Cod. Iust. *cuiusque.* b) 6, 7, 10, 16, 18, 31 *in casu.* Sich. in m. *in cassum*, prob. Dirksenio l. c. p. 495. c) Omnes codd. (praeter 8, 14, 16) Sich. *retro*, sed in cod. 4 rubro col. in m. corr. *recto*, ut est in Til. — Be. Cod. Iust. Recte se habet *retro.* Similiter c. 16 C. Th. de Medicis (XIII, 3) *retro latarum sanctionum auctoritate.* Vid. Gloss. v. *Retro* et Dirksen. l. c. d) 10, 18 om. *nulli.* 20 *nonnullos* (hoc de corr.) *praecipit esse* et paullo infra *differre.* *) In literis *sessa* incip. fol. 91[a] cod. 4. e) 4 *laesis*, sed rubro col. em. *laesos.* 10, 18 *lesos aestimant.* 15 *damus omnibus qui se lesos aestimant licentiam contra.* Similiter Cod. Iust., ubi v. *licentiam* add. post *omnibus*, quo tamen v. Dirksen nos facile carere posse existimat loco supra nominato. f) 15 om. *ferro destr.* Multi codd. Sich. Cod. Iust. *districtam.* Sqq. des. in Cod. Iust. g) 12 *prius.* h) 10, 18 om. *eius.* Mox 13 *sustinebit.* i) 4, 13, 33, 34, Til. — Lugd. *XI.* 6—10, 12, 16—18, 20, 21, 24, 27—29, 31, 36, 40, 42, 44, Sich. *X.* 15 *XII.* Cui. — Be. *II.* In rell. codd. om. *XI.* Go. in Chron. *III.* Etiam Cod. Iust. codd. et edd. inter se differunt. k) Permulti codd. Cui. 2, 2* *Constantino*; in nonn. codd. om. *Constantinopoli.* l) 17, 28, 40 *et Licinio Coss.* 20 *Abieno Coss.* m) 20 *persequitur*, sed supr. lin. *persequantur.* Sich. *nomina persequamur.* 44 *nomina pers.* *) Be. inscr. putat *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.* h. et sq. c. Vid. infra XII, 1, 23, not. *p.* n) Hoc Constantii et Constantis impp. edictum periit. Go. conferri iubet Hieronymum ad Pammachium de optimo genere interpr. pag. 245 T. II. Oper. edit. Francof. apud Christ. Gensch. *) 4 *Viminac*, rubro col. add. *i* (Viminaci). **) Vid. c. antec., not. *. o) Be. *Naissi.* p) Be. h. et sq. inscr. vult *Impp. Constantius et Constans AA.* q) Cui. 2 — Ri*. *divino*, err. typ. *) Fol. 91[b] cod. 4. In ima pagina sunt literae *IV* pro numero quaternionis. r) Add. cum Be. *A.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* Go. h. c. transferri vult aut ad ann. 352, cui adscribit in Chron. p. L., aut, quod ipsi minus probatur, ad ann. 357, contra rationem C. Th.; nam utroque modo haec lex recentior esset sequenti. Fortasse v. *Dat.* pro *Redd.* accipiendum est. s) Go. propter Philostorgium III, 12 et locum, quo data est lex, Constanti soli h. c. tribuit. Neque enim Constantius h. t. Treviris fuit, et Treviri solius Con-

largientibus nobis aliquid fuerint consecuti, cum delatoribus suis ad iudicia veniant, in iure consistant, negotia persequantur, ut asseveratio delatorum prodat fisco debitas facultates. In eos autem, qui aliquorum detulerint patrimonia, affirmantes ad fisci nostri dominium pertinere, si non potuerint ostendere, quod adstruxerant, severitas competens exseratur. Consequens igitur erit, petitiones legibus*) minime consentaneas a iudiciis removeri, nec eos affici metu, qui legibus possident proprias facultates. *Dat. III. Non. Mart. Sirmio, Constantio A. VI.* [t] *et Constante C. Coss.* (353.)

9. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Provinciales Byzacenos. Post alia:* De munificentia principali quaelibet bona tanquam caduca poscentes non aliter adipiscantur petitionis effectum, nisi delatores valuerint publicare. *Dat. prid. Id. Sept. Aquileia, divo Ioviano et Varroniano**) *Coss.* (364.)

10. *Iidem* [u] *AA. ad Provinciales Afros.* In tantum humani [v] generis inimicos arbitra aequitate persequimur, ut delatores pronuntiatos [x] puniri gladio iusserimus [y]. *Dat. prid. Non. Febr. Mediolano* [z], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

Haec [a] lex *interpretatione non indiget.*

11. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus* [b] *AAA. Alexandriano* [c] *Comiti R. P.* Super vacantibus ac caducis cum forte largitatem nostram aviditas circuit postulantium, prius tua scripta mittantur. Certi etiam dirigantur, qui cuncta solerter inquirant, et cuius fuerint facultates*), et si nemo eas sibi iure nititur retentare. Ac si [d] locum fisco factum esse claruerit, occupatis prius bonis, et rerum omnium descriptione perfecta, serenitatis nostrae scientia protinus instruatur, ut, quid statuendum sit, pro legum ordine terminemus. *Dat. III. Id. Dec.**) *Martianopoli, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

12. *Imppp.***) *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio Comiti R. P.* Qui, cum ex praesenti die ut caducas poposcerit, facultates ex consensu [e] nostrae liberalitatis acceperit, non ante allegare rescriptum, non prius obtinere sententiam, non denique effectum exsecutionis debebit accipere, quam eum iudiciis introducat, a quo sibi id, quod poposcerit, delatum asserit esse patrimonium. Quod quidem non solum in generali iubemus bonorum petitione [f] servari, verum etiam si carptim fundos [g] vel vacantia rura, aliqua [h] denique praedia vel rustica vel urbana poscentur, aliqua etiam huius modi*), quae viritim solent obtentu liberalitatis invadi, ut, si caussam non tenuerit, cautum legibus supplicium delator excipiat. §. 1. Neque sane introduci eum satis erit eo tempore, quo rescriptum allegatur, ac liberalitas intimatur, verum dirigendus is erit ad eam provinciam provinciasve, in quibus patrimonia delata consistunt, ut eius instruat actiones, qui nostra liberalitate nitetur, et cuius se honestati per blandum ministerium iniustae delationis immersit, ut scilicet, maiore omnium plausu, detecta ibi calumnia [i] eius supplicio publicae severitati litetur, ubi securi [k] ac tuti domini trepidavere fortunae. §. 2. Illud etiam ad professionem odii, quo universas delationes exsecramur, adiungimus, ut, si idem delator, etiam in bonis caussis, tertio tamen fuerit inventus, post victoriam*) tertiae proditionis capitali supplicio coerceatur. *Dat. III. Kal. Febr. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

---

c. 9 coniungenda est cum c. 16 C. Th. (V, 13), c. 3 C. Th. de Collat. fund. patrim. (XI, 19), c. 59, 60 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 17 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). Vid. c. 16 cit., not. *cc*. — c. 10. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c*. 10. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c*. 3. Integra est in codd. 6—10, 12—16, 18, 20, 21, 27, 29, 30, 33, 34, 38, 42; desunt autem in nonn. codd. vv. interpretationis loco posita; omnia des. in codd. 17, 25, 31, 32, 36, 37, 39, 40, 43, 44; inscr., subscr. et quae pro interpr. scripta sunt in cod. 26, et habetur textus pro interpr.; inscr. om. in cod. 24; in cod. 28 deest textus, et conflatae sunt inscr. et subscr. cum interpr. c. 15 h. t. Summaria C. Th.: „*Similis primae.*" — c. 11. Ammian. Marc. XXXI, 14. Symmach. ep. X, 55. — c. 12 et 13, quae concordant argumento, sec. Go. coniungendae sunt. Vid. tamen utriusque legis inscriptionem et infr. not. *p*. Easdem Go. indicari putat in c. 18 et 22 h. t.

---

stantis imperio parebant, ibique h. t. Constans egit. *) Fol. 92[a] cod. 4. t) Go., quia Constantius h. temp. in Italia fuit, rep. vult *Constantio A. V.* (352.), et ita habent Go. — Ri*. Hoc enim anno Constantius Sirmii constitit. Be. *Sirmii.* Aur. Lugd. *Cons.* *) Aur. Lugd. *Varoniano.* u) Br. Al. codd. Sich. *Impp. Valent. et Valens.* v) 10, 18 *Afriales Tam humani.* 15 *In tantum inim. gen. hum. aeq. arb. pers.* x) Sich. *del. provinciales.* y) 6—8, 12, 14, 16 *gl. disseramus.* 10, 18 *gl. deseramus.* 21 *punire.* z) Sich. *Mediolani* et om. infra *AA.*, ut 20. In cod. 15 om. *Med.*, qui sic: *Dat. II Non Febr ipsis Augustis consulibus.* Go. h. c. in comm. assignat anno 373, aliter sentit in Chron. propter subscriptionem *Dat. Mediol.* Reland. l. c. p. 409 „In quibusdam, inquit, codicibus nulli Consules huic legi subscripti sunt et inscriptio *Impp. Valent. Theod. et Arcad. A. A. A.* ostendit ad hunc annum eam non pertinere." Fateor me codicem, in quo subscr. sola desit, ignorare. Vid. not. super. Inscriptio deinde, quam Relandus enotat, verba illa ad aliam legem referenda esse demonstrat. a) 20, 21, Sich. *Ista* etc., sed 21 om. *lex.* In Cui. 1 — Lugd. des. haec vv. interpretis. b) Sec. Go. Be. inverso ordine scribendum est *Imppp. Valentinianus, Valens et Grat.*, recte. c) Aur. Lugd. Go. — Ri*. *Alexandrino*, err. *) In literis *cultates* incip. fol. 92[b] cod. 4. Moti fortasse indicativo *nititur* edid. Til. — Lugd. *facultates. Et — retentare, ac si* et Ri. Ri*. *facultates: et — retentare, ac si.* d) Go. vult *sic.* *) Go. in Chron. *IV. Non. Dec.* **) Aur. Lugd. *Impp.* e) Til. — Ri*. *facultates, ex consensu.* Go. em. *Quicumque ex praesenti — et consensu*, inductus sine dubio interpungendi ratione a nobis indicata et provocans ad c. 27 h. t. *Quicunque ex praesenti die sub specie caducorum quaecunque bona putaverit postulanda, eademque consensu nostrae liberalitatis acceperit.* f) 4, Til. — Lugd. *petitioni.* g) Be. em. *fundi*, recte. h) Aur. Lugd. *alia.* *) Fol. 93[a] cod. 4. i) Til. — Lugd. *detecta, ibi cal.* k) Go·

13. *Iidem AAA.*[1] *Edictum ad Provinciales.* Delatores ab ipsis, qui bona a[m] nobis delata vel carptim suscipiunt fundos vel[n] vacantia rura, tam rustica quam urbana, cum rescriptum allegatur, primum apud virum clarissimum comitem*) inducantur, deinde ad provinciam provinciasve ducantur, ut praesentibus ibidem probationibus, quae detulerant, indicarent[o]. Illud etiam odio eorum ducti decernendum esse censuimus, ut, etsi vera in delationem negotia detulissent, post victoriam tertiae delationis delator capite plecteretur. *Dat. prid. Kal. Sept.*[p] *Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

14. *Iidem AAA.*[q] *Pancratio Comiti R. P.* Nemo possit ad indultum a nobis beneficium pertinere, nisi qui ante[r] instructionem ab officio, quod tuis meritis paret, annuentibus nobis, fuerit consecutus. *Dat. XII. Kal. Oct. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

15. *Iidem AAA.*[s] *Eutropio Pf. P.* Quisquis in crimine maiestatis deprehensus[t] fuerit*) et punitus, bonaque eius[u], sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus invaserit, nullus eadem[v] sub spe[x] munificentiae[y] principalis audeat proprio iuri[z] poscere. Qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus violatae legis[a] habeatur. Sed quoniam plerumque ita[b] in nonnullis[c] inverecunda petentum inhiatione constringimur[d], ut etiam non[e] concedenda tribuamus, ne rescripto[f] quidem nostro adversum formam latae legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus, huius modi tantum valeat liberalitas. *Dat. XVI. Kal.*[g] *Dec. Thessalonica*[h], *Gratiano V. et Theodosio I. AA.*[i] *Coss.* (380.)

Interpretatio. *Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit*[k] *et punitus, bona eius fiscus acquirat, ita ut nullus aliquid ex eius facultatibus*[l] *sibi velut*[m] *munificentiae iure audeat postulare. Et si aliquis*[n] *contra leges crediderit postulandum, nec id, quod petiit, accipiat, et violator legis habeatur. Si quid tamen nullo petente, proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huius modi firma permaneat.*

16. *Iidem AAA.**) *Nebridio Comiti R. P.* Nemo eas sine summo sacrilegio possessiones existimet postulandas, quae cum magno censu tectorum ambitu[o] palatiis sint magis aptae quam praediis, adeoque hoc nomen refugiendum sibi esse*) cognoscat, ut sacrilegii vereatur invidiam, etiamsi laqueos deceptae ignorationis inciderit, cum semper in petendo debeat esse sollicitus, quicunque est in impetrandi occasione curiosus. Laudanda igitur experientia tua officio gravem poenam tali lege constituat, si unquam instructione deceperit, et petenti nefaria collusione[oo] consenserit; illi etiam, ut deprehenso, beneficii adimat potestatem. *Dat. XIII. Kal. Iun. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

— c. 15. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 15. Br. Al. eiusque codd. *c.* 4 aut, ut in codd. 17, 28, 31, 32, 36, 39, 40, 43, 44 *c.* 3. Vid. c. 10, not. sup. Sich. *c.* 4. Cod. Iust. X, 12, 1. Attal. tit. LII. Falso eam Go. dicit coassandam esse cum c. 8 et 9 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42) et reliquis legibus cum illa c. coniungendis. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—16, 18, 20, 21; omnia des. in codd. 25, 26, 37; omnia praeter interpr. in codd. 28 (vid. c. 10, not. sup.) 45, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39, 43, 44; solus textus om. in codd. 17, 27, 29, 33, 34, 36, 38, 40, 42.

reprehendit eos, qui tentant *non securi.* *) 4 *victoriam*, sed flavo colore repon. a sec. man. *victoriam.* l) 4, edd. ante Be. et hic et in sq. c. *AA.*, impr. Go. Ceterum incip. cum inscr. h. c. fol. 93[b] cod. 4. m) Praepositio deest in Cui. 2, 2*, impr. Go. n) Aur. Lugd. *cel*, err. *) In 4 per compendium scrib. *vir̄ c̄ cōm.* o) Be. auct. Go. cj. *indicent.* p) Go. ut c. 12 et 13, quas pro eiusdem legis ad diversos missae diversis exemplis habet, coniungat, rep. vult ex c. 12 *III. Kal. Febr.*, aut alterutro loco errorem latere suspicatur. Neque vero inter se cohaerent illae leges. 4, Til. *Thessall.* q) Vid. not. *l.* Go. in Chron. *Parioratio Com. R. P.* r) Til. *aute* et in subscr. *Thessall.*, ut 4. s) Br. Al. codd. Cod. Iust. *Grat. Valent. et Theod.*, sed 17, 36, 40 *Impp. Valent. et Valens āā* et 20, 21, 38 *Imppp. Valentinianus et* (21 om. *et*) *Gratianus et Theodosius.* Sich. *Imppp. Valens, Grat. et Theod.* 4, Til. — Ri*. *AA.*, impr. Go. In nonn. codd. om. *Eutropio Pf. P.*, in aliis est *p̄ū* pro *Pf. P.* t) —8, 10, 14, 18 *comprehensus.* *) Fol. 94 cod. 4. u) 10, 18 *bona qua eiùs sunt pl.* v) Ita Be. auct. Go. ex 6, Sich. et Cod. Iust.; 4, 9, 20, 21, Til.—Ri*. *easdem.* 15 *ea.* Rell. codd. ut 6. x) Cod. Iust. *sub specie*; sed Cuiacius ad c. 1 cit. l. c. p. 244, probb. Go. et Dirksenio l. c. p. 496, emend. *sub spe*, ut infra est *sperare.* 6 *spem.* y) 4, Til. — Ri*. add. *tuae*, impr. Go., qui, si quid addendum est, repon. esse existimat *meae.* Be. auct. Go., Cod. Iust. Sich. om. *tuae*, et deest *tuae* in omnibus Br. Al. codd. Occasionem huius mendi dedisse videntur postremae syllabae praecedentis v. *magnificentiae.* z) 6, 7, 9, 10, 14, 16, 18, 20, 21, Sich. Cod. Iust. *iure.* 15 *audeat postulare qui autem contra* et om. *proprio iuri.* Interpretatio simpliciter *sibi.* a) Nonn. codd. *leges.* b) 8 om. *plerumque*, 9, 21, Sich. *ita*, 15 *in nonnullis* et 20 *in.* c) In Cod. Iust. add. *causis.* 10, 18 *invecorda.* Nonn. codd. ut Cod. Iust. *petentium* et paullo infra *adversus.* d) Til. *constrigimur.* Cui. 1 — Lugd. *constringimus.* 9 *constringemus.* Ceterum 10, 18 *iniactatione* pro *inhiatione.* e) 10, 18 *ut eam non.* 4 *cedenda*, sed a rec. manu em. *concedenda.* f) 10, 15, 18, Cod. Iust. *nec rescr.* 16 *ne scripto.* Mox 12 om. *nostro.* g) 12, 17, 36, 40 *X.* Anianus optimae notae ap. Go. *XV.* 38 *Sept.* pro *Dec.* h) Codd. Br. Al. *Tess.*, *Tesalonica.* 20 *Tessalona.* Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Go. *Thessall.* Sich. Cod. Iust. *Thessalonicae.* i) Nonn. codd. Sich. *Gr. A. V. et Th. I. A.* (21, Sich. *A. I.*) *Coss.*, sed in cod. 9 om. *Grat.*, in cod. 8 *V.* et in permultis codd. om. *I.* k) 10, 18 *deprehensus fuerit* ex ipsa lege. l) 20 *facultatibus eius.* Sich. *de eius fac.* m) Sich. *vel.* Aur. Lugd. *fac. qui velut.* n) Multi codd. Sich. Cui. 1 — Lugd. *aliquid.* Mox 20 *petit.* *) Til. — Ri*. *AA.*, impr. Go. o) Til. — Lugd. *censu tectorum, ambitu.* *) Fol. 94[b] cod. 4. oo) Cui. 2, 2* mend. *conclu-*

17. *Iidem AAA.*[p] *Panellino*[q] *Consulari Lydiae*[r]. Servum[rr] domini delatorem iubemus in exemplum[s] omnium proditorum[t] severissimae sententiae subiugari, etiamsi obiecta probaverit[u]. *Dat. VII. Kal. Nov.*[v] *Constantinopoli, Antonio*[x] *et Syagrio Coss.* (382.)

Haec[y] lex *interpretatione non indiget.*

18. *Iidem*[z] *AAA. Nebridio Comiti R. P.* Etsi color petitionis aut ratione aliqua aut tempore possit admitti, secundum nostras leges non debet audiri prius, quam proditum delatorem competens poena constrinxerit. *Dat. III. Kal. Sept.**) *Merobaude II. et Saturnino Coss.*[a] (383.)

19. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*[b] *AAA. ad Senatores civitatis Alexandrinae.* Securitati vestrae studentes et iustitia necessariae legationis animati dedimus literas ad virum clarissimum et illustrem Cynegium praefectum praetorio, quibus iussimus, ut delatores, quos iam etiam sua sententia meritis poenis affecit, ubi[c] repererit[d], pari supplicio persequatur, fundatis omnibus, quae super possessionibus ac terris, quas hoc nomen huc usque vexavit, idem vir illustris constituit. Agite igitur securi, atque ita patrimonia vestra tenete, colite, frequentate, ut boni saeculi poscit[e] affectio. *Dat. XVI.*[f] *Non. Mart. Constantinopoli, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

20. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*[g] *AAA. Flaviano Pf. P.*[h] Plerisque mancipia vaga, tacita fideicommissa, bona vacantia et caduca monstrantibus, quies possidentibus abnegatur; ideoque praecipimus, ut omnium officiorum periculo*) custodiatur. Vicarii etiam atque ordinarii cognitores moneantur, ea animadversione proposita, quae non facultates eorum sit expetitura, sed sanguinem, ut nullum huius modi rescriptum mansuetudinis nostrae, nec si specialis super hoc annotatio proferatur, nisi una cum delatore, suscipiant, ut[i] de animo eius et facto vel impletis probationibus vel desertis[k], iuxta constituta legum, quae super hoc iam dudum a divis principibus lata sunt, iudicetur. *PP. VI. Id. April. Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

21. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Laurentio Comiti R. P.* Sit haec mensura bona poscentium, ne quis oblatis precibus in petitione bonorum auri atque argenti faciat mentionem. Ac ne generaliter in omnes haec fuerit[l] constituta, summis dignitatibus usque ad secundicerium notariorum hoc servari decernimus, ceteris ab hac licentia retentatis; ne, dum nimia largitas tenditur, publica commoditas negligatur, ita ut, si qui*) post hanc legem textum impetratae petitionis attulerit, effectu denegato frustretur. *Dat. VIII. Kal. Maii Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

22. *Iidem AA. Firmino Comiti R. P.*[m] Divi patris nostri statuta renovantes aeterna lege sancimus, officium palatinum quinquaginta auri libras de suis facultatibus exigi*), si prius allegari divalia rescripta permiserit, quam delator in iudicio fuerit constitutus. *Dat. VI. Kal.*[mm] *Nov. Mediolano, Honorio A. et Eutychiano Coss.* (398.)

23. *Iidem AA. Studio Comiti R. P.* Ne quis proscriptorum bona vel eorum, qui publicam videntur excepisse sententiam, intra biennium aestimet postulanda.

— c. 17. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 17. Br. Al. eiusque codd. aut *c.* 5, ut ap. Sich. aut *c.* 4, aut *c.* 3. Vid. c. 10 et c. 15 h. tit., not. super. Cod. Iust. X, 11, 6. Bas. LVI, 7, 6. Capit. (Ben. Lev.) VII, 177. Integra cum vv. interpretis est in codd. 6—10, 12—16, 18, 20, 21, 27, 29—34, 33, 42—44; omnia praeter interpr. des. in codd. 17, 24, 28, 36, 37, 39, 40; subscr. et interpretis vv. in cod. 25; in cod. 26 textus pro interpr. ponitur, rell. omm.; in cod. 39 rest. textus legis flavo colore. Ceterum Klenze inter c. 16 et 17 h. t. inserendam esse putat const. *Professio*, quam supra retuli IV, 20, 2. Putat igitur hunc titulum mancum esse, neque tamen probat. — c. 20 sec. Go. indigitatur in c. 22 h. t. Vid. tit. XII. huius libri et c. 12 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). — c. 21. Summaria C. Th.: „*Similis quartae in octavo titulo.*" — c. 22 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Dom. ad rem priv. (X, 2). — c. 23 iisdem vv. iam supra aderat IX, 42, 17. Confirmatur c. 29 h. t. Summ. C. Th.: „*Septimae decimae constitutionis similis noni libri tituli quadragesimi secundi.*" Vid. c. 26 sq.

---

sione. Ne quis *reprehenso*, monet Go. p) Cod. Iust. *Imppp. Grat. Valent. et Theod.* 32 *Id. A.* q) 4, Til. — Lugd. Cod. Iust. *Pallio*, impr. Go., sed Hal. Cui. in Cod. Iust. *Panhellenio.* Similiter 6, 7, 10, 13, 18, 31, 42, 44, Anian. Put. Reg. *Panellinio.* 21, Sich. *Panellenio.* 16 *Pannellinio.* 32 *Panellio.* 33, 34 *Pinellino.* Rein. suspectum est nomen *Panell.* r) 6, 7, 9, 10, 16, 18, 21, 25, 27, 29, 38, 42, Sich. Cui. 2, 2* *Libiae* s. *Lybiae*, sed em. a Reines. *Lydiae* et impr. a Go. *Lybiae.* Vid. Boeckingii annot. ad Notitiam Dignit. in Part. Orient. p. 132. 20 supr. lin. *Libent.* 30 *Liciae.* 33, 34 *Libriae.* 32 om. *Lydiae.* rr) 32 *Si quis servum.* s) Nonnulli codd. *in exemplo.* t) 6, 7, 10, 12, 14, 18 *delatorum.* 44 *verissimae* et paullo infra 20 *etiamsi sibi obi.* u) In Cod. Iust. add. *excepto crimine maiestatis.* Vid. tit. Cod. Theod. Ne praeter crim. maiest. (IX, 6). v) 20 *VIII.* 30 *Dat. VI Id. Nov.* 38 *Dat. VI K̄ Dec.* Epit. Mon. *VIII.* x) 10, 18 *Anthemio.* Mox plurimi codd. *Siagrio* et Aur. Lugd. *Cons.* y) Nonn. codd. et Sich. *Ista* et om. *lex.* 20 *Lex ista.* In Cui. 1 — Lugd. des. interpretis vv. z) Go. Be. inscr. volunt *Valent. Theod. et Arcadius.* *) Fol. 95[a] cod. 4. a) Aur. Lugd. *Cons.* b) Rep. *Iidem AAA.* Vid. not. z antec. Ceterum cf. Ritter in praef. T. V. C. Th. fol. II[a]. c) Go. in not. *ubiubi.* d) 4, Til. — Lugd. *repperit*, quod ferendum esset, si scriptum esset *repperiat.* e) Cui. 2, 2* *possit*, sed em. in Corr. et a Rein. f) Be. cj. *VI.* Go. in Chron. ann.: „*Error*", recte. g) Sec. Go. Be. del. est Honorii nomen et rep. *Iidem AAA.*, cum Honorius anno demum 393 Augustus creatus sit. h) Cf. Pagius ap. Ri. T. III, p. 332, not. *) Fol. 95[b] cod. 4. i) *ut* deest in cod. 4 et in edd. Til. — Lugd. Deesse etiam in Cui. 2* falso Ri. dicit in not. et Be. repetiit. k) Aur. Lugd. *deservis*, err. l) Go. tentat *fuerint*, tuetur tamen *fuerit*, sc. mensura; recte. *) Fol. 96[a] cod. 4. m) Vid. supr. X, 2, 2, not. *p.* Ceterum cod. 4 *Id. āāā.* *) Cf. supra VI, 35, 1, not. *p*; infra XI, 28, 10. mm) Cui. 2, 2* om. *Kal.*, sed add. in Corrig. De die vid. supr. X, 2, 2,

Abstineant facultatibus intra id temporis expetendis, ut aut proprias quis recipiat, si, ut nobis ingenitum est, duriores casus et tristiorem fortunam imperatoria humanitate molliamus, aut tum demum postulet, cum iam fiscalem potius quam proscriptorum rem[n] expetiisse noscatur. Si quis autem petendas proscripti vel deportati intra biennium crediderit facultates, careat fructu liberalitatis augustae, ita ut nec instruantur huius modi petitiones, nec, si temere instructae fuerint, et sub specialis beneficii munificentia nostram provocaverint[o] liberalitatem, habeant aliquas vires indulta. *Dat. XIV. Kal. Febr. Constantinopoli, Vincentio et Fravitta*[p] *Coss.* (401.)

24. *Iidem AA. et Theodosius A. Anthemio Pf. P.* Pro inclyti principis Constantini[pp] sanctione, quam nos etiam hac lege roboramus, in his possessionibus, quae velut de patrimoniali vel rei publicae aut templorum aut cuiuslibet huius modi tituli iure subtractae a nostra liberalitate poscuntur, cesset penitus delatorum nomen infestum, omnesque se ab hac nefaria petitione retineant, scientes, nullum ex hoc posse fructum acquiri, sed huius decreti violatores sacrilegii poenam contrahere. *Dat. VIII.*[q] *Id. Nov.* *) *Stilicone*[r] *II. et Anthemio Coss.* (405.)

25. *Iidem AA.*[s] *ad Theodorum Pf. P.* Cum per Illyrici partes barbaricus speraretur incursus, numerosa incolarum manus sedes quaesivit externas, in cuius ingenuitatem assidua petitorum solet libido grassari, eique illicite iugum servitutis imponere. Igitur praescriptum[t] tua sublimitas recognoscat, ut Illyricianos[u] omnes, quos patria complectitur, vel alia quaelibet terra susceperit[uu], petere non liceat. *Dat. IV. Id. Dec. Ravenna, Basso et Philippo Coss.* (408.)

26. *Impp. Honorius et Theodosius AA.*[v] *Maximo Comiti R. P.* Antecedentium temporum constituta[x] firmamus, ut carere se fructu impetrati noverint, qui contra geminatam praeceptionem contenderint. Nec cuiquam liberum permittatur arbitrium, instructionis solennitate transgressa quicquam improbum de nostra clementia flagitare, cum oporteat instructionis luce evidenter agnosci, cuius aestimatio *), meritum[y] ponderandum sit, quod nostra munificentia relaxatur. *Dat. VIII. Kal. Aug.*[z] *Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

27. *Iidem AA. Largo Proconsuli*[a] *Africae.* Quicunque ex praesenti die sub specie caducorum quaecunque bona putaverit postulanda, eademque consensu nostrae liberalitatis acceperit, sive[b] supplicis[c] rescripti auctoritate nitatur, sive elicitis specialiter apicibus annotationis[cc] expressae, cum ad transmarinam provinciam vel provincias, in quibus sunt patrimonia constituta, pervenerit, et contradictionem domini per quamcunque personam rem propriam defendentis acceperit, effectum adepti beneficii[d], suspensa exsecutione, non peragat, et ad comitatum spondentem venire immatura profectione *) non urgeat. §. 1. Imo ille, qui pulsatus fuerit, institutum sibi **) integri anni spatium recognoscat, idoneum satis tempus muniendae congruae[e] tractatibus litis et instruendi, quem descrit, laris habiturus, nec ad iacturam *) veteris dominii sub iniuria properae **) festinationis arctandus; omnium iudicum, quos locorum ratio exegerit implorari, publico muniendus auxilio, ut praedae inhiantium non dedatur. §. 2. Quem si mora forsitan pro voluntate prolixior delectarit, nec intra anni metas, quas fiximus, ad illustris viri privatae rei comitis examen occurrerit, sciat, se ipsum in se tulisse sententiam, nec subeundi ultra certaminis experiendam esse fortunam. §. 3. Cui si per impugnantium profectionem[f] circumdato ad comitatum pergere aut pervenire liberum intra curricula praefinita non fuerit, apud quemcunque iudicem contestatis querelis et evidenter probatis, praeiudicio contractae non suo vitio tarditatis exutus et de

— c. 24. Vid. infra not. *q*. — c. 25 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Litt. et itin. cust. (VII, 16) et fortasse sec. Go. cum c. 8 Cod. Iust. de Episc. aud. (I, 4), quae desumpta est ex c. 18 Sirmond., c. 3 Cod. Iust. de Commerciis (IV, 63) et c. 2 C. Th. de Postliminio (V, 5), ubi vid. not. *g*. Cf. supra V, 5, 2 et IX, 40, 20, not. *bb*. Löhr l. c. Pr. I, p. 38, not. 2. — c. 26. In eundem diem inc. c. 20 C. Th. de Div. off. (VIII, 7). Summaria C. Th.: „*Similis III et XX.*“ Vid. infra c. 30, not. sup. — c. 27 (ap. Go. err. *c*. 26) fortasse coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Incorpor. (X, 9) et cum c. 28 h. t. Vid. infra not. *i*. Ed. Th. cap. XXV.

not. **. n) 4, Til. — Ri*. om. *rem*. Be. ex c. 17 rep. *rem*. Vid. c. 17 cit., not. *c*. Cum v. *noscatur* incip. fol. 96[b] cod. 4. o) 4, Til. — Ri*. *munificentiam nostram provocaverit* etc. Vid. c. 17 cit., not. *k*; sed Til. — Lugd. *provocaverit, liberalitatem habeant*. Go. locum corruptum ex c. 17 cit. rest.: *et, sub specialis beneficii munificentia, nostram provocaverint liberalitatem*. Go. em. Be. in contextum recepit. p) 4 *Fravito*. Til. — Lugd. *Fravitto*. pp) Hanc Constantini legem non habemus. q) Si om. *VIII.* aut add. in c. 6 C. Th. de Natur. lib. (IV, 6) *VIII.*, utraque c. et haec et c. 6 cit. inter se coniungendae sunt. *) Add. *Constantinopoli* ex c. 6 cit. r) 4, Til. Cui. 1 *Stilichone*. Incip. cum h. v. fol. 97[a] cod. 4. s) Recte Be. in not. rep. *Impp. Honor. et Theod. AA.* Vid. c. 1 cit. t) Restituendum erat ex 4, Til. — Lugd. *praescriptum*. Cui. 2 — Be. *perscriptum*. u) Aur. Lugd. *Illiricianos* et mox *Deecmb.* et *Cons.* uu) Til. err. *terras susceperit*. v) Repon. *Iidem AA.* Vid. not. *s*. x) c. 2 C. Th. de Incorp. (X, 9). *) In literis *tio* (aestimatio) incip. fol. 97[b] cod. 4. y) Go. vult *meritumque*. Neque Zirardin. l. c. p. 207 hic locus videtur recte se habere. An scribendum est *cuius aestimationis meritum p. s.?* z) Add. *Ravenna*. a) 4 *PU.* Til. — Lugd. et hic et in c. sq. *P. V.* Vid. c. 3 de Incorp. cit., not. *c*; infra XI, 16, 1, not. *m*. b) Be. *suae*, err. typ. c) Vales. Go. Be. em. *simplicis*, recte prob. Zirard. l. c. p. 239 sq. Cf. Go. in comm. c. 28 h. t. cc) Cf. Zirard. l. c. p. 242. d) Go. Ri. Ri*. *benefici*, err. *) Mend. Go. *professione*. **) Male Ri*. add. *et*. e) Go. vult *congrue*, recte. *) Cum syllaba *ram* incip. fol. 98[a] cod. 4. **) Mendose Go. *propriae*. f) Go. cj. *porro factionem*, ut infra. *) Fol. 98[b] cod. 4. g) Aur. Lugd. *innotitiam*. h)

factionis auctore vindictam congruam prosequatur. §. 4. Illud sane prae ceteris providae cautionis habiturus, ut statuto tempore, legitimam personam sui probaturus, adveniat,*) non illusor utilitatis alienae, nec futurae disceptationis circumscriptor occurrat. §. 5. Cum vero intra contiguas vicinasque provincias bona aliqua expetuntur, quorum contradictor potuerit inveniri, ad praebendam inter legitimas personas audientiam et exercendum inter partes iure conflictum ex die conventionis perlatae in notitiam[g] pulsatorum sex mensium spatium praecipimus custodiri, cuius eventum examinis assertor iuris proprii debeat praestolari. §. 6. Viventium quoque bona[h] competendi licentia vindicamus, qui criminibus, in quibus videntur argui, nec iudicio convicti, nec sententia probantur addicti etc. *Dat. V. Id. Oct. Ravenna, Honorio X. et Theodosio VI.*[i] *AA. Coss.* (415.)

28. *Iidem AA. Largo Proconsuli*[k] *Africae. Post alia:* Delatores, sine quibus petitionem nullam aut inchoari aut peragi iubemus, certa denuntiatae auctoritatis conditione constringimus, ut ignoscendum sibi, si semel probaverint delata, non ambigant[l]; periculosam vero sibi futuram esse victoriam iteratae proditionis, abrupto[m] periculo, recognoscant; sin vero tertia voce[n] detulerint, non probandum, sed poenam sibi protinus noverint potius[nn] subeundam etc. *Dat. V. Id. Oct. Ravenna, Honorio XII. et Theodosio VIII. AA.*[o] *Coss.* (418.)

29. *Iidem AA. et Constantius*[p] *A. Palladio Pf. P.* Nullum patimur competitioni[q] subiacere viventem, nisi quem crimini obnoxium capitalis sententia deportationi addixerit, ut ademptio facultatum poenam[qq] praemissae indignationis accumulet. De quibus tamen, sicut divali sanctione[r] decretum est, competi per biennium nihil iubemus. §. 1. Uno tamen petitorio[s] singulorum bonuscula iubemus adscribi, nefas esse censentes, plurimorum uno pittacio postulari sub illicita cupiditate fortunas. §. 2.[t] Ex edictis etiam pendentibus nullas competitionis caussas iubemus inferri, cum vix sub iurgii sit contumeliis[u] edictum,*) nec existimationem latentis incesset, criminalis vero programmatis tenor hanc tantum ferat[v] de iure censuram, ut inter reos annotato non tam[x] censum debeat transferre, sed famam[y]. §. 3. Ex privatorum quoque sollicitudine contractuum, qui frustra negantur, illis plerumque personis, a quibus publici muneris iniuncta curantur, nullum fomitem calumniae patimur litis accendi. Cur enim continentiam venditionis*) alienae inquisitio palatina rimetur? §. 4. Quinquaginta sane libris auri mulctandum se palatinum discat officium, nisi legis huius salubre decretum perpetua exsecutione servaverit. *Dat. VIII.*[z] *Id. Iul. Ravenna, Eustathio*[a] *et Agricola Coss.* (421.)

30. *Iidem AA. et Constantius*[b] *A. Palladio Pf. P.*[c] *Post alia*: Caduca mortuorum bona tunc ad competitores iubemus ex nostra largitate transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus heredem[d]. Eorum vero patrimonia*) mortuorum, qui vitae suae tempore diversis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, competi nequaquam debere censemus, nisi quos publica accusatione constiterit fuisse convictos; dummodo impetrationis huiusce rescriptum non prius liceat allegari**), quam delator palatino fuerit assignatus officio, nulli penitus satisdationi[e] creden-

---

— c. 28 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Incorpor. (X, 9) et fortasse cum c. 27 h. t. Vid. not. *i*. — c. 29 coniungenda est cum c. un. C. Th. de Quinq. praescr. (IV, 15), c. 23 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42), c. 30 h. t. Ex §pho 2 facta est c. 3 Cod. Iust. IX, 40 mutt. vv. Bas. LX, 49, 8. — c. 30 coniungenda est cum c. 29 h. t., c. un. C. Th. de Quinq. praescr. (IV, 15), c. 23 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42). Cod. Iust. X, 10, 4 et X, 1, 10 mutt. et multis omm. Ed. Th. cap. XXV. Summaria C. Th.: „*Haec in fine similis VI et XX.*" Vid. c. 34, not. sup.

Go. in not. add. *a*, recte. i) Recte Go. et Be. ex c. 28 h. t. et ex c. 3 cit. reponendos esse existimant consules anni 418, *Honor. XII. et Theod. VIII.* k) 4 *PU.* Til. — Lugd. *P. V.* Vid. c. 27 h. t., not. *a* et c. 3 de Incorp. (X, 9), not. *c*. l) Cui. 2, 2* *ambiguat*, sed em. in Corr. Ceterum in syllabis *bigant* incip. fol. 99[a] cod. 4. m) Cramerus ad Brissonium de Verb. sign. p. 33 v. *abrupto* habet pro praecipiti, subito. n) Go. Be. em. *vice*, quo non opus. Vid. c. 2 h. t. *nec vocem prorsus deferentis admittant.* Cf. Glossarium v. *Vox.* nn) *potius* om. in cod. 4, sed add. ab ant. manu, cuius v. fontem cum nesciam et positionem mirer, orta mihi est dubitatio, an errore scriptum sit v. *potius* et e contextu expellendum. Fortasse glossa est v. *protinus* et alieno loco additum. o) Vid. not. *i* supr. p) Rein. ann.: „*Expungendum huius* (Constantii) *nomen: obierat enim hoc anno post mensem Martium.*" Fallitur Rein. Constantius obiit septimo mense imperii (IV. Non. Sept.), in quod his consulibus adscitus fuerat ab Honorio VI. Id. Febr. Cod. Iust. *Impp. Honor. et Theod. AA.* q) Cui. 2, 2* *competitione.* qq) 4 *poenae*, sed em. a sec. manu. r) Vid. c. 23 h. t. et supra IX, 42, 17. s) Rein. em. *pittacio.* t) Hinc inc. c. 3 Cod. Iust. cit. u) Go. vult *fixsura iurgiis* (Ri. Ri*. Be. referunt *fixsum sit iurgiis*, et ita est ap. Go. in comment.) *et contumeliis.* Aur. Lugd. Go. — Ri*. *subiurgii.* *) Fol. 99[b] cod. 4. In ima pagina sunt literae *IΔ* pro numero quatern. v) Go. in not. *inferat.* x) Go. em. *iam*, quam emend. non probamus. y) Cod. Iust. *In pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum, existimationem eius non laedit. Criminalis — tantam — adnotati, non tantum patrimonium debeat transferre, sed et famae existimationem laedere.* *) Go. cj. *conventionis.* z) Cod. Iust. *VII. Kal.* a) Cui. 1 — Ri*. *Eustatio.* Cod. Iust. *Ravennae, Eustachio.* Cf. ad huius et sq. c. subscr. Zirardin. l. c. p. 437, not. b) In c. 10 Cod. Iust. om. *et Constantius A.* (vid. supr. not. *p*), et scrib. *Iidem AA.* (Honor. et Theod.). c) c. 10 Cod. Iust. add. *Orientis*, impr. Go. d) c. 4 Cod. Iust. *Vacantia mortuorum b. t. ad fiscum iubemus* (om. *ex nostra largitate*) *transferri — heredem*, et des. rell.; incipit autem cum v. *Eorum* c. 10 Cod. Iust. cit., quae sic mutata est: *Eorum patrimonia — criminibus; fisci rationibus nequaquam competere, vel ab eo alienari censemus, nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse convictos.* *) Fol. 100[a] cod. 4. **) Go. err. *allegati.* e) 4 *satisdationini*, sed em. rubr. col.

dus. In quem, si concessa titubaverint, calumniae poena referatur, quamvis hoc ipsum, quod voluit esse delator, poenae [ee] iam sit ex iure mancipium. §. 1. Ubi tamen impetratae competitionis [f] auctoritas possessorem convenerit, sicut iam generali lege decretum est, per hunc [g] unum annum conveniendi ad illustre iudicium, intemeratis [h] facultatibus, praestamus inducias, ut cognitione suscepta, substantiam sui iuris alleget [i]. Qui si per anni metas, dissimulatis his suo vitio, non fortunae casibus adversantis, fraude defuerit [k], in se videbitur tulisse sententiam etc. *Dat. VIII. Id. Iul. Ravenna* [l], *Eustathio et Agricola Coss.* (421.) [m]

31. *Iidem AAA.* [n] *Proculo Comiti R. P.* Edictali lege sancimus, ut, sicut possessori unius anni spatia praestita sunt [o], intra quae propriis allegationibus adfuturus adsit examini, ita is [p], qui caduca vel vacantia bona vel quocunque nomine tanquam fisco nostro quaesita crediderit postulanda, simili sorte teneatur. Quod nisi intra anni metas ex die auctoritatis intra provinciam publicatae petitionis suae demonstraverit aequitatem, careat impetratis, ac possessori ad propria revertendi facultas libera tribuatur: cui, desistente competitore, consuli volumus etiam de sumptibus et litis expensis. *PP. in foro Traiani VIII. Kal. Sept., Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

32. *Imp.* *) *Theodosius A. et Valentinianus C. Valerio Comiti R. P.* Petitores bonorum partiri cum aerario nostro praecipimus; ac si quis [q], exceptis iuris templorum possessionibus vel patrimonialibus, qualitercunque aliquid ad nostrum aerarium pertinens nostrae nutu clementiae *) meruerit, postquam efficax, quod impetraverat, postulatum rei ipsius eventum [r] constiterit, ex aequa cum aerario dividere parte *) non dubitet; videlicet impensis omnibus litis et sumptibus imputatis, ac petitori dein summa [s] integra tribuendis, ut, quod pure ad quaestus eius compendiumque devenerit, in eius procul dubio societatem admittat aerarium: nullo ex his, quae de temporibus possidentis vel aliis veteri observatione et [t] competitionum [u] auctoritate sunt tradita, deminuto, sed in sua omnibus stabilitate durantibus, ut in delatores, quae est, nihilo minus poena, et, si fieri potest, acerbior exseratur. §. 1. Quin et iudex, sive vir illustris comes rei privatae is fuerit seu provinciae moderator, integritatis procul dubio erit vehemens observator, quam diu privato iurgio aequis conflictibus decertatur. §. 2. Fisci etiam advocati praecipimus vocem in suo manere silentio, nec partem aerario vindicantis [v] admitti prius, quam iure cognitionali sententia, quam quidem praesente fisci patrono proferri ac tractari praecipimus, petitor certissimam victoriam fuerit consecutus: etiamsi lis ex transactione aut qualibet alia ratione fuerit sopita, modis omnibus suam a petitore vindicaturo [vv] aerario portionem, quamvis etiam beneficio quis speciali sibi de universitate praecaverit. Alioquin titubet in petitore perceptio, si ius suum non constet aerario. *Dat. III. Id. Maii Constantinopoli, Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

33. *Impp.* *) *Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum.* Nusquam calumnia perstrepet; nullus innocentium fortunarum delator occurret; stabit legitima servitutis libertatisque [x] discretio; iura dominorum servorum, non impune rebellium restitutione sancimus; patricii fori solidantes privilegia inviolabilem manere decrevimus trabeatam quietem; petitorum [y] non tantum vitia comprimimus, sed ipsum etiam nomen *) abolemus etc. *Dat.* [yy] *VI. Kal. Ian.* [z] *Roma, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

— c. 32 commemoratur in c. ult. h. t., qua partim abrogatur, partim confirmatur. Ed. Th. cap. XXV. — c. 33 sec. Go. coniungenda est cum c. 14 (20) de Senat. (VI, 2) et cum c. 2 C. Th. de Conduct. (X, 26). Vid. infra not. z.

---

ee) Non recte mutasse videtur Be. priorum edd. interpunctionem, cum ederet *quod voluit esse, delator poenae.* Restitui igitur veram interpunctionem. Fortasse scrib. est *hoc ipso.* f) Recte Be. auct. Go. ex Til. — Lugd. rest. *competitionis*, convenienter cum cod. 4; Cui. 2 — Ri*. *competitioni*, male. g) Go. Be. cj. *huic per*, neque tamen Go. temere quid mutari vult. Del. *hunc.* h) Go. — Ri*. *intemeritatis*, err. i) Go. Be. recte em. *alleget* pro *alliget*, quod ex cod. 4 in edd. receptum est. k) 4 bona sententia *Qui si per anni metas dissimulantis fraude defuerit*, omm. vv. *his — adversantis* aut uno versu. Sed a poster. manu deletur *n* in v. *dissimulantis* et adscr. supr. lin., haud scio an ex deperdito quodam integri Codicis Th. exemplo: *tis his suo vitio non fortunae casibus ū adversan*, quae vv. ab editore in contextum recepta sunt, sed mihi suspicionem movent. An leg. *aut adversantis fraude*? Non puto. l) Utroque loco Cod. Iust. *Ravennae.* m) Anr. Lugd. *Cons.* Vid. supra not. *a.* n) Go. Be. in not. rep. *Impp. Honor. et Theod. AA.*, recte; nam Constantius iam proximo superiore anno obierat. Vid. supra not. *p.* Ceterum incip. fol. 100 [b] cod. 4 cum inscript. h. c. o) Go. in not. *et praestituta.* In c. 30 h. t. est *praestamus inducias.* p) Suasu Go. scripsi *is.* 4 et edd. *his*, ut antiquorum codicum est scriptura. *) Til. — Ri*. *Impp.* q) Go. in not. *ac proinde siquis.* *) Fol. 101 [a] cod. 4. r) Go. vult *eventu*, recte. *) Anr. Lugd. *parti*, err. s) Go. em. *de summa.* Dissentio a Go. t) *et* deest ap. Go. Seductus est typographus errore Cui. 2, ubi syllabis *observatio* finitur pagina 284, nisi quod in extremo margine infer. add. *ne et.* Pergitur deinde in p. 285 cum literis *ne conp.*, ex quibus patet, ab hac tantum pagina, quam solam respexit typographus, abesse *et*, non a margine inferiore antecedentis paginae. u) Go. cj. vel *competitionum auctoritati*, vel *Constitutionum auctoritate.* Admodum verisimile est scriptum fuisse in C. Th. *constitutionum*, quamquam neque v. *competitionum* ineptam sententiam praebet. Cf. c. 30 h. t. v) Be. de cj. Go. recepit *vindicantis* pro *vindicandis*, quod 4, Til. — Ri*. habent. Verum etiam in cod. 4 a sec. manu emendatum erat *vindicantis.* Ceterum cum syllabis *cantis* incipit fol. 101 [b] cod. 4. vv) Cui. 2, 2* *vindicatur*, mendose. *) Ri. Ri*. *Imp.* x) Cui. 2, 2* *libertatisque*, err. y) Ita cod. 4. Rec. man. corr. *conpetitorum*, quod transiit in edd. *) Fol. 102 [a] cod. 4. yy) Pleniorem subscriptionem habet c. 20 cit. z) c. 20

34. *Iidem AA. Thalassio Comiti R. P.* Si quis ex his, qui sacro nostro cubiculo serviunt, ad petitionem caducorum ad fiscum pertinentium adspiraverit, cum impetrabile*) huius fuerit postulatum, lege[a], qua pars dimidia vindicatur*) aerario, protinus absolvatur, primoque nutu[b] nostrae clementiae statim integro perfruatur, nec laboret ad partis alterius, quae fisco videtur addicta, prorsus petitionem attingi[c]: norma legis antea promulgatae in ceteris omnibus custodita. *Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XIII. et qui fuerit nuntiatus**). (430.)

TIT. XI. DE HIS, QUI SE DEFERUNT.

1. *Imp. Constantinus A. Rationalibus*[d] *Hispaniarum.* Is, cuius tacitae[e] fidei commissa fuerit hereditas, statim officio gravitatis tuae nuntiet[f], et gesta prodat, et continuo, quod actum fuerit, renuntiet, et post hanc fidem tertiam ab[g] omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quod si ab uxore defuncti istud officio[h] devotionis tuae fuerit revelatum, ipsa[i] etiam[k], quam defunctus esse voluit heredem, si gesta aperuerit[l], tali praemio mancipetur, ut ex omni patrimonio medium consequatur, et cum[m] fisco nostro celebret divisionem, id etiam habitura privilegium, ut prior eligat portionem[n]; et tunc occultator ille gestorum, fisci et mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo ac fisco vindicato, in insulam deportetur. *Dat. Id. Mart. Gallicano et Basso Coss.*[o] (317.)

TIT. XII. SI VAGUM PETATUR MANCIPIUM.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Probum Pf. P.* Qui vaga mancipia iuris alieni petunt, si iustitia eadem probant, impetrati beneficii auctoritate potiantur, vendendique concessa[p] aliis quam delatoribus habeant facultatem. Si vero aut his, qui detulerint, distracta fuerint,*) aut ab his, qui ante possederint[q], detinentur, non effugiatur ultio, quae est legibus constituta. §. 1. Sed et de dominis[qq] propriorum vindicatio competat, et eadem poena, quae de occultatoribus et fugitivariis data est, unusquisque teneatur. *Dat. XII. Kal. April. Treviris, Valentiniano et Valente AA.*[r] *Coss.* (365.)

2. *Iidem AA. ad Probum Pf. P.* Quicunque habuerit super vagi mancipii postulatione rescriptum, non prius quicquam inquietudinis moliatur, quam, facta eius allegatione, solenniter delatorem, a quo fuerit[rr] instructus, expresserit; careat etiam, si eum prodere supersederit, fructu et commoditate beneficii. Nec ante aliquis, quem poposcerit, per manus iniectionem aestimet vindicandum, quam definitiva inter partes fuerit dicta sententia. §. 1. Has vero cognitiones ad ordinarios volumus pertinere rectores, ut, delatoribus primitus in medio collocatis, his etiam, qui quasi vagi sacro nominabuntur indulto, ad iudicia productis,*) totius caussae interna discutiant, solliciteque ac diligenter interrogent, de quorum dominio fuga vel quo alio genere discesserint, qui petuntur; ut is, in quo vitium deprehenderint, ad dominum sub prosecutione revocetur. §. 2. Si quis etiam vel tributarius reperitur, vel inquilinus ostenditur, ad eum protinus redeat, cuius se**) esse profitetur. §. 3. Nihilo minus etiam eo pergat indago, ut cuncta rimando cognoscat, utrum is fuerit[s] petitionis hortator, qui iniquae retentionis invidiam aliquo necesse habuerit colorare velamine; ut, si colonos eadem occulere arte quaesiverit, indemnitatem sarciat tributorum; si servos[t], ad eam poenam, quae dudum est legibus constituta, teneatur. §. 4. Quisquis autem plebeium se asserit esse vel liberum, fide rei ostensa, ab omni molestia vin-

— c. 34. Summaria C. Th.: „*XXX similis.*"
Tit. XI. — c. 1. Cod. Iust. X, 13, 1.

---

cit. *MTE* et c. 2 cit. *III. Non. Ian.* Go., quia Valentinianus ineunte hoc anno Romae constitit, extremo anno Ravennae, datam esse legem putat aut *VI.* aut *III. Non. Ian.*, qua cj. admissa haec c. cum c. 2 cit. coniungitur; non item cum c. 20 cit. Vid. infra X, 26, 2, not. *aa.* Ceterum bis ap. Go. legitur *Rom.* et mox *Valentiano.* *) Go. mendose *impenetrabile.* a) c. 32 h. t. *) Til. — Cui. 2* *vendicatur, aerario protinus.* b) 4, Til. Cui. 1 *nuto.* c) Be. cj. *accingi*, apte. *) Be. add. *Coss.* Add. *Cos.* post *XIII.* Vid. supra pag. 94, not. *d.*

d) Go. in Chron. Cui. in Cod. Iust. *Rationali.* Cod. Iust. *Imp. C. A. Maximo Rationali Hisp.* e) 4 *tacita*, sed corr. flavo col. *tacitae.* Aur. Lugd. *tacitae fideicommissa.* f) 4, Cui. 1 — 2*. Ri. Ri*. *nuntietur.* Go. *nuntientur* et in not. propter rubricam et ea, quae sq. ann.: *A se.* Praeterea tentat *nunciet, ut et* etc. Be. ex Cod. Iust. em. *nuntiet*, qua em. omnia recte procedunt. g) Cod. Iust. *ex.* Cum v. *ab* incipit fol. 102[b] cod. 4. h) Cod. Iust. *istud ad officium*, impr. Go. i) 4, edd. ante Be. *ipsam.* Be. auct. Go. ex Cod. Iust. rep. *ipsa*, recte. k) In Cod. Iust. add. *persona.* l) Cod. Iust. *apparuerint*, impr. Go.; sed nonn. libri mss. Cod. Iust. habent *aperuerit*, ut C. Th. Cf. Cui. Comm. c. 1 Cod. Iust. cit. l. c. p. 246 et Dirksen l. c. p. 496. m) 4, edd. *eam*, praeter Be., qui hortante Go. ex Cod. Iust. rep. *cum*, recte. n) Cod. Iust. *optionem*, impr. Go. o) Aur. Lugd. *Cons.*

p) 4, Til. *concessa.* Cui. 1 — Be. *concessam.* Reposui *concessa*, sc. mancipia. *) Hinc incipit folium 103[a] cod. 4. q) 4 *possederit*, sed ab antiqua man. reponitur *possederint.* qq) Ita 4, recte. Edd. om. *de* ante *dominis.* r) Go., quia de Probi praefectura h. t. certe non constat, neque Valentinianus hoc anno Treviris, sed Mediolani *XV. Kal. Iul.* constitit, quo die data est c. 2 h. t. (vid. c. 11 C. Th. de Ann. et trib. XI, 1), et hic et in sq. lege reponi vult *Valentiniano et Valente II. AA. Coss.* (368.) Etiam Be. *II.* add. iubet huic et sq. legi et in inscript. *Gratianus A.* Anno igitur 368 Go. adscribit legem in Chron., etsi non repugnat, si quis eam in annum 370 transferre malit. Vid. supra VIII, 4, 9, not. *m.* rr) Cod. 4 *fuerin*, sed ab ant. manu emend. *fuerit.* *) Hinc incipit fol. 103[b] codicis 4. **) V. *se* in cod. 4 ab ant. manu minoribus literis adscriptum est. s) Go. *ruerit*, err. Mox in comm. *retentationis* pro *retentionis.* t) 4,

dicetnr, et ad ea loca, ex quibus eum esse claruerit, remittatur *). §. 5. Contra in his, qui aut dominis sine herede defunctis invenientur dominos non habere, aut, servi poenae aliquando facti ac postmodum liberati, iudicialibus dominos amisere sententiis, postremo in universis, de quibus iniectio manus fisco rite praebetur, munificentiae principali congruus patebit effectus. §. 6. Sane, quia in petitione deceptis convenit provideri, quotiescunque fuerit circumscripta simplicitas, ex delatorum iisdem[u] re atque substantia ad eum modum, quem habitae concertationis impendia supputata collegerint[v], postulatique hominis aestimatio comprehenderit, consulatur. *Dat. XV. Kal. Iul. Treviris, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)[x]

TIT. XIII. DE PETITORIBUS ET DESISTENTIBUS.

1. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*[y] *ad Gorgonium*[z] *Comitem R. P.* Si quispiam alienae substantiae petitor mora ludificante in longum protrahere coeperit possidentem, et[a] tertio conventus cum delatore noluerit adesse[b] iudiciis, non solum iurgii, quod exortum est, *) amissione mulctetur, verum etiam sumptus et litis[c] expensas ei reddere compellatur, quem superfluo litigio credidit esse vexandum. Quod quidem etiam in absentem contumacem post trinam, ut dictum est, conventionem statuendum esse censemus. *Dat. VIII. Id. Iun. Mediolano, Honorio*[d] *NB. P.*[e] *et Evodio Coss.*[f] (386.)

TIT. XIV. SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT[g].

Probabilior est numerus *III.*, quem Go. et Be. reponendum esse dicunt. Aur. Lugd. *Cons.* et hic et in sq. c. y) Aur. Lugd. *erucndi*, mend. z) Haec Gratiani lex sec. Go. nusquam comparet. Deinde in cod. 4 *Machedoniam*, sed em. rubro colore. *) 4 *et*, sed ab antiqua manu supra *e* ponitur *u* (ut). a) Antea Go. pro *operas* legendum esse putabat *onera*, illam vero cj. postea ita commutavit, ut *vectigalis* pro *vectigaleis* positum esse existimaret. *Vectigales operas* eleganter dici, quae vectigali solvendo obnoxiae sunt vel redduntur. aa) c. 13 cit. *III. Id. Febr.* In c. 19 cit. om. *Id. Aug.* Cf. not. sup. h. c. b) Quia Valens mense Augusto h. ann. paucos dies ante h. c. occisus est, Go. et Be. omisso nomine Valentis, corr. *Iidem AA.* (Bou. l. c. inscr. *Impp. Gratianus et Valentinianus AA.*), praeter necessitatem. Nam lex vivo Valente scripta, mortuo eo data est, quacum mea sententia video Go. consentire. *) Cum v. *Datis* incipit folium 111[a] codicis 4. c) 4 *litterae*, sed a rec. manu corr. *litteris*. d) Go. Be. em. *praecepimus* propter sequentia *clauderetur*, *ferrent*. Recte em. *praecepimus*, sc. *datis literis*. e) Haec lex Gratiani sec. Go. non superest. f) Go. annotat: „An *in universum*? Universorum, hominum scil." An *universo*? g) 4 *aurilegi*, sed em. a sec. manu *aurileguli*. Mox 4, Til. — Ri*. Bou. *hisdem* et 4 *copia*. h) Go. in not. add. *Treviris*, recte. i) Go. om. *VI. et*. Ri. Ri*. rep. *IV.*, male. Aur. Lugd. *II. A. Cons.* et Ri. *Valentiano*. k) Rein. em. *cetera modo*. Sed cum C. Th. congruit Cod. Iust., qui *cetero modo propriis suis d.* *) Cum subscriptione h. c. incipit folium 111[b] codicis 4. l) Caesus est Gratianus superiore anno, quare Rein. Go. Be. rep. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* Quod si recte se habet, in inscr. sq. c. pro imperatorum nominibus rep. est *Iidem AAA.* Mox 4, Til. — Ri*. *Hii.* m) Significatur c. 10 h. t. n) A cod. 4 abest v. *locus*, quod a sec. manu additur. Ex quo fonte ductum sit, equidem ignoro. Similia restituta erant supra X, tit. 10, c. 28, 30. o) Ri. Ri*. *habiturus*, err. typ. p) Cod. Iust. *septem p. h. scrupuli.* *) Err. excidit *Kal.* ap. Ri. Ri*. Be. q) Go. Be. in not. rep. *Imppp. Theod. Arc. et Honor.* et hic et in sq. c., quia Honorius h. t. iam creatus erat Augustus. Recte. C. Th. conditores manifesti hic arguendi sunt erroris vel potius socordiae; nam c. 1 cit. cum h. c. coniungendae inscr. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*, et eosdem imperatores prae se fert c. 6 Cod. Iust. cit., quae desumpta est ex c. sequenti h. t. Vid. etiam supra I, 5, 10, not. *y*. *) Hinc incipit folium 112[a] codicis 4. r) Go. em. *quidquid excidERIT*, id est *quidquid exciderit, erit — vindicandum*, quo non opus est. Si quid deesse videretur, adderem *sciat* vel simile v. 4 *iurifciet*, sed a rec. manu add. *is* supra lit. *c*. rr) Add. *V. C.* ex

14. *Iidem*[s] *AAA. Paterno*[t]. Quosdam[u] operta humo[v] esse saxa dicentes id agere cognovimus, ut, defossis in altum cuniculis, alienarum aedium[x] fundamenta labefactent[y]. Qua de re, si quando huius modi marmora sub aedificiis latere dicantur[z], perquirendi eadem copia denegetur[a], ne, dum cautium ementita[b] nobilitas cum aedificiorum qualitate taxatur[c], et pretium domus[d], ne diruatur[e], offertur, non tam[f] publicae rei studium quam privati[g] caussa videatur fuisse dispendii[h]. *Dat. XVII.*[i] *Kal. April. Constantinopoli*[k], *Theodosio A. III.*[l] et *Abundantio*[m] *Coss.* (393.)

Interpretatio. *Quicunque metallum dicentes latere*[n] *sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderint*[nn], *ut per eos*[o] *fundamentorum firmitas incipiat vacillare, his inquisitionis*[p] *huius licentiam denegamus, ne, dum nobiliores lapides se quaerere asserunt, aut vendere aut*[q] *subvertere aliena fundamenta praesumant.*

15. *Imp. Theodosius*[qq] *A. Maximino Comiti S. L.* Metallarii, qui ea regione deserta, ex qua videntur oriundi, ad externa*) migrarunt, indubitanter ad propriae originis**) stirpem laremque revocentur. Eorum autem earumque progenies, qui ex domibus privatorum eligere maluerunt consortia nuptiarum, de qua[r] inter fiscum meum et parentes suos aequa lance dividatur, ita ut, qui singulorum tantummodo filiorum probabuntur esse genitores, ex integro unicis fisco affectibus cedant: in posterum cunctis metallariorum conditionem necessario secuturis, quicunque ex ipsis et ex quocunque fuerint latere procreati. §. 1. Qui vero metallica loca, praedictae obnoxia functioni, emisse perhibentur, iisdem[s] procul dubio, quae auctores eorum implere consueverant, muniis subiacebunt. Nam de his, qui ad census annonarios transierunt, observandum est, ut illi, qui ante quinquennium tantummodo nexibus privatorum videntur impliciti, sine dubio ad originem propriam redire cogantur, ex aequo[t] cum publicis fundis eorum sobole dividenda, et unico filio metallariorum origini vindicando,[u] omni tamen ceteris in futurum huiusce modi licentia arcte[v] praeclusa. Quod si quis postea illud, quod nunc prohibetur, fecerit, sciat, nullum exinde praeiudicium fisco esse generandum, etiamsi is, quem metallicum esse constabit, privatis censibus suum nomen indiderit[x]. *Dat. V. Id. Iul. Constantinopoli, Victore V. C.* *) *Cos.* (424.)

— c. 14. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 14. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1, i. e. *c. un.* Cod. Iust. XI, 6, 6 om. fin. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 26, 37, 38; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 39, 40, 42—44. — c. 15. Cod. Iust. XI, 6, 7 multis om., aliis mut.

c. 1 cit. Vid. II, 12, 5, not. *d.* s) Br. Al. codd. Sich. *Imppp. Valent. Theod.* (21 *et Theod.*) *et Arcad.* Vid. not. *q* antec. t) Deest dignitas Paterni etiam in Cod. Iust.; 29, 42, 44 et L. ap. Be. add. *p̄p̄o.* Rein. *P. V.* cj., Go. *Com. S. L.* propter argumentum legis et Symmachi Epist. V, 58—64 (non 68), ex quibus Symmachi epistolis ad Paternum datis, hunc Paternum Comitem per Occidentem fuisse Go. colligit, eundemque esse putat, ad quem Ambrosius Ep. VI, 48 scripserit. Vid. Go. in not. h. c. et in Prosopogr. v. *Paternus.* u) In codd. 6, 7, 21, aliis v. *Paterno* coniungitur cum ipso contextu (*Paterno quosdam* etc.), ex quo factum est, ut a nonn. codd. secundi ordinis, qui scil. textum non habent, sed inscriptionem, absit v. *Paterno*, veluti a codd. 27, 28, 32—34, 36, 38—40, 43. v) 21 *humo operta.* 15 *Q. o. h. saxa vel metalla esse dicentes.* x) 20 *rerum.* y) 7, 8, 12—14, 16, 17 *labefaciant.* 6 *labefactant.* 25 *labefactentur.* Go. in not. *quare.* z) Antea 10 *latera.* Sich. *eiusmodi — dicuntur.* 20 *dicuntur.* a) 10, 18 *degregetur.* Sqq. des. in Cod. Iust. b) 16, 20 *cautione mentita.* 25 *cautum mentita.* 21, Sich. *ne dum cautio em.* et Sich. in m.: „forte, *causa ementitae nobilitatis.*“ c) 25 *taxetur.* d) 6—8, 14, 17 *dominus.* 9 om. *ne*, pro quo 20 *rei.* e) 6, 7, 10, 13, 16, 18 *orreatur* s. *horreatur* pro *diruatur* et 14, 17 *horrescatur.* f) 14 *nos tam.* 16 *off. nostram p.* 20 *non tantum p. r. studio.* Til. *fludium.* g) 6—8, 12, 16 *probati.* 25 *studio q. privatis.* h) 15 *fuisse videatur d.* 25 *dispectum.* i) 9, 29, 30, 32, 42, Phill. 1735 *XVIII*, sed 42 antiquitus *XIII.* 16, 21, Reg. Par. 4403[b], Sich. *VII.* 20 *XIIII.* 24 *VIII.* 28, 36, 40 *VI.* k) 40 *Const. ā abū. C.* l) 8 om. *Th. — Ab.* et 28, 36 *Theod. — Coss.* 21, Sich. *Theod. A. IIII.* et Sich. in m. *Constantino.* 33 *Th. ā I.* 42 *Th. aug. III.* m) Add. *V. C.* et ita habet 24. Vid. supra not. *rr.* Multi codd. *Habundantio* s. *Habundancio.* Cui. 2 — Ri*. *Cons.* n) 6—10, 14, 17, 18, 20, 21, 42, 43, alii codd. Sich. *dicens sub* et om. *latere.* Cui. 1 — Lugd. *dicentes* et om. *latere.* nn) 6—8, 21, 42, 43, alii codd. Sich. *crediderit.* o) 6, 7 *aut.* 10, alii codd. *cred. super eos.* Sich. *eas.* p) 20 *inquisitionibus.* q) 20, 21, alii codd. om. *aut.* qq) Theodosius solus nominatur, Valentiniano III. nondum Caesare. Cf. Zirardin. l. c. p. 279, not. *) 4 *externa*, ut Cui. et alii in Cod. Iust.; edd. et Cod. Iust. *externam.* Go. ann.: „Regionem vel *externa.*“ **) Hinc incipit folium 112[b] codicis 4. r) „*nupt. aequa* Gfr. vult, de eleganti cogitans ἀναδιπλώσει. Fort. sententia interiecta quaedam excidit, aut leg. *aeque* i. e. eodem modo (in C. I. est *cum sua subole*).“ Be. Ego etiam puto versum excidisse, cuius negligentiae in hoc codice non desunt exempla. Vid. infra XIV, 4, 1 et 3, XV, 1, 53 et nonn. loc. lib. XVI. Cf. Summaria C. Th. p. X. s) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* t) Til. — Lugd. *exaequo.* u) Ap. Be. §. 2 signum est. Ceterum cum literis *do* v. *vindicando* incipit folium 113[a] codicis 4. v) 4, Til. — Ri*. *arte*, more veterum librariorum pro *arcte*, ut iam Go. vidit. Sic *artari* pro *arctari* etc. x) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Metallarii, sive metallariae qui quaeve ea — oriundi, vel oriundae, ad externam migraverint: indubitanter sine ulla temporis praescriptione ad — laremque una cum sua subole revocentur* (des. seqq. usque ad vv. *prohibetur, fecerit*), *etiam quos domus nostrae secreta retineant* (ex c. 5 h. t. vv. *etiam — retineant* desumpta sunt). *Sciant autem nullum — etiamsi quis ex his, quem metallicum esse constiterit, privatis c. s. n. i.* *) Go. om. *C.*

TIT. XX. DE MURILEGULIS ET GYNAECIARIIS[y] ET MONETARIIS ET BASTAGARIIS.

1. *Imp. Constantinus* *) *A. ad Bithynos.* Monetarios in sua semper durare conditione oportet[z], nec dignitates eis perfectissimatus tribui vel ducenae vel centenae vel egregiatus[a]. *Dat. XII. Kal. Aug. Gallicano et Basso Coss.* (317.)

2. *Imp. Constantius A. ad Taurum Pf. P.* Quinque auri librarum mulctam[aa] exigatur, qui mancipium gynaecei[b], quod celat, non intra Kal. Septembr. prodiderit. *Dat.* *) *XIV. Kal. April. Mediolano, Datiano et Cereale Coss.*[c] (358.)

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Germanum Consularem*[d]. Ingenuae mulieres, quae se gynaeciariis[e] sociaverint, si conventae denuntiatione solenni splendorem *) generis contuberniorum vilitati praeferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. *Dat. IV. Kal. Iul. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)[f]

4. *Iidem AA.*[ff] *ad Auxonium Pf. P.* Quod ad praesens remedium pertinet, decimum[g] animal bastagariis pro reparatione praebeatur. *Dat. Id. Dec. Martianopoli, Valentiniano et Valente*[h] *AA. Coss.* (365?)

5. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Philematio Comiti S. L.* Si quis uxorem de familiis conchylegulorum[i] acceperit, sciat, conditioni eorundem se esse nectendum. *Dat. IV. Kal. Iul. Treviris, Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

6. *Iidem AAA. ad Modestum*[k]. Opifices *) vestis liuteae contexendae, in usu[l] erogationum nostrarum operam dantes, sollicitatos a plurimis esse, cognovimus. Igitur et eos, penes quos sunt, et textores ipsos terna auri pondo thesaurorum commodis inferre praecipimus; quin etiam opifices ipsos textrinis linteae vestis vindicari conveniet. Quod si aliquis detegetur *) in eadem insolentia permanere, et ingiter opificem detinuerit, non iam mulctam, ut praeterito tempore iusseramus, sed proscriptionem subire debebit. *Dat. V. Kal. Iul.*[ll] *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

7. *Iidem AAA. ad Philematium Comitem S. L.* Qui aliquem ex familiis gynaecei[m] in latebris habere comperti sunt, quinque librarum auri damno subiicientur[n]. *Dat. XII. Kal. Sept. Ciliciae*[o], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

8. *Iidem AAA. ad Tatianum Comitem S. L.* Intra Kalendarum Augustarum diem qui linteones retentare dicuntur, antiquis eos conditionibus reddant, aut se, pro ingentis audaciae contumacia, quinis auri libris per singulos eorum poenae nomine sciant esse *) feriendos: non minore circa eos etiam mulctae comminatione proposita, qui obnoxios Scythopolitanos linyfos[p] publico canoni in posterum suscipere conabuntur. *Dat. XIV. Kal. Mart. Antiochiae, Gratiano A. III. et Equitio*[pp] *Coss.* (374.)

Tit. XX. Tit. libri I. C. Th. *de Officio Procuratorum Gynaecei et Metallariorum* a clar. Vesmio in cod. I. inventus, de quo tit. dixi in Richteri Annalibus Iurispr. T. I, p. 91 sq. Cod. Iust. XI, 7. — c. 1 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 1 C. Th. de Caesarianis (X, 7), c. 5 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Cod. Iust. XI, 7, 1 mut. fin. Bas. LIV, 16, 1. — c. 2. Eiusdem argumenti est c. 7 h. t. — c. 3. Cod. Iust. XI, 7, 3. Concordat cum c. 10 C. Th. h. t. — c. 4. Cod. Iust. XI, 7, 4 mut. — c. 5 eodem die data est atque c. 75 C. Th. de Decurion. (XII, 1), sed ad alium magistratum. — c. 6. Vid. c. 8 sq., not. sup. — c. 7. Cod. Iust. XI, 7, 5. — c. 8. Summaria C. Th.: „*Sextae similis.*"

---

y) 4 *gyneceariis* et rubro col. em. *gyneceiariis.* Til. — Ri*. in ind. rubr. *gynaecεiariis* et ita etiam h. l. Til. — Cui. 2*, pro quo Go. — Ri*. *gynaeceiariis.* Cod. Iust. *De M. et G., et Procuratoribus Gynaecii, et de Monetariis, et Bastagariis.* *) Cui. 2, 2* *Constantius,* err. Deinde 4 et Ri*. *Bythynos.* z) Cod. Iust. inverso ordine *semper conditione durare oportet.* a) Cod. Iust. *nec dignitatis cuiuscunque privilegio ab huiusmodi conditione liberari.* aa) Vid. supra VIII, 1, 1, not. *f.* b) Cui. 1 — Ri*. *gynaecεi.* 4 *gynecaei.* *) Cum subscript. h. c. incipit fol. 113[b] codicis 4. Ceterum v. *Dat.* sec. Go. est pro *Reddita.* Vid. Go. ad h. c. not. *e.* c) Aur. Lugd. *Cons.* d) Ita etiam Cod. Iust., sed Rein. Go. propter c. 1 C. Th. de Pascuis (VII, 7), c. 3 Cod. Iust. de Fundis patr. (XI, 61, quibus add. supra V, 13, 19) em. *Germanianum Com. S. L.* Recte. Vid. supra IV, 20, 1, not. *e*, V, 13, 19, not. *t* et Wenck. p. 261, not. *g* et p. 306, not. *b.* e) 4 *gynecеariis*, rubro colore ponitur *i* supr. *eariis.* Cui. 1 — Cui. 2* *gynaecεiariis.* Til. Go. — Ri*. *gynaecεiariis.* *) Cui. 2, 2* *splendorum*, mend. f) Go. in Chron. *III. Kal.* Deinde annus deest ap. Go. ff) Ita etiam Cod. Iust. Verum add. sec. Go. Rein. Be. *et Gratianus A.* Vid. not. *h* sq. g) Cod. Iust. *quintum.* h) Go. Rein. Be. h. c. vindicant anno 368 (*Valentiniano et Valente II.*); neque enim Auxonius ante ann. 368 Pf. P. erat (cf. Zosimus IV, 10), et Valens nec anno 365 Martianopoli fuit. Fuit ann. 367 et 368, quibus bellum adversus Gothos gessit. Vid. Ammian. Marcell. XXVII, 5. Reines. antea addiderat *III.*, i. e. ann. 370. 4, edd. *Marcianop.* i) 4 *concylegulorum.* k) Go. Be. in not. add. *Pf. P.*, recte. *) Ita in 4 rubro col. restitutum est. Videtur ibi antea scriptum fuisse *opificis.* l) Go. Be. in notis em. *usum.* Rectius esse puto *usum* s. *usus.* Deinde incipit folium 114[a] codicis 4 cum v. *sollicitatos.* *) Ri*. *detegatur.* ll) An add. *Antiochiae?* m) 4 *gynechei.* Cui. 1 — Ri*. *gynaecεi.* Cod. Iust. *gynaecii.* n) Cod. Iust. *subiiciantur.* o) Go. mutandum locum esse dicit et scrib. aut *Cyzici*, ubi gynaeciarii fuerint ἐπιουργοὶ στρατιωτικῶν χλαμύδων (Sozomenus V, 15. Go. in comm. h. c.), aut *Seleuciae*, ubi hoc ipso anno a Valente data sit c. un. infr. Ne collat. transl. (XI, 22). Sed vereor, ne a Go. erratum sit et intelligenda c. un. C. Th. Ne coll. per logogr. (XI, 4), quae tamen ante aliquot menses data est, *prid. Non. April.* Valens huius aestatis maximam partem Antiochiae constitit. Addit autem Go. in Chron.: „si illud (Cyzici) admittimus, tum *Data* accipiendum pro *Reddita* vel *Proposita.*" Val. in m. vult *Hisciae*; alii sec. Go. tentant *Sisciae.* Ceterum Aur. Lugd. *Cons.* *) Hinc incipit fol. 114[b] cod. 4. p) 4, Til. — Ri*. inversis literis *lynifos*, quod Be. auct. Go. corr. Vid. Go. in comm. h. c. Praeterea 4 *Scytopolitanos* et add. *h* supra lin. rubro col. pp) Ri*. err.

9. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Eucherium* *). Qui textrini nostri mancipia occultatione celaverit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectatur [q]. *PP. Karthagine III. Kal. Mart., post cons. Ausonii et Olybrii* [r]. (380.)

10. *Iidem AAA. ad Hesperium Pf. P.* Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhaerens consortio decus nativae libertatis amittat *). Quod si quam ab hac praeceptione statutum nostrae perennitatis abduxerit [s], ea, secundum auctoritatem Senatusconsulti Claudiani [t], vel legitima admonita conventione discedat vel, si complexui monetarii putaverit [u] inhaerendum, non ambigat, se et liberis [v] praeiudicaturam, et eius conditioni esse nectendam. [x] Nihilo minus autem et eas, quae ante legem nostram monetariis videntur esse coniunctae, placuit praedicto titulo conveniri; scientes, nisi interdicta coniunctione discesserint, mutasse se statum. §. 1. Si qua vero originaria [y] seu colona [z] possessionis alienae, ignaro domino seu sciente, monetario associabitur, hi conventi mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent, vel de cetero sciant repetendi facultatem silentii sui conniventia [a] perdidisse. §. 2. Sed ut monetario nullam [b] necti volumus, ita et monetario [c] patre susceptas prohibemus extraneis copulari. *Dat. prid. Id. Mart. Aquileia, post cons. Ausonii et Olybrii* [d]. (380.)

11. *Iidem* [e] *AAA. Trifolio Comiti S. L.* Aeternam fiximus legem, ne unquam bastagariis militiam vel suam deserere liceat, vel aliam [f] surreptiva [g] impetratione tentare [h]. Et tribuni, qui scientes huius modi milites ad numerum receperint, per singulos bastagarios singulas auri *) libras fisco cogantur inferre. Et super hoc dedimus literas ad illustres magistros utriusque militiae. *Dat. IX. Kal. Aug. Heracleae, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

12. *Iidem AAA.* [i] *ad Principium Pf. P.* Si quis naviculam [k] functioni muricis et legendis conchyliis *) deputatam ausus fuerit usurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. *Dat. VI. Kal. Oct. Aquileia, Arcadio A.* [l] *et Bautone Coss.* (385.)

13. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Philometori* [m] *Comiti S. L.* Lotas in posterum sericablattae [n] ac metaxae [o] huius modi species inferri praecipimus; viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant, prioribus etiam eiusdem [oo] officii, si statuta coelestia a quoquam passi fuerint temerari. *Dat. V. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo Coss.* (406.)

14. *Imp.* *) *Theodosius A. et Valentinianus C. Maximino Comiti S. L.* Murileguli, qui, relicto [p] atque despecto propriae conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum et cingulis [pp] penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriae artis et originis vincula [q] revocentur. Ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere et solennibus ministeriis inservire manifestum est, omnia, quaecunque

— c. 9. Cod. Iust. XI, 7, 6. Bas. LIV, 16, 6. — c. 10. Go. err. *V.* H. c. concordat cum c. 3 h. t. Cod. Iust. XI, 7, 7 nonn. om. — c. 11. Cod. Iust. XI, 7, 8 om. fin. — c. 12. Cod. Iust. XI, 7, 9. Leuncl. Not. II, 229 (Thes. Ott. III, 1550). — c. 13. Cod. Iust. XI, 7, 10. — c. 14. Cod. Iust. XI, 7, 11. Bas. LIV, 16, 11. Hanc c. Go. dubitanter coniungit cum c. 3 C. Th. de Vest. holov. (X, 21). Sed adversatur Cod. Iust., ubi c. 4 eod. ex c. 3 C. Th. cit. desumpta haud aliter atque C. Th. habet *Feb.*, non *Nov.*

347 ann. apponit. *) Sec. Go. *Procons. Africae.* q) Cod. Iust. *plectetur.* Mox edd. *Kartha.* sive, ut 4 *Karthag.* r) 4, Til. — Lugd. *Auxoni et Olybri.* Cui. 2 — Ri*. *AuxonI et OlybrI.* Cod. Iust. *Auxonii.* *) Til. *amitat.* Aur. Lugd. *liberabitatis.* s) Go. em. *Quodsi quam ab hac praesumptione — non abduxerit.* Non video, quid difficultatis hic locus habeat, modo *statutum* ad deperditam aliquam imperatoris legem referatur. Cod. Iust. *Quod si qua ab h. p. st. n. serenitatis abd.* t) Vv. *secundum auctor. S. Claudiani* des. in Cod. Iust. propter tit. Cod. Iust. de Scto Claudiano tollendo. u) 4, Til. *putaverint.* v) Cod. Iust. *se sibi et liberis.* x) In Cod. Iust. om. *Nihilo minus — mutasse se statum.* In syllabis *dam* (nectendam) *nihilominus* incipit codicis 4 folium 115 a. y) 4, Til. Cui. 1 *originalia*, sed in cod. 4 a rec. manu corr. *originaria.* Aur. Lugd. *originalis.* z) Cod. Iust. *colonaria.* a) Ita Cod. Iust.; 4, edd. ante Be. *conhibentiam* (sed Aur. Lugd. *cohibentiam*), quod ferri posse Go. affirmat, etsi ipse praefert *conhibentia.* Et ita scripsit Be. b) Cod. Iust. *nullam extraneam.* c) Cod. Iust. *et ex monetario.* Nostrum probatur Go. d) 4, Cui. 1 — Lugd. *Auxoni et Olybri.* Til. *Auxoni, et Olybri.* De Cui. 2 — Ri*. et de Cod. Iust. vid. supra not. *r.* e) Go. Be. et h. et sq. c. rep. *Imppp. Val. Th. et Arc.*, recte quidem, sed adversante Cod. Iust. f) In Cod. Iust. add. *antequam eam impleverint*, impr. Go. in comm. g) 4, Til. — Lugd. *subreptivam.* Cod. Iust. *surreptitia*, quem secutus Cuiacius in Cui. 2 primum ed. *subreptiva*, recte. h) Seqq. des. in Cod. Iust. *) Hinc incipit codicis 4 folium 115 b, in cuius ima pagina ponitur signum quaternionis *Iς.* i) Rein. em. *Imppp. Val. Th. et Arc.* Vid. supr. not. *e.* k) Leuncl. l. c. propter Graeca ὁ ὑπονοθεύων γυναῖκα ἀφοϱισθεῖσαν cj. in Cod. Iust. legendum esse *mulierculam*, aut *ancillam*, *ancillulam*, male. Ri*. *Si qui.* *) 4 *concyciliis* et Cui. 1 *conchyiis*, err. l) Ita 4, Til. — Lugd. Cod. Iust.; Cui. 2 — Be. add. *I.* m) Go. *Filometari*, err. E Cod. Iust. edidi *Philometori.* 4, Til. — Cui. 2*. Ri. — Be. *Filometori.* n) Coniunxi verba *serica blattae*, quae apud Go. — Be. disiuncta sunt, aliter atque in cod. 4 et in Til. — Cui. 2*. Go. cj. *sericas blattae*, uti legit Dirksen in Manual. latin. font. v. *blatta.* Cod. Iust. *sericoblattae.* Vid. Go. comm. h. c. Fortasse scrib. *sericae blattae* arg. c. 18 h. t. o) 4, Til. — Lugd. Go. — Ri*. *mataxae.* Cod. Iust. *et met.* Go. cj. *m. cuiusmodi*, i. e. quascunque. oo) Cod. Iust. *cuiuscunque.* *) Aur. Lugd. Cod. Iust. *Impp.* Ri. Ri*. *Imppp.* p) Cod. Iust. *derelicto.* pp) Cum vv. *et cingulis* incipit in cod. 4 folium, quod debet esse 116; sed accidit, ut qui singulo cuique folio numerum adscriberet, hoc folium praeteriret et sequenti, quod debebat 117 appellare, adiiceret numerum 116. Nec praestare videtur corrigere in seqq. errorem librarii, sed indico cum numerum, qui in codice est. Vid. Summaria

constiterit, ex quocunque titulo possessa antiquis possessoribus restituantur. Quod si alienigenae detentatores[qq] oneribus conditionis externae[r] maluerint subiacere quam restituere facultates, et futura deinceps agnoscant munia[s] sibi esse subeunda, et de praeterito, si qua[t] ipsis possidentibus reliqua colliguntur, a semet ipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. *Dat. XVII. Kal. Nov. Constantinopoli, Victore Cos.* (424.)

15. *Idem A. et C. Maximino Comiti S. L.* Hi, qui ex filiabus murilegulorum et alienae originis patribus sunt vel fuerint procreati, iura maternae conditionis*) agnoscant. *Dat. IX. Kal. Iun.*[u] *Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

16. *Impp.* *) *Theodosius et Valentinianus AA. Acacio Comiti S. L.* Si quis ex corpore gynaeciariorum[v] vel lineariorum sive linyfariorum[x], monetariorum ac murilegulorum[y] vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium voluerit[z] posthac de suo collegio liberari, non quoscunque, nec facile in locum proprium[a], freti dexterae triumphalis absolutione[aa], substituant, sed eos, quos omnibus idoneos modis, sub ipsis quodammodo amplissimae tuae sedis obtutibus approbarint; ita tamen, ut is, qui ab huius modi conditione, iuxta formam coelitus datam, beneficio principali fuerit absolutus, universam[b] generis sui prosapiam in functione[c] memorati corporis permanentem cum omnibus eius[d], qui absolvitur, rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse non dubitet. *Dat. VII. Kal. Mart. Constantinopoli, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

17. *Iidem AA. Valerio*[e] *Comiti S. L.* Placet, si conchyliolegulorum filiae conditionis alienae*) nupserint viris, qui ex ipsis fuerint procreati, ab eo tempore nexum maternae adscriptionis agnoscant, ex quo promulgatam super hoc cognoverint legem. De his vero, quos ante eam natos esse constiterit, huius modi forma servetur, ut, sive conchyliolegulorum seu adscriptorum progenies fuerit colonorum, paternam tantum conditionem sequantur. Si qui vero post legem[f] aut patre[g] conchylioleguło geniti probabuntur aut matre, memoratae adscriptioni obnoxios se esse non ambigant. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, Hierio et Ardaburio*[h] *Coss.* (427.)

18. *Iidem AA. Apollonio Comiti S. L.* Quoniam trecentas paene libras blattae[i] sericae clandestina fucatione, non sine laesae maiestatis crimine, coloratas et adaeratum conchylii non minimum pondus patefactum est, quaestione prodente, quibus solenniter artibus, quibus consciis ac ministris metaxa tinguebatur, cum privata et[k] fiscalis aequaliter publico murice tinguebatur[l], purpurae nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitae, recenti quoque interminatione vetamus; et dispositione illustris memoriae Synesii revocata, quae perperam infirmata est ab illustris[m] memoriae Anysio*), a quo surreptum nobis est veritate celata, septimum[n] de scrinio canonum[o], quintum de scrinio tabulariorum ad baphia Phoenices[q] per certum tempus mitti praecipimus, ut fraus omnis[q] eorum prohibeatur solertia, timentium, ne quaesitis multo sudore[r] stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. *Dat. VIII. Id. Mart. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

TIT. XXI. DE VESTIBUS HOLOVERIS ET AURATIS[s].

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. et Gratianus A.*[t] *Archelao Comiti S. L.*[u] Auratas ac sericas para-

— c. 15. Cod. Iust. XI, 7, 12 Significatur c. 17 h. t. — c. 16. Cod. Iust. XI, 7, 13. — c. 17. Cod. Iust. XI, 7, 15 om. plur. — c. 18. Cod. Ius. XI, 8, 5 om. pr.

Tit. XXI. Cod. Iust. XI, 8. — c. 1. Cod. Iust. XI, 8, 1 mut. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Fisci debit. (X, 16), ubi vid. not. sup. et not. *k*.

C. Th. p. V. q) 4, Til. — Ri*. *vincla.* qq) Cod. Iust. *detentores*, sed Cui. ut C. Th. r) Cod. Iust. *extraneae.* s) Cod. Iust. *munera.* t) Go. *quae*, err. *) Mendose Go. *condirionis.* u) Add. *Constantinopoli.* *) Cum inscript. h. c. incipit secunda pagina folii in codice 4. Vid. supr. not. *pp.* v) 4 *gynecaeariorum.* Til. — Ri*. *gynaecetariorum.* x) 4, Til. — Lugd. *lynifiariorum* et Cui. 2 — Ri*. *lynifariorum,* inversis literis. Vid. c. 8 h. t., not. *p.* Cod. Iust. *lint. vel lymphariorum*, impr. Go. et Cuiac. in Comment. l. c. p. 346. Cf. Dirksen l. c. p. 511. y) Cod. Iust. *vel murileg.* z) Ita Be. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *voluerint,* quod Be. monet teneri posse, modo supra corr. *Si qui.* a) Dirksen l. c. aa) 4 *adsolutione.* b) Cod. Iust. *universi.* c) 4, Til. — Ri*. *functionem.* Be. auct. Go. ex Cod. Iust. *functione.* d) Go. ann. *suis.* e) In Cod. Iust. om. *Valerio* etc. *) Cum syllaba *nae* v. *alienae*) incipit folium 116[a] codicis 4. Ibidem hic et infra *concyliolegulorum* etc. et Ri*. *nupserit.* f) Vid. c. 15 h. t. g) In vv. *Qui aut patre conchylilegulo gen.* inc. c. 15 Cod. Iust. cit. h) Cod. Iust. *Ardaburo.* 4, edd. *Ardabure.* Vid. VI 24, 10, not. *cc*, VII, 8, 14, not. *r* et Rel. l. c. p. 596. i) 4, Cui. 1. Aur. Lugd. *blantae*, sed in cod. 4 em. *blattae.* Mirum, unde desumpserit Cuiacius *blantae*, cum Til. edidisset *blattae.* Estne Cuiacius, cum pararet editionem, usus codice 4? k) 4, Til. om. *et.* Deinde cum v. *aequaliter* incipit folium 116[b] codicis 4. l) Hinc inc. c. 8 Cod. Iust. cit. Ri*. *Synesi.* m) Ita Be. auct. Go., recte. 4, Til. — Ri*. *illustri.* Sed quod Be. *illustris* ex Cod. Iust. repetiisse se dicit, id erravit; desunt enim haec vv., quae ad historiam pertinent, in Cod. Iust. *) Ita 4, Til.; rell. *Anisio.* Vid. VI, 30, 21 et 22. n) Cod. Iust. *vetamus, et ideo septimum,* et desunt vv. *et dispositione — celata.* o) Cod. Iust. *septimum de scrinio exceptorum, sextum de scrinio canonum.* p) 4, Til. — Lugd. *bafia Foenicis* s. *foenicis.* Cui. 2 — Ri*. *Bafia Fenicis.* q) Cod. Iust. *omnis fraus.* r) Cod. Iust. *longo sudore.*

s) Cod. Iust. *De V. Holoberis et auratis et de Intinctione Sacri Muricis.* 4, edd. *De v. oloveris* etc. t) 4, Til. — Ri*. om. *et Grat. A.*, rest. Be. ex Cod. Iust., recte. u) Cf. c. 2 C. Th. de Fisci deb. (X,

gaudas[v] auro intextas, tam viriles quam mulicbres[x] privatis usibus contexere conficereque prohibemus, et in[y] gynaeceis tantum nostris fieri praecipimus. *Dat. V. Non. Iul. Nebiodumi*[z]. *Acc. XV. Kal. Aug. Martianopoli, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* *) (369.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro Pf. P.* Nemo[a] auratas habeat aut in tunicis aut in lineis*) paragaudas[b]. Non enim levi animadversione plectetur, quisquis vetito se et indebito non abdicarit indutu[c]. *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

3. *Imp. Theodosius A. Maximino Comiti S. L.* Temperent universi, qui cuiuscuuque sunt sexus[d], dignitatis, artis, professionis et generis, ab huius modi speciei possessione, quae soli principi eiusque domui[e] dedicatur. Nec pallia tunicasque domi quis serica[f] contexat aut faciat, quae tincta conchylio[g] nullius alterius permixtione subtexta[h] sunt. Proferantur ex aedibus *) tradanturque tunicae et pallia[i] ex omni parte texturae cruore infecta conchylii. Nulla stamina subtexantur[k] tincta conchylio; nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant; reddenda aerario holovera vestimenta[l] protinus offerantur. Nec est, ut quisquam de abiurato[m] pretio conqueratur, quia sufficit calcatae legis impunitas, nec vacet illi curare de quaestu, cui sua salus esse non[n] debet in pretio *). Ne quis vero nunc[o] huius modi suppressione[p] in laqueos novae constitutionis incurrat; alioquin ad similitudinem laesae maiestatis periculum sustinebit. *Dat. XVII. Kal. Febr. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*[q] (424.)

TIT. XXII. DE FABRICENSIBUS.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Tatiano*[r] *Comiti S. L.* Cum senae per tricenos dies ex aere tam apud Antiochiam *) quam apud Constantinopolim a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculae[s] tegerentur, octo vero apud Antiochiam cassides[t] totidemque bucculas per dies triginta et tegerent argento, et deaurarent, apud Constantinopolim autem tres solas, statuimus, ut Constantinopoli quoque non octonas singuli cassides per tricenos dies, sed senas si[u] pari numero buccularum auro argentoque condecorent. *Dat. V. Id. Mart. Antiochiae, Gratiano A. III. et Equitio Coss.* (374.)

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano Pf. P.* Omnibus fabricis non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri, in perpetuum servanda hac forma[v] praecipimus, ut venae nobilis[x] et, quae facile deducatur ignibus seu liquescat, ferri materies praebeatur, quo promptius, adempta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. *Dat. XV. Kal. Nov.*[xx] *Theodosio A. II. et Cynegio Coss.* (388.)

3. *Iidem AAA. Rufino Magistro officiorum.* *) Primicerium fabricae post biennium non solum vacatione, verum etiam honore donari **) praecipimus ita, ut inter protectores[y] adoraturus aeternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. *Dat. VIII. Id. Mart. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[z] *Coss.* (390.)

4. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Osio Magistro officiorum.* Stigmata, hoc est nota publica fabricen-

— c. 2. Cod. Iust. XI, 8, 2 auct. Eodem die data est c. 12 C. Th. de Numer. (VIII, 1). — c. 3. Cod. Iust. XI, 8, 4. Vid. c. 14 C. Th. de Muril. (X, 20), not. sup.

Tit. XXII. Nov. Th. de Bonis Fabricensium (ed. Berol. p. 1225 sq.). Cod. Iust. XI, 9. — c. 2. Cod. Iust. XI, 9, 1. — c. 3. Cod. Iust. XI, 9, 2. — c. 4. Cod. Iust. XI, 9, 3.

---

16), not. *i.* v) Vid. Go. comm. h. c. Ceterum incipit in syllabis *das auro* folium 117[a] cod. 4. x) In Cod. Iust. om. *tam* et *quam mul.*, de qua re vid. Go. comm. y) 4, Til. — Ri*. *proh. sed gyn.* Be. ex Cod. Iust. rep. *et in.* 4 *gynecaeis.* Aur. Lugd. *gynaeceis.* Cui. 2 — Ri*. *gynaeceis.* Cod. Iust. *proh. et in gynaeciariis.* z) Go. Be. ex c. 2 C. Th. cit. recte em. *Noviodumi.* Cod. Iust. *Nebioduni.* Mox 4, edd. *Marcianop.* Cui. 1 — Be. *NP. P.* *) Annus excidit ap. Go. a) Cod. Iust. *Nemo vir.* *) Aur. Lugd. *linteis.* b) In Cod. Iust. add. *nisi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est.* c) Cod. Iust. *abdicaverit indumento.* d) Cod. Iust. *T. u.* (om. *qui*), *cuiuscunque sint sexus.* e) 4, Til. *domus.* f) Cod. Iust. *sericas*, sed nostrum prob. Go. g) In Cod. Iust. add. *quae.* 4 *concylio*, uti etiam infra. h) Cod. Iust. *contexta.* *) Hinc incipit folium 117[b] codicis 4. i) Cod. Iust. *aut pallia.* k) In Cod. Iust. ita interpungitur: *faciat. Quae — sunt, proferantur ex aedibus tradanturque — conchylii.* l) Cod. Iust. *holobera vestimenta virilia prot.* m) Til. — Lugd. *abiurata.* n) Go. inducere vult *non*, sine necessitate. *) Cod. Iust. om. *nec vacet — in pretio.* o) 4, Til. — Ri*. *hunc.* Rein. Go. ex Cod. Iust. em. *nunc*, quod Be. rec. p) Go. cj. *cuius modi subreptione*; ipse tamen abiecit cj. suam. q) Aur. Lugd. *Conss.*

r) Go. *Ttiaano*, mendose. *) Cum v. *quam* incipit in codice 4 folium 118. Aur. Lugd. *Anthiochiam* hic et infra. s) Go. ann.: „*Senae* videlicet: quod repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Quare nil hic mutandum, quod tamen faciunt qui reponendum hic putant, *et sex bucculae.*“ Recte Go. t) 4, Til. — Cui. 2* *cassidas* et hic et paullo infra. u) Diversa ratione Go. h. l. em.: *pari numero*, sublata voce *si*; deinde *impari* vel *dispari*; denique *sed senas cassides, pari numero.* Be. prop. *sic* An *singuli?* v) Cod. Iust. om. *in perpetuum s. h. forma.* x) Ita Be. auct. Go.; 4, Til. — Ri*. *nobiles*, more veterum librariorum, qui saepe commutant inter syllabas *is* et *es.* Cod. Iust. *venerabilis* pro *venae nobilis*, impr. Cui.; sed sunt libri mss. qui cum C. Th. consonent. Cf. Dirksen l. c. p. 512. xx) Fort. add. *Mediolano.* *) Hinc incipit folium 118[b] codicis 4. **) Aur. Lugd. *dari praecipimus.* y) In Cod. Iust. add. *eiusdem fabricae per biennium*, quae tamen vv. a veteribus libris mss. abesse, et abesse quidem debere Go. ostendit in comm. et ante Go. iam dixerat Cui. l. c. p. 349. z) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust.

sium brachiis, ad imitationem tironum, infligatur, ut hoc modo[a] saltem possint latitantes agnosci: his, qui eos susceperint vel eorum liberos[b], sine dubio fabricae vindicandis, et qui surreptione quadam declinandi operis ad publicae cuiuslibet sacramenta militiae transierunt[c]. *Dat. XVIII. Kal. Ian. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)[d]

5. *Iidem AA.*[e] *Anthemio Magistro officiorum.* Si quis posthac fabricensem admiserit procuratorem, vel cultorem sui praedii detinuerit[f], conductoremve susceperit, rei, quam contra vetitum fabricensi crediderit iniungendam, *) proprietate privetur, ea videlicet fiscalibus calculis socianda; ipse vero fabricensis, qui contraxerit legis offensam, mulcta[g] duarum librarum auri feriatur. *Dat. III. Kal. Aug. Constantinopoli, Honorio A. VI. et Aristaeneto*[h] *Coss.* (404.)

6. *Impp.**) *Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum, in ea urbe, qua[i] natus est, vel in qua domicilium collocavit, his, quorum interest, convocatis primitus[k] acta conficiat, sese doceat[l] non avo, non patre curiali progenitum, nihil ordini[m] civitatis debere, nulli se civico muneri obnoxium[n], atque ita demum, gestis confectis vel apud moderatorem provinciae vel, si is absit, apud defensorem civitatis, ad militiam, quam optaverit, suscipiatur. Quod si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit, sciat, se ad ordinis, cui debetur, patriaeque suae munera esse revocandum[o], ita ut nulla eum nec temporis nec stipendiorum *) praerogativa defendat. *Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

TIT. XXIII. DE CLASSICIS.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[oo] *Auxonio Pf. P.* Classem Seleucenam aliasque universas[p] ad officium, quod magnitudini tuae obsequitur, volumus pertinere, ut[q] classicorum numerus ex incensitis[r] vel accrescentibus compleatur; et Seleucena ad auxilium purgandi Orontis[s] aliasque necessitates Orientis comiti deputetur. *Data indictione XII.*[t] (369.)

TIT. XXIV. DE HIS, QUI CUM DISPENSATORE CONTRAXERUNT[u].

1. *Impp. Valentinianus et Valens*[uu] *AA. ad Probum Pf. P.* Si quis ab exactoribus, tabulariis, arcariis officiisve rationum[v] vel alio, cui fiscalium thesaurorum tutela mandetur[x], foenebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem ad quadrupli poenam ex hac auctoritate teneatur. *Dat. IV. Id. Mart. Treviris, Valentiniano et Valente AA.*[y] *Coss.* (368.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Palladio Comiti S. L.**) Sciant omnes, neque dandi neque[z] accipiendi mutuo ex largitionibus[zz] sacris auri patere[a] cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro aerario privatis commodis profuturum occulte aut cautionis aut sponsionis[b] fide, ut debitor redditurus[c] acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuae deportationis subdetur exsilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodarit ac[d] dederit, capitali sententiae[e] subiugetur. *Dat. XII. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio et Syagrio Coss.*[f] (381.)

— c. 6. Cod. Iust. XI, 9, 4. In eundem diem incidit c. 175 C. Th. de Decur. (XII, 1), quam, etsi ad alium magistratum datam Go. cum h. c. coniungendam esse putat. Is praeterea c. 37 et 81 C. Th. de Decur. (XII, 1) cum hac lege concordare dicit.

Tit. XXIII. Cod. Iust. XI, 12. — c. 1. Cod. Iust. XI, 12, 1.

Tit. XXIV. Cod. Iust. X, 6. Cf. infra XII, 9. — c. 1. Cod. Iust. X, 6, 1. Bas. LVI, 6, 1 (8). — c. 2 Go. coniungendam esse dicit cum c. 8 et 9 Cod. Iust. de Vectig. (IV, 61). Vid. supra IV, 12, 8 et 9 et infra not. *f.* Cod. Iust. X, 6, 2. Bas. LVI, 6, 2 (9). Cf. infra XII, 1, 85, not. sup.

Neotherio. Mox Aur. Lugd. *Cons.* a) Cod. Iust. *infligantur, ut hoc saltem modo.* b) Cui. 2, 2*. Cod. Iust. (except. Cuiac.) *liberis*, impr. Go. c) Cod. Iust. *transierint.* d) Ri. Ri*. Be. 388, err. e) Be. in not. add. *et Theod. A.*, recte. f) 4 *detinuerint.* *) Hinc incipit codicis 4 folium 119[a]. g) Aur. Lugd. Rein. Ri. Ri*., Be. *multa.* 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go. *multae.* h) 4, Til. Cui. 1, Cui. 2 — Ri*. *Aristeneto.* Aur. Lugd. *Aristeno.* *) Ri. Ri*. *Imp.* i) Cod. Iust. *in qua.* k) Cod. Iust. *prius.* l) Cod. Iust. *seseque doceat.* m) Go. — Ri*. *ordinis*, err. n) Cod. Iust. *nulli se civi commanere obnoxium.* o) Cod. Iust. *esse deducendum*, impr. Go. *) Cum syllabis *diorum* v. *stipendiorum* incipit folium 119[b] codicis 4.

oo) Rein. et Be. add. *et Gratianus A.* Vid. not. *t.* p) Go. ann.: „*Orientis*, an *Orontis?* Illud puto." Vid. not. *s.* q) Go. ann.: „An potius *et?* Non: *ut*, pro *ita ut.*" r) 4, Til. — Ri*. *incensetis.* Rein. Go. em. *incensitis* ex Cod. Iust. Hoc Be. recte rescripsit. Vid. supra VII, 13, 7, §. 3, not. *z.* s) Cod. Iust. *Orientis*, quod non probo, et ortum est ex sqq. *Orientis comiti* (Cod. Iust. *comiti Orientis*). Librarii enim Orontis nomen cum nescirent, quid sibi vellet, id acceperunt pro Oriente, quippe qui notior illis esset, cum improbabile sit, eos ex Oriente finxisse Orontem, plane ignotum illis nomen. Loquitur etiam Cui. l. c. pag. 353 de classe Seleucena *Orontis.* t) „Incidit in annum 369 Coss. Valentin. NB. P. et Victore: et sic subscriptum est l. 2 C. Th. de Legit. hered. (V, 1) ad Auxonium Pf. P." Reines. Vid. c. 7 C. Th. de Off. pr. pr. (I, 5), not. *x.*

u) Cod. Iust. *De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.* uu) Be. add. *et Grat. A.* Vid. not. *y.* Ceterum Cui. 1 — Lugd. *Imppp.* v) Aur. Lugd. *rationem*, err. Cod. Iust. *tab. et arc. officiisque rat.* x) *vel — mandetur* om. in Cod. Iust. Vid. Go. comm. h. et sq. c. Ceterum incipit folium 120[a] codicis 4 cum v. *mandetur.* y) Go. — Be. om. annum. Cod. Iust. 365. Go. em. *II.* (368.), prob. Be. Vid. supra c. 1 C. Th. Si vagum pet. manc. (X, 12), not. *r* et VIII, 4, 9, not. *m.* *) Cod. Iust. *Palladio P. P.* z) Cod. Iust. om. *neque dandi neque.* zz) Aur. Lugd. *largitionalibus.* a) Cod. Iust. *non patere.* b) In Aur. Lugd. cum v. *sponsioni* desinit pag. 295, sed legitur litera *s* in infer. folii margine. c) Cod. Iust. add. *sine nostra auctoritate.* d) Go. ann.: *Et, vel.* Cod. Iust. *commoda-*

3. *Iidem AAA. Palladio Magistro officiorum*[g]. Aurum, quod a provincialibus sine cunctatione persolvitur, nundinatione consumitur. Poenis[gg] itaque se ultimis, quicunque harum machinatores praedarum detegi prodique potuerint, se[h] noverint subingandos, nisi dimenso itineris spatio susceptum[i] a provinciali officio aurum traditum sacris largitionibus nuntiarint. §. 1. Insuper, si decem ultra diebus aurum, quod percurso itinere potuerit inferri, detentum vel a prosecutoribus vel a palatinis fuerit deprehensum, binarum ex toto centesimarum illationi se sentiant obligatos. *PP. prid. Kal. Dec. Beryto*[k], *Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

TIT. XXV. DE PRIVILEGIIS DOMUS AUGUSTAE[l].

1. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Anthemio Pf. P.* Ad omnem fraudem amputandam procuratores per singulas quasque provincias nobilissimarum puellarum, filiarum mearum apud fidem gestorum praesentibus censualibus ac principalibus, quos huius immunitionis[m] oneribus premi non dubium est,*) exponant numerum iugorum ad memoratarum domus[n] pertinentium, et pro eo tantum illustribus privilegiis ac[o] debitis potiantur, ita ut ex veri fide brevibus praebitis et a rectoribus provinciae mox relatis, quae eos excusare debere conveniat, collatis rationibus cognoscant. *Dat. Kal. Dec. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo V. C. Coss.*[p] (406.)

TIT. XXVI. DE CONDUCTORIBUS ET HOMINIBUS DOMUS AUGUSTAE[q].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso Pf. P.* Conductores homines ve augustissimae domus nostrae[r] nullum cuiuslibet nomen militiae usurpent, nullius cingulo dignitatis utantur, ne ex hoc sibi erigendi supercilii fastus[s] sacro nomini nostrae pietatis oriatur invidia; sed quoties de caussa ad domum regiam pertinente aliquid quaestionis emergit[t], non aliter*) quam ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant vel inferant actionem[u]; nec aliorum litigatorum negotio intercedant, nec sententiam iudicantum[v] aut illicito patrocinii sui fomite iura conturbent; nullique[x] exsecutionis suae turbulentum ministerium audeant commodare; non privatis se negotiis, non publicis misceant; nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne eos inconsultae pertinaciae sero poeniteat[y]. *Dat. prid. Non. Mart. Ravenna*[z], *Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

2. *Iidem AA. ad Senatum urbis Romae. Post alia:* Conductores domus nostrae ab omni militiae*) privilegio summovemus. Vivant aequa sorte cum ceteris; nec unquam, si ratio poscat, exanimis severitatem iudiciariam ullo[a] cinguli frustrabuntur obiectu, sed potius pari disceptationis eventu in omnibus caussis legibus serviant, quibus tenentur et principes. *Dat. III. Non.*[aa] *Ian. Roma, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)[b]

— c. 3. Extrema vv. h. c. sec. Go. fugitiva sunt.

Tit. XXV. Cod. Iust. XI, 74.

Tit. XXVI. Cod. Iust. XI, 71. Cf. tit. IV. et V. C. Th. h. libri. — c. 1. Cod. Iust. XI, 71, 1 mut. — c. 2 sec. Go. coniungenda est cum c. 14 (20) C. Th. de Senat. (VI, 2) et c. 33 C. Th. de Petit. (X, 10). Vid. c. 20 cit., not. *d* et c. 33 cit., not. *z* et infra not. *aa*.

verit aut dederit. e) Be. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Lugd. *substantia.* Cui. 2 — Ri*. *sententia.* f) Sec. Go. cum h. c. coniungendae sunt c. 8 et 9 Cod. Iust. de Vectig. (IV, 61), neque videtur Go. errasse, postquam constitutiones illas ex c. 8 et 9 C. Th. de Vectig. (IV, 12) desumptas esse palimpsestus Taurinensis demonstravit. Illa vero c. 8 hanc subscr. fert: *Dat. prid. Non. Iul. Constantinopoli. Accepta XII. Kal. Aug. Syagrio et Eucherio Coss.* (381.) Coniicio igitur subscriptionem h. c. mutilam esse, cum desint vv. *prid.* — *Accepta*, quibus additis subscriptiones utriusque legis, et c. 8 C. Th. cit. et huius plane consonant. Eodem die, sed ad Eutropium datae sunt c. 85 et 86 C. Th. de Decur. (XII, 1). Aur. Lugd. Go. — Ri*. *Cons.* et Ri*. *Siagrio.* g) Go. em. *Com. S. L.*, recte. Til. — Lugd. *AA.* gg) 4 *ponis*, em. ab ant. man. *poenis.* Deinde cum vv. *se ultimis* incipit folium 120[b] codicis 4. h) Be. alterutrum *se* abundare dicit. i) Til. *suceptum.* Paullo infra Aur. Lugd. *prosecurotibus* et Ri*. *sentiat*, err. k) 4, Til. — Ri*. *Byrito.* Be. *Beryti.* Aur. Lugd. *Cons.* l) Cod. Iust. *De P. d. a., vel rei privatae, et quarum collationum excusationem habent.* m) Go. eos vituperat, qui hanc vocem in *immunitionis* immutari volunt. Legitur tamen *immunitionis*, errore videtur, in Aur. Lugd. Agitur de fraudulenta tributorum imminutione. *) Hinc incipit codicis 4 folium 121[a]. n) Restitui ex 4, Til. — Ri*. *domus.* Cui. 1 — Cui. 2* in m. *domum ius*, impr. Go.; Be. edidit *domos.* o) Go. tentat *a*, recte. p) Aur. Lugd. *Cons.* et hic et in sq. tit.

q) Cod. Iust. *De Conductoribus et procuratoribus, sive actoribus praediorum fiscalium domus Augustae.* r) Vv. *nullum cuiuslibet* — *invidia*; *sed* des. in Cod. Iust. s) Cum Go. Be. em. *fastu.* Mox 4 *nomine*, sed em. *nomini.* Librarii error explicatur v. *sacro.* t) Cod. Iust. *emerserit.* *) Hinc incipit folium 121[b] codicis 4. u) Cod. Iust. *actiones.* v) Cod. Iust. *sententia iudicantium.* Procedit oratio hoc modo: *nec sententiam iudic. aut iura cont. ill. p. s. f.* x) Cod. Iust. *nullive.* y) In Cod. Iust. add. ex c. 1 C. Th. de Actor. (X, 4) *gravior enim poena constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt, et nostra debent custodire mandata.* z) Cod. Iust. *Ravennae.* *) Ri*. mendose *malitiae.* a) Til. — Cui. 2* *iudiciariam, ullo*, impr. Rein. Mox Ri. *frustabuntur.* aa) V. *Non.* suspectum est; nam ita h. c. antiquior est c. 1 h. t. contra rationem C. Th.; scribendum igitur est *Kal.* et tota subscriptio adhibitis c. 20 et 33 C. Th. citt. ita restituenda: *Dat. VI. Kal. Mart. Recitata III. Kal. Ian. Rom. in Senatu* etc. Vid. c. 20 cit. b) In codicis 4 folio 122[a], quod cum subscript. h. c. inceperat, liber X. desinit his vv. literis maioribus scriptis: *Theodosiani Lib. X. Explic.* | *Incip. XI. Feliciter.* Sequens deinde pagina scriptura vacua est, nisi quod a posteriore manu nonnulla vv. annotata sunt, aliena a Codice Theodosiano, et in ima pagina st signum quaternionis *IZ*.

LIPSIAE, EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.